



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>









2 Arch. 46 m - 1, 1/6

CORPUS INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

AUCTORITATE ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

EDIDIT

AUGUSTUS BOECKHIUS

ACADEMIAE SOCIUS.

VOLUMEN PRIMUM.

- PARS I. TITULI ANTIQUISSIMA SCRIPTURAE FORMA INSIGNIORES.
PARS II. INSCRIPTIONES ATTICAE.
PARS III. INSCRIPTIONES MEGARICAE.
PARS IV. INSCRIPTIONES PELOPONNESIACAE.
PARS V. INSCRIPTIONES BOEOTICAE.
PARS VI. INSCRIPTIONES PHOCICAE, LOCRICAE, THESSALICAE.
-

BEROLINI EX OFFICINA ACADEMICA.

VENDIT G. REIMERI LIBRARIA.

MDCCCXXVIII.

FRIDERICO GUILIELMO III.

REGI BORUSSIARUM AUGUSTO

LITTERARUM ET ARTIUM STATORI

MUNIFICO SAPIENTI FELICI

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

OPUS HOC PUBLICO INSTITUTUM SUMPTU

PIO DEVOTOQUE ANIMO CONSECRAVIT

EDITOR.

LIBRARY OF THE



OF THE

ROYAL

LIBRARY OF THE

LIBRARY OF THE

LIBRARY OF THE

LIBRARY

CORPUS
INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

VOLUMEN PRIMUM.

659:00

BIBLIOTHECA
REGIA
MONTACENSIS

MUSKOGEE COUNTY, MISSISSIPPI

100-104972-100-104973

PRAEFATIO EDITORIS.

Universum antiquarum litterarum orbem qui certarum quarundam disciplinarum ordine et compage in formam artis redacta complecti studuerunt, inter quos principem fere locum tenet vir de his litteris immortaliter meritus, Frid. Aug. Wolfius, meus olim praeceptor, eleganti de antiquitatis studiis commentatione edita; ii in doctrinarum illarum serie posuerunt etiam *epigraphicam*, quae Wolfio paenultima est in quattuor et viginti artibus philologicis, post numismaticam proxima ⁽¹⁾. Quae sententia tantum abest ut mihi probetur, ut in exordio operis epigraphici confitear, epigraphicam nullam esse peculiarem et suis finibus circumscriptam disciplinam. Nam si philologia antiquitatis classicae, quod philosophis quibusdam in Germania placere non miror plures ob causas, rudi constaret variarum rerum congerie inconditoque digitorum magis quam mentis et cogitationis labore, commoda foret talis divisio ab externa potissimum materie petita: sin ea est antiquitatis cognitio historica et philosopha, summasque notiones indagat veteribus populis natura insitas et singulis antiqui cultus partibus velut adspectabilibus imaginibus expressas, singularum eius disciplinarum constitutio ad notionum normam dirigenda erit, quarum cognitio finem in sese repositum habeat. At materiae epigraphicae, titulis dico lapidi vel aeri vel ligno vel suppellectili cuicunque inscriptis, quum nullae insint propriae ipsi et peculiare notiones, efficitur ut haec quae vulgo fertur ars nulla omnino disciplina sit a ceteris separata, neque ullum in sese finem habeat, sed aliarum serviat disciplinarum finibus. Quodsi quis haec studia paulo fuerit altius scrutatus, *rem philologicam* intelliget quattuor partibus contineri, prima *rerum publice gestarum et institutorum civilium* cognitione cum temporum et locorum notitia, altera *rerum privatarum* atque universae oeconomiae et commercii demonstratione; tertia *caerimoniarum et artium* caerimoniis inservientium divinaeque symbola exprimentium doctrina, quarta *scientiae* omnis historia, tam philosophiae cum mythologia quam ceterarum disciplinarum; qua parte non sine causa etiam litteraturae et linguarum studia comprehendo, quae, dum reliqua scientiae historia notiones intellectas exponit ipsas, separatim docent, quibus formis et stilorum et vocabulorum incluserint veteres, quae conceperunt intellectu ⁽²⁾. Sed ubi, cui parti epigraphice accedat, quaeris, inscriptionum notitiam, ut auctorum, ad historiam litterariam refero: quae quamquam non in enumerandis libris versari, sed formas stilorum et genera scribendi, quibus usi veteres sint, historica via explicare et demonstrare debet, ideoque ea tantum uberius explicare, in quibus maior quaedam formae perfectio compareat, tamen litterata antiquitatis monumenta omnia complectatur necesse est. Ceterum ut ex scriptoribus, sic ex inscriptionibus omnium philologiae partium hauritur materia; ita ut qui vel rerum gestarum memoriam, vel antiquitates civiles et ius, vel privatas res, vel religionum, artium, doctrinarum, litteraturae, linguarum studia, denique qui ullam antiquitatis partem colat, ei inter ceteros fontes adeundae inscriptiones sint, omnibus illae antiquariis disciplinis communes. Neve epigraphicam putes artem quandam titulorum tractandorum propriam esse; omnium antiquitatis fontium tractationem duae docent *formales doctrinae*, *hermeneutice* et *critice*, ad quarum normam sunt etiam inscriptiones interpretandae et iudicandae.

(1) Mus. der Alterthumswiss. T. I. F. I. p. 79. 145. Mitto Spohnium (Praef. Misc. erud. antiq.), qui de sola Archaeographia, quam finit, dicens octo huius partes constituit, Numismatographiam, Epigrammatographiam, Architectonographiam, Iconographiam, Glyptographiam, Toreumatographiam, Bibliographiam, Angiographiam. Profecto nimium ieta rudia sunt.

(2) Haec iam olim in oratione, quae in Friedemanni et Seebodii Miscell. critt. Vol. II. P. I. recusa est, et in commentationis de logistis et euthynis prologo significata, ne quis forte ea minus recte interpretetur, uberiore omnino egent explicatione, quam in scholis reddere soleo.

(19) Plutarch. Aristid. 26. Indutiarum quae vulgo dicuntur Cimoniarum exemplum in illis exhibitum memorat idem Cimon. 13. id vero ex inscriptione fluxisse, intelliges ex not. 2. p. IX. Praef. Novem operis libros citatos reperimus ap. Steph. Byz. et Harpocr.

nibus, reliqua ex tabulario Attico videtur ab illo petita esse ⁽¹⁾; ex Crateri autem vel similibus collectionibus, quae ex iisdem fluxerant fontibus, petierunt alii, ut opinor, qui Attica nobis decreta servarunt ⁽²⁾. Quae vero per barbaras aetates perdurarunt, iis colligendis saeculi decimi quinti priore parte primus operam navavit *Cyriacus Anconitanus*, vir diligens et verus maleque tanquam falsarius notatus ⁽³⁾: cui ad nostram usque aetatem plurimi successerunt docti, quorum catalogum repraesentabit unus ex indicibus. Per ingentem igitur librorum numerum sparsae materiae, cuius minimam partem ampliora Gruteri, Reinesii, Fabretti, aliorum opera ex Graecis Latinisque titulis mixta comprehendunt, in unum colligendae corpus superiori saeculo consilium cepérat *Scipio Maffei*, vir et cetera doctrina insignis et inscriptionum peritissimus, qui etsi etiam Latinos titulos edere constituerat, tamen Graecos separatim primo erat volumine complexurus ⁽⁴⁾, quam hos iucundum foret seiunctos a ceteris intueri etiam postea professus, quam senior confectus universum consilium et spem omnem abieciisset ⁽⁵⁾. Nec promisso stetit *Ios, Carcanius*, universalem meditatus inscriptionum collectionem ⁽⁶⁾; nec Graecarum adorationem susceptam perfecit *Ignat. M. Raponus*, vir a Graecae linguae cognitione ei rei, ut videtur, haud prorsus impar, qui tantum unam, quantum scio, de Graeco titulo commentationem edidit male Latine scriptam ⁽⁷⁾. Itaque aucta interim suppellectile quum Academiae litterarum regiae Borussiae classis historica et philologica opus Graecas inscriptiones omnes complectens adhuc videret desiderari, idque tum linguae Graecae, imprimis dialectorum cognitioni, tum publicae privataeque Graecorum vitae penitus noscendae magnam allaturum utilitatem intelligeret, quia illud neque unius viri industria commode perfici, nec pro ea, quae nunc est, rei litterariae condicione privato edi sumptu posse videbatur, ante annos plus quam duodecim constituit huic succurrere desiderio, atque inde ab eo tempore in eam rem impendit pecuniam, et universo quidem negotio aliquot ex sociis, Buttmannum, Schleiermacherum, Bekkerum praefecit, mihi vero operis adornandi provinciam demandavit; quam variis licet occupationibus districtus, grassante insuper in me invidia, quae me deterrevit ab incepto molestissimo possit, hucusque non deserui.

III. *Materia quomodo collecta sit.* In materia non solum ex maioribus inscriptionum corporibus, Gruteri, Reinesii, Sponii, Fabretti, Muratorii, Donii, Donati, aliorum, sed etiam ex diariis, museorum catalogis et descriptionibus, itinerariis, denique ex omnis generis libris conquirenda plurimum quidem ipse versatus sum; laboris tamen apographa conficiendi initio participes fuerunt *Bekkerus*, *Buttmannus*, *Nie-*

Potissimi de iis loci, quos antea nondum nominavi, sunt Steph. Byz. v. *Καλκεία*, *Καλκιδέριον*, *Τυρόδιζα*, *Καρήνη*, *Ἀργαία*, *Ἀμφίμανδος*, Harpocr. v. *Ἀνδρων*, *ναυτοδίκαι*, *Νύμφαιον*, *ἀγκυραῖται* (ubi vulgo Cratinus), Phot. v. *ναυτοδίκαι*, Phot. et Suid. v. *Νύμφαιον*, Polluc. VIII, 126. Schol. Aristoph. Av. 1073.

(1) Coniecturae huic iam olim a me propositae Oec. civ. Athen. T. I. p. 213. hoc addo, n. 143. in tributorum Atheniensibus a sociis pensorum descriptione nominari *Τυρόδιζαν*, cuius libro tertio meminerat Craterus, eundemque nono dixisse de tributo Nymphaei.

(2) Huc referenda videtur magna pars decretorum oratoribus insertorum, et maxime Demosthenae de corona orationi: quae ex tabulario Attico collecta et ex collectione inde facta postea Demostheni addita esse in commentatione de archontibus pseudonymis doceo. Nec minus ex tali collectione petita sunt decreta vitis X oratorum annexa. Sic nono libro Craterus dixerat de decreto contra Antiphontem (Harpocr. v. *Ἀνδρων*), quod ipsum in huius vita habemus apud personatum Plutarchum. Sed titulis, ut hoc in transcurso addam, alii quoque usi scriptores sunt, ut *Diyllus Atheniensis*, quae ex eo Plutarchus refert de Anyti decreto pro Herodoto decemque huic talentis donatis (de malign. Herod. c. 26.), videtur ex inscriptione petisse; ut *Isocrates* proxeniam et centum minarum donum ab Atheniensibus Pindaro datum (π. ἀντιδ. p. 87. ed. Orell.) ex decreto novit eiusmodi, qualia supersunt plurima lapidibus incisa. Etiam *Theopompus* meminit inscriptionis, quae foedus quod vocatur Cimonium continebat, quam tamen ille, utpote Ionicis litteris exaratam, iudicabat fictam. Vide Harpocr. v. *Ἀττικὸς γράμ-*

μασιν et Theonem loco ibi a Valesio citato. Cf. p. VII. not. 19. ubi easdem indutias servasse Craterum dixi: sed cum Theopompo subditicias iudicarat *Callisthenes* (Plutarch. Cimon. 13.). Theopompo addo *Tymaeum Siculum*, de quo Polybius XII, 12, 2. *Καὶ μὴν ὁ τὰς ὀπισθοδόμους στήλας καὶ τὰς ἐν ταῖς φλαῖς τῶν νεῶν προξενίας ἱστῶν-ρηκὼς Τιμαίος ἐστίν.*

(3) Permulta, quae ille collegit, adhuc supersunt in lapidibus; alia marmora interim aut oblitterata sunt aut aedificiis inserta aut in calcem conversa. Quod ne fieret, in ipsa Italia Saec. XVI. curandum fuisse docet Bembi epistola XXIX. iussu Leonis X. Pontif. Max. ad Raphaellem Sanctium Urbinatem data (Gor. Inscr. Etrur. T. III. p. 49.).

(4) V. „Prospectus universalis collectionis Latinarum veterum ac Graecarum, ethnicarum et Christianarum Inscriptionum, quem nova Veronensis Societas totius Europae doctis reique antiquariae studiosis hominibus exhibet ac proponit“, a. 1732. folio volante Italice et Latine editus. Idem Gallice extat (Bibliothèque Italique T. XV. p. 84.), Latineque recusus est a. 1746. a Iul. Caes. Becellio in fine libelli Maffei de Graecorum siglis lapidariis p. 121 sqq. Cf. etiam Maffei Osservaz. letter. T. I. p. 243.

(5) Mus. Veron. Praef. p. VII.

(6) Vide Martini ad Ernesti Archaeol. p. 217.

(7) Ignatii M. Raponi Romani, Acad. litt. Volsce. Velitern. Soc. de epigrammate Graeco Romae in Caelimontanis Matthaeiorum hortis extante. Ad cl. virum Richard. Chandler, Anglum. Velitr. 1788. 4.

buhrius, *Schleiermacherus*, et doctis praeterea, qui apud nos studiis operam dabant, iuvenibus usus sum, quorum plures sibi nunc iam eruditione famam paraverunt, *Ed. Gerhardo*, qui postea Romae sedem posuit, studiis suis ad archaeologiam artium potissimum translatis, *Guil. Aug. Klützio*, qui de foedere Boeotico scripsit, *Car. Odofr. Müllero*, professore nunc Gottingensi, ut in universis antiquitatis studiis egregie spectato, ita inscriptionum in paucis perito, *Lud. Bischoffio*, gymnasii Vesaliensis nunc direttore, *Car. Steinharto*, scholae Portensi adiuncto, *Iul. Pflugio*, qui elegantem libellum de Theopompi vita edit, *Christ. Petersen*, Holsato, auctore commentationis de categoriis Stoicorum, *Car. Schmidtio*, Saxone, *Phil. Ant. Dethierio*, Agrippinensi, et duobus adolescentibus immatura morte absumptis, *Guil. Heindorfio*, *Lud. Frid. f. et Eduardo Margerie*, Rhenano. Quo certius vero de singulorum titulorum constaret editoribus, catalogum Graecarum inscriptionum, quem eximia cum diligentia confecit *Io. Franc. Seguerius* ⁽¹⁾, multo ante primas huius operis plagulas impressas non sine summa sua molestia transcribendum in nostrum usum curavit *Car. Bened. Hasius*, vir egregius et nobis imprimis favens, *Theod. Sypsomi*, Graeci, usus manu parum ut videtur fida: quapropter hoc apographum, de cuius integritate dubitamus, non eam, quae exspectabatur, utilitatem praebuit. Ceterum ubi quaeque inscriptio esset edita, in lemmate annotavi; sed neque omnes auctores nominari necessarium est, nec nihil latet vel diligentissimos; multos quidem reticui de industria; paucos libros, et maximam partem post plagulas iam impressas editos, in Addendis memoravi. Praeterea haud exiguum ineditarum inscriptionum numerum vel nova editarum exempla miserunt docti: illarum partem, dum non festino, alii interim suo ediderunt iure; alias nunc primum edo. Et de potioribus quidem schedis, sive ex bibliothecarum protractae recessibus sunt, sive exempla e lapidibus recens transcripta continent, in primo dicitur indice: nunc iis agam gratias, qui de nobis bene meruerunt. Ut igitur a collegis meis incipiam, *Imm. Bekkerus* a. 1815. Parisios missus Fourmonti transcripsit schedas inscriptionum omnes, exceptis aliquot ficticiis titulis, quos postea *Everettus* Americanus et alii miserunt; simul *Bekkerus* chartas Villoisoni excussit: *Niebuhrus* tum Italica quaedam nobiscum communicavit et alia ex codice qui Romae est Palatino, tum *Andr. Mustoxydis* Corcyraei schedas, Atticos quosdam titulos a *Cyriaco Pittaco* Atheniensi, et Peloponnesiacos a *Miltiade* transcriptos misit: *Guil. Uhdenius* Italicos aliquot ministravit. Ex meis olim auditoribus *F. G. Rinckius*, Badensis, marmorum Venetiis asservatorum, *Ed. Gerhardus*, *Theod. Panofka*, *Franc. Volg. Ullrichius* variarum inscriptionum apographa vel miserunt vel dederunt: *Frid. Osannus*, edita Sylloge de inscriptionibus meritis, partim ex Italia, Gallia, Britannia per litteras nos apographis aliquot impertiit, partim huc redux Elginianorum lapidum quae habebam apographa cum suis tum nondum editis contulit; cuius laudi eo minus detractum volo, quod ab eius rationibus discedere multis locis coactus sum, idem tamen quae ille bene constituit cupide amplexus: sed plurimum debeo *Odofr. Müllero*, qui et Parisiis atque in Batavia ac Britannia permulta mihi ex lapidibus et libris manuscriptis, maxime ex Sherardiano et Askewiano, quos nimis diu latuisse cognoram, meo rogatu apographa confecit, et Gottingae quoque, quae Berolini non poteram nancisci, in meum usum contulit vel transcripsit,

(1) Catalogus hic servatur in bibliotheca regia Parisiensi inter libros Seguerii manuscriptos (Chambre des titres n.37.). Septem sunt volumina, quorum indices excepto Vol. III. IV. non Seguerius, sed Parisiensis bibliothecae praefecti scripserunt. Primo volumine (fol. min.) continentur „Inscriptiones, quae in diversis Italiae urbibus reperiuntur”; his Graecae insunt paucae. Volumine altero, quaternis scripto, dicitur comprehendi „Index antiquarum inscriptionum, quae in diversis operibus reperiuntur”, sed insunt potius collectanea ex variis libris, et pauca ex iis ad Graecas pertinent inscriptiones. Neutro volumine usi sumus. Voluminibus tertio et quarto (fol. magn. a. 1749.) praescriptum est: „Inscriptionum antiquarum index absolutissimus, in quo Graecarum Latinarumque inscriptionum omnium, quae in editis libris reperi potuerunt, prima verba describuntur, operumque, in quibus referuntur, loca indicantur, Etruscarum et exoticarum indice ad calcem adiecto.” At Graecae inscriptiones continentur volumine quinto (fol. min.), cui titulus: „Πασιῶν τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιγραφῶν πῖναξ”, ordine is alphabetico contextus, ultima manu non admota. Separatim scripti insunt tres indices: τῶν Χριστιανῶν ἐπιγραφῶν πῖναξ, „Inscriptiones, quae in antiquis auctoribus continentur”, „Inscriptiones, quae in

gemmis, in sigillis, in statuarum basibus, sub illustrium virorum capitibus etc. sculptae sunt.” Ex his eas partes, quae Graecos habent indices, transcribendas curavit Hasius noster, et diu cunctatus Sypsomus perfecit rem ante aliquot annos. Volumina sextum et septimum (4. mai.) continent „Repertorium auctorum, qui inscriptiones antiquas ediderunt usque ad a. 1770.” Insunt fragmenta Gallicae translationis prolegomenorum in opus hoc, et Latina prolegomena ipsa de historia operis, cuius maximam partem Seguerius confecit in itinere, quod cum Maffeo per Galliam, Germaniam, Britanniam, Italiam susceperat; additae sunt notitiae librorum inscriptiones continentium et de iisdem libris iudicia. Haec de voluminibus illis laboriosis rettulit nobis *Bekkerus*, simul additis variarum partium speciminibus; nunc de Seguerii opere conferri potest eius epistola ad Hagenbuchium in *Io. Casp. Orellii Inscr. Lat. Collect. T. I. p. 558 sqq.* Ceterum Nemausi quoque in bibliotheca publica inter Seguerii opera inedita dicitur collectio extare omnium Graecarum inscriptionum, quae usque ad a. 1770. editae sunt, itemque Latinarum et Etruscarum, notis instructarum criticis, duobus voluminibus sat amplis. Haec narrat peregrinator (*Dom. de Nostiz*) in diario itineris a. 1821. 1822. suscepti (*Lips. 1824.*).

et ut alii mihi inscriptiones mitterent curavit. Ex ceteris nostratibus *E. T. Langerus* itinerarium Io. Dornsuami mihi excutiendum concessit; *Conr. Heusingerus*, Iac. Frid. f. chartas paternas, quae ad illud itinerarium referuntur, exiguo pretio vendidit; aliquot inscriptiones nobiscum communicarunt *Creuzerus*, *Thierschius*, *Fr. Th. Welckerus*, cuius singulae epistolae novum quiddam mihi attulerunt, *Spikerus*, bibliothecae regiae Berolinensis praefectus, et *G. H. Bernsteinus*, uterque ex itinere Britannico redux, *Minutolius*, vir excellentissimus, Aegyptiaco itinere clarus, *Steinbücheli* Vindobonensis, *Stoephasius* Posnaniae habitans, *Weberus* apud Venetos negotiator, *Spangenbergius*, Cellis Hannoveranis supremi iudicii consiliarius, *C. F. A. Beierus*, professor Lipsiensis, qui schedas *Io. Benthyl* Smyrnaei, iuvenis mihi carissimi, antequam hic Berolinum concederet, benigne misit. Nuperrime demum sero, sed non minori studio, Cassellanorum marmorum exactissima exempla misit *Völkelius*. *Pighianas* et *Spanhemianas* bibliothecae regiae chartas ipse examinavi, et in his potissimum magnum ineditarum inscriptionum numerum repperi. Inter Batavos *Guil. van Heusde* chartas Horstianas et Lennepianas, in his Gallandi et Petri Burmanni Secundi schedas inedita quaedam continentes, *Reuvensius* decretum Aexonensium miserunt. *Münterus*, episcopus Seelandiae, varia, ex *Akerbladii* potissimum supellectile, nobis donavit; *Bröndstedius*, Regis Danorum apud Pontificem Maximum legatus, Ceos titulos misit nondum tum editos, et inscriptiones Musei Strangfordiani aliasque; *Birgerus Thorlacius* titulos aliquot Siciliae. Permulta debemus *Köhlero*, archaeologo Petropolitano longe doctissimo, cuius schedae variis temporibus sed maxima ex parte his ipsis diebus missae utinam maturius ad me pervenisent; nec nobis defuit *Petrus de Köppen* Bosporanorum titulorum ipsis suis autographis communicandis. Gallorum principes litteratores sedulo et libentissime me adiuverunt, initio *E. Q. Viscontus*, qui paulo post obiit, mox *Letronnius*, *Radolphus Rochettus*, *St. Martinus*, *Boissonadus*; Aegyptiaca haud pauca antequam ederentur *Iomardus* mihi concessit; titulos aliquot, qui non sine difficultate investigari poterant, *Alex. Humboldti*, viri meo praeconio superioris, opera adiutus comparavit *Hasius*; tabulas, quae musei Parisiensis inscriptiones omnes aeri incisas continent, *Claracus* Comes illustrissimus, eiusdem musei conservator, priusquam publici fierent iuris per *Hasium* ad me misit: quarum partem nunc continet Bouillonis pictoris opus de antiquis illius musei monumentis, quo tamen non usus sum, quod nec mature id ad me pervenit, nec meliora continet exempla, quam quae iam habebam. In Britannia vero *E. D. Clarkius* conciliavit mihi *Rosium*; hic permultos titulos in patria, mox Parisiis et in Italia a sese inspectos mecum communicavit; per eundem *Guil. Gellius* plura misit apographa, ut per Müllerum *Leakius* ⁽¹⁾ et *Beaufortus*; idem *Rosius* curavit, ut *T. S. Evansius* in nostrum usum eas conficeret schedas, quas Rosianas vocare soleo, Elginiana monumenta continentes; quarum varietatibus, nostra cum venia, usus interim Osannus est. Etiam *Guil. Hamiltonus*, Regis Britanniarum apud Regem Siciliarum legatus, rogante *Schölero*, professore Gedatensi, Neapoli confecit apographum tituli, quod optaveram. Inscriptiones Atticas duas ante paucos annos effossas misit *A. Sühele*, Helvetius Londini agens, qui eas ipse Athenis transcripsit ⁽²⁾. Quorum virorum eximiorum non possum quin praedicem et humanitatem et liberalitatem ab omni remotam invidia, quae pusillos invadit animos.

IV. *Quae exposita sint.* Quamquam vero universam Graecarum inscriptionum apparatus colligere constituimus, tamen nummorum titulos omisimus, quod hi una cum typis in operibus numismaticis plenissime collecti sunt nec separari apte a typis queunt nummorum potissimum decus constituentibus: ceterum praeter palaeographicam rationem nummis et nostris inscriptionibus non multa sunt communia; atque ipsa utrorumque utilitas, de qua quum olim ferventibus doctorum studiis disceptaretur, inscriptionum partes. Marq. Gudius, nummorum Ez. Spanhemius secutus est ⁽³⁾, eatenus videtur diversa esse, ut qui imperiorum tempora et principum seriem rite deducere, imagines et hominum et deorum cogno-

(1) Leakius inter principes titulorum investigatores numerandus inscriptiones praecipuas a sese repertas sparsit in variis potissimum collectionibus, quae ab aliis editae sunt, ita tamen, ut ipse illas notis instruxerit plerumque, sicut in Walpolii collectione, quae inscribitur *Travels*. Hinc accidit semel n. 4001. ut ex schedis Leakii editum a Walpolio titulum dixerim, quem dicere debebam a Leakio in Walpoliano opere editum. Nec multum in illo titulo, ubi de notis non dissero, interest inter utramque dictionem; sed ubi accuratior definitio opus fuit, hanc non neglexi.

(2) Neutram editam esse iuraveris: tamen altera in Corpore nostro Inscriptionum iam impressa est n. 465. Novum apographum ex lapide inter rudera ecclesiae combustae reperto petatum est: lectio non differt a nostra, nisi quod littera Y, quam supplevi, in hoc apographo comparet, et pro tribus versibus sunt quattuor, fortuito opinor. De altera dixi in Addendis ad n. 916. et ne haec quidem nova sit necne, licet diiudicare.

(3) Cf. Maffei epistolam: Sul paragone delle Iscrizioni con le Medaglie, in F. A. Zaccariae Instit. antiq. lapid. (Venet. 1793.) p. 487 sqq.

scere atque ex his de variis variarum civitatum religionibus coniecturam facere velit, in nummis, qui mores et instituta populorum, rerum publicarum formas et administrationem, denique civiles privatasque veterum res universas indagare, et linguae ac sermonis proprietates investigare constituerit, in inscriptionibus maius sit praesidium habiturus, quae praeterea nummis solent disertiores esse. Non aequè ab inscriptionibus excludi *gemmae, vasa, sigilla* possunt; ex quibus hinc inde per universum opus aliqua sparsa sunt, ex ceteris autem sub finem operis praebebimus delectum non tam de industria institutum quam sponte natum, iis potissimum omissis, quae repraesentare nisi additis imaginibus non sit operae pretium, quod imagines potiores, inscriptiones non ullius sunt momenti. Inscriptiones a *veteribus auctoribus* traditas ⁽¹⁾ omitti par est, quod hoc opus eo consilio suscipitur, ut monumentorum litteratorum paretur supplementum: tamen utilitatis causa aliquot ex illis insigniores, ut monumentum Adulitanum, recipiemus. Contra *fragmenta* titulorum ne ea quidem abieci, ex quibus nihil quidquam extrices, propterea quod haec quoque possunt aliquando insignem praestare usum, sicut titulus n. 1711. A. a nobis restitutus est e fragmento Cyriaci, quod ne Muratorius quidem relatu dignum existimaverat. Sed prorsus exclusimus titulos Graecis quidem litteris, non tamen *Graeco* compositos, in his aliquot, qui a nonnullis Graeci habentur, ut Gruterianum Bastae in Appulia tributum, ut monumentum in valle Phrygiae Doganlu repertum: quamquam de his in palaeographica commentatione mentionem faciam. Postremo Academia constituit, ne *figurarum imagines* cum inscriptionibus coniunctae in opere hoc litterario delinearentur, sed ut quantum opus est verbis describerentur: non enim commiscendi artium fines sunt, nec repetendis figuris pridem delineatis augenda librorum pretia: id quod statuit iam Maffei, utriusque rei, et figuratae antiquitatis et inscriptionum, iudex usu longo experientissimus ⁽²⁾. Immo quod imagines plerumque ex titulis, non tituli ex imaginibus intelliguntur, et ex figuris non multum ad explicandas inscriptiones peti potest, ne verbis quidem multis in imaginum utimur descriptione. Quodsi errori obnoxia est descriptio verbis reddenda, corrigi error debet; necdum video a me ita in hac re erratum esse, ut error sit in tituli interpretationem propagatus ⁽³⁾. Nec qui archaeologos vel principes, etiam Io. Winkelmannum et E. Q. Viscontum, perverse incisas tabulas edidisse norunt, quantum in ipsis erratur delineationibus, ignorant; sculptoresque et falluntur et fallunt. Ita A. Hirtio, collegae nostro, quum vas Ingenhemianum edebat ⁽⁴⁾, licet tabulam identidem corrigeret, accidit, ut muliebris figurae bovina cornua, quae in vasculo ipse consexi, a chalcographo mutarentur in caprina: ex qua re Hirtio mota lis est. Ita Pembrokiani anaglyphi Iovem aliter exhibet Bimardi, aliter Mülleri tabula ⁽⁵⁾: multumque distat anaglyphum Samothracium idem a Müllero et a Millingenio delineatum ⁽⁶⁾. Possem alia addere et insigniora, nisi in iis consistere vellem, quae nuperrime tractata sunt: hoc credet, opinor, aequus iudex et virum humanarum existimator modestus, in opere tam amplo et laborioso vix simul ad imagines recte delineandas et ad inscriptiones probe reddendas et explicandas ab uno posse homine satis attendi.

V. *De ordine instituto et operis partibus.*] Iam digerendae materiae quum triplex institui via queat, inscriptionibus aut pro argumentorum diversitate per *classes*, quas secuti priores sunt, aut secundum *aetatem*, aut *geographice* disponendis, etsi Maffei, quod tam Graecarum inscriptionum nondum tanta fuit moles, mixtam ex prima et altera rationem adoptaturus erat ⁽⁷⁾, tamen tertia sola, etiam in nummis recepta, Graecis titulis tot et per universum prope veterem terrarum orbem sparsis in ordinem redigendis ita ac-

(1) Ex Herodoto, Strabone, Pausania, Athenaeo, Dione Cassio, aliis, titulos receperunt priores docti; quae res, ut mihi videtur, nullam habet utilitatem. Ac ne certae quidem fidei omnes hae inscriptiones sunt, ut statim Reinesiana prima, quae Athenis posita fertur: *Θεός Ἀσίας καὶ Εὐρώπης καὶ Αἰθιοπίας, Θεὸς ἀγνώστου καὶ ξένου*. Talia hodie explosa repetere dedigneris: dedignabuntur, si sapient, posteri repetere inscriptionem Petrizzopulianam (n. 43.) et suppositicias Fourmonti, in quibus mihi desudandum fuit.

(2) Prospect. p. 135. ed. Beçell. „Icones, anaglypha, statuas huic operi nequaquam admiscebimus, vel saltem parcissime. Solent haec a typographis avidius arripi, atque ut librorum pretium augeatur, libentius quocunque intrudi; sed quum praesentis collectionis labor ab utilitatis scopo absit quam longissime, sataget ex adverso Societas nostra, ut volumina quam minori impendio poterit consent.

Figurae inscriptionibus adnexae describentur verbis, quum id ad titulorum intelligentiam conducat. Ceterum figurata antiquitas diversum genus a scripta constituit: non est cur modo unum et alterum in eadem collectione permisceantur.”

(3) Cf. Addenda ad n. 5.

(4) Die Brantschau, Zeichnung auf einem Griechischen Gefäß, Berol. 1825. 4.

(5) Vide ad n. 34. p. 52. α. et Böttig. Amalth. T. III. p. 43.

(6) Inscr. n. 40. Müller. in Böttig. Amalth. T. III. p. 35. Milling. Ancient unedited monuments (Lond. 1822.) P. II. n. 1.

(7) Prospect. p. 127 sq.

commodata est, ut ab ea initium disponendi peti possit: Latinorum alia est ratio, qui multas ob causas, quas exponere nihil attinet, per classes digerendi sunt. Sed ut de Graecis dicam, geographicus quidem ordo, quae civitate, dialecto, institutis inter se conveniunt, praestat composita, ut saepe ne explanatione quidem opus sit, quod alterum monumentum altero iuxta collocato illustratur tacite: diremptis eiusdem loci titulis impeditur intellectus, et in diversas terrarum plagas continuo vagatur interpres. Quodsi quis Atticas, Laconicas, Boeoticas inscriptiones, aut rursus Syriacas, Palmyrenas, Aegyptiacas, aut Ponticas aut Deliacas consideraverit, quanto omnes eiusdem terrae titulos componi praestet, facile intelliget: sin per aetates vel classes dirimentur, non ordinabuntur, sed confundentur. Deinde patria tituli ut plurimum est certa; classium et aetatum ratio ambigua: unde fit, ut apud Gruterum et Muratorium idem titulus saepius redeat. Sane haud pauci tituli ubi reperti sint, non constat: sed bona pars comparatis aliis ad certos locos a me revocata est, ad alios fortasse ac quos expectabas: ut ex Atticis exemi multos, qui Attici habiti erant, neque in Spartanis posui testamentum Epictetae, Therae vindictum. Nec, quando non constabat ubi repertus titulus esset, sed ad quam civitatem pertineret constabat, religioni duxi in huius eum civitatis titulis referre: quae si cui inconstantia videbitur, sciat in ordinanda huiusmodi materia inconstantiam iudicio temperatam praestare perfectae sed infructuosae constantiae. Ceterum ubi maior alicuius regionis inscriptionum habetur numerus, ut Atticae, Laconicae, Boeotiae, has disposui per classes, classes vero secundum tempora, vel ubi haec nos destituunt, ex argumentorum similitudine: at non easdem in omnibus partibus classes dedimus, a quibus nusquam recederetur, sed titulorum plurimorum in singulis terris repertorum indole spectata eas in quaque institimus classes, quae legentium commodo et eiusdem generis inscriptionibus coniungendis essent aptissimae, easque eo fere ordine dispositas, ut priores essent, quae antiquiorum et potiorum, posteriores, quae recentiorum et minus memorabilium titulorum maiorem continerent numerum. Ac ne classium multiplicaretur numerus, etiam capita aliquando constitui, quae classibus continerentur, ut in Atticis Agonistica et Gymnastica una comprehendere classe, sed hanc divisi per capita quattuor, certaminum musicorum, victoriarum gymnicarum, praefectorum agonisticorum titulos et gymnicos catalogos separans: sic quae iungenda ob materiae rationem erant, iuncta et simul distincta per suas species sunt. Ita quarta classe comprehendere archontes, prytanum catalogos, laminas iudicum: haec enim capita interiore quodam nexu reipublicae cohaerent: sed singulas classis particulas distinximus et temporum habita ratione et argumentorum, ita ut post archontes ponerem catalogos prytanum, qui veteris sunt reipublicae et iidem recentioris, deinde eos catalogos, qui abhorrent ab usitata Atticae reipublicae veteris forma (hade a n. 202.), postremo adderem laminas iudicum. Quibus in rebus me non sine consilio et cura versatum esse, intelligenti attenti. Omnibus tamen hominibus non potest satisfieri; itaque facile fero, si uni et alteri nostra improbatur dispositio, praesertim in classium ratione, quam reprehendi facilius quam institui ipse iam monui in prooemio Atticorum titulorum: at qui rerum Graecarum et antiquitatum, quas vocant, campum noscere et lustrare voluerit, eius usibus accommodatum nostrum ordinem esse non diffido; idque concessit etiam Odofr. Müllerus. Nec veritus sum titulos fortuito in uno lapide scriptos, ubi id ratio postulabat, disiungere, simul tamen qui coniuncti in eodem lapide sunt, significans, et in qua quisque lapidis parte exaratus sit, supra an infra, ad dextram an ad sinistram: quod vero alios aliter loqui video, moneo me dextrum vocare, quod adspectanti dextrum est, et sinistrum eodem modo; ut loquimur, ubi dextrorsum et sinistrorsum scribi dicimus. Utilitatis causa autem in operis exordio, neglecto geographico ordine, titulos antiquissima scripturae forma insigniores collocavimus: quodsi in reliqua compage similes redibunt, aut minus memorabilis eorum scriptura visa est, aut noluimus hos ab affinis separare aliis, aut sero eos accepimus: et ultima haec causa me excusabit simul, si quando extra ordinem interpono unum vel alterum titulum, id quod rarissime fiet. Illas igitur inscriptiones prima continet pars, secunda *Atticas*, tertia *Megaricas*, quarta *Peloponnesiacas*, quas per sectiones disposui, quinta *Boeoticas*, sexta *Phocicas*, *Locricas*, *Thessalicas*, in quibus primum consistit volumen. Tum quoniam Doridis et Aetoliae propriae diaeciae nullae supersunt inscriptiones, nisi quas meliori iure in Loeris posui, transibo ad *Acaruaniam*, *Epirum*, *Illyricum*; addamque titulos *insularum Ionii maris*. Interpositis deinceps inscriptionibus incertorum in Graecia locorum sequentur *Macedonicae*, *Thracicae* et terrarum in eo tractu septentrionalium. Post has *Aegaei maris insulas cum Rhodo Cretaque et Cypro*, dein *Cariam*, *Lydiam*, *Mysiam*, *Bithyniam*, *Phrygiam*, *Galatiam*, *Paphlagoniam*, *Pontum*, *Cappadociam* perlustrabimus; sequentur *Lycia*, *Pamphylia*, *Cilicia*, *Syria* *Palmyram usque*, et ex interioribus locis *Persepolis* ac siqua in *Persia* Graeca inscriptio reperta est. Hinc in Africam transgressi *Aegypti*, *Aethiopiae*, *Cyrenaicae* tituli

los proponemus: unde pervenimus in *Siciliam et ceteras eius regionis insulas*, inde in *Italiam*; desinamus in *Gallia, Britannia* barbarisque Europae terris. Quorum autem patria indagari nequit, eos titulos ut *incertorum locorum* post ceteros recensebimus. Accedent *Christianae* inscriptiones, non ea, quam Maffei pollicitus est, diligentia collectae, sed prout per mea studia licet: unam et alteram, quae in Christianis poni poterat, praecepi antea; neque omnino certi possunt fines constitui. Agmen claudent *subditiciae* non ita multae, postquam Fourmontianas in primae partis appendice occupavi. Singulis voluminibus *Addenda et Corrigenda* adiiciuntur; quae in hoc tomo auctiora reddita sunt, partim quod nova plura inscriptionum exempla accesserunt, partim quod God. Hermannus adversus Corpus Inscriptionum iniquo impetu composuit libellum, in quo quae de singulis titulis monita sunt, ea in Addendis potissimum percensui⁽¹⁾. Ultimum volumen *commentationem palaeographicam* continebit non nimium magnam, quae quum ex ipso debeat opere prodire, non potest nisi eo absoluto praestari, et varios *indices*, primum librorum et schedarum, quibus usus sum, alterum partium operis, tertium et praecipuum rerum verborumque, eumque per capita quaedam dispositum. Post editum opus autem Academia curabit, ut quotiens novae inscriptiones in lucem prolatae sufficientem praebuerint materiam, *Supplementa* concinnentur⁽²⁾.

VI. *De textu inscriptionum repraesentando et de varia lectione.*] His expositis de inscriptionum tractandarum ratione dicturus initium facio a *primitivorum textuum repraesentatione*. Quorum qui typis reddi nequebant, aereis sunt tabulis incisi, in prima potissimum parte: nam reliqui, etiam qui prius in aereis tabulis editi sunt, typis aequae bene exprimuntur, miraue est superstitio, quae tabulis eiusmodi unice habeat fidem: saepe enim delineationibus in aere factis longe praeferebuntur alia apographa, ut marmoris n. 165. partem pessime exhibet tabula Montefalconii⁽³⁾; et omnino nostrorum apographorum plurima pars tabulis aereis est certior et accuratior. Typos elegimus eos, quibus E. D. Clarkius in Marmoribus Cantabrigiensibus primus usus est et nunc utuntur Britanni, inscriptionum ductibus propiores; eosque, prout in quoque titulo diversae formae sunt, variavimus. Litterarum positum, qualis ex lapidibus traditus est, retinimus constanter, etiam ubi tituli litterae disparis sunt magnitudinis: et qui versus vel ductus maiore mensura exarati sint, indicatur quoque loco in varia lectione; nam variae mensurae litteris excepto uno et altero loco, ubi id sine sumptu fieri potuit, nolimus uti. *Diplomaticam* autem *fidem* in titulorum contextu maiusculis expresso unice secuti nullam in eum immisimus coniecturam⁽⁴⁾; sed in permultis titulis apographis usi pluribus, qua ratione scriptores recensentur, eadem ex variis exemplis

(1) Idem quae de universa nostra inscriptionum tractandarum ratione dixit, his tacite vel diserte occurrit in hac Praefatione, solam tamen spectans rem, nec curans quae cupide, superbe, invidiose iacta sunt; ceterum quae de singulis titulis occupavi in Praefatione, ea ubi posita sint, in Addendis quoque loco notatum reperies. Quidquid vero ab inscriptionibus alienius, persecutus sum commentatione *de logistis et euthynis* eiusque prologo et epilogo, Mus. Rheinae. iurisprud. philol. etc. T. I. p. 39-107. partis philol. et hist. Ita nihil fere eorum, quae adversarius disputavit, non examinavi.

(2) Sane resurgens Graecia spem incit fore, ut plures mox tituli proferantur, ideoque supplementa fortasse satis ampla brevi poterunt necessaria videri: non tamen, ideo differri operis editio debuit antequam Graeci rebellarent suscepti: quamquam, ut diversae sunt doctorum sententiae, dum alius moram aegre fert, alius dilationem optat. Quantum equidem intelligo, cunctando in tali re solet id effici, ut universum abiciatur consilium; sed collectio prius edita adiuvât studia eorum, qui posthac edant titulos recens repertos. Haec nimium aperta ne monuissem quidem, nisi his ipsis diebus et ab aliis et a Constantino Asopio, Ioniae universitatis quae Corcyrae est professore, auditore olim meo, nuncius esset allatus, Cyriacum Pittacum Atheniensem, cuius supra mentionem feci, magnum numerum ineditarum inscriptionum Atticarum congressisse; qua de re distinctio narratio extat in Ephemeride Graeca, cuius exemplum ab Asopio per Rotam, mercatorem Graecum Tergestinum, ad me missum non ad me pervenit. Nec possum nunc de ea re

uberius referre, quod Guilfordus Comes, Ioniae universitatis olim praefectus, cuius operam mihi sperabam utilissimam fore, diem supremum obiit, antequam litteras reciperet de hoc negotio a me ad ipsum datas. Sed talia monumenta recens inventa, quae primo volumini accedere debebant, poterunt vel in fine operis, quando in manus meas pervenerint, vel in praefatione voluminis secundi aut tertii edi.

(3) Idem dicendum de Claraci tabulis; vide Add. ad n. 165. et confer praeterea ad n. 160. n. 181. ne plura cumulem, quae facile congeri ex opere nostro possunt. Sed memineris eam Parisinorum lapidum conditionem esse, ut nemini hoc exprobrari queat, si falsas inde excuspat lectiones. Vide modo titulum apud nos n. 666. editum ex lapide, qualis nunc est, et antiquius eiusdem apographum in Addendis propositum.

(4) N. 76. quidem Fourmontiani apographi menda aliquot statim correxi; sed hoc non fecissem, nisi iam olim in Oec. reip. Ath. factum fuisset, ex quo libro repetitum exemplum traditam typothetae est. N. 32. autem peculiari ratione mihi agendum fuisse, docent notae et Addenda. Omnino summam mihi iniuriam faciet, qui me in textibus edendis audacem fuisse dicat: nihil usquam in hac re feci audacter, sed summa cum religione secutus sum tradita; quod non intelligunt, quibus libri a me in usum vocati non sunt ad manum.

composuimus textum, in quo quidquid habetur, id transcribentium nititur auctoritate diplomatica; sic quaecunque hic vel ille legere in marmore potuit, uno repraesentantur conspectu, neque unius oculis, sed omnium utimur. Atque ita scio peritissimum quemque, si meo loco condidisset opus, facturum fuisse; nec, quum haec res multo sit molestissima, fecissem, nisi recta suasisset ratio. Nam ex diversis apographis haud raro nullum praestat ceteris, nec textus ex ullo vel mediocriter bonus prodit, propterea quod inscriptiones plurimae lectu sunt ita difficiles, ut vel oculatissimum effugiant permulta; at compositis, quae hic et ille rectius vel plenius legit, cunctis bona oritur textus recensio diplomatica; cur igitur primum máncum exhibeam exemplum? Ineptus profecto forem, si decretum pro Septimio Severo n. 353. vel ex Pocockio vel ex Fourmonte solo dedissem vitiosissimum, quum id utroque collato, simul in usum vocatis Chandleri variis lectionibus, modice praestetur emendatum: idem valet de titulis permultis. Non ego in eo laudem quaesivi, ut foedum proponerem exemplum, quod deinde aliorum exemplorum ope emaculatum, sed ut ipso lectionum delectu emendandi mihi praeiperem materiam et longam praeciderem disputationem. „At ille delectus ex tuo pendet arbitrio”. Verum; immo in eo hinc inde summa emendationis versatur; sed deligo tantum tradita, et haec omnino deligenda sunt iudicio editoris, quoniam sine iudicio ne diplomatica quidem crisis potest peragi: quodsi quis omnia vellet apographa integra recudere, vereor ut emptoribus gratificaretur; qui tamen ea desideret, potest sibi ea ex varia lectione a nobis annotata componere. Nam ut lectori integrum sit iudicium, unde quidque petatum sit, *varia lectio* demonstrat. Haec vellem potuisset paucioribus verbis absolvi; sed ob scripturae continuitatem pluribus saepe verbis opus est: nec siglis in textu interpositis, quae variae lectionis sedem indicent, uti licet, quia his interponendis, quod in Gruteri Thesouro factum est, litterarum situs et tituli forma mutatur: neque ad latius vel sub textu in eadem pagina annotari omnibus locis varia lectio potuit, quod non suppetebat spatium, si titulum, quod praetuli ubicunque licebat, nolebam per plures distrahere paginas. Ceterum in variam lectionem contexendam plurimum contuli laboris, plus fortasse quam postulari potest: raro ubi fidelissima extant apographa, ex minus bonis non enotavi nisi potiora, quod optimo iure feci n. 160. Hoc per me licet stomachum moveat morosis, qui aliis volunt quasi baiulis uti, et commentariis absolutissimis praeferunt falsarum lectionum farraginem, ex qua futiles expiscentur coniecturas. Postremo quoniam de lacunosarum et mutilarum inscriptionum *supplementis* iudicari tuto nequit, nisi ex spatio, quod explent; ne textus his apponendus esset, supplementa uncis separata addidi, ubi opus videbatur, adstipulante potissimum Bekkero, quum de ea re deliberaretur ab Academiae sociis. Nec quidquam hoc damni affert lectori non somnoloso: immo si textum sine supplementis habere cupiveris, omissis his eum poteris transcribere, et habebis primitivum apographum prorsus genuinum. Sic qui in titulo n. 152. versabitur, restituet sibi illud apographum, quod in Oeconomia civitatis Atheniensis Tab. xiv. sine supplementis edidi, nisi quod in hac tabula vs. 2. O excidit tyothetae vitio: quod cuiusdam causa annotandum videtur. „At supplementis addendis lectoris occupatur iudicium”. Qui videat ipse, ut suum sibi constet iudicium: nobis licebit nostro consulere commodo, ut ex supplementorum congruentia eorum doceamus veritatem et persuadeamus invitis. Sed ea rubro appingi omnino praestitisset: devitandi tamen sumptus erant, nec quod Osannus et Rosius in paucis fecerunt inscriptionibus, identidem redeunte supplementorum necessitate fieri in maiori opere poterat. Uncis igitur utimur, ita quidem, ut *litterarum adhuc servatarum nulla suo moveatur loco, nec suppleatur in contextu primitivo quidquam, ubi nullus in exemplo tradito locus relictus sit. Quae vero in utroque versuum fine suppleta sunt*, nota plerumque, ubi quidem nulla potest ambiguitas oriri, *uno tantum unco a ceteris separari, et ubicunque post uncum [non infertur inversus], supplementa procedere usque ad finem versus; item ubi ante uncum [non positus est inversus], supplementum incipere ab ipso versus initio. Ubi autem integri versus supplentur, uncus addidi utrinque [- -]*. Aliquoties tamen in primitivo exemplo vel in textu minusculis repetito etiam versuum, qui non integri perierunt, finibus apposui uncum, ubi errare legentes possent.

VII. *Praemonenda de inscriptionum pertractatione.*] Sed ut textus repraesentandi et variae lectionis congerendae labor est molestissimus, ita titulorum *correctio et illustratio* plurimum acumen postulat et doctrinam subactam, vix ut ab uno omnia praestari queant. Quapropter, etsi opus non ita potuit inter plures dividi, ut alius aliam partem elaboraret, sed omnia complecti unum necessarium fuit; tamen de quibusdam rebus et cum Hirtio et Idelero et per epistolas cum Müllero et Welckero deliberavi, alias partes, antequam typis excuderentur, in conventibus academicis recitavi et ad deliberandum proposui,

aut privatim cum Buttmano communicavi⁽¹⁾. Bilinguism titulorum eos, qui Orientis litterarum cognitionem desiderant, explicabit *F. H. G. Gesenius*, idque iam praestitit in Atticis. Plagularum correctionem madidarum mecum et cum idoneo correctore susceperunt Buttmannus et Bekkerus, qui me inter nem madidarum mecum et cum idoneo correctore susceperunt Buttmannus et Bekkerus, qui me inter eam de hac vel illa admonuerunt re: potissimam vero emendandarum plagularum operam praestat *Frid. Sanderus*, eximiae doctrinae iuvenis, cuius aliquot recepi observationes. De ipsa quam institui titulorum tractatione praemoneo haec. Primum ut ad legendos titulos paratus accederes, ut plurimum continuo post variam lectionem addidi *notas palaeographicas* in difficilioribus quidem inscriptionibus, non eas prolixas, sed succinctas: quo simul aetas tituli, quantum ex his eam indicibus colligere licet, definitur, et iudicium lectoris palaeographicum formatur. Quam utilitatem non poterat tabula litterarum formas continens praestare, quae praeterea, quum etiam recentiores formas complecti debeat, non potuit cum ratione parti primae addi, et omnino palaeographicae commentationi reservanda est, nisi turbare ordinem rerum velis. Deinde ut commodè legi inscriptiones possent, *minusculis* repetitae sunt; in qua repetitione, prout quoque loco necessarium vel supervacaneum visum, litterae suppletæ aut correctæ modo uncis seclusae sunt modo non separatae a reliquo contextu. Addidi etiam *accentus* notationem licet in tot propriis vel ignotis nominibus ambiguam: in qua me aliquoties falsum esse non dubito: nec fortasse omnibus locis satis mihi constiti; et in operis progressu ultro aliquid mutavi, ut primum Demostheneae ratione, quae mihi videtur prisca fuisse, dedi *Ἀσκληπιός*, mox redii ad vulgare *Ἀσκληπιός*. Gravioris titulos, primae potissimum partis, iusta instruxi *interpretatione*, sed prolixitatem in titulis explicandis pridem perosus⁽²⁾ ne de his quidem tam disputavi fuse quam priorum interpretum longe plurimi. Sane, ut rite coniungantur sententiae, etiam nota subinde dicenda sunt; sed quae ex trivio petita apposuisse feror, aut a me non dicta sunt, aut tanta brevitate proposita, ut non sit intellectum esse ea reconditiora⁽³⁾. Et plures fortasse erunt, qui me reprehendant, quod in emendationibus commendandis et in interpretando nimium fui parvus; plurimasque res non ampliore disputatione confirmo, sed verbo significo. Nempe longum opus breveque aevum: neque illud tironibus scribitur, sed viris, qui quae priores docuerint, sciant. Quare etsi libros de singulis titulis scriptos, eosque sane quam prolixos, perlegi integros, omisi omnia ibi exposita, si hodie videbantur inutilia: quae si aliis videntur utilia, ut mei mihi iudicii veniam dent, iure videor postulare posse, qui quidem non nudius tertius in has involaverim litteras. Et plura quae desideres omisa a me sunt, quod absoluto opere conquiri ex indice possunt. Quodsi qua non additis argumentis propono, non ea temere iacio, sed habeo quibus ea confirmare possim, neque ea pro auctoritate pronuncio, sed peritiori nemini dubia etiam sine demonstratione esse iudico. Idem humani aliquid me hinc inde esse passum non diffiteor, modo imperfecta rerum minus vulgarium notitia deceptum, modo falsum in rerum disquisitione ipsa, modo calami magis quam cogitationis lapsu aliud ac volebam scribentem vocabulum, modo verba veteris alicuius scriptoris, dum alii argumento intentus sum, forte oblata non diligenter considerantem, denique omnibus cuiuscunque generis erroribus cum ceteris mortalibus obnoxium. Verum haud fugiet aequos iudices, quam plena errorum sit universa philologia, quam laboriosum susceperim opus, quam defatigetur editor tot minutis titulis digerendis et interpretandis, in quibus non ullus interior rerum nexus delectet mentem et subveniat iudicio, quam impedita titulorum magna ex parte valde mutilatorum tractatio sit, denique quam facile in rebus abstrusis et subtilibus labamur, ubi ne summa quidem animi variis rebus districti contentione caveris errorem. Quid quod ne is quidem, qui in singulis vel paucis inscriptionibus tractandis versetur, nihil committet vitiosi? Quo dignior venia is, qui universam comprehendere materiam constituerit, ut aliorum inserviret commodis, praesertim ubi otium cum muneribus publicis pro eo, quem occupet, loco partiatur. Nae ego ab hac quoque parte verum esse intellexi illud Callimacheum, *Μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ*.

(1) Temere omnino exprobratum Academiae est, quod non plures operi huic otium dicassent; et eae potissimum partes, quarum tractationem non intellexit vir in hoc genere non exercitatus, cum pluribus doctis a me communicatae sunt, et horum tulerunt calculos. Ita n. 1. 2. 3. 5. cum Buttmano, et n. 5. etiam cum Hirtio communicavi; de n. 8. multos cum Buttmano sermones contuli; n. 9. Hirtii usus consilio sum; n. 10. Buttmano, n. 11. classis historicae et philologicae proposui; de n. 12. 16. cum Buttmano deliberavi; n. 25. pluribus proposui, n. 29. 32. Buttmano. N. 43.

autequam adversus Petrizzopolim iudicarem, deliberavi cum Buttmano et Bekkero, qui mihi accesserunt. Universam praeterea de subditivis Fourmonti titulis commentationem, et prooemia de tabulis quaestorum Atticis ac magistratibus Spartanis, interpretationem titulorum n. 160. 1513. 1688. 1711. et alia plura cum sociis academicis communicavi.

(2) Oec. civ. Athen. T. II. p. 160.

(3) Vide Add. ad n. 1. 14.

Huc accedit, quod ut minus difficile est non errare, ubi taceas in difficillimis, ita qui, quod feci, etiam obscurissima tentanda aliqua ratione censuerit, fallatur aliquando tantum non necesse est. Et ex immensa rerum diversissimarum copia, quae inscriptionibus enucleandis adhibendae sunt, quidni lateant multae vel etiam, qui paratissimus accesserit? Ut ego Graecis titulis occupatus non mihi eam, quam vellem, Latinarum inscriptionum et Graecorum nummorum comparavi cognitionem. Sed haec et talia excusabunt ii, qui in hoc genere non sunt novicii: hi enim experiendo modestiores fiunt: nec vereor, ne quam modestiam ab aliis expeto, eam ipse migrarim. Non enim mihi videor in quemquam fuisse iniuriosus aut arrogans: sed quae de quoque dixi minus honorifice, non potest is aestimare, qui commentarios reprehensos nec legerit nec viderit, nec tulerit eam quam creant nauseam. Non licuit parcere Fourmont, non Petrisopulo; Biagium si multum tricasco nihil extricare dico⁽¹⁾, non durum, sed lene pronuncio iudicium; si Porsonum aliquid infeliciter coniecisse, Corsinum in titulo quodam explicando infausto successu versatum et imperfecta Graecae linguae cognitione instructum esse contendo⁽²⁾; non illis detraho laudem, quam egregiis sibi inventis pararunt; nec Chandleri merita detrecto, ubi eius me nugae mittere velle pronuncio⁽³⁾.

VIII. *De arte inscriptiones intelligendi et emendandi.* Nunc quamquam titulis propria nulla hermeneutica et critica ratio adhibenda est, sed observandae eadem, quae in ceteris scriptis interpretandis et iudicandis, leges sunt, tamen quaedam monenda videntur de via, qua ad obscuriorum inscriptionum perveniatur intellectum. Nam quum philologi negotium duabus rebus comprehendatur, sensu dictorum eruendo et iudicandis dictis, ex quibus alterum est hermeneutices, alterum critices iudicio insuper superstruentis emendationem, et quum utrumque sit quadripartitum, quod et intelligentia et crisis aut grammatica est aut historica, rursumque aut ad dicentis indolem aut ad praecepta artis et generis, cui opus quodque annumerandum, dirigitur⁽⁴⁾; ita titulis istae priores et interpretationis et iudicationis partes, quamvis ceteris non exclusis, potissimum sibi locum vindicant. Verum quum intelligi scripta nequeant nisi emendata, neque emendari possint nisi intellecta, nec crisis incipi potest nisi absoluta interpretatione, neque interpretatio nisi absoluta crisi. At haec inter se pugnant. Nimirum in hac ipsa repugnantia, quae in natura rei sita est, quum universi philologici negotii summa posita difficultas sit, tum haec mirum quantum augetur in titulorum tractatione, plerumque admodum corruptorum, laeocerum, mutilorum. Quare praestet sobrietatem et temperantiam in quavis re necessariam sagacitate, divinatione, poetica quadam ea, quae non adsint, repraesentandi facultate, denique nativo quodam et ingenito sensu veri opus est, ut e mutilis, disiectisque membris, quale corpus fuerit, e vestigiis properevanidis, quid olim fuerit scriptum, conicias, postremo, ut in ductum superstitum interpretatione possis iam occupare, quae crisis demum suppeditat, et dum crisi emendatrice iteris, assequaris id, quod desiderat intelligentia et interpretatio. Verum hoc praestari sine audacia nequit, quae temperata iudicio iusta vocabitur. Hanc equidem non defugio; ea tamen iis, qui neque idonea rerum notitia instructi sunt neque in hoc genere exercitati, nec critica pollent facultate, potest temeritas videri, et ne iusta quidem illa audacia non est erroribus obnoxia. Sed ut iis, quae dixi, praeditis ingenii dotibus sis, neque in alio ullo argumento philologico neque in titulis versari cum fructu poteris, nisi diuturna accesserit exercitatio et materiae, in qua occupatus sis, usus. Multas nosse inscriptiones oportet, qui explicare singulas velit; multis periculis tentanda ars, corroborandae vires, priusquam accedas ad difficiliora: nec si ob palaeographicam rationem, ut in ipso opere dixi, Crissaeum titulum primo posui loco, quicum auctor fuerim, ut in eo explicando studi lapidarii ponat titropinium. Multorum demum lectione animo imprimitur, quales plurimi fuerint tituli; unde de obscurioribus iudicare tutius liquet: multi simul considerandi et animo complectendi sunt, ut restituantur attus. Ita decreta Attica non possunt suppleri et emendari, nisi multa huiusmodi monumenta quotidianum triveris usum, et solitas inde didiceris formulas; ita tabulae quaestorum Atticorum, catalogi

(1) P. 7. 4. Nec prius ego sic iudicavi. Loquacitatem Biagii rugatoriam dicere. *Bidiculam* post me dixit Rosius Inscr. p. 238. obicit homo et lenissimus et minus quam ego breviloquens Andr. idemque p. 240. vix credibile esse nisi re perspecta censeat, tam absurde errare Chandlerum potuisse. At mihi talia iudicia iustissima exprobrat adversarius.

(2) P. 47. a. 40. a.

(3) P. 207. a. Qui legerit eam Chandleri interpretationem, vel ex Oec. civ. Ath. T. II. maxime p. 489. norit, non poterit non

(4) Vide quae exposui in commentatione de crisi carminum Pindaricorum, Act. Apud. Boruss. class. hist. et philol. 1822-1823. p. 261 sqq.

magistratum et Attici et Laconici, non possunt nisi coniuncti intelligi et restitui: vel viginti aut triginta inscriptiones aliquando inter se comparandae fuerunt, donec unam ex iis possem supplere. Unde natae aliquoties ampliores disputationes sunt, quibus universa materia sub uno poneretur conspectu, ut in tabulis quaestorum Atticorum, in munerum Atticorum catalogis ad n. 190. et 202., in titulis Laconicis et Boeoticis. Haud minore experientia opus est in fide apographorum aestimanda, ut quousque in mutanda lectione progredi liceat; quae vitia transcribentibus, quae lapicidis imputanda sint, recte diiudices. Qui quam foedatae Cyriaci schedae sint, quanta Pocockii incuria fuerit, non norit, audaciorem illorum apographis adhibitam coniecturam aegre feret; peritior in eorum mendis non haerebit, ubi quidem ex aliis titulis augurari licebit, quid in illorum lateat quisquillis. Sic quae in Pocockiano fragmento n. 90. tentavi, vera ea, satis scio, mira profecto forent, nisi et Pocockii incredibilis negligentia esset nota, et tamen vestigia remaneret solitarum in decretis formularum, quas meate tenere debet, qui ad talia accedat: singulas exemplis demonstrare et longum est et putidum, quum eae sint vulgatissimae. Sed ne de negligentibus solis dicam, fallunt etiam diligentissimum marmoris vitia, ut ductus sibi agnoscere videatur, qui non sunt in lapide: aliter longe legitur, si lapidis lectionem in museo positi secundat lumen, si is spongia irrigatur, si otiosus et securus lector est; aliter si Turcis instantibus et impediuntibus raptim transcribitur titulus male collocatus, aliquando etiam inversus⁽¹⁾. Innumera quidem certarum emendationum exempla depellent eam, quae nonnullos invasit, superstitionem, ut in apographis, quae doctiores confecerunt, nihil putent mutandum esse. Ita n. 73. vs. 12. quod POI in HOI mutavi, audax visum est; P enim a docto viro lectum, licet ab illo ut incertum notatum, tamen non posse in H commutari. Vix operae pretium est, fateor, adversus talia scribere defensionem: sed ut tamen uno et altero exemplo utar recens oblato, n. 73. c. in Addendis habetur inscriptio a viro doctissimo Bröndstedio in museo transcripta, in qua A. vs. 15. P pro H legitur, et B. vs. 9. P pro E. Et haec certa via emendata sunt. Quid quod in viri omnino docti apographo n. 916. inter Addenda edito litterae ΥΣΙΠΠΟΣΚΟΥ ΑΩΣΗ|ECTI certo mutandae sunt in HANACTOMΩΕΙ|HTI? Taedet cumulare alia: haec, ut iustius aestiment rationem nostram, conquirenda erunt iis, qui rei novitate percussi accusant me temeritatis, et satagunt ut viam monstrent editori, postquam ipsam confecit identidem. Nec tamen nego interesse multum, Graecae linguae peritus an imperitus, artifex delineandi gnarus an doctus indoctusve huius artis expertus tradiderit inscriptionem. Nam, ut in hoc consistam, artifices, ut Gropius et Gavus, verba quidem hinc inde praebant non Graeca, sed ductus ita referunt exacte, ut in eorum apographis vix quidquam mutare liceat, nisi ductibus vel separandis vel colligandis apponendisque lineolis, quae corrosae vetustate sint, quod imprimis in titulo Crissaeo tenendum. Aliorum titulorum, ut galeae Hieronis et tabulae Eleae, lectio ita certa est, ut nihil prorsus liceat mutare, nisi si scribentis menda corrigere vells. Nec sine aliqua epigraphica experientia de litterarum forma vel genuina vel depravata, de ductuum permutatione, de scripturae ratione, sitne titulus στερηδον exaratus necne (quamquam hoc oculi exercitati facile vident), et de ceteris rebus palaeographicis iudicari potest; plurimaque exercitatione opus, ut recte aestimes, titulus integer sit necne, et quantum et in qua parte abscissum vel corrosum sit: ut titulum n. 160. qui antea erat integer habitus, docui dimidiatum superesse. Hac igitur qui careat experientia, non solum titulos non potest tractare, sed ne intelligere quidem tractationem bonam: Immo isti, quae sunt rectissima, aegri videbuntur somnia esse. Tum quoniam grammatica et historica interpretatio et gravis in inscriptionibus princeps est, editor et linguae debet paulo esse peritior, et vero rerum, quae ad historiam pertinent, quarumcunque, publicarum, privatarum, sacrarum, profanarum: non solius enim linguae notitiam, sed harum quoque rerum intelligentiam scribentes expectabant a legentibus, quibus scribebantur; quae ubi ignorabis, ne integra quidem poteris interpretari, nedum restituas mutila: rerumque imperitis multa videntur fieri posse, quae non possunt, et non posse, quae possunt, multa incerta esse vel veri dissimilia, quae certa sunt aut probabilia, multa certa vel verisimilia, quae perito ne venient quidem in mentem. Ceterum res nec grammaticas omnes neque historicas, quibus titulos explicatos praebes, possunt aliunde hauriri, sed ex eo saepe solo, quem tractes, noscuntur, et vel ex corruptela heuretica quadam ratione debent exputari, quam mox uberius illustrabo. Quod maxime tenendum in orthographia titulorum ea scriptorum aetate, qua certus usus nondum confirmatus erat. Nam ut in

(1) Vide ad n. 1711. Quid quod ne optimis quidem auctoribus potest fides haberi, ubi ipsa ratio doceat contrarium? Ita nemo mihi persuadebit, titulum n. 10., longiorem dico, esse integrum, nec

posse ab initio addi T, licet illud Knightio narraverint plures, idemque affirmet Stuartus, testis eximius, Antt. Att. T. III. p. 58.

orthographia posthac quoque magnopere variatum est et saepissime a vulgari norma recessum, quemadmodum tales scripturae quales *Ολύμπιος, συμμάχια, ἐγγύς*, et antiquitus et in recentioribus inscriptionibus habentur; ita priscis temporibus etiam plura sibi indulserunt Graeci. Quis enim sine Deliaco lapide crediderit *ἀνυρός* scriptum esse, quis *Δεσχεύοντας, Δωνύστες* (*Δεσχεύοντας, Δωνύστω*) sine Tanagraeis? quis scripturam *Ἀπίστρων, Ἀσπασπιόδωρος* valde frequentatam esse putaverit sine tot inscriptionum testimonio? Per multa ex his vel perfectissimo grammatico discenda sunt; temerarique est hominis et sensu historico destituti negare, posse etiam *ἄπιδρος* pro *ἄπιδρος*, atque adeo *ἔδ' Ἐμῆς* pro *ἔδ' Ἐμῆς* scriptum esse: ex quibus alterum haud dubie comparet n. 1. alterum n. 12. statui sine superstitione potest, quum praesertim neutrum careat analogia (1). Neque ad exactissimam normam iudicanda inscriptionum oratio est: multa in his ex reconditiore usu peculiaris insunt, multa a communi recedunt usu vel sunt insolentia aut barbara. Nusquam nisi in titulis habetur *ταμίας* pro *ταμίας*; prorsus insolentia sunt *ἡγάζετο, ἐξηγάγετο* n. 162. 456. *ἐνεγέδην* (pro *ἐνεγέδην*) n. 1064. *ἀντίποι* n. 1106. *ἐπιόκειν* n. 1688. et locis ibi alatis, et sexcenta alia: ne dicam de barbaro *ἀνδραν* n. 1781. ubi plura similia contuli. Cuius generis formae ignotae sane non sunt sine ratione inferendae titulis, ut n. 11. nolim *ἀρχεω* pro *ἀρχεσθαι* accipi (2): sed ubi talem formam e fide apographorum vel vestigiis ductum et orationis conformatione patet scriptam esse nec locum nisi ea sumpta aut intelligi posse: aut emendari, recipienda ea erit sine cunctatione, sive lecta sive emendatione reponenda est. Sic n. 11. *τοῖ* et *ταῖ* pro *τοῦ, ταύ* legendum esse intelligit mens non occupata praeceptis opinionibus, quum primum ab aliquo hoc inventum fuerit: sic n. 1066. barbarum *αἰξόμμεν* est quidem emendando a me factum, sed aequae certum, ac si diserte scriptum litteris sit insignibus et optimae sit notae. Quid quod etiam *sententiae absonae* non solum ferendae sed emendatione inferendae sunt? Nam quum inscriptiones incorruptae offerant tales, ubi ex tituli ratione, e vestigiis litterarum, denique ex universo loci tenore iudicandum est, hoc vel illud minus bene dictum vel absurdum ibi fuisse scriptum, debet id restituere criticus, nihil reveritus hermeneutas quosdam qui, quum interpretis munus parum profunda aestimassent cogitatione, in ceteris praeceptis quibilibet rectionibus posuerunt etiam hoc, non debere scriptorē quidquam perversi, absurdi, falsi imputari. Eadem via etiam *historicae* res ignotae vel ex corruptis indagari locis queunt. *Asandrum Agathonis* f. e nullo, quod incolume superest, monumento novissus; sed eum pro *Hosachara Agathonis* f. n. 105. restituendum esse, succurrentibus litterarum vestigiis docet variarum rerum inter sese concentus, illic in hoc crisi genere permultum tribuendum est; quam crisin haud levissimam iure mihi videor novicio vocabulo appellare *combinatoriam*, quae non geometrica via nec mere syllogistica, sed colligendis, componendis, comparandis variis notitiis deducat ad novum quiddam, non illud ita demonstratum, ut nemo possit reluctari, sed ut, qui sese in argumentum penitus immerserit, evidens esse intelligat illud ipsum, quod non est demonstrabile. Denique ut paucis complectar potissima, in titulis obscurioribus et verba et sententiae *analytica via* investigandae sunt, ut mathematici *ignotis numeris* indagant. In quo necesse est aliquid sit *datum*, unde progrediatur investigatio: id vero datum aut scriptum diserte est aut evidenti coniectura restitutum, ut n. 9. *ὑπὸ τῶν ἐκτείνων* datum est, non diserta traditione, sed emendatione aliis locis ita firmata, ut sit certa. Quodsi ex datis non statim possunt cetera reperiri, tentandae sunt *hypotheses* et ex his tentatis alia est post aliam reicienda, quaecunque non suffecerit explicando titulo, donec ad aliquam perveneris, ex qua vel omnia vel plurima possint intelligi, et quae omnium vel plerarumque partium *concentum perfectum* praestet: nam veritatis documentum est concentus, falsa dissonant. Similis praestari nequit, res imperfecta relinquenda; si condimenta quidem fingi possunt, sed ea ipse incerta, *exempli causa* proponenda sunt haec incerta, quod certa assequi non licet. Neque vbro, uno conatu potest ad finem quasi dequiri in difficultioribus problematis *gradatim et appropinquando* ad verum pervenitur, alio post aliud momento ponendo, tollendo, mutando. Hac via, quae sola recta est, quantum potui ingressus sum: at postquam inveni verum vel probabile, hoc proposui paucis, non quia ratione ad id pervenissem, multis disserui. Ut tamen fieri solet, ratio mea non perspecta est, quod eam non designavi uberius; nunc coactus in duabus inscriptionibus de industria meam explicabo viam: quae si viris in critica inscriptionum versatis, illisque eius sobrietatis eiusque ingenii, quale in Letronio maxime admiror, probabitur aliquatenus, id quod ex illius honorifico iudicio (3) sperare licet, non me paenitebit operae titulis insumptae.

(1) De illo dixi §. ix. de hoc, vide Add. ad n. 12.

(2) Vide Add.

(3) Journ. des Sav. 1827. Aug. p. 481 sq.

IX. *Exempla tractandarum inscriptionum obscurissimarum a n. 1. et 9. petita.*] Tituli Crissaei n. 1. explicationem, quam mihi melius quam prioribus nescio quibus cessisse non gloriatus, sed verbis simplicibus professus sum, et aliis probavi pluribus et Schömanno, viro admodum temperanti minimeque cupido; nec qui simul vel post me in illa exerciti sunt, aut plus aut rectius assecuti videntur. Nam Rosius quidem meus ⁽¹⁾, qui de fide tituli non bene dubitavit, nihil inde exsculpsit, nisi vs. 1. haec: ἐγὼ μὲν ἔσομ' ἀφ' αὐτοῦ ἀσὶ; Dobraeus ⁽²⁾, vir in restituendis titulis eximie versatus, haec proposuit: 'Εγὼ μὲν (vel μνημ') ἀφ' αὐτοῦ ἀσὶ; Δεῖμνηστός μ' ἔθηκε ... [κρατῆρα] καὶ Κρασιδέα θυγάτηρ ἡδμόν, vel ἔσομ' ἀφ' αὐτοῦ, ἀσὶ μνηστον. ἀνέθηκε accedens ille in nonnullis ad mea proxime; God. Hermannus, postquam nostra sibi visus est convellisse, excogitavit lusum, quo derideret seria. Nunc accipe traditum textum.

ΙΙΙΙΑΜΟΤΙΘΤΑΜΟΙΙΙΙΥΜΟΙΙ
ΜΜΤΟΝΜΕΘΕΚΕΡΑΙΤΕΒΟΙΑΚΑΙΚ
ΟΜΘΜΟΙΙΙΑΖΙΙΑΝΘΑΙΘΙΜΑΤ

Hoc apographum quum confecerit Gropius, Graece parum doctus, sed delineandi peritus, consentaneum est ductus, quatenus fieri in corrosis lapidibus potest, esse diligenter redditos, licet verba vix sint Graeca; quare nullus ductus nisi extrema urgente necessitate prorsus est mutandus; sed possunt ductus separari et aliter componi, quod quomodo illi cohaereant, sine Graecae linguae cognitione non satis indicare potest; is qui delineat, concurrentibus hinc inde in lapide praesertim arroso litterarum diversarum ductibus; addique potest unus et alter, qui obscuratus sit, apex: veluti si M mutetur in M ⁽³⁾. Ita feci: qui si nonnulla dixi corrupta esse, dixi corruptionem, quae sic sanari posset, exceptis duabus, quas leniter mutavi, litteris. Post haec videndum, integer titulus sit an mutilus. Mutilum esse ipsa eius forma docet. Nam quum vs. 1. scriptura ad sinistram manum traiciatur in vs. 2. Βουστρεφόνδον, et similiter vs. 2. ad dextram in vs. 3.; tamen vs. 2. in sinistram longius productus est, vs. 3. autem reductus in dextro initio versus sinistram: quod ita institutum a scribente esse non est credibile. Accedit quod vs. 1. et 2. connecti non possunt nisi supplementis additis: quae erunt eo probabiliora, quo concinnior nascetur litterarum dispositio: id quod nostra praestat restitutio. Iam lectionis initio facto incidi primum in id, quod Rosius et Dobraeus praebent: ἐγὼ με --, sed statim me revocavi. Nam quarta littera M non est μ. Vs. 2. init. enim extat ΜΜΤΟΝ, in quo quum M non possit pro M haberi, propterea quod acscriptura a sinistra procedens postulabat ipsam formam, M et ad raram litterarum inversionem in hac potissimum littera minime provocare tuto libet, illud ipsum M pro mutilato est M habendum: quo statuto prodit μτων non Graecum: unde continuo conicias M in hoc titulo non esse μ, sed σ, et confirmatur hoc reliqui tituli lectione, quae praestari nequit nisi M statuas esse σ, ut in aliis antiquis titulis: atque omnino ubi ut hic est M, ibi solet μ esse M, non M. Quid quod Dobraeus quoque in voce Κρασιδέα M statuit σ esse? Quod debebat etiam initio tituli facere. Itaque pro ἐγὼ με iam est ἐγὼ σ legendum, conciditque lectio ἐγὼ με: μνημ' autem omnino legi nequit, quod deficit: praeterea si μ legatur, necesse est M mutari in M, quod durum in artificis delineandi periti apographo; quia ductus sunt contrarii. Potius hucusque habemus litteras σ τ α ρ α υ. Sequitur ΜΟΙΙΙΙ, Britannia ἐσομ', hic omittunt primum elementum; et dicās, Tupperi imprimis exemplo apud Rosium assumpto, id omnino esse ostendendum, quasi erasum. Et vero accipiunt pro σ (M), M pro μ (M). At alterum hoc, ut pro M habeatur, certe non licet. Potius si primum elementum oblitteratum fuit σ, quod omnino probabile est, hucusque habemus haec: σ τ α ρ α υ σ τ α ι μ primum elementum erasum putes, pro σ habemus σ τ α ι μ. Rosii exemplum et Tupperi manuscripto delictum atque insolentius istud A esse: itaque hanc lectionem resumptum videtur, nec multum discedit ab Hughesiano; vs. 4. litt. 2. quenti expositione tantum patens rationem habui, ut vs. 4. litt. 2. (a dextra) est T, litt. 8. H; pro litt. 12. est M, quod eodem redit, de iis dicerem, quum lineola tantum omisa sit; quod etiam in reliquo titulo aliquoties accidisse sumo et hoc ipso confirmaverim exemplo; vs. 3. litt. 1. T, 9. M est; litt. 14. pro A est Δ. Haec nihil mutant in nostra ratione, praesertim quum Δ hoc non videatur aequae cer-

(2) Diar. class. T. XXX. p. 415. ap. Ros. p. 415.

(3) Cf. quae dixi §. VIII. de iudicandis apographis.

solum t. Sed brevitas causa sumamus esse e; non multum enim interest. Quod sequitur, diserte est ἀφ' ἑσθ' etiam a Rosio et Dobraeo agnitus: omnes litterae apertae sunt, nec quidquam mutare licet, nisi quod 4 apponendo apice, si necessarium fuerit, potest in M (hoc est σ) mutari, ut sit ἀφ' ἑσθ' hoc est ἀφ' ἑσθ'. Nempe hinc discitur, quam rationem grammatici in litteris eiusdem organi concurrentibus retinuerunt, ut tenuem statuerent ante aspiratam, sicut in τίς, Σαφώ, Βάωχες, eandem nondum confirmata orthographia (1) etiam in diversi organi litteris non esse deviatam. Neque hoc mirum videri ulli potest, qui harum rerum habeat peritiam, contrarioque id exemplo illustrabo. Σαφώ pro Σαφώ est in nutamis; Ithacensis titulus habet ΣΑΦΦΟΥ; ΜΑΧΧΙΔΑΝ pro [B]ΑΚΧΙΔΑΝ videtur in Cordyraeo n. 1850 esse; Ἀφφίον, Ὀφφίανος pro Ἀφίον, Ὀφίανος, quae ex Latinis Ἀππίον et Ὀππίανος facta sunt, vide mus in titulis scripta: igitur ut in eiusdem organi litteris ante aspiratam modo tenuis est modo aspirata, ita in diversi organi litteris idem accidisse est consentaneum: sed in illis invaluit, ut tenuis usu confirma retur, in his ut aspirata; priscis temporibus neutrum erat firmum. Ceterum tota haec res ad orthogra phiam pertinet, non ad pronunciationem. Succedunt litterae αἰσ: in quibus aliquid ex αἰσ inesse, meo iam intellexerunt Rosius et Dobraeus, idque confirmatur eo, quod ἀφ' ἑσθ' αἰσ unitata est formula; sed quod E in prisca huius tituli scriptura et s et η et u esse potest, tituli que sermo dubitationi est obnoxius, aut αἰσ aut αἰσ aut αἰσ legi posse dixi rectissime, et singulas has formas demonstravi; praetuli tamen αἰσ vulgare, ut in re incerta, et notavi etiam E posse in voce hac u esse, licet pro εἰ verbo non scriptum E sit: quod nemo poterit refellere. Habemus igitur ἀφ' ἑσθ' αἰσ εἰ; nondum mutato apice ullo. Iam huc deducta re ponendae hypotheses sunt, ut quomodo illi formulae aptari priora possint, exputetur, et tentanda est divisio litterarum ἐϋστυμῶν in vocabula quaedam, exempli causa: ἐϋώ σ', ἔϋε, σρεῖ vel Res, omisso priori s tanquam eraso. At quis est illa ego? Nemo in titulis unquam ita loquitur, ut se aliquid alii facere dicat, nec dicat quis ipse sit. Hac igitur hypothese quam nihil efficitur, quaeri alia debet; sed ne vagi huc illuc discurramus, videndum est, apud alter versus ad aliquid deducatur. Et est ibi ἔϋε prorsus apertum, etiam a Dobraeo perspectum: unde intelligitur, non prima, sed tertia peni sona aliquid hic esse enunciatum: quod primo versui accommodari consentaneum est. Immo vs. 2. εἰ berte extat σ' ἔϋε: M enim εἰ est, non εἰ, nec σ illud prioribus εἰσ adiungi potest, quod τοῦ nulla est Graeca compositio. Sic patet compellari aliquem: εἰ δὲ τοῦ te posuit: neve te offendant compellatio haec, quae possit poetica videri: vocativus usus est etiam Sigeensis tituli auctor. Iam quaerendus est vocativus, ut habes eum, qui compelletur. Ille autem vocativus nequit quaeri nisi ante verba ἀφ' ἑσθ' αἰσ εἰ, quae debent intersecta inter allocationem et dictionem σ' ἔϋε iudicari; ac quoniam σ' non inci pit sententiam nisi emphatice dictum, quod manifeste hinc alienum, in litteris εἰσ nomen illius quaerendum, de quo hoc σ' ἔϋε pronunciatum sit. Primum quaero vocativum. Inter quem et inter σ' ἔϋε interpositum est ἀφ' ἑσθ' αἰσ εἰ; sed hoc fieri non potuit, nisi intersecta inter vocativum et ἀφ' ἑσθ' vocula σ', vel relativo εἰ, ἢ. Iam iam sine litterarum ἐϋστυμῶν non inest σ', neque η neque ε, diserte inest res. Quis vero unquam dixit εἰ ἀφ' ἑσθ' εἰ? Patet omnino ἀφ' ἑσθ' scribendum esse, non mutata littera 4, sed apponendo apice oblitterato (M), et vocativum praecessisse masculini. At ἐϋστυμῶν non desinit in vocativi terminationem. Sane non tantum statim offertur υἱ in medio illis litteris, id ipsum praestans quod volumus et quaerimus: inter υἱ vero et εἰ nihil quidquam desideratur; quid igitur facimus illis intermediis ΕΕ vel εε εε? Nempe εε spiritum asperum habet, cuius antiquissima forma est Εε; hunc, nisi Εε dubium omittas, addendis ductus Εε lineolis luerebimur. Sed si ΕΕ retineas, res etiam facilius expeditur. Quippe forma Εε diductius scripta, horizontalibus insuper lineolis in sinis stram prominentibus, ut prope n. 39. vs. 1. litt. 9. (sic fore Εε) itaque in media parte apertis, praebet delineanti speciem duarum litterarum ΕΕ: quod semel inceptum nemo nisi cupidus refellendi, non videt vs. 3. haberi. Tenuis iam haec: εἰ εἰ ἀφ' ἑσθ' αἰσ εἰ: genitivus nominis, quo parens filii designetur, praecesserit, necesse est. At quod solum superest εἰσ non continet in ipso fide terminatio nem genitivam, quam ora non potest terminatio genitivi esse, potest εἰ. Verum ut supra in εἰ, ita nunc in υἱ spiritus asper apponendus superest, qui laet in Εε, (ex quo addenda linea verticali fit Εε). Sic geni tivo relinquuntur solae litterae ΜΟΕ. Cuius autem filius potest perpetuo immortalis esse? Nullius nisi dei filius deus. Quis deus cultus Delphis, Crissae? Apollo. Denique cuius dei vel deae nomen potest in litteris ΜΟΕ quaeri? Lege εἰσ, ηἰσ, εἰσ, ηἰσ, εἰσ, ηἰσ: nihil extricabis. At nihil est faci lius, quam litterae 7, quae in Rosii exemplo etiam distinctior quam in Hughesiano inest, addere api-

(1) Cf. §. viii.

cem, ut sit T: habes iam *eros*; ex quo, quum mutuum titulum esse iam demonstratum sit, addito in dextro versus initio ↓ fiet *Aeros*, hoc est *Ἀηρός*. Iam tenes in Crissaeo titulo Delphicum detum Apollinem: *Ἀηρός υἱέ, ὁς ἀφ' ἑωυτοῦ αἰεὶ εἶ*: iam vides accedente illo σ' *ἔθηκε*, statuae Apollinis haec subscripta esse; quod ego non sumo, ut dixit aliquis, sed ex ipso titulo *heuretica et analytica via simplici*, sine ulla mutatione, additis tantum paucissimis apicibus, quos necessario addendos esse demonstravi, *eruo*. Ceterum etsi rem olim ita repperi, tamen eam tum non ita exposui, quod viam nimium longam contrahere interpretatione brevi volebam. Simul iam liquet, titulum esse soluta oratione scriptum. At mihi haec poetica prosa est. Sit licet: quae analysis demonstrat, vera sunt, sive bona sive mala⁽¹⁾; placuit auctori poetica dictio, neque eius aetate exulta fortasse ars soluta oratione scribendi ita erat, ut is devitaret epicam dictionem: id quod vs. 2. iterum statuendum esse docebit analysis.

Restat ut vs. 2. init. nomen eius indagetur, qui dicitur Apollinis statuam collocasse: ubi patet scriptum esse *νστων σ' ἔθηκε*, de quo iam satis dixi. Nomen dedicantis quaesivit hic etiam Dobraeus, sed vocem *Ἀεμνηστός*, quam quaerit in litteris AIEI MMTON, hae non continent; deinde dedit μ' *ἔθηκε*, non reputans M esse σ, non μ. Nomen dedicantis inest solis litteris MMTON, ex quibus M omnino nihil esse, nec posse pro M (μ) haberi, monitum iam supra est: debebat enim ipsum M esse: itaque addito apice debet M (σ) scribi, unde fit *νστων*. Sed neque haec litterarum compositio Graecae linguae convenit, nec M est v: debebat enim in hoc litterarum ad dextram cursu M esse. Igitur initio versus, ubi facile aliquid perit, addendus apex, ut ex M fiat M: sic habetur *σστων*, terminatio vocis legitima; cui, quum versum ab initio mutuum esse monstratum iam supra sit, ab initio addendum supplementum; et sponte offertur *Ἀρίστων*, duplici sigma, quod illustravi ad n. 25. et passim vidimus in aliis titulis: etiam n. 1756: *Ἀρίστωνος* agnosco in Naupactio titulo, hoc est in monumento hominum Crissae vicinorum. Utut de hoc nomine iudicabis, certum est dedicantis nomen desisse in *σστων*; exempli causa tamen retineo ipsum illud, quod est maxime probabile. Sed post haec *Ἀρίστων σ' ἔθηκε* subiectae sunt litterae *παρθεναίκα*. Hae in Graeca vocabula dividi nequeunt nisi aliqua admissa mutatione. Probabile autem est, tres illas ante ultimam litteras esse *καί*: ante quod est *βοι* non Graecum; neque in hae prisca scriptura λ exspectes esse A, sed L. At Graecum est *βοια*; et ex A, non mutato ullo ductu, sed sola lineola apponenda fit A. Quid vero fuerit *βοια* nisi nomen proprium aut integrum aut ab initio nondum expletum, adiungendum voci *Ἀρίστων*? Quapropter opus est conjunctiva particula inter *Ἀρίστων σ' ἔθηκε* et *βοι* posita, eaque statim post *ἔθηκε* debebat posita esse. Iam vero eo loco est PAI: adde minimum apicem, habebis P pro P; deme ex superiore curvatura minimam lineolam, habebis K: sic prodiit *Ἀρίστων σ' ἔθηκε καὶ τεβοια καὶ Κ*. Maliebre nomen est illud, quod post *ἔθηκε καὶ* habetur; at *τεβοια* non Graecum est nec *τεβοια* nec *τεβοια* nec si O putes w vel ou esse, lucreris quidem: ne reperiri potest aliud? Nam qui *τεβοια*, *Εγίβοια*, *Ηεγίβοια*, *Μέλλβοια* vel simile coniciet, nimium discedet a pictoris delineatione. Contra *βοια* est nomen Graecum, a masculino *Βοῖος*, quod non infrequens⁽²⁾. Sic analytica via reperta est haec lectio: *Ἀρίστων σ' ἔθηκε καὶ τεβοια καὶ Κ*. At hic iam grammatici exortant fluctus: Non ferri potest *καὶ τε*, quod omnes, qui Homerum legerunt, norunt esse et forte vel *ἐννοεῖται* (and *etwa*, *ja auch*); neque ad illius particulae vim illustrandam debebas ad disiunctum *καὶ τε* provocare (quod est *atque etiam*, *καὶ valente etiam* et *et atque*); neque hoc ipsum, ut tu dicis, Pausanias ex antiqui sermonis imitatione usurpat, sed est eo usus ut alii Graeci, nominatim Thucydides I. 9: *καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀμα ἐπὶ πλεον τῶν ἄλλων ἰσχυρῶν*. Thucydidem enim libenter imitatur Pausanias, notante Poppone: neque epicum *καὶ τε* locum habet in soluta oratione: neque ad Vigeri librum provocandum erat neque ad Handii libellum, qui naturam particulae *τε* non perspexit; postremo potest etiam *καὶ τε* *κατὰ τὴν ἀμα* legi. Mitto postremum, quod omnino non in censum venit, ac ne cum litteris quidem incongruit, quum M sit σ, non μ: non enim quid legi ex singulis litteris possit neglectis ceteris formisque ad arbitrium explicitis, quaeritur, sed quid componi cum reliquis in unum queat corpus: cetera, quae mihi obiecta sunt, removo. Et primum Pausanias non est Thucydidis imitator, quam Villosoni sententiam tribus verbis recte reiecit Siebelis⁽³⁾, reieci ipse in commentatione de stilo Pausaniae⁽⁴⁾.

(1) Cf. §. VIII.

(2) Athen. IX, p. 393, E. Antonin. Lib. Metam. 3, 5, 7, 11, 15. 16, 18, 19, 20, 21. Plin. H. N. Ind. lib. X. extr. et X, 3. Suid. v. Τερεανδρος. Boios Heraclides est apud Pausan. III, 22, 9. Haec affero propter Huschkium Analect. litt. p. 327 sq. In tituli inter-

pretatione ubi Athenaei locum attuli, pro p. 393. typotheta dedit p. 293.

(3) Praef. Pausan. p. XX.

(4) Prooem. Catal. Lect. Univ. Berol. hib. a. 1824-1825.

cuius enim stilus tantopere dissidet a Thucydideo, is fieri non potest ut Thucydideas captarit formulas: quodsi quid abrupti habet Pausanias, ex longe alio id fonte manat quam apud Thucydidem; ceterum hic durus est et austerus et vere Atticus, Pausanias mollis, fractus et prorsus Asianus. Quapropter recte Poppo (1), ubi de indice suo dicit, monet: „Idem index suppeditabit locos, in quibus Herodianus et Pausanias sua ex Thucydide hausisse *videri possunt*; horum tamen numerus non ita magnus est, ut inter imitatores eius referri possint.” Praeterea Pausaniam liquet non ex suae aetatis usu, sed ex antiquiore petisse illud καί—τε. Idem tribui Thucydidī, non erat quod dicerem: dixerat iam Handius, quem ego citavi: et molebam afferre Atticum, quod essent, qui eum usum Attidis abindicarent (2): multo minus ad illud ex primo Thucydidis libro exemplum mihi notissimum provocare tutum videbatur, ubi Bekkerus uncis inclusit voculam τε. Hoc igitur καί—τε disiunctum constat in soluta remansisse oratione; idque etiam in titulo Locrico n. 1759. agnoscō, ibi quoque ex antiquae dictionis aemulatione. Sed ipsum καί τε coniunctum etsi in prosa oratione non reperitur, tamen ferendum in hoc titulo est; ducit ad id iusta analysis, neque ex scriptoribus iudicandus titulorum sermo est, sed ex ipsis aestimandus titulis (3): noster vero hic ut poeticum ἀφ' ὧν αἰεὶ, ita adscivit καί τε, quod fortasse huius inscriptionis aetate ne fuit quidem poeticum, sed poesi et prosae initiis commune (4); non tamen reticui offensionem habere poeticum καί τε, et ideo disiuncti καί—τε usum comparavi, ut, si disiunctum a prosa non esset alienum, aestimares, quam facilis esset transitus etiam ad coniunctum audendum. Neque vero quod praecipitur inter utrumque discrimen verum est: utrumque nihil est nisi *atque etiam*; nec quidquam interest nisi vocabulorum collocatio, manente eadem significatione: quodsi disiungitur καί—τε, τε adhaeret proximo post καί vocabulo, ita ut in καὶ ἐλαίσυον τε similiter positum τε sit atque apud Latinos *que* in formula *in Italianque*; sin coniungitur καί τε, τε additur statim primae voculae, ut si Latine dicere audeas *etiamque*. Ita rectissime ex ipso Homero statuit Thierschius (5): sed quoniam notio haec *atque etiam* tum potissimum locum habet, ubi priora illustrantur nova sententia ex illis profliente, potest καί τε aliquando verti *atque ita* (6), vel cum gradatione *immo etiam*. Et cum hac particulae vi convenit hic locus. Non Aristo soltis dicavit statuam, sed, quod non solet quotidie fieri, simul filiae (de quibus posthac); itaque cum emphasi quādam simplicitati praeorum hominum congrua dicitur: „Aristo posuit, *atque etiam* Boea etc. (*immo etiam* Boea et ceterae filiae participes sunt donarii)”. Non diversum erit, si dixeris *atque itidem*, quod adieci. Sicut nostra satis defensa sunt. Contra nunquam καί τε est *forte etiam*. Quis enim credet, quod Hermannus praecipit, τε esse *dubitans* (nobis *etwa*, *wohl*, vel *ja* sine emphasi)? (7). Quod mihi, quatenus ex usu sermonis agnoscitur, vis voculae, videtur Handius rectissime refutasse; ex etymo vero, de quo non constat, defini eius vis nequit.

Vs. 3. Hermannus proposuit versus membrum: τὰς δὲ Σπάρτας. Nos vidimus duas priores lineas non esse metricas: quod minus probabiliter est tertiam esse metricam. Nec Σπάρτας inest in litteris: N non est in scriptura a dextra; sed M proorsus contrarios habens ductus; pro MIO (sic) in apographo est A2, illi non simile, si M pro A a me iam substitutum exceperis (8). Dobraeus vero coniunctis vs. 2. 3. litteris proponit: Κτάρθια Σπάρτας ἡδὺν, in duabus prioribus vocibus proxime accedens ad nostra, quibus cumma tum iniuria exprobratur audacia, quae prorsus nulla est. At illud ἡδὺν conciliari cum reliquis nequit, quae iam vidimus vs. 1. 2. scripta esse: statua enim Apollinis dicatur; non erater quia

(1) Thucyd. T. I. P. L. p. 376.

(2) Reisig. coniect. ad Aristoph. T. I. p. 212 sq. Poppo Obs. Thuc. p. 135 sq. Ego tamen concedo esse Atticum, docentibus Schaefero ad Dionys. de compos. verb. p. 191. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I. 4, 17. Prorsus alieni vero sunt loci Xenoph. Cyrop. V, 5, 33. Oecon. 20, 12.

(3) Cf. §. VIII.

(4) Theognis non videtur praefereendus, poeta quidem, sed eius aetate, cui hic titulus tribui possit, qui καί τε habet vs. 138.

(5) Gramm. Gr. ed. III. p. 570. (ex Iliad. α. 521. ε. 159. 509.).

(6) Cum Handio (l. c. ad n. 1.) p. 18.

(7) Primum Hermannus ad Hom. Hymn. in Apoll. 390. docuit esse qui forte, quod non magis verum est quam quod καί τε docetur esse forte etiam: sed hoc explicare non est huius loci. Mox

idem de dubitandi vi in illa particula saepius dixit, ut in Animadv. ad Elmsleii Medeam et ad Sophocl. Trach. 1045. Hanc doctrinam secutus quidem est Stallbaum ad Plat. Phileb. §. 103. (cf. Append. ubi quae de particula καί τε Atticis usurpata dixerat, improbat), sed fassus ingenue, voculas *etwa*, *wohl*, non ubique satis aptas esse ad Graecae particulae vim explicandam. Credo et ipse. Nempe fraudem doctis fecerunt loci, ubi particula τε vel καί τε annectit sententiam, quae potest dubitanter pronuntiata videri: sed ex dubitatione in nexu sententiarum magis quam in ipsa particula sita est. Ipsi quin etiam gradationi, cui inservit καί τε, haud raro inhaeret dubitatio, quod siquid maius additur, id saepe magis dubium est, quam praegressum minus; et in talibus potissimum locis καί τε potest reddi forte etiam, salva sententia. Etiam apud nos non multum differunt dictiones *und sogar* et *und wohl auch*.

(8) Errorem Hermannii notavit iam Welckerus Append. ad Aeschyl. Trilog. p. 79.

colb. Deinde Κρασιδέα nolim coniunctim legas: ipse enim aspectus docet, vs. 3. in dextra aliquid intercidisse. Atque etiam θυγάτηρ singularis non est probabilis: annumerata, quam eruiamus, Boea plures iam sunt mulieres. Omnino post καί τε Βοία debet aliud nomen proprium addi a littera Κ incipiens, quo expleatur spatium vs. 3. in dextra vacuum: sed id quoniam certa ratione indagari nequit, *exempli causa* pono Κ[αλλικλεια. Sequitur τασιδεα. Suppleri possunt varia: Μνασιδέα, Τιμασιδέα, Πασιδέα, Κρασιδέα, Ἀγασιδέα. At reiiciendae Μνασιδέα et Τιμασιδέα; nam Τ non licet in Ν vel Μ mutare. Κρασιδέα Dobraei sane bonum est: sed rarior in nominibus propriis littera α in huiusmodi formis; ne Boeoti quidem dixerunt Κρασις, sed Κρεσις (Κρησις) (1). Tutissimum est scribere Πασιδέα vel Ἀγασιδέα, Τ mutato in Γ vel Γ: et ex his facilius est secunda mutatio; quae ne mutatio quidem dicenda est: facile enim accidit lapicidae, ut dum incidit litteram Γ, superior linea plus quam debebat produceretur in dextram. Utut est, muliebri nomen latet in ασιδέα desinens. At hae mulieres Aristoni iunctae alienae fuerint Aristoni an necessariae? Uxorem, sorores, filias expectamus; et huic de filiabus suspicione favet continuo additum Θ, ex θυγάτηρ vel θυγατρεις. At falleris, dicas: quum enim sequi iam debeat ΑΓΥ (υγα), sequitur ΑΝ. Verum hoc Ν in hac scripturae forma omnino nullam esse litteram modo paulo ante monuimus, id quod pro sua peritiā perspexit etiam Dobraeus: habes igitur notam falsae lectionis, amoliendae non mutandis ductibus, sed dissolvendis, addendis. Dissolvi autem Ν in IV vel AI potest: sic habebis aut Δια aut Δια aut Διδα (additis ductui Α paucis) aut Διγα (si Α statuas γ esse). Haec omnia nullum praestant usum, excepto Δια, ΑΙΥΘ: nam lineae I uno addito apice fit Γαμνα; unde prodit Διγα. Iam succedit II, quos ductus mutilos esse sponte patet. Supplendi hi quoque sunt, non mutandi; et facilia supplementa sunt: ΓΤ (θυγατρ). Iam quae proxima sunt ΑΖ falsitatis notam habent apertam: nam Ζ omnino nulla est Graeca littera, et Α certe non incorruptum: α enim septies in hoc titulo est Α. Nonne igitur licebit hos corruptos ductus aptare iam voci θυγατρεις, ut illi mutantur in ΜΞ? Neque Α in Μ mutare est audacis: tolle superius Α, ex Α remanebit Μ. Immo haec ne mutatio quidem est; saepe enim accidit, ut litterae Μ ductus exteriores, qui in altum convergunt, longius promineant in altum: unde nascebatur falsa species litterae Α obiecta transcribenti Cypriō: ut n. 23. interioribus litterae Α ductibus nimiam excurrentibus natum est Χ. Ζ vero in Ξ mutari etsi duriusculum videtur, tamen est iam necessarium: et docebo §. X. cum simili ductu confusum Ξ esse in titulo n. 39. Restat finis, cuius litterae sunt ασιδεα. Graecam non praebentes dictionem: mutandae igitur sunt, non tamen aliis inferendis ductibus eorum loco; quibus scripti (diserte sunt, sed dirimendo et componendo, fortasse etiam addendo. ΞΞ potest in Ξ componi: unde quo ad n. 4. monui, Ο mutari in Θ: vel Θ, Μ distrahi in ΙΜ, ΡΗ mutari in Θητα, Ν distrahi in ΙΑ vel VI. Hinc quae nascentur lectiones, longum est proponere: combinatoria, quam vocant mathematici, ratione exputavi omnes, sufficere dixisse, nullam ex illis lectionibus Graecas praebere voces, nisi eam, quae coniuncto ΞΞ in ΞΞ et dissimulo Μ in VI, non addita ulla diacritica nascitur ΟΥΙΘΜΟΞ, quae omnino omnium mutationum est insuper lenissima. Haec scriptura Graece legi potest, ὡς, ὡς, ὡς φίλοι, φίλοι, φίλοι. Ex his aliquid iam aptandum est reliquo tituli tenore, aut addito in fine versus supplemento: aut non addito: sed qui hunc versum ex prioribus aestimavit, ubi in sinistra non possunt multa perisse, non addet magnum supplementum; una vel altera littera potest sine audacia addi, non multae. Itaque (ferre scribi et legi poterit ὡς φίλοι vel ὡς φίλοι: ὡς φίλοι et ὡς φίλοι et quae praeterea finxeris, atque omnes dictiones ab ὡς vel ὡς incipientes non possunt loci tenori accommodari. Οὐ φίλοι, sc. ἔθνεα: ὡς φίλοι, sc. Aristo, Boea, ceterae; et alterum hoc supplementum minimum est: una tantum additur κινεσία. Utrum vero praestat ex sententiae ratione? Adhuc arbitror posterius. Si φίλοι scribitur ad Apollinem relatum, non solum remotius illud ὡς φίλοι ab eo est vocabulo, quocum coniungendum est, sed etiam vacuum, quum nemini non debeat Apollo carus esse: illud enim prorsus hinc alienum, quod ab invocantibus dicitur ὡς φίλοι Ἀπολλων (2); nempe hi affectu et commotione animi agitantur, ideoque intentius precantes addunt illud φίλοι, quod est affectus omnino carissimi, ut si dicas, ὡς φίλοι κάρη, ὡς φίλοι πάτερ; at nostro loco ipsum ὡς docet nullum inesse eiusmodi affectum. Affectum si voluisset auctor, dixisset initio: ὡς φίλοι καὶ Ἀπολλων vel simile. Contra ubi scripseris ὡς φίλοι, dilectos sese Apollini esse praedicant dedicantes, ut Διὶ φίλοι, Ἀργεὶ φίλοι sunt Ἰὼνι, Μάρτι dilecti, statum autem dei qui dedicant, eos consentaneum est beneficium ab eo expertos remunerari, quo ipso beneficio sese illi dilectos esse cognorant. Simplex sane hoc ὡς φίλοι est; epicum fortasse dixeris: at epicam dictionem bis iam in hoc titulo repperimus, ἀφθιτος αἰεὶ, καὶ τε: quibus exemplis addat hoc

(1) Vide Introd. Boeot. I, 5.

(2) Aeschyl. Sept. 145.

tertium, cui libeat. Quodsi cui displicuerit sententia: non nostrum est bonis sententiis ornare titulos, sed ex iis exsculpere, quae videantur inesse sive bona sive mala. Quo deducta re intelligitur, *analytica* vis, lente cauteque progrediendo, nullam prope mutationem ausum nisi ubi erroris notae apertae offerebantur, apicibus potissimum oblitteratis addendis ibi, ubi spatium suppetit, supplementis in fine versuum brevibus et simplicibus assumendis, *eruisse me sententiam tituli et verba*, non praecepta opinionis devitantes, quae offensionem habere vel in sententia vel in oratione possunt, sed *quaerentem quae dicta essent*. Quod ita perfecimus, ut concinant inter se singula: et hoc est summum veritatis documentum. Potest fortasse alio accedente apographo mutari aliquid in hac explicatione: sed summam assecuti sumus haud dubie, neque ex hoc, quod habemus, apographo recta via aliter statui de hoc titulo potest.

Aliud meae rationis exemplum proponam in titulo n. 9. *Βουτροφιδών* scripto. Consideremus primum externa. Quum sensus non constet integer, titulus est mutilus iudicandus, initio certe, quod hoc non est legitimum, et in superiorum versuum sinistra parte, ubi voces non coeunt: in dextra coeunt. Sed estne *στρογγύδων* exaratus an non? Chandleri exemplum litteras non ostendit per series dispositas; Bosius⁽¹⁾ in una tantum littera O pro O vs. 15. differt a Chandlerio, nec novum confecisse apographum videtur, sed Chandlerianum cum lapide contulisse. Utique est, praefenda diserta, quam secutus sum, Mülleri affirmatio adversus Chandlerum pronunciata: *Titulus litterarum ordinibus rectis scriptus*. Haec tenenda ad restitutionem sunt. Iam criticus et interpres ea quae supersunt cum cura examinare et in unum corpus et perfectum concentum componere debet: id quod feci. Tantum enim abest, ut quod dicitur, non consideram quae supersunt, ut ne minimum quidem neglexerim apicem, dum adversarius negligit tantum non omnia. Vs. 2-5. patet ΧΡΙΘ- -ΚΤΕΟ, per se obscurum: sed comparatis Atticarum legum fragmentis docui hoc esse *κρηθ[ων] ἐκτέων*: quod semel inventum negari aine cupiditate vel artis criticae contemptu et ignorance nequit, concinente praesertim exactissimae litterarum numero *στρογγύδων* dispositarum. Liquet praeterea vs. 9-11. αἱ - - τυπαι, 12. 13. διπαι, 14. 15. σχαι - - nec praeterea primo aspectu quidquam: ne enim vs. 14. 15. legat *τρισχαι* vel aliquid ex *τρισχονία*, quod cavendum esse monui, retinebit peritum forma F, quae non est ρ, sed debet aliquid singulare continere. His spectatis in promptu est cogitare de artis opere eiusque mensura, ob illa *τυπαι* et *σχαι*: sed ex duobus fragminibus nequit universum iudicari; considerata omnia et componenda sunt, ut propius accedas ad argumentum. Nihil est apertius, quam *κρηθ[ων] ἐκτέων*, alienum tamen ab operis mensura, sed congruum *impensa in opus factis*. Haec sententia modeste et dubitanter a me proposita expedit tituli interpretationem ita, ut concinant omnia. Nunc enim summas pecuniae scriptas esse conicias: et statim vs. 1. IC (a dextra ad sinistram currente scriptura ΔΙ) est *obolus cum semisse*, quod notum, vs. 11. 12. X. Δ sunt drachmae 1000 et 10: F autem vs. 13. superest ex F, hoc est vulgari forma F, *quinquaginta drachm.* Vs. 6-7. vero restitui iam potest *λαουργοῖς*, de operariis in *λαίε ἐργασίᾳ* occupatis⁽²⁾, quibus victus praebeatur (*κρηθ[ων] ἐκτέων*). Horum operae deinceps diversum additur opus αἱ [ἐκ]τυπαι, hoc est *opus anaglyphum*, quod levi est oppositum; et nota articulum αἱ [ἐκ]τυπαι, quod sunt certa illa, quae sunt in aedificio, *anaglypha*; in quo articulo nemo paulo peritior haerebit. Porro conveniunt *σχαι*[α], quibus utuntur in struendo aedificio tollendis lapidibus. Supersunt διπαι vs. 12, 13. Hos dixi esse *bipedes, apparatus fabrilis ex trabibus duabus rectis, quae in solo defixae supra coniunguntur*. „At inepti fuissent Attici”, ait adversarius, „si non quadrupedem potius apparatus adhibuissent”. Qui videtur de apparatu quodam ex asserculis et trabecula cogitasse, qui solet quadrupes esse: at hic nimium infirmus non praestat eum usum, quem bipedes nostri apparatus iuxta collocati multo validiores: et quum Hirtius, haud sordidus architecturae auctor, probaret meam sententiam, et hodie etiam bipes eiusmodi apparatus haud raro adhibeatur, non est, quod hac de re litigem cum critico. „At διπαι non est Graecum pro *διπόδες*; quod enim tu comparas *τρίπος τρίπου*, ex solo notum est poetico aenigmate Sphingis”. Verum si in illo est *τρίπον* et *τέτραπον* (omitto alia quae dialectorum scriptores enumerant), constat certa quadam aetate has formas vulgo usitatas fuisse, quae non potuerunt fingi a poetis: quidni igitur huius inscriptionis aetate usitatae fuerint? Ταῖς τρίπους fuit fortasse etiam n. 227. b. in recenti titulo: ut *Οιδίπου* et *Οιδίποδες* dicitur, ita *πολύπου* est apud Aristophanem, *πολύπων* apud Amipsiam⁽³⁾, τοὺς πολύπους dicit Aristoteles⁽⁴⁾, *πάλυπον* Atticum, *πάλυπον* Doricum, Ionicum, Aeolicum esse Eustathius docet⁽⁵⁾; postremo *τρί-*

(1) Inscr. tab. III. fig. 3. ad p. 22.

(2) Accuratius hanc defini ad n. 160. p. 285. a. *).

(3) Athen. VII. p. 316. b. ubi cf. Schweighauserum.

I.

(4) Hist. An. IV, 8, 12. licet idem etiam αἱ πολύποδες dicat.

(5) Ad Odys. ε, p. 1541. 18. Rom.

vides } et Ξ confundi; prope idem accidit vs. 3. ubi, quod statim notabo, pro nostro et Cockerelli Σ Gellius et Leakius habent Ξ (1). Etiam vs. 4. penultima littera (Υ) Gellio est Υ , Cockerello Υ , exiguo discrimine. Sed potissima varietas reperitur vs. 3. quo loco nostrum exemplum habet $\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega\Gamma$, quod dissolutis coniunctisque ductibus explicui $\alpha\mu\alpha\ \Sigma\omega\omega\tau$. Pro hoc enim Antiquitates Ionicae $\Omega\Omega\Upsilon\Gamma\Omega\Omega\Gamma$, Cockerellus $\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega\Gamma$, Gellius $\Omega\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega\Gamma$, Leakius $\Sigma\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega\Gamma$. Vides Gellium et Leakium non multum dissentire hoc loco; et Gellianum apographum ipsi Leakio acceptum refert Rosius: quare licet et hic et vs. 2. extr. exigua inter utrumque compareat diversitas, videtur tamen utrumque ex eodem manasse fonte. Contra Cockerelli exemplum est diversum, idque consentit fere cum nostro, quod Müllerus ab eodem accepit Leakio, nec dissidet ab hoc nisi vs. 3. in penultimis ductibus, et vs. 2. extr. in voce $\alpha\mu\alpha\ \theta\eta\kappa\alpha\upsilon$, quae in Mülleriano videtur fere ad Leakianum correcta esse. Iam vero quum vs. 3. in nullo quattuor apographorum habeatur $\Omega\Omega\Gamma$, quod dissolvi in $\omega\omega\tau$, perit nostra correctio $\Sigma\omega\omega$ et cum hac simul supplementum vs. 1. exempli causa appositum. Nec tamen quod alii voluerunt $\Lambda\mu\alpha$ vel $\beta\rho\alpha\chi\chi\iota\delta\omega$ (ex Cockerelli et Leakii apographis) inferendum est; nimium enim distant a vocibus his litterae, nec Σ potest Iota esse, quod in hoc titulo forma Γ utitur. Denique ita dissentiunt apographa, ut nulla queat certa emendandi via iniri; neodum tamen ulla causa est, quare metricum titulum non esse putemus, et constat saltem titulum fuisse eiusmodi, qualis est habitus, nec de eius argumento et consilio dubitare licet. Hoc unum mihi de vs. 3. nunc probabilis, legendum esse $\mu\alpha\sigma\omega\ \tau\omega\pi\acute{o}\lambda\lambda\eta\mu$, ut mulier haec una cum Hermesianacte dedicavit statuam. Nam ad $\mu\mu\alpha\epsilon\Omega$ prope accedunt lectiones Cockerelli certe et Gellii, $\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega$ et $\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega$, nec nimium discrepat Leakianum $\Sigma\Lambda\Upsilon\Delta\Omega\Omega$.

Dixi in fragmentis posse aliquando de ipso tituli consilio et argumento dubitari. Id quum sponte pateat, non utor singulari exemplo; sed iuvat docere, quomodo singulis compositis argumentum reperiri queat: quod in n. 17. efficiam, in quo haesit God. Hermannus. In dextram multa perisse, Fourmontus punctis plurimis apposis docet; idem de sinistrae partis vs. 1-5. et forma tituli et eadem puncta monstrant, quibus neglectis qui superstites ductus continuaverit, incautissime egerit. Supersunt vero haec: vs. 1. $\sigma\omega\omega\ \alpha\mu\alpha\ \theta\eta\kappa\epsilon$, 2. $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\tau\alpha\ \iota\sigma\chi\upsilon\iota\ \lambda\omicron$, 3. $\epsilon\iota\sigma\tau\epsilon\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \delta\lambda\upsilon$, 4. $\sigma\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \alpha\epsilon\theta\lambda\omicron\iota\varsigma$, 4. $\tau\epsilon\tau\epsilon\pi\epsilon\tau\alpha\ \tau\epsilon$, 6. $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon\ \eta\upsilon\lambda\epsilon\iota\ \nu\iota\kappa\eta\ \kappa\alpha\iota$, 7. $\alpha\mu\iota\beta\epsilon\sigma\tau\epsilon\iota\ \sigma\tau\alpha\tau\upsilon\iota$. Dedicatum igitur ab uno homine aliquid est; armorum, virium, certaminum, rei ter et quater factae, victoriae, hoplitae mentio fit. Quis non suspicetur, dedicasse aliquid ob victoriam hoplitodromum, qui ter et quater vicerit ludos? At potest etiam miles bello clarus aliquid dedicasse. Concedo: frequentiores tamen sunt tituli a ludorum victoribus positi: atque accedunt duae lectiones, quae ad ludorum victorem hoplitodromum deducunt: nam vs. 6. probabile est $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$, praetereus et praetereundo vincens, quod est cursōis, et vs. 3. $\Gamma\epsilon\iota\omicron\Gamma\epsilon$ vix in aliud mutaveris quam $\Gamma\epsilon\iota\omicron\Gamma\epsilon$, ut teneas Pelopem Olympicorum ludorum heroem. Concinunt inter sese omnia ita, ut aptius nihil excogitari possit. Iam quoniam ludi sacri et sancti sunt, vs. 4. scribo $\sigma\omicron\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \alpha\epsilon\theta\lambda\omicron\iota\varsigma$: $\sigma\iota\alpha$ enim non solum profana sunt, sed etiam sancta et veneranda; immo haec est primitiva vocis $\sigma\iota\alpha$, profanaque tantum eatenus dicuntur $\sigma\iota\alpha$, quatenus ea salva sanctitate et religione tractare licet. Certē $\tau\omicron\iota\varsigma\ \delta\alpha\mu\iota\sigma\iota\omega\iota\varsigma\ \epsilon\upsilon\ \alpha\epsilon\theta\lambda\omicron\iota\varsigma$ (2) scribi nequit: nam inter $\delta\lambda\upsilon$ et $\sigma\omicron\iota\varsigma$ perierunt multa; sex fortasse vel octo versus fuisse in hoc lapide scriptos tot spectatis lacunis multo est probabilius, quam pauciores: tres vero qui efficere conatus est nec tamen effecit, errat manifesto. Supersunt duae res, de quibus dubitatum est, $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$ esse vincens praetereundo s. cursu praetereus victor, et titulum esse Dorice scriptum, quod sumpsi in supplemento $\sigma\tau\alpha\tau\upsilon\iota$. De priore non putabam dubitaturum quatenus Graece doctum. Ut $\alpha\mu\iota\beta\epsilon\sigma\tau\epsilon\iota$, ita $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$ et $\pi\alpha\tau\epsilon\lambda\theta\epsilon\iota\upsilon$ et $\pi\alpha\tau\epsilon\lambda\theta\alpha\mu\epsilon\iota\upsilon$ dicitur victor quicumque; a cursus potissimum ludis omnium antiquissimis et vulgatissimis desumpta dictione: exemplis si opus est, suppeditavit ea Meierus. Apud Xenophontem (3) est: $\tau\alpha\chi\upsilon\ \mu\epsilon\upsilon\ \epsilon\iota\varsigma\ \tau\omicron\ \iota\sigma\tau\epsilon\ \alpha\phi\iota\kappa\epsilon\tau\omicron\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \eta\lambda\iota\zeta\iota$, $\tau\alpha\chi\upsilon\ \delta\epsilon\ \pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$, de rei equestris peritia: ubi recte Poppo explicat superavit, duce veteris grammatici explicatione $\epsilon\upsilon\eta\kappa\eta\sigma\epsilon\upsilon$. Non de victore quidem, sed tamen de eo qui quem praetereat cursu, una $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\chi\epsilon\sigma\tau\epsilon\iota$ et $\pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon$ dicitur ab eodem Xenophonte (4): $\chi\omega\rho\epsilon\iota\ \alpha\iota\tau\omicron\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \pi\alpha\tau\epsilon\rho\chi\epsilon\tau\alpha\iota$. $\delta\ \delta\epsilon\ \kappa\alpha\lambda\lambda\iota\mu\alpha\chi\omicron\varsigma\ \omega\varsigma\ \epsilon\upsilon\gamma\alpha\ \alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \pi\alpha\tau\epsilon\iota\omega\upsilon\tau\alpha$. Hinc ut $\phi\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\iota$ et $\delta\iota\omega\kappa\epsilon\iota$, ita $\pi\alpha\tau\epsilon\lambda\theta\epsilon\iota\upsilon$ in iudiciali usurpatur sermone, et est hic quoque vincere, ut in loco insigni Demosthenis de corona (5): $\epsilon\tau\iota\ \tau\alpha\varsigma\ \alpha\iota\tau\iota\alpha\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \tau\alpha\varsigma\ \delta\iota\alpha\beta\omicron\lambda\alpha\varsigma$, $\alpha\iota\tau\eta\ \epsilon\kappa\ \tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{\rho}\omicron\tau\epsilon\rho\omicron\varsigma\ \lambda\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\iota\upsilon\ \delta\ \delta\iota\omega\kappa\omega\upsilon\ \iota\sigma\chi\upsilon\iota$, $\alpha\upsilon\kappa\ \epsilon\kappa\ \tau\omicron\upsilon\ \phi\epsilon\upsilon\gamma\omicron\upsilon\tau\iota\ \pi\alpha\tau\epsilon\lambda\theta\epsilon\iota\upsilon$, hoc est $\nu\iota\kappa\eta\sigma\alpha\iota$ interpretibus Harpocrate, Suida, Ulpiano, qui et ipse vidit a cur-

(1) Annoto ob n. 1. Vide §. IX.

(3) Cyrop. I, 4, 5.

(2) Ut apud Xenoph. Cyrop. I, 2, 12. $\delta\eta\mu\omicron\sigma\iota\omega\iota\varsigma\ \alpha\gamma\omega\upsilon\varsigma$. Sed poetae exemplum desidero.

(4) Anab. IV, 7, 11. 12.

(5) P. 227. 18.

sus ludis desumpta haec esse: praetereundo enim quod cursor in ludis vincit, ideo iam etiam reus dicitur praeterire, ubi vincit actorem. Accedit Aristophanes Equitibus ⁽¹⁾:

ἀλλ' εἰ μὲντοι γε νικᾷς τῇ βοῇ, τήνελλος εἶ.
ἦν δ' ἀναιδεία παρέλθης, ἡμέτερος δ' πυραμοῦς.

Doricam autem esse hanc Argivam inscriptionem ideo puto, quod ἀριστων ἐπλίτα[ν] omnino probabilius est quam ἀριστων ἐπλίτα[ς], et quod Πέλοπος dicitur Aeolica esse scriptura, quam Doricis immisceci expectes, in Peloponneso maxime, ubi mixtus cum Aeolismo Dorismus. Quapropter etiam νίκη interpretor ex Dorismo, εἴκα, et convenit dictio παριῶν νίκη. Vides igitur, quidquid in mea reprehenditur explicatione, reprehendi iniuria.

XI. *De titulis metricis.*] Post haec aliquid de metricis inscriptionibus addi commodum videtur, quod haud uno loco ambigitur, sitne titulus carmine an soluta oratione conceptus. Cui dubitationi locus relinquitur eo magis, quod unicuique scriptori, qui praesertim masculos praeferat numeros, imprudenti excidunt versiculi si non boni, certe qui pedum expleant mensuram: ex quo genere est illud Taciti, *Urbem Romam a principio reges habuere*; et nubem exemplorum ex diversissimis scriptis, ex ipso Novo Testamento, congesserunt homines prave curiosi ⁽²⁾. Quapropter quum quaererem, quibus iudiciis in brevibus titulis, quos haud raro metricos esse constat, fortuitus versus posset a meditato distingui, unum et simplex repperi praeceptum. Quippe in re dubia, ubi nihil conspicitur poetici coloris, nulla vox poetica, nulla forma insolita, nihil neque in structura neque in collocatione vocabulorum insolentius, denique nihil quod in soluta oratione non expectes, fortuitum dicimus versus: contra ubi verba ipsa vel formae vel structura et ordo vocabulorum poetica sunt, ubi in brevem, concisam, argutam dictionem contorta est sententia, omissis aliis verbis, quae expectes addi, nisi ea excludat metri necessitas, versus iudicamus meditatum; concludere enim sententias versibus quibusdam notioribus, maxime senario iambico, hexametro heroico, anapaestico paroemiaco ⁽³⁾, placuit veteribus. Sic n. 893. *Ναυσικρίτη Κρητιστοδύρου Σησσία* senarius est, etsi non ad tragicam normam exactissimus: sed hunc censeo fortuitum: non enim quidquam non prosarium est. At verba Olympio Phidiae Iovi subscripta,

Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς Ἀθηναῖς μ' ἐποίησε,

debent pro versu meditato haberi, quod vulgo illa quidem aetate non additur υἱός; ne μὲ quidem extra versum additum fuisse a Phidia coniecerim. Multo magis n. 10.

Ταῦτοῦ λίθου εἴμ' ἀνδριάς καὶ τὸ σφέλας,

dictio epigrammaticae arguta, complexus verborum contortior et poeticus versus evincunt, licet haud satis bonum: quamquam et hiatum et ceteram versus formam idoneis defendi argumentis. Sic n. 1177.

Εἰρεὺς Καλλίμαχος Βρομίου ἰδρύσατο βωμόν,

et Βρομίου et omissus in voce βωμόν articulus evincit versus, una cum subscripto Διονύσου, quod separatim et insolentius adiectum est, quum non posset versui includi, nisi quid aliud omitteretur. Sed hi inscriptionum versus non postulandum est ut sint elegantissimi; sunt hi quoque, prorsus ut sermo et sententiae inscriptionum ⁽⁴⁾, ex sese, non ex absolutorum poetarum operibus aestimandi, quos quidem confecerit proximus quisque. Labentibus Graecorum litteris quot sint epigrammata heroica facta immistis heptametris et versibus elegiacis vel verbis prorsus dissoluto numero compositis, quis nescit? Immo iam Critias senarium iambicum inseruit elegis praeter regulam, et tamen facete et pulchre; iam Olymp. 101, 1. n. 85. tribus heroicis additur unus elegiacus: saepe etiam bonis poetae versiculis alius inseruit vocem numeros turbantem, quod accidit n. 954. 1064. Unde facile intelligas, non quidquid boni poetae ut plurimum caverunt in pangendis versibus, abesse a titulis: quorum qui modice peritus sit, non haerebit n. 5. in hiatu τῶν νυ ἐπάστατο, non n. 29. in hiatu et correptione longae τὰργεῖα ἀνέθεν, sed ex iis, quae

(1) Vs. 276.

(2) Huius studii, quo sunt qui non sine malignitate utantur, princeps videtur auctor fuisse Hieronymus peripateticus imprimis nobilis, qui ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus elegit,

plerosque senarios, sed etiam anapaesta; et ille iam fecit malitiose (Cic. Orat. 56.).

(3) De hoc vide Addenda ad n. 16.

(4) Cf. §. VIII.

supra dixi, aestimabit utrum verus sit necne, atque utrum fortuitus an meditatus: unde aestimanti n. 29. videbitur senarius esse iambicus liberius factus; unde aestimans n. 32. statuet dactylicum heroicum, quod, si aliter legetur, dictio prosae non erit conveniens⁽¹⁾. Ceterum qui vel solos primae partis titulos examinarit, in *donariarum* potissimum inscriptionibus videbit receptam esse metricam formam, ex ea retentam aetate, qua soluta oratione non usi Graeci erant in re sollemniori ulla. Quodsi non universa oratio commode intrabat versum, certe partem metro concludi moris fuit: id quod n. 16. in galea Hieronis factum esse et in donario ab eiusdem Hieronis familiari dedicato, atque omnino saepius, et in commentario ad illum titulum et in Addendis docui apertissime.

XII. *Quomodo iudicandum, quid genuinum vel subdiciunt, sincerum vel effectatum sit.* Quamut in libris et nummis, ita in titulis fingendis fraudulentis homines occupati sint, attentione opus est, ne factum pro vero habeas, sed simul cautions, ne nimium suspicax damnes verissima. Simplicia sunt, quae de hac re praecipiat criticus: at iudicium ita est anceps, ut ne Scipio Maffei quidem, quo nemo unquam in inscriptionibus versatior fuit, ingentibus liber fuerit erroribus: quo magis sese ab hac crisi absterneant, qui nulla instructi sunt exercitatione diuturno titulorum usu comparata. Sunt autem illius iudicii duo fontes, alter internus, alter externus. Internis argumentis suppositiciū habendum monumentum, in quo vel rerum traditarum vel sermonis vel ductum vel materiae, cui titulus inscriptus, ratio non conveniat, iis hominibus, quibus illud necessario tribuendum foret, si esset genuinum, spectatis eorum moribus, conditione, patria, aetate, quod contrario modo comparatum est, potest ab internis argumentis genuinum haberi iudicium. Vero de hac re integritas tota pendet ex rerum et verborum idonea cognitione, tantoque erit firmitus iudicium, quanto perfectior haec cognitio. Augetur difficultas per se haud exigua, ubi voces et sententiae incertae et ambiguae possunt interpretando huc illuc torqueri. Externa autem indicia referuntur omnia ad *fidem traditionis*, titulum vere ex antiquitate derivatum esse persuadentis. Sin ob alterutra argumenta suspectus titulus, distinguenda varia sunt: aut enim numquam ille in lapide aut aere aut simili materia extitit, sed fictus in charta est, aut extitit vel etiam nunc extat. Quodsi eum numquam extitisse docueris, externo argumento constat eum fictum esse. At si extitit vel extat, monumentum potest antiquum esse, titulus recens additus et fictus; aut titulus verus, aliunde quippe petitus, sed monumentum fictum; aut fictum et monumentum et quod inscriptum; aut et monumentum antiquum est et titulus antiquus, sed aliunde hic illi impositus recentius. Quae omnia sunt singillatim diiudicanda. Verum ut redeam ad duo illa argumentorum genera, comparata utraque aut consentiunt aut dissentiunt. Si consentiunt et certa sunt, actum est: in consensu incertorum prout probabilia argumenta, probabile iudicium, quod aut retinendum aut caute pronuntiandum erit. Quid vero si interna et externa argumenta aut non prorsus aut omnino non consentiunt? si interna adest veritas, fidei obsunt externa documenta, vel externa fide suppetente desideratur aliquid ad internam veritatem? Raro me iudice accidet alterutrum. Si tibi tamen internae veritatis notae inesse titulo videantur, quem qui tradidit, eius suspecta fides est; quaerendum an ille fingi potuerit: si non potuit, interna sufficit veritas; sin potuit, quaeres an causa fuerit, quare fingeretur: si nulla fuit, probabilis est tituli auctoritas; si fuit, sitne illa interna veritatis nota tantum speciosa necne, erit in ambiguo relinquendum, nisi docere externis argumentis poteris fictum esse titulum quamvis speciosum. Nam si externa documenta hoc certo efficiunt, necesse est fallacia fuerint illa interna. At si tituli fides ab externis argumentis prorsus firmata est (quod tum iudicandum, ubi traditus fuerit ab iis, qui neque fallere ipsi velint neque ab aliis possint esse falsi), nec tamen is sive ob formas litterarum sive ob sermonem et res sententiasque iis, quos prae se fert, hominibus, terrae, et maxime aetati convenit; erit aut *antiquitus fictus*, aut genuinus quidem sed aliam aetatem *per affectationem* quasi mentiens, aut posteriori saeculo *instaurandae antiquioris inscriptionis causa* exaratus. Ceterum hic quoque augetur difficultas, ubi explicatio haud satis est certa. Haec fere potissima huius crisis capita iudico: sed ea quomodo aptanda inscriptionibus quibusque sint, non potest nisi in ipsarum doceri tractatione, ad quam remitto lectorem: sufficit igitur singulorum capitum succincte nominare exempla in hoc opere maximam partem pertractata: in quibus enumerandis non vereor eosdem titulos plus semel afferre, qui quidem pluribus capitibus illustrandis videantur idonei.

(1) Vide imprimis Addenda ad n. 29. 32. Aliis in titulis quare set de metrica compositione suspicionem movere, si metrum incogites de versibus, ut n. 1. 14. nulla causa idonea est. Nam ferri via analytica posset; quod non potest. quod n. 1. quaedam insunt poeticae dictiones, id tum tandem pos-

Ob interna argumenta ficticiae indicandae sunt Fourmonti inscriptiones in Appendice partis primae editae, nec sermone, nec ductibus, nec rebus, quae in iis perscriptae sunt, aetati, patriae, moribus, institutis hominum congruae, quibus tribuuntur: *conspiciantur externa*, quod earum auctoritas solo nititur Fourmonti, homine usquequaque suspecto: quod nisi constaret, deberent eae antiquitas fictae haberi. In Petrizzopuli titulo ob *explicationis ambiguitatem aucta difficultate* internis documentis confici non multum potest: nullas tamen illi inesse internas veritatis notas docent Addenda ad n. 43. Quod vero etiam ex materia monumenti internum dixi argumentum desumi posse, exemplo est Latina columnae Duilliae inscriptio marmoris incisa, quo C. Duillii aetate rarissime usi sunt Romani: quippe haec inscriptio Imperatorum aetate restituta est, laeso prisco titulo. *Externis argumentis a fide tradentis* petitis nullus titulus damnatur iustius quam n. 43. et in commentario et in Addendis; *neque obsunt interna*. De Fourmonti iam monui; contra absolvendus Cyriacus Anconitanus ⁽¹⁾: Internisque aequae atque externis documentis constat genuinas esse inscriptiones Naniam n. 3. Pisaurensem n. 24. *Ficti in sola charta* sunt iidem illi Fourmonti tituli et Petrizzopulianus. In monumento antiquo fictus est titulus Musei Borbonici, olim Puteolani: Τῆς Ἑλλάδος τὸ πρόπαιον ἐστὶν ἐν κατανισθέντων τῶν Καρυαίων: eiusdem generis multi sunt sub statu et protomis scripti. *Veri sunt tituli, sed aliunde petiti* et in lapides coniecti, in Kempianis plures, n. 372. 614. 652. 1105. b. ita ut haec Kempiana monumenta sint quidem ipsa falsa, sed contineant veras inscriptiones. In candelabro minime veteri, *in ficto proinde monumento fictam inscriptionem* novimus in Mediceis cimeliis ⁽²⁾. *Aliena inscriptio* ex libro petita imposita est sepulcro Homeri, quod vocatur, *antiqua antiquo monumento*, et sic permultae ex Anthologia et aliis vetustis libris coniectae in antiqua anaglypha sunt ⁽³⁾. Non defuere *causae dubitandi et externae et internae* in Pembrokianis n. 34. 38. ⁽⁴⁾ non dissentientes: at *incertissimae* quum sint, nihil est incautius pronunciandum. In *suspecta tradentis fide* interna nota veritatis genuinos esse evincit eos Fourmontianorum titulorum, quos Fourmontus, *ingere non potuit*, utpote nimium imperitus, sicut n. 76. 123. 157. alios sola eius fide nixos etsi *potuit ingere*, non tamen finxisse censendus est, quod *nulla causa fuit*, quare id faceret: contra in Appendicis partis primae inscriptionibus inaudita et in remotissimam antiquitatem recedentia proferendi studium causa fingenti erat. Pembrokianae n. 34. et 38. de quibus modo paulo ante dixi, *fingi sane potuerunt, potuitque causa fingendi* ea, quae haud rara est, *esse*, ut monumentis maior accederet auctoritas; nec certa traditur Pembrokianorum monumentorum fides esse: tamen quum externis argumentis titulorum horum falsitas monstrari nequeat, *ambigua* est suspicio, ut supra iam significavi. Porro titulos externa fide munitissimos, sed interna quadam, quam supra definii, falsi vel simulati specie laborantes quum in tres distinxerim classes, prima est *fictorum antiquitus*, qui seu vera seu falsa continentes posteriore aetate exarati sunt, ut prius extitisse viderentur. Tales olim fuere multi ⁽⁵⁾; tales habendi essent n. 43-69. nisi Petrizzopulum et Fourmontum satis teneremus convictos; tale est Delphicum quoddam apud Cyriacum ⁽⁶⁾ oraculum, Byzantina cusum aetate: alia, quae afferenda putes, exempla omitto de industria, utpote incerta. Alteram classem constituunt *affectati* tituli, nec prioris tributi aetati ab iis, qui eos composuerunt, neque omnino falsi, sed per lusum, vel ut antiquitatis quadam quasi robigine inducta maior iis accederet auctoritas, ea forma vel scripturae vel orationis vel utriusque facti, quae tum non fuit usitata. Ex quo genere sunt columnae Herodis, saeculi post Christum secundi; sed iam Praxiteles hunc secutus morem est ⁽⁷⁾, insigne exemplum accessit n. 25. circa Olymp. 102. scriptum. Huc probabiliter referas etiam n. 27. ex parte βουστροφῶν scriptum; de aliis modestam mihi dubitationem, ut de n. 10. ⁽⁸⁾ 20. 28. nec n. 23. scriptura βουστροφῶν currens aetatis illius usui, sed antiquitatis studio deberi videtur.

(1) Cf. §. II.

(2) Est de M. Agrippa Cos. III. quem honorat commune Macedonum. Cf. Maffei. crit. lapid. p. 79.

(3) Maffei. ib. p. 74 sqq.

(4) Vide p. 52. a. extr. p. 53. a. p. 54. b. extr.

(5) Vide ad Fourmontiana p. 63. Adde quod dixi supra §. II. p. IX. not. 2.

(6) P. XLII n. 263. et ap. Murat. T. III. p. MDCCCXVI.

(7) Vide ad n. 25.

(8) Longiorem titulum dico, ταύτου λίσου etc. Hunc per affectationem etiam diu post alterum (Νάξιοι Ἀπόλλωνι) additum

sibi videri scripsit nobis vir quidam praestantissimus, qui in artium studiis summa cum laude consenuit; et argumenta attulit haud contemnenda: quamquam evinci haec sententia meo iudicio non potest. Omnino de illo titulo plures adhuc dubitationes supersunt: illud tamen aegre concedam statuan Apollinis fuisse. Nam licet ἀνδρίας etiam de simulacro dei dictum reperiatur, tamen proprium de hoc est ἀγαλαμα; quo minus videtur verisimile, et Plutarchum et inscriptionis auctorem hoc monumentum eodem vocabulo ἀνδριάντα vocaturos fuisse, si Apollinem repraesentasset: praeterea si Apollinis illa fuisset statua, scriptum foret Νάξιοι Ἀπόλλωνι. Quamquam etiam de scriptura Ἀπόλλωνι, spectata varietate lectionis, dubitare licet: sed mihi tutius videtur acquiescere in fide Tourneforti.

Confidentius in n. 34. 39. simulatum esse priscum colorem pronunciaui; eandem de Sigeensi titulo n. 8. tuli sententiam, eamque una cum interpretatione mea in Addendis uberius defendi: in quo simul eius, quam supra dixi, rei exemplum habes, quantum hic quoque *augeatur difficultas, ubi de explicatione dubitetur*. Minus insigne specimen affectationis in sola dictionis simplicitate et colore antiquiore positae est n. 1759. Postremo tertia est classis titulorum falsi quadam specie interiore affectorum, sed omni fraudis suspicione liberandorum; eos dico, qui *instauratione* antiqui monumenti in priscorum successerunt locum, ut Megarici n. 1050. 1051. quibus non adnumeraverim Fourmontianos catalogos sacerdotum, magistratuum, aliorum, etsi priscos eiusmodi catalogos instauratos aliquando esse videbimus in titulis Halicarnassiis exemplo maxime memorabili. Nec poemata ex libris petita, quae quidem iam antiquitus coniecta in lapides sint, ut n. 511. 1724. vel sententiae ex scriptoribus excerptae, ut ex Bacchylide et Platone, recte sollicitabuntur, si et scripturae forma refert antiquitatem, et titulum aut idonei tradiderunt auctores aut monumentum continet nulla ex parte suspectum.

Scrib. Berolini d. x. m. Octobris a. MDCCCXXVII.

1 2 3 4

INSCRIPTIONES GRAECAE.

PARS PRIMA.

TITULI ANTIQUISSIMA SCRIPTURAE FORMA INSIGNIORES.

Ne eae inscriptiones, quibus remotae antiquitatis quasi robigo inhaerere videatur, per omnium aetatum monumenta sparsae laterent, commodum visum est potissimas ex eo genere uno conspectu coniunctas in ipso operis vestibulo poni: nisi quod unam et alteram, quae nonnisi paucarum litterarum vetustiore ductu notabilis esset, suo loco retinendam putavimus; quod in Diris Teiis et Marmore Nointeliano fecimus, in hoc etiam eam ob causam, ne ab affinibus dirimeretur titulis. Igitur hoc habes in catalogis defunctorum militaribus Atticis, ubi etiam aliud reperies sane vetustum marmor eadem de causa ibi relictum, ut plura minus tamen insignia. Rursum vero qui tituli recentiore aetate eo sunt litteraturae genere exarati, quod remotissimum imitaretur aevum, eos cum antiquis consociari recta postulabat ratio: igitur etiam illos hoc in capite posuimus, praesertim quum ne dignosci quidem in unaquaque inscriptione possit, sitne vere vetusta an speciem mentiatum antiquitatis: de qua re suis locis dicetur. In iis ipsis autem, quas vere vetustissimas dixeris, longe absrum ab eorum levitate, qui ex scripturae ratione uniuscuiusque inscriptionis tempus ita designari posse putent, ut alteram, altera vel vetustiore vel recentior esse intelligamus: qui non cogitant, quantopere secundum locorum varietatem et eorum hominum, a quibus illi tituli confecti sunt, consuetudinem subinde arbitriam vel temporibus antiquissimis scripturae distulerit genus. Enimvero istam iudicii perspicacitatem nonnisi ii sibi vindicatum eunt, qui recens in hoc studium involarunt; multo in illa re cautior fuit Scipio Maffei, qui quum multos in inscriptionibus versandis annos consumpsisset, fatetur in Crit. Lapid. III, 1, 2. communem quidem et a se saepe auditam sententiam esse, Graeci monumenti scriptura inspecta intelligi probe, ante Alexandrum an postea, Roma libera an Imperatorum aetate, secundo Christi saeculo an tertio, Iustiniano imperante an sequiori aevo marmor insculptum fuerit; sibi tamen identidem haec perpendenti ac monumenta varii generis perlustranti incertissima visa esse omnia fallacibusque regulis plena. Quod iudicium prudentissimum etiam in antiquissimarum inscriptionum aetatibus indagandis vim suam retinet. Equidem perpensis omnibus, si Atticas inscriptiones certiore normam ut plurimum sequentes exceperis, vix quidquam reperi firmum manere, ex quo perspicere certa ratione

INSCR. GR. VOL. I.

liceret, quae inscriptio inter aliquot supparis aetatis vel antiquior vel recentior esset. Nam primum si eas, quae *Βουστροφιδόν* scriptae sunt, putes antiquissimas esse, quis tandem spoponderit, neminem ea aetate, qua vulgaris versuum scribendorum ratio iam invaluerat, vetus scribendi genus sive retinuisse sive affectasse? Et profecto Sigeensis inscriptionis, licet *Βουστροφιδόν* scriptae, litterae eiusmodi sunt, ut aliae, exempli causa aeris Petiliensis inscriptio et columna Naniana, si litterarum ductus spectaveris, longe videantur antiquiores. Sed etiam illud iudicium, quod a litteris repetitur, multo magis est anceps, quam plurimi putarunt. Nam ut hoc uno exemplo defungar, litterae Sigma quae habentur formae M, Σ, Ξ, ne alias afferam, earum M vetustissimam, Ξ recentissimam merito dixeris: nihilominus Ξ extat in galea Hieronis Olymp. 76, 3. dicata, et Σ in marmore Nointeliano Olymp. 80. extr. inscripto. Eadem autem aut similis inconstantia quum in aliis litterisprehendatur; nisi alia argumenta accesserint, valde ambigua aetatum definitio est. Sed haec res non nunc uberius a nobis exponetur: quae enim de variarum uniuscuiusque elementi formarum aetate vere dici possunt, reservanda sunt commentariis palaeographicis, qui in fine operis, non in principio ponendi sunt: hoc loco tantum iis occurrere constitutum erat, qui nimium sibi confidentes faciunt intelligendo, ut nihil intelligant. Quod autem tertium superest aetatis indicium ex sermonis indole, ne id quidem incorruptum est, quum tanta apud Graecos fuerit dialectorum discrepantia, ut quid in Peloponneso vel in Sicilia antiquum vel recens fuerit, ex notiorum dialectorum cognitione diiudicari nequeat. Igitur deficientibus certis argumentis sequamur probabilem ordinem, atque ut in quoque monumento plurima conveniunt remotioris aetatis documenta vel certe vestigia, ordine deinceps has recenseamus inscriptiones: ita tamen, ut neque eas, quas praemisimus, reliquis omnibus antiquiores esse statuamus, nec, posse unam et alteram, quae minus antiquis ductibus scripta est, antiquiorem esse, negemus, sed magis litterarum aetatem quam monumentorum spectemus, et nonnullas etiam extra aetatis seriem ob rerum similitudinem coniungamus. Quod quomodo intelligendum sit, in singulis videbis. In fine autem huius partis titulos antiquissimam aetatem simulantes eos ponam, quibus varias ob causas plane diffido.

A

Titulus repertus prope ecclesiam quae dicitur *Agio Sarandi* in vicinia Crissae (Walpol. Mem. p. 339.), et a Gropio, Austria-
corum Athenis proxeno delineatus: eum basi statuæ inscriptum esse paulo post patebit. Primus edidit Hughes Itin.
T. I. p. 369. neminem doctorem, qui in hac inscriptione occupati erant, vel minimam potuisse partem explicare narrans.
Nobis spero melius cecisse.

ΙΙΙΙΑΜΟΤΙΘΓΑΜΟΙΙΙΙΥΙΜΟΙΙ
ΛΜΤΟΝΜΕΘΕΚΕΡΑΙΤΕΒΟΙΑΚΑΙΚ
ΟΝΟΜΟΙΙΙΑΖΙΙΑΝΘΑΙΘΙΜΑΤ

Inscriptio haec *Βουστροφῶδον* scripta incipit a dex-
tera, ut n. 27. et 43. et Fourmontianarum una et al-
tera: quae ratio scripturae ad orientalem a dextera
ad sinistram progrediendi modum, qui per priscos
Graeciae populos etiam ad Etruscos propagatus est,
proxime accedit. Igitur hunc titulum etiam aliis an-
tiquae litteraturae vestigiis insignem et dictionis ve-
tustae simplicitate conspicuum primo loco posui,
quum praesertim nihil insit, quod eum recentiore
aetate ad remotiorum temporum imitationem factum
esse suadeat. Litterarum formae plurimae sunt ve-
tustissimae, imprimis Sigma formā M: Gamma qui-
dem Γ videtur esse, sed haec forma, apud Atticos re-
cens, multo apud alios Graecos vetustior est, quod
vel ex num. 3. coniecere licet; item Iota formam I
habet, quum I vetustius haud dubie sit: sed etiam
I admodum antiquum est. Pro forma Υ, quae vs. 1.
apparet, ex vs. 3. coniecio V scribendum esse. Φ uti-
tur forma admodum antiqua, Etruscae simili. Ioni-
carum litterarum nulla inest; pro ου habetur Ο.
Spiritus asperi formam antiquissimam Θ plus se-
mel in hoc titulo fuisse mox docebo: sed quod vox
Φοῦα, litterā digamma assumptā, in eo deprehensa est
(Herb. Marsh Hor. Pelasg. P. 1. p. 74.), de cuius rei
veritate vel ante editum monumentum dubitabam
(Oec. civ. Ath. T. II, p. 393.), error est falso le-
gentium, vitioso apographo excusandus. Nec inest
digamma nec potest inesse, quum nullum compareat
vocabulum ea littera utens. Vs. 3. vides noviciam

formam Α, errore puta transcribentis. At litterarum
formis quamvis notis in explicando monumento pa-
rum profeceris, ea, quae fertur, lectione sententiam
nullam praebente, nisi et corrupta nonnulla et mu-
tilata esse intellexeris. Sed illis lenissimam adhibebo
medelam: de iis, quae plane perierunt, pauca prae-
moneo. Et vs. 1. quidem in dextera parte una certe
littera deest, neque opinor plures: vs. 2. autem in
sinistra nullum potest vocabulum constitui, nisi sup-
pletis aliquot elementis; nec vs. 2. 3. connecti sine
supplemento possunt. Quodsi vs. 2. init. tres sup-
pleveris litteras, huius latitudo primum versum in
sinistra quattuor excedet elementis; unde si scrip-
tura apte disposita erat, probabile fit totidem fere lit-
teris etiam in dextera hunc versum ultra primi men-
suram excurrisset: ut quinque in dextera litterae pe-
rierint. Accedit quod Κ in fine vs. 2. vix potest pro
ultima eius versus littera vel eam ob causam haberi,
quod vs. 1. illud Ε, quod supra Κ collocatum est, non
est primum, sed secundum elementum. Postremo
tertii versus in dextera initium probabiliter sub fine
secundi incipiebat, quod quadratarius eum incipiens
nondum poterat accurate scire, quousque is versus
excursurus esset: unde eo loco septem fere litteras
intercidisse existimo; tamen vs. 2. extr. et vs. 3. init.
quod perierit vocabulum, non potest quisquam certo
affirmare, quodque infra assumam, tantum exempli
causa proponam. Iam accipe titulum suppletum et
correctum.

ΙΙΙΙΑΜΟΤΙΘΓΑΜΟΘΕΙΒΕΜΟΤΙ
ΑΡΙΜΜΤΟΝΜΕΘΕΚΕΚΑΙΤΕΒΟΙΑΚΑΙΚΑΛΛΙΚ
ΙΟΝΟΜΟΘΕΜΕΤΑΝΘΑΙΘΙΜΑΤΑΙΑΚΑΝ

hoc est scriptura vulgari:

Αητοῦς υἱὲ, ὅς ἀφ' αὐτοῦ αἰεὶ εἶ.

Ἀγί]στων σ' ἔθηκε καὶ τε Βοία καὶ Κ[αλλί-
κ]α καὶ Ἀγασιδέα θυγατρὲς, ὡς φίλοι.

Dicam nunc de singulis. Vs. 1. Αητοῦς] Recte ita
suppletum esse nemo peritior dubitabit. Αητοῦς υἱὲς est
Delphicus prope Crissam Apollo, cuius statuæ Cris-

sae dicatae haec subscripta fuerunt. Est idem quod
Αητοῖδα s. Λατοῖδα. Possis opinari supplendum fuisse
Διὸς καὶ Αητοῦς υἱέ, ut passim, etiam in Homericis: sed
nimis amplum hoc complementum iudico: et Αη-
τοῦς υἱὲς haud raro Apollo dictus omisso Iove, ut in
Homericis in Mercurium hymno passim, et ipsam al-
locutionem Αητοῦς υἱέ praebet praeter alios Apollon.

Rhod. II, 213. Ceterum ne *Αατῶς* exspectes, nota epicam dictionem retentam esse, ut in proximo *ἄφθιτος αἰεὶ*. *ῥιέ*] Erravit in transcribendo Gropius, primo loco *Ξ* praebens pro spiritus nota *Θ*. Mox in *ὅς* *ΞΞ* fuit *Θ*, quod videtur paulo diductius et lineolis transversis in sinistrum exstantibus scriptum fuisse. Idem recurrit vs. 3. *ἄφθιτος*] Hoc scriptum est *ἄπθιτος*, quae ratio a grammaticis retenta est in litteris eiusdem organi concurrentibus, ut *τίρθης*, *Σαπφώ*, *Βάκχος*, sed antiquitus videtur latius patuisse. Nota est dictio *ἄφθιτος αἰεὶ*, nec addo exempla. *Αἰεὶ*] *ΑΙΕ* potest esse *αἰή* (v. intt. Greg. Cor. p. 348.), vel *αἰέ* (de quo Herodianus ap. Theognost. cod. Barocc. 50. notante Bekkero): sed quum constet *ε* simplici etiam *Ε* scriptum esse, praefero *αἰεὶ*; nec obest sequens *ΕΙ*, *εῖ*, quum verisimile sit in voce *εῖ* diphthongum prius scriptam esse quam in ceteris vocabulis, ut Attici *ΗΟΥΤΟΣ* et *ΟΥΚ* scripserunt, dum in plurimis vocibus diphthongum adhuc simplici *Ο* reddunt. Vs. 2. *Ἀρίστων σ' ἔθηκε*] Ex nomine, quod assumpsi, quae prima superest littera *Μ* non potest *Ν* esse; debebat enim *Μ* exarari, non *Μ*, quod proprium est scripturae a dextera ad sinistram: nec si *Ν* hoc loco statuas, Graecum ullum inde formatur vocabulum. Igitur *Μ* est, hoc est *Σ*, quod in huiusmodi nominibus haud raro duplicatum reperitur: scriptum erat *ΑΡΙΣΣΤΩΝ*. Plura de hoc usu collegi ad num. 25. In voce *ἔθηκε* littera *Θ* aliam ac vs. 1. formam habet: utraque cernitur etiam vs. 3. quae diversitas sitne quadratario an transcribenti tribuenda, in medio relinquo. Mox *ΠΑΙ* mutavi in *ΚΑΙ*, quod certum est. Offendaris quidem Homericο *καί τε* in soluta oratione: attamen antiqui sermonis affectator Pausanias pro simplici *καί* aliquoties diiunctum certe *καί τε* sibi indulgit, ut VIII, 21, 2. *καί*

ἐς Εἰλαῖθυσιν τε. Adde Hand. Partic. Gr. I. p. 18. Nec male h. l. *καί τε* positum, maiore vi praeditum quam *καὶ* nudum (cf. Viger. p. 520. ed. Herm. sec.): *atque itidem filiae Boea etc.* *Βοῖος* nomen est satis notum: v. Athen. IX, p. 293. E. et Antonin. Lib. Metam. hinc inde: a quo femininum *Βοία*. *Ἀγασινθία*] Supplevi primam litteram, et *Τ* mutavi in *Γ*. In voce *θύγατρης* haereas: mihi certa est. Septem in vulgato apographo elementa sunt, ex quibus illud exsculpsi vocabulum, mutatis quinque: nec tamen temere. Nam secundum ductum *Ν* omnino corruptum esse, ipsa forma docet: si *Ν* esset, debebat scribi *Μ*. Ego uno apice apponendo mutavi in *Γ*: sic prodit *θύγα*. Deinde *ΙΙ* superest ex *ΓΤ*: habes *θύγατρ*. Quod sequitur elementum corruptum esse liquet: nam forma est eiusmodi, quae nihil plane significet: non enim posse Sigma esse, inde intelligis, quod Sigma in hoc titulo est *Μ*. Sed in promptu est neque audacis *Ξ* substituere. Superest *Α*, forma admodum recens: corripo *Μ*, sublato angulo superimposito *Λ*: sic natum *θύγατρης*, quod bonae Graecitatis est pro vulgari et Attico *θυγατέρες*. *Ὡς φίλοι*] *ΞΞ* ut vs. 1. coniungendum in notam spiritus *Θ*: vide supra. Post *Φ* quod est *Π*, nihil esse vel scripturae ratio docet: si *Ν* esset, debebat *Μ* scribi. Immo ut paulo ante *Γ* in *Ν* coaluit, ita hic *Π* dirimendum in *VI*, hoc est *ΛΙ* sive *ΛΙ*. Vitio originem dedit Lambda reclinatum, quod et alibi observavi: v. num. 33. Sic habes *φίλο*. Iam in fine addidi *Ι*, *φίλοι*. Possis et *φίλον*; sed prius praestat. *Απολλινι dilectos* sese dicunt, qui ei statuam dedicarunt, utpote beneficium ab eo experti. Sic *Δὲ φίλοι*, *Ἀρεῖ φίλοι*. De *Καλλικλείῃ* nihil addo: hoc enim nomen nonnisi exempli causa a me illatum esse, supra monui: nisi quod certum est et mulieris nomen et a littera *Κ* incipiens desiderari.

2.

Argis in fundamentis turris occidentalis Larissae arcis primus repperit Fourmontus, in cuius schedis bis haec inscriptio extat; edidit ex exemplo apud Bakerum Gell. Argol. descr. tab. VII. qui denuo vidit, item Dodwell. Itin. T. II. p. 221. Quae exemplaria quum inter se differrent, ex singulis quae optima viderentur elegi, pro fundamento ponens Fourmontianam delineationem, qualis a Bekkero nobis reddita est; quacum Dodwellus in plurimis consentit. In quibus autem locis a nostro quisque exemplo discedat, suis locis annotabimus. Ceterum nihil de coniectura intulimus in nostrum hoc exemplar.

ΙΕΜΙΝ...ΛΙΙΙΟΡΟ
ΟΤΡΑΜΜΑ
ΠΟΤΑΜΟΝ
ΚΑΙΜΘΕΝΕΛΑΜΒΟΥΝΑΜΙΟ
ΚΑΙΙΠΟΜΕΔΟΝ
ΚΑΙΔΑΡΟΝΒΟΑΡΧΕΜΙΤΑ
ΚΑΙΔΑΡΑΜΤΟΜ
ΚΑΙΒΟΡΘΑΙΟΡΑΜ
ΚΑΙΚΙΕΤΟΜΘΟΜΙΝΤΟΝΟΜ
ΚΑΙΑΡΙΜΤΟΜΑΧΟΜ
ΚΑΙΝΙΟΜΔΑΜ

Formae litterarum satis antiquae sunt. *Α* dedi ex Fourmontio: nec multum Dodwelli forma differt *Α*; apud Gellium ut videtur minus diligenter expressum est. Gamma vs. 8. est *Γ*: Delta Latinum *Δ*.

Theta apud Fourmontum *Θ* est; quod supra dedimus, Gellius utroque, Dodwellus primo certe loco exhibent. Lambda videtur *Λ* et *Ι* esse, quae formae eodem redeunt, ut *Ε* et *Ε*. Pro elemento *Μ* est *Μ*:

eandem tamen formam Fourmontus ubivis habet, ubi M dedimus; Dodwellus modo M modo M praebet: Gellius prope ubivis M. Sed distinguenda haec erant: M enim Sigma est, ubi M est M̃, ut in hac inscriptione: illamque litterae Sigma formam pro antiquissima habeo. Π̃ habet ductum Γ vs. 5. nam quod vs. 3. ex Fourmonto dedi Π, errori eius viri tribuendum. P̃ rotundum praebet Gellius omnibus locis, nec minus Fourmontus in plurimis, ut vs. 1. 2. mox vs. 6. primo loco Fourmontus acutum praebet, sed in omnibus deinceps vocabulis rotundum; Dodwellus acutum praetulit. Equidem rotundatum praeferrem cum forma D consentiens, nisi insolentior forma ob id ipsum, quod insolentior est, maiorem haberet fidem: etsi nec quadratarii nec transcribentes videntur in hoc constantes fuisse; certe illi quoque, prout casus ferebat, modo magis rotundum modo acutius illud elementum exarasse videntur vel remotioribus temporibus: neque inde potest certum aetatis indicium peti. Y vs. 4. vulgata formam sequitur. Ionicae litterae non insunt; spiritus nota est Θ. Vs. 5. memorabilis est sonus Π non duplicatus: qui usus remotae antiquitatis est. Cf. num. 11. 16. et aliquatenus n. 12. Sic et in Latina columnae Duiliae inscriptione. Ipsum monumentum quid contineat, vix quisquam dixerit; nisi quod index nominum est, nec vulgarium, sed heroicorum: tot enim insunt heroum Argivorum nomina, ut inde colligam, etiam ea, quae ignota sunt, ex heroum esse genealogia petita. Cave tamen ea putes heroicis temporibus exarata vel paulo post: si Olympiadem 40 — 60. attingere hanc inscriptionem dixeris, satis prospectum eius antiquitati fuerit: quamquam in his originum Graecae scripturae tenebris nihil licet definire. Iam ut ad singula perveniam, de vs. 1. nihil dicam, nisi apud Gellium esse solum MIN, omissis reliquis: I omittunt Fourm. et Dodw. ego addidi ex Gellio. Vs. 2. pro littera P Gell. habet P. Reliqua inde a vs. 3. ita explico:

Ποτάμων,
καὶ Σθενέλας ὁ Ὑνασίου,
5 καὶ Ἱππομέδων,
καὶ Θάρων ὁ Ἀρκεσίλα,
καὶ Ἀδραστος,
καὶ Βορδαγόρας,
καὶ Κλεῖτος ὁ Σίντωνος,
10 καὶ Ἀριστόμαχος,
καὶ [N. i]ώνδας.

Vs. 5. ΠΟΤΑ omittit Gell. et MOM unius litterae spatio in dexteram remotius habet. Dodw. AMOM, ut fere Fourm. ex quo solo ΠΟΤ addidi. Vs. 4 sqq. omnia nomina particula καὶ coniuncta sunt, quod antiquae est prolixitatis et simplicitatis. Vs. 4. tamen KAI omittit Gell. lacuna paulo ampliore relicta: nam prima eius versus littera super sexta sequentis versus est. In voce Σθενέλας primum et ultimum M ex Gellio duxi; Fourm. Dodw. M. Littera M est ex Dodwello; reliqui M praebent. Quae post eam vocem sunt, omisit Fourm. Ex Dodwello addidi BO, pro quo Gell. male BQ. Uterque etiam Ὑνασίου, ut


ego lego, offert: sed in secundi elementi sede Gell. N pro M; quarto loco Dodw. M, idemque quinto I pro Gelliano C, quod superest ex O, terminationem eu continente. Praeterea in voce Σθενέλας littera λ in omnibus tribus apographis differt: Fourm. E, Gell. M, Dodw. E: ex quibus ultimum proxime ad eam, quam in hoc monumento inesse statuo, formam L et T accedit. Posterior vs. 6. conspici videtur. Haud dubie in illo loco, ubi tanta est lectionis diversitas, corrosus lapis est. *Stheneli* nomen inter Argivos heroes saepius redit: huius nominis alia forma est Σθενέλας, qua denominatione heros Asianus venit Iliad. π, 586. Hinc contractum Σθενέλας. Ὑνασίον nomen non mihi aliunde cognitum. Vs. 5. alterum I Fourm. male omittit; septima littera apud Gellium est M, minus recte: sed ex eodem in fine M pro M dedi. *Hippomedontis* nomen inter Septem adversus Thebas notum est: tamen num hic ipse significetur dubites: nec potest ex contextu quidquam de huius et reliquorum ratione statui. Vs. 6. vocola καὶ apud Gellium ita obscurata est, ut primae litterae vix vestigium supersit, pro tertia legatur Y. Ubi vero ΘAPON lego, pro primo elemento Fourm. et Dodw. habent Λ, pro ultimo ille M, hic M: ego Gellii vestigiis insistens in primo ductu videor mihi litterae Θ reliquias agnoscere. Itaque Θάρων posui, qui Dorismo minus pingui Θήρων est. Hoc nomen celebre fecit Agrigentinorum tyrannus, qui quum originem ab Argia Adrasti filia duceret (v. nos Explicat. ad Pind. Olymp. II.), non dissimile veri, etiam inter Argivos heroes nomen illud olim auditum esse: quamquam etiam in Boeotia reperitur (Pausan. VI, 14, 5.): sed Thersander Argiae f. Adrastidis post Thebas expugnatas eius terrae rex fuit (Pausan. IX, 5, 7.): unde commune Boeotis et Argivis nomen fieri potuit. Accedit affine Therae nomen, qui Thersandri pronepos. Ille autem in nostra inscriptione Thero patre utitur *Arcesilao*; sequitur enim ὁ Ἀρκεσίλα. Pro nota spiritus Gell. E; et vitiose omnes X pro K (nisi Ἀρχεσίλαον pro Ἀρχελάω esse dixeris, ut ἀρχεσίμολπος); dein M solus Gellius recte delineatum praebet: reliqui M. Paenultima littera apud Fourm. Dodw. est K: Gell. recte T, quae vetus forma litterae λ. Sequitur vs. 7. *Adrastus*, quo apud Argivos nihil illustrius. K abest ap. Gell. Pro M Fourm. bis M, male: verum praestant Gell. Dodw. Dein vs. 8. K omittit Gell. relicta tamen ut antea in eadem voce lacuna; idem pro B male P. Mox pro N Dodw. M, Fourm. N, quod ne pro Ñ habeas, obest formae species nimium recens. In fine Fourm. perperam M: reliqua ex fide apographorum dedi, ut omnibus in locis. Sic prodit καὶ Βορδαγόρας. *Orthagorae* nomen Sicyonis Argis vicinae tyrannus illustravit, quem vix dubito ab heroe Adrastide nomen derivasse: Sicyone enim Adrastum aliquando imperasse notum est vel ex Pindaro. Βορδαγόρας forma est Dorica. Aeoles ante ρ praefigere β, ut βρόδον, βράκος, nemo nescit (cf. intt. Gregor. Corinth. p. 572. Lips.): sed idem a Doribus, et maxime a Spartanis etiam in aliis vocibus fit, tum in iis, quae vulgo digamma habent,

ut βαίκατι (βαίκατι, εἰκοσι), tum in nonnullis, in quibus digamma obtinuisse aliunde non constat. Sic pro ἀγός (ἡγεμῶν) dictum βαγός a Laconibus, et βαλκιώτης Cretensibus est ἡλικιώτης (Hesych.). Adde intt. Gregor. p. 551. Itaque Dores Βορθαγόραν dixerunt, qui vulgo Ὀρθαγόρας; ut quae vox communi dialecto sonat ὀρθαγορίσκος sive mavis ὀρθαγορίσκος, Laconibus fuit βορθαγορίσκος. Athen. IV, p. 140. B. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὡς φησιν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθῆνοι χοῖροι, ἀλλ' ὀρθαγορίσκοι etc. Hesych. βορθαγορίσκια χοῖρεία κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι βορθάκειοι. Λάκωνες. Ubi cf. intt. Sic digamma inseruerunt Argivi, ova, ὦα, dicentes ὦβρα (Hesych.). Haec de illo usu sufficient: plura per me licet affundant, qui alienis et inutilibus rebus colligendis satagentes speciem eruditionis in variarum rerum congerie quaerunt, quam eruditio iudicium adhibens respuit. Vs. 9. vocis, quam elementis KIETOM ex Gellio reddidi, secundus ductus Fourmonto est Ϟ, Dodwello ϙ: in fine Fourm. ut solet M. Ego in secunda littera l retinui, quod in dexteram exiguum spatium relictum habet. Repone L vel Ϟ. Iam quum E antiquitus etiam pro diphthongo ei sit, habes Clitum: sequitur EO et nomen patris. In cuius primo elemento Fourm. et Dodw. M praebent, ut dubites sitne Minton an Sinton: hoc prae-

tuli, utpote quod a verbo σίνεσθαι possit derivari, unde σίντης et σίντωρ, quum prioris vocis Graecum etymon nullum videam. Pro secundo Ϟ Gell. Ϟ. In fine Fourm. M. Vs. 10. Gellius voculam KAI duarum litterarum spatio in laevum exstantem offert; quam recte, nescio. Sequitur vox Ἀριστόμαχος: sed primum A perperam omittunt Fourm. et Dodw. neque utriusque consensum curo, qui in ultimo versu iudem Gellii lectioni obesse videtur: uroque enim loco haec sua se probabilitate commendat, nec dubito Dodwellum Fourmonti usum esse apographo, qui et in eadem pagina et alibi Fourmontianas se chartas inspexisse prodat. Pro ΠΙΣ, quod statuo, Fourm. Dodw. DEM; in fine Fourm. M. Aristomachus Adraستي frater, Talai filius est (Apollod. I, 9, 13.). Non opus afferre Aristomachum Argivorum tyrannum Arato Achaeorum duci aequalem (Pausan. II, 8, 5.). Vs. 11. KAI habent Dodw. et Fourm. sed Gell. KA, idque ita reductum, ut sub AP sit. Deinde Fourm. et Dodw. et lacunam et l omittunt: post O Gell. habet M pro Ϟ, Gell. P pro D; in fine Fourm. M. Equidem acquiesco in Gellianis, nisi quod Ϟ, quod quarto a fine loco apud omnes est, muto in Ϟ. Sic oritur terminatio Dorica et Aeolica ὠνδας, quae aliqua ratione a principio supplenda est.

3.

Inscriptio columnae Nanianae, striatae, marmoris Parii, in canaliculis eius exarata. Monumentum ex insula Melo in Museum Nanianum illatum est. Primus edidit Hier. F. Zanetti: Due antichissime Greche iscrizioni spiegate e indirizzate a S. E. il Signor Giacomo Nani, Venet. 1755. 4. cuius explicatio longe ineptissima est. Rectiorem viam monstravit Corsinus: Spiegazione di due antichissime iscrizioni Greche, indirizzata al reverendissimo Padre Anton. Francesco Vezzosi, Rom. 1756. 4. Subsecutus a. 1757. est Clem. Grubissichius, Venetiis edita commentatione: Nova spiegazione della colonna Naniana, in qua Corsinianae interpretationis ignarus absurda prorsus commenta profert. Explicuit dein Thom. Perellius in Donati Nov. Miscell. Lucens. (ed. prima 1773. et in alt. ed. 1775. initio, et in tertia fine anni 1775.). Antea etiam interpretati erant Xav. Matthaeius Exercitt. per satur. p. 47. et Sim. Magistrius editor Danielis secundum Septuaginta ex Tetraplis Origenis (Rom. 1772.). Adde Lanzi Saggio di lingua Etrusca T. I. p. 95. Donatus Supplem. Thes. Murat. T. I, p. 70. 2. vulgaribus litteris expressam ac male et lectam et explicatam edidit, sed postea T. II, p. 480. aeri incisam litteris permagnis, in plures lineas divisam; similiterque delineatam sed minore mensura et vitiatam dedit Rich. Payne Knight: Analytical Essay on the Greek Alphabet tab. I. n. 2. Italicorum interpretum omnium sententias complexus est Clem. Biagi Mon. Gr. et Lat. Mus. Nan. Praeloq. §. II. (cf. p. XXIII.) et p. 3—36. Aeri incisa sine notis est in collect. antiqq. Mus. Nan. n. 8. Nuperrime tractavit Welcker. Epigr. Spicileg. alter. n. 21. p. 5 sq. Hoc quod dedimus exemplum ex consentientibus Itolorum apographis minoribus, cum maiori Donati a Io. Bapt. Schiopalaliba misso collatis, accurate sed forma paulo ampliore quam apud illos, exprimendum curavimus.



Scriptura huius monumenti a laeva ad dexteram currit, versibus a superiore columna deorsum descendentibus: nam eam partem, in qua incipit scriptura, superiorem esse docet minor ibi columnellae ambitus, scapo in altitudinem leniter decre-

scente. Litterarum plurimarum formas vix alibi antiquioresprehenderis, nisi quod Δ vulgare est, et Lambda non λ, sed Ϟ vs. 1. Nam in secundo versu, ubi l pro λ est, transversa linea perit fracturâ, quam eo loco columna passa est in duo fragmina

discissa. Gamma, quod satis memorabile, retinet formam Γ , quam in scriptura a dextera ad laevam habuerat. Pro Υ est \mathbf{V} ; \mathbf{M} est Sigma (notavit Villosion. Anecd. T. II. p. 166.), et $\mathbf{M}\tilde{\mathbf{U}}$ \mathbf{M} uno insuper apice auctum: quae formae vetustissimae. Sed imprimis insignis est litterae Iota forma \mathbf{I} , quae etiam in aere Petiliensi reperitur, et tum in nummis aliquot urbium Magnae Graeciae, tum in nummo Gortyniorum, in quo $\mathbf{I}\mathbf{N}\mathbf{V}\mathbf{T}\mathbf{I}\mathbf{O}\mathbf{I}$, hoc est *Gortyni* (v. Payne Knight de alphab. p. 114.), derivata ex Oriente: neque enim dissimile Iod Hebraeorum eâ, qua nunc habetur, formâ; et quam Io. Swintonus (Inscriptt. Cit. Oxon. 1750. 4.) Samaritanam Phoeniciamque formam \mathbf{Z} ex nummis protulit, ea inversa ($\mathbf{\Sigma}$), si paululum mutaveris situm ($\mathbf{\Psi}$), non magno pere abludit. Quae cum orientali ductu similitudo non tam inde repetenda, quod Melum olim tenuisse Phoenices dicuntur (Steph. Byz. v. $\mathbf{M}\tilde{\mathbf{\eta}}\mathbf{\lambda}\mathbf{o}\mathbf{s}$, Fest. v. *Melos*, Plinio H. N. VI, 12, 23. collato), quam a communi litterarum ex Oriente origine. Similes formae sunt in vasculis et Magnae Graeciae et Corinthiis (vide num. 5. 7.), item in Corcyraeo fragmento (num. 20.), et in galea Olympica (num. 30.), atque in fragmento Phliasio (num. 37.). Ionicae litteraturae nullum inest vestigium; duo autem insunt maxime insignia, $\mathbf{K}\mathbf{\Sigma}$ pro $\mathbf{\Xi}$, pro quo apud Atticos constanter $\mathbf{X}\mathbf{\Sigma}$, et $\mathbf{\Gamma}\mathbf{H}$ ac $\mathbf{K}\mathbf{H}$ pro $\mathbf{\Phi}$ et \mathbf{X} , quae in nostra inscriptione ut genuinâ agnoscit etiam Rich. Payne Knight p. 10. immerito ob haec ipsa fidem huius tituli impugnante Thierschio nostro Act. philol. Monac. T. II. F. III. p. 407. Nam si externa testimonia spectes, nullius inscriptionis veritas potest certior esse, quae a. 1755. ex insula Melo allata a plurimis doctis in Museo Naniano conspecta sit, et adeo reconditas litteras ostendat, ut initio ne legi quidem potuerint. Olim autem pro aspirata tenuem addita spiritus nota ut apud Romanos scriptam esse, diserte tradunt grammatici et Graeci et Latini. Graecos attulit Villosion. Anecd. T. II. p. 161. quos emendatius apponam ex Bekkeri Anecdotis T. II. Scholiastes Dionys. Thrac. p. 780. de veteribus: Πάλιν ἂν ἤθελον γράψαι λέξιν ἔχουσαν τὴν ἐκφωνήσιν τοῦ $\mathbf{\Theta}$, ἔγραφον ἀντὶ τοῦ $\mathbf{\Theta}$ τὸ $\mathbf{\tau}$, καὶ πρὸς τοῦτο ἐτίθεσαν τὸ παρ' αὐτοῖς σημεῖον τῆς δασείας, ἐνδεικνύμενοι ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστι $\mathbf{\tau}$ ἀλλὰ $\mathbf{\Theta}$ τῇ ἐκφωνήσει. ἀντὶ δὲ τῆς ἐκφωνήσεως τοῦ $\mathbf{\phi}$ ἔγραφον τὸ $\mathbf{\pi}$, προστιθέντες, ὡς προεῖρηται, τὸ παρ' αὐτοῖς σημεῖον τῆς δασείας. ἀντὶ δὲ τῆς τοῦ $\mathbf{\chi}$ ἐκφωνήσεως τὸ $\mathbf{\kappa}$ ἔγραφον, τὸ σημεῖον τῆς δασείας προστιθέντες. [ἦν δὲ] τὸ παλαιὸν σύμβολον τῆς δασείας τὸ παρ' ἡμῶν νῦν \mathbf{H} . Alter p. 781. Εὐρηνται δὲ οὐχ ὑφ' ἐνὸς ἅπαντα (τὰ γράμματα). ὕστερον γὰρ ἐπενοήθησαν τὰ δασεῖα καὶ τὰ διπλᾶ. πρὶν γὰρ ταῦτα ἐπινοήθησαν, τοῖς ἐναντίοις ἐχρῶντο, οἷον εἰ ἠθέλησαν $\mathbf{\chi}$ ποιῆσαι, ἐποίουν $\mathbf{\kappa}$ καὶ $\mathbf{\epsilon}$ (voluit \mathbf{H} hic et in sequentibus). εἰ δὲ $\mathbf{\Theta}$, ἐποίουν $\mathbf{\tau\epsilon}$ · εἰ δὲ $\mathbf{\phi}$, πάλιν ὁμοίως $\mathbf{\pi}$ καὶ δασεῖαν, ὡς νῦν Ῥωμαῖοι. Priscianus p. 542. lib. I. cap. de numero litterarum: Sicut etiam apud veteres Graecorum pro $\mathbf{\Phi}$, $\mathbf{\Pi}$ et \mathbf{H} ; unde nunc quoque in Graecis nominibus antiquam scripturam servamus, pro $\mathbf{\Phi}$, \mathbf{P} et \mathbf{H} ponentes, ut Orpheus, Phaëthon. Idem: Adspiratio quoque ante omnes vocales poni potest, post consonantes vero quattuor tantummodo, more antiquo-

rum Graecorum, \mathbf{C} , \mathbf{T} , \mathbf{P} , \mathbf{R} . Similia Marius Victorinus p. 2469. Disertiora idem p. 2459. *Graeci sequebantur sonum tantummodo litterarum $\mathbf{\Theta}$, $\mathbf{\phi}$, $\mathbf{\chi}$, priusquam a Simonide invenirentur; exprimebant iuxta $\mathbf{\tau}$ et iuxta $\mathbf{\pi}$ et $\mathbf{\kappa}$ adspirationis notam \mathbf{H} ponendo.* Quae, etsi Simonidem male immistum videmus, in univsum tamen immerito impugnavit Grubissichius. Sed ea ratio quum mature oblitterata sit, vel multis annis ante Simonidem, qua de re suo loco in commentariis palaeographicis dicetur; non mirum est nullum praeter Naniam columellam exemplum extare: nisi forte, ne de Apotheosi Homeri dicam, in qua olim falsa lectio $\mathbf{KHPONO}\mathbf{\Sigma}$ p. $\mathbf{XPONO}\mathbf{\Sigma}$ ferebatur, Plinii locus huc pertinet H. N. VII, 58. *Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Ionum litteris uterentur. Veteres Graecas fuisse easdem paene, quae nunc sunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio, dono principum Minervae dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali, Ναυσικράτης Τισαμενοῦ Ἀθηναῖος Κόρη καὶ Ἀθηνᾶ (scr. Ἀθηναίᾳ) ἀνέθηκεν; nam Plinii verba si premenda sunt, haec ita scripta fuerant: ΜΑΥΣΙΚΡΑΤΕΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟ ΑΘΗΜΑΙΟΣ ΚΟΡΕΙ ΚΑΙ ΑΘΗΜΑΙΑΙ ΑΜΕΤΗΚΕΝ.* Cf. Chishull. Ant. Asiat. p. 12. ne alios addam. \mathbf{ATHE} ($\mathbf{\Lambda}\mathbf{\Theta}\mathbf{\eta}\mathbf{\nu}\mathbf{\alpha}\mathbf{\iota}\mathbf{\omega}\mathbf{\nu}$) ex Atticis nummis idem affert Ant. Asiat. p. 8. errore hoc haud dubie; ego certe non nisi \mathbf{AOE} in iis reperio. In Naniana tamen columna ille usus resedit, etsi tum $\mathbf{\Theta}$, $\mathbf{\Phi}$, \mathbf{X} iam bene nota fuisse non dubium videtur: quae aliis locis citius, aliis serius in communem usum recepta esse existimo. Sed quum $\mathbf{\Theta}$, $\mathbf{\Phi}$, \mathbf{X} in hoc titulo non usurparentur, pro $\mathbf{\Xi}$ non poterat $\mathbf{X}\mathbf{\Sigma}$ scribi, ut vulgo; debebat igitur $\mathbf{K}\mathbf{\Sigma}$, quae scriptura in Dorica insula haud dubie retenta est ex veteri Aeolismo Doribus quoque usitato, de quo v. ad num. 17. ubi $\mathbf{\Gamma}\mathbf{\Sigma}$ pro $\mathbf{\Psi}$ extare probabiliter conieci. Postremo, ut palaeographicae disputationi finem imponam, \mathbf{OT} iam inest nostro titulo, sed in voce $\mathbf{o\tilde{\tau}\tau\omicron\varsigma}$, in qua id vel ante Euclidem etiam Athenis receptum fuisse diu est ex quo monui (Oec. civ. Ath. T. II. p. 201. 323.). Quae quum ita sint, summae antiquitatis specie illustris haec inscriptio habenda; nec video quo iure suspiceris, recentiore aliqua aetate ad prioris imitationem litteris esse antiquioribus consignatam: quod etsi subinde factum est, nulla tamen in hoc monumento talis coniecturae causa reperitur. Welckerus quidem noster (p. 9.), si columnae huic Hecataeum impositum fuerit, inde aliquid dubitationis de remota antiquitate oriri annotat: ipse tamen non definit, Hecataeum an infantem sustinuerit columna; mihi vero de ea re eo minus disserere opus, quod a Welckeri explicatione plane discedo. Nec vero magis quisquam Perellio assentietur, inscriptionem hanc primae Olympiadis aetatem haud paucis fortasse annis antecedere et Troiani belli tempus proxime attingere fabulanti. Vetus sane Graecorum in insula Melo habitatio, quo Lacones coloniam duxerint post quinquaginta fere a reditu Heraclidarum annos, quae ratio Mülleri est Orchom. p. 476. coll. p. 316. 318. Confer. de Spartana in

Melo colonia Conon. Narrat. c. 36. Plutarch. de virt. mulier. p. 273. T. VIII. ed. Tub. Herodot. VIII, 48. Thucyd. V, 84. et 112. ubi vel septingentos illi ante Olympiadem 91. annos tribuit, Xenoph. H. Gr. II, 2, 3. Sed Dores tum inculti, opinor, nec quisquam illo saeculo columnam Parii marmoris striatam cum inscriptione posuerit. Equidem ut Argivum heroum indicem, ita columnam Nanianam, quae partim antiquiores, partim recentiores litteras offert, Solonis vel Pisistrati aetati assignaverim. Columella striata est, et Zanetto affirmante eleganter elaborata; igitur Biagijs de striatarum columnarum antiquitate disserere huius inscriptionis causa instituit; sed multum trizando nihil extricat, qui quidem recentiorum auctorum partim levissimorum vestigijs insistent perperam insuper argumentetur. Sufficit annotasse, strias esse eiusmodi, ut in externum binae communem angulum desinant, nulla interposita plana superficie; quod genus in Doriis columnis, quae ceteris antiquiores sunt, receptum est. Et mature striatas columnas in usu fuisse docent antiquissima, quae supersunt, Dorici operis templa.

Sed ut perveniam ad interpretationem, declinat iis, quae plane nugatoria sunt, in singulis verbis nonnisi potissimas interpretum sententias afferam, meamque argumentis confirmabo. Vs. 1. ΠΑΙΔΙΟΣ] Varie, quis deus sit, dubitatur. Corsinus et qui eum sequuntur, Bacchum intelligunt, causa ex vs. 2. petita, ubi eius nutritorem Silenum agnoscunt: sed quum in secundi versus interpretatione erraverit Corsinus, non opus est eius de Baccho opinionem refutare. Welckerus Dianam sive Hecaten intelligit, quae Έκφαντῶ dicta fuerit, quod ut Iliithia homines φάωδε ἐκφαίνε (Iliad. τ, 103.), collatis etiam aliis multis Dianae epithetis maxime hieraticis: putatque dedicatum Iliithyiae donarium hac inscriptione significari. Provocat autem ad inscr. n. 24. ubi in simili columna Phersis mulier Dianae ob filium ut videtur donarium offert. Sed utrumque monumentum magnopere differt; nam in Melia columna nec mulieris nec infantis mentio extat. Nec puto Welckerum ad novum vocabulum fingendum fuisse proclivem futurum, si vocem ΕΚΦΑΝΤΟΙ putasset alia ratione expediri posse: quam quum satis infra expediverim, nolo plura adversus viri amicissimi coniecturam proferre. Nempe longe simplicissimum est Apollinem intelligi, Doriensium ἀρχηγέτην (cf. nos Explicatt. ad Pind. p. 288.), cuius cultus ut in Theram et Cyrenas, ita in Melum propagatus erat, maxime Amyclis, unde Melios Lacones profectos esse Müllerus docet. Et de Apolline etiam Perellius cogitabat, cultum eius Melium ex nummo apud Harduinum demonstrans, in quo adscriptum ΜΗΛΙΩΝ. Sequitur: ΕΚΦΑΝΤΟΙΔΕΞΑΙΤΟΔΑΜΕΝΦΕΣΑΓΓΑΛΜΑ] Primus Corsinus explicuit Έκφάντῳ, ut dativus esset, vertens: accipe ab Ecphanto. Quod quum Corsinus dictionis poeticae parum peritus Graecum esse non evicisset, Matthaeius, Perellius, alii, nuper etiam Welckerus hanc improbarunt interpretationem; et Welckerus quidem Έκφαντοῖ vocativum ab ignoto

Dianae nomine Έκφαντῶ statuit; alii de Dorico genitivo Έκφάντοι ἄγαλμα cogitarunt, in his ipse Villosionus Anecd. T. II, p. 120. Sed sciunt periti talem genitivum nusquam extare: dicunt Dores Μοῖσα, λέγουσα, δίδω, οἱ pro ου posito; sed in genitivo illo hoc non receptum est. Itaque etiam illa explicatio damanda, ex qua iunctum volebant Διὸς ἐκφάντοι p. ἐκφάντου; quamquam hoc vel alijs de causis absurdum. Verum est Έκφάντῳ, accipe ab Ecphanto: Ecphantus igitur est qui hoc dicavit donarium. Ecphantus Musaei vatis pater dictus (Suid. v. Μουσῶος indeque Eudoc. p. 303.); alius Ecphantus Pythagoreus non ignotus: Ecphantum Thasium memorat Demosth. de cor. p. 474. 26. Δέχεσθαι τινι autem esse accipere ab aliquo hodie vix exemplis eget. V. Porson. ad Eurip. Hecub. p. 45. ed. Lips. et ibi Schäfer. Pindar. Pyth. IV, 21. et ibi Herm. item Pyth. XII, 5. Dissen. in Explicatt. ad Pind. p. 522. P. II. Vol. II. nostr. ed. et Fragm. Thren. 4. in nostr. ed. p. 623. Usus est ex Homero derivatus, apud quem haec structura aliquoties obvia. In voce ἀμενφὲς insolens est N, quum vel N ante Φ mutari in M soleat: sed v. num. 11. 30. Postremo ἄγαλμα quid sit explicandum. Et primum quidem ἄγάλματα maxime deorum signa dici, sive columnis, qui antiquissimus mos fuit, sive iustis simulacris, etiam anaglyphis expressa, docuit Siebelis Praef. Pausan. ed. mai. p. XLI sq. Non minus tamen quodvis opus ornatus, praesertim diis dedicatum, quo illi laetarentur, ἄγαλμα vocatum est. Ita de equestri ornamento, ne diis quidem dicato ap. Hom. Iliad. δ, 144. pertinentque huc notata grammaticorum, Etym. M. Suid. Zonar. Tim. Lex. Plat. p. 5. qui ἄγαλμα dicit esse πᾶν ἀνάθημα, ubi v. Ruhnk. idemque fere Lex. Seg. p. 334. 20. et Lex. technol. ap. Tittmann. ad Zonar. p. 29. affirmat. Diserta exempla tripodum inscriptiones praebent apud Herodot. V, 60. 61.

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἐκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
νικήσας ἀνέθηκε τὴν περικαλλὲς ἄγαλμα.

et alterum:

Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν εὐσκόπῳ Ἀπόλλωνι
μουναρχέων ἀνέθηκε τὴν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Alio in tripode ap. Pausan. X, 7, 5. Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε τῷ Ἡρακλεῖ

Νικήσας τὸδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν Ἀέθλοις.

Adde inscriptionem in cornu Amaltheae positam ap. Pausan. VI, 19, 3. et alias. Igitur ex hac voce non liquet ullam columnae statuam impositam fuisse: potuit vel sola columna, dei in templum dicata ἄγαλμα hoc esse. Sed de hac re paulo post dicam: transeo nunc ad vs. 2. ΣΟΙΓΑΡΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ] Ne quis putet monumentum hoc post votum, cui numen satisfecerit, gratiarum referendarum causa dicatum esse, notet praesens ἐπευχόμενος: proprium in pluribus inscriptionibus suo loco edendis est εὐξάμενος ἀνέθηκε, i. e. votum susceptum, postquam deus addixit, solvit is, qui donarium offert. Igitur si modo de voto hoc epigramma loquitur, dum dicatur haec columna sive donarium, votum facit donator. Sed dubito annon de voto sit. Ἐπύχεσθαι multo usitatus est de sup-

plicando: possumus autem deo etiam sine voto supplicare. Immo verò hoc secundo versu de consecrando et dicando monumento plane non dicitur, sed de *perficiendo*, ut paulo post monstro. Dum artifex perficit donarium, deo supplicat, aut universim ut felicem vitae cursum, aut ut certum quoddam, quo indiget, beneficium deus ipsi praestet. Quodsi vel sic votum fieri dixeris, certe concedes in ipso id opere faciendo suscipi. ΤΟΥΤΕΤΕΛΕΣΣΕΓΡΟΦΩΝ] Corsinus legens τὸν τε τέλεσσε τροφόν, vertit fere ita: *Tuum perfecit altorem*; nam ab Ecphanto statuaria Baccho dicatum esse signum Sileni, qui Bacchum educasse perhibetur. Vide, ne plura, fragmentum Pindari Dithyr. 15. p. 585. nostrae edit. Sed τὸν τε non est *tuum*; neque hoc legitur, sed τοῦτ', et Lanzio testante et fidelissimo apud Donatum apographo. Nec si τροφόν putaveris *alumnus* esse, ulla potest apta sententia extundi: postremo ne ΤΡΟΦΟΝ quidem legitur, sed ΓΡΟΦΟΝ, affirmante etiam Villosino l. c. Nam diserte Γ est in marmore, sine ulla obliterati ductus notatione: hoc autem γ est, ut vs. 1. in voce ἀγαλμα. Et τοῦτο (τὸ ἀγαλμα) quidem commodissimum est. In primo versu τὸδε dicendum erat; sed nominato iam donario, redeunte ad idem oratione, accuratus Graecitatis usus postulat τοῦτο. Corsiniana vero vocis τροφόν explicatio quum falsa esse intelligeretur, alii alia proposuerunt: ex quibus quod Sim. Magistrus proposuit τρόπων, id et grammaticae et metricae et palaeographicae rationes damnant. Cogitarunt igitur de nomine proprio Τρόφων vel Γρόφων. Trophonis nomen aliunde quidem notum non est; habet tamen analogiam; ut ἱερὸς Ἰέρων, γλαυκὸς Γλαύκων, σιμὸς Σίμων, sic τροφὸς Τρόφων: et succurrit insuper Τροφώνιος. Igitur non opus erat ad Τρῆφονem confugere, de quo Perellius cogitabat; ut taceam O non nunc posse pro Y esse, quod V ipsum semel atque iterum usurpatum sit. At quid de illo nomine dicimus? Nempe non legitur ΤΡΟΦΟΝ, sed distincte ΓΡΟΦΟΝ: igitur nomen etiam insolentius Γρόφων admittendum erit. Ut tamen ipsum hoc admittamus, duo tum viri nominati erunt, quorum alterum artificem, alterum statueris donatorem operis. Ex quibus si Ecphantum donatorem, Grophonem artificem ponimus, artifex erit ὁ ἐπευχόμενος, quum potius is, qui supplicans votumve faciens donat, sit ὁ ἐπευχόμενος. Rursum si Ecphantum dixeris artificem, incommode deum precatur donator, ut ab Ecphanto accipiat donarium: neque enim ab artifice accipit deus, sed a dedicante. Praeterea in hac interpretatione, ex qua donator Gropho est, τελεῖν erit *dedicare*: quod Lanzius ex Phavorino firmare studet, cui ἐτέλεσεν est παρῆνχε: notatque Welckerus τελεῖν de donis esse Homericum: quum enim et ipse Trophonem donatorem statuatur et vs. 1. Ἐκφαντοῖ legat, hic quoque in voce τελεῖν Lanzii sequitur interpretationem. Concedam sane τελεῖν ita dici posse: nec tamen id in huiusmodi donariis usitatum video, neque ulla excogitari causa potest, quare poeta receptum verbum ἀνέθηκε, quod in hac re proprium est totidemque syllabas morasque habet, nunc devi-

taverit. Igitur et Lanzii et Welckeri sententiam relinquo, quum praesertim in huius viri explicatione etiam ad ignotam Ecphanto confugiendum sit. Neque duo posse propria nomina, alterum artificis, alterum donantis statui, satis demonstratum videtur. Superest ut dicas, alterum nomen esse votentis, alterum eius, qui pro eo votum exsolverit. Tum igitur Gropho fuerit is, qui voverit; pro eo Ecphantus, filius fortasse pro defuncto patre, votum solverit (cf. Pausan. VIII, 4, 2.). Sed hoc quoque sperno: non enim in hac sententia ἐπευχόμενος ἐτέλεσσε, sed εὐχόμενος ἀνέθηκε scriptum fuisset: quamquam ne ἀνέθηκε quidem commode dici poterat de votente, qui non ipse posuisset monumentum: is enim qui votum exsolvit, ἀνατίθησιν. Ut in epigrammate alio (ap. Pausan. l. c.):

Σὸν ποτε νικήσας, Ζεῦ Ὀλύμπιε, σεμνὸν ἀγῶνα,
τεθρίπτω μὲν ἄπαξ, μουνυκέλητι δὲ δῖς,
δῶρ' Ἰέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο παῖς δ' ἀνέθηκεν
Δεινομένης πατρὸς μνήμα Συρακοσίου.

Profligatis igitur his sententiis alia via incedamus. Ecphantum esse donatorem satis constat; quum autem duo nomina propria statui nequeant, qui donavit Ecphantus, de eodem debet ἐτέλεσσε dictum accipi, quod vel ex adiecto ἐπευχόμενος patet: qui enim dedicavit, is etiam fuit ὁ ἐπευχόμενος. Sed ἐτέλεσεν est *perfecit*: ut in Onatae epigrammate (ap. Pausan. l. c. et V, 25. extr.):

Τίος μὲν γε Μίκωνος Ὀνατῆς ἐξετέλεσεν
Νάσω ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναυετῶν.

Igitur donator fuit is, qui opus fecit. Quo deducta re una vox ΓΡΟΦΟΝ superest: in qua non dubito operae ipsius genus designatum esse, ut si dicas ἐτέλεσε γράφων, γλύφων, ἐπασκῶν vel tale quid. In quo primum quaeritur, opus ipsum quale fuerit, sine qua re, qualis opera fuerit, non poterit definiri. Putant igitur columnae statuam impositam fuisse vel tripodem. Sane columna eiusmodi est, quae imponendae alicui rei inserviret: neque enim altior est quam IV pedes et septem uncias; imus circuitus est pedum II et unciarum IX, summus totidem pedum et quattuor unciarum, cum XVI canaliculis: in superiore parte haud dubie abacus fuit, cui varia imponi poterant. Quid tamen si nihil a donante impositum erat? Ipsa certe columna est etiam ἀγαλμα, et potuit artifex in templi usum solam hanc columnam dicare, quae rei cuicunque divino cultui necessariae imponendae inserviret, phialae, turibulo, vasi qualicunque. Dedicabantur enim ipsae solae columnae, immo sola columnae faciendae opera, ut in Branchidis (v. in Milesiis) inscriptio est, in qua quidam . . . ἐργασίαν ἀνέθηκε τοῦ κίονος. Igitur solam columellam diligenter elaboratam ἀμειψὲς ἀγαλμα istud esse coniecristis: quod ubi statues, poterit ultimum verbum operae genus definiens apte explicari. Constat γράφειν initio nihil fuisse nisi ξύειν. ξέειν, *radere, incidere*: de quo passim grammatici. Hesych. γράφαι· ξύσαι, χαράξαι, ἀμύξαι. Schol. Theocr. VI, 82. γράφαι τὸ ξέσαι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον. Adde Etym. M. p. 412. 51. p. 239. 25. aliosque grammaticos

complures. Hinc γραπτός, h. e. ἀμύξιος, κατάξυστος apud Homerum: v. Hesych. v. et intt. indeque etiam γραβδός vel γράβδους esse putatur λαμπὰς κατεσχισμένη καὶ κατεξεσμένη: v. Albert. ad Hesych. l. c. Etym. M. p. 239. 28. Bekker. Anecd. T. II. p. 789. Adde Wolf. Prol. Hom. p. XLV. Quamquam autem primitiva illa vocis vis usu ad scribendi notionem restricta sit, non negaveris in una alteraque terra posse illam catenus retentam esse, ut verbum hoc striarum in columna excavandarum et poliendarum opus designaret. Igitur si pro ea incerta voce substitueris γράφων, commodissimam habebis sententiam: *Iove gnate, ab Ecphanto accipe hocce sine reprehensione elaboratum donarium: tibi enim supplicans hoc perfecit scalpendo.* In duplici enim participio nulla est difficultas, quum utriusque diversa ratio sit: perfecit scalpendo, dum tibi supplicat, h. e. inter opus perficiendum ad te supplices preces dirigens. Praeterea γράφω, γλάφω, γλύφω, affinium notionum affinia vocabula sunt: potestque γράφω pro γλάφω usurpatum esse, variante in litteris ρ et λ dialectorum ratione,

ut κλίβανος κρίβανος. Γλάφω vero pro excavando vulgatum notumque est. Attamen si quis malit statuam \ impositam fuisse, certe picta statua fuerit: ut vis verbi γράφειν ad pingendi pertineat operam, qua perficitur statua: et in hac interpretatione premenda verbi ἐτέλεσσε notio erit. Statuas vero olim pictas esse, imprimis antiquioribus temporibus, satis notum est. Postremo pro γράφων ex Dorismo Melio dictum est γρόφων. Aeoles enim et Dores α mutant in ο, non modo in derivatis compositisque vocibus, sed etiam in simplicibus, ut μαλάχη μολόχη. Vide intt. Gregor. Cor. p. 455. Ita Heracleae, quae ab eadem a qua Melii matre Sparta originem ducebat, pro καθάρως dictum καθάρως (Tab. Heracl. I. 55.), et ipsum γράφω hanc esse mutationem passum, docet vox ἀντίγροφος p. ἀντίγραφος (Tab. Heracl. I, 36.). Adde glossam Hesychii: γρομφεῖς οἱ ζωγράφοι, h. e. γραφεῖς, unde γροφεῖς, γρομφεῖς. Igitur ita lege:


Παῖ Διός, Ἐκφάντῳ δέξαι τόδ' ἀμειψὲς ἄγαλμα·

σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε γρόφων.

Simile epigramma extat ap. Polluc. IV, 92.

4. α

In tessera aerea reperta in Brutiis prope Petiliam (Policastro) a. 1785. asservata olim Velitris in Museo Borgiano, quod nunc Neapoli est. Edidit et interpretatus est Io. Phil. Siebenkees: Expositio tabulae hospitalis ex aere antiquissimae in Museo Borgiano Velitris asservatae, Rom. 1789. 4. Heerenius Bibl. litt. et art. Gotting. P. V. quae commentatio recusa est in eiusdem Operibus T. III. p. 171 sqq. epimetro aucta, in quo variae doctorum sententiae iudicantur; Bartholemius in epistola ad Adlerum, Oeuvres diverses T. II. p. 412-417. Lanzi Saggio di lingua Etrusca T. I. p. 108. ubi tab. IV. aeri incisa est, ut apud plurimos interpretum; Clem. Biagi diss. de Graeca tessera hospitali vetustissima; Schow de chart. papyr. Velitr. p. 114 sqq. Ignarra de Phratriis p. 158-166. Aeri incisam tabellam dedit Rich. Payne Knight de Alphabeto tab. I. n. 1. Praeterea de ea dixerunt P. Fabricius in Diatribe ad illustranda aliquot bibliographiae antiquariae capita p. 238. Fea ad Winkelmann. H. A. T. I, p. 258. et in Misc. critt. p. XXIV. Welckerus ad Zoeg. Abh. p. 35. Et ex hoc quidem, qui etiam litteras de hac inscriptione ad me misit, didici Eckhelium de ea ad Zoegam scripsisse a. 1786. quum singulari esset folio emissa. Edita exempla consentiunt omnia, si minutiores exceperis discrepantias: meum ex optimis expressum est.



Litteras esse vetustissimas facile intelligis. Sigma est M, ut in prioribus inscriptionibus et in nummis Magnae Graeciae, et M̃ proinde forma M̃ utitur. Δ rudi ductu exprimitur litterae D Romanorum et Volscorum nummorumque Zancleaeorum proximo. Iota est 4, de quo ad num. 5. dixi: sed I est Gamma: quam formam Rich. Payne Knight l. c. p. 4. primitivam iudicat; qua de re suum cuique iudicium sit. Lambda est N; V notat Y litteram. O vulgare habes; X̃ est V, ut apud Etruscos et in aere Eleo n. 11. item n. 13. 25. et in Orchomenii tituli numeris. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 577. Inest etiam Digamma. Ionicae autem litteraturae nullum reperimus vestigium: ne-

INSCR. GR. VOL. I.

que enim longarum vocalium nec duplicium consonarum formae comparent, si Italicam, etiam in nummis conspicuam formam + pro 3̃ exceperis: sed hoc vel ante Simonidem et Epicharmum hinc inde in usu fuisse, non dubito. Spiritus asper vs. 6. omisus est, nisi ex dialecti ratione Ἀρμοξίδαμος dictum est, ut ἄραρεν, ἄρμενα. Et hoc magis probo. Scripturam plane Graecam esse animadvertit iam Eckhelius, falsique sunt, qui Etrusca admixta crediderunt. Graeca urbs fuit Petilia, cuius etiam nummi Graeci supersint: condita autem ferebatur a Thessalico heroe Philoctete (Strab. VI, p. 390. A. B. Virgil. Aen. III, 402. c. Serv. cf. de Philoctete Italiam petente

B

Tzetz. ad Lycophr. 911.). Interpunctionis tamen genus, singulis punctis frequenter interpositis, accedit ad Etruscum Romanumque morem, quod non mirandum in Italico monumento: Graeciae proprie dictae civitates ea aetate ternis potissimum punctis utebantur. Aetatem tituli in quintum sextumve ante Christum saeculum definit Bartholemius, caute et prudenter. Nam accurati nihil in his rebus proponi potest; si per Olympiades descripto tempore definire aetatem velis, inter Olymp. 40 - 60. circiter posuerim.

Lectio quum certa sit, in explicatione maxime haesitatum est: nisi quod Nic. Ignarra etiam lectionem aliter ac reliqui instituit. Qui Siebenkeesii perita interpretatione frustra derisa Θεὸν initio positam Iunonem Laciniam esse affirmat, in vicinia cultam; sed in illa formula, toties occurrente in monumentorum exordio, numquam certus aliquis deus, semper numinis notio universa intelligitur. Tum vero verba ita proponit et interpretatur: Θεὸς τύχασα ὅτις δίδωσι Σικανίαν τὴν Φοικίαν καὶ τὰλλα πάντα· δαμωρίους παραίρους πρόξενον μίννον ἄρμωξι. δᾶμος ἀκάθαρτος ὃν ἅτας ἐπιχώρους: *Dea flagellatura est, quisquis domicilium Sicaniæ, et quaecunque alia suppeditat. Contrerraneos praevaricatores proxeni denuncient harmostis. Populus quum sit pollutus, noxas locales luet.* Nae in hoc commento, quod Martorellio dignum erat, non agnosco Mazochianum alumnum, qui etsi in historia et mythologia iudicanda aetatis potius quam ingenii vitio multa peccavit, tamen in primis fuit Italorum philologis. Sed missis his videamus singula, ut difficultates, in quibus iure haeserunt interpretes, quantum fieri potest, removeamus. ΘΕΟΣΤΥΧΑ] Θεὸς Τύχα est apprecatio boni eventus, ut apud Latinos *Quod felix faustumque sit*, pro vulgari ἀγαθὴ τύχη. Bis reperitur, quantum memini, Θεὸς τύχαν ἀγαθάν, semel in Delphica apud Cyriacum et Muratorium (p. DLVI. 1.), iterum Aeolice scriptum Θεὸς τούχαν (immo τούχαν) ἀγαθάν in decreto Orchomeniorum Boeotorum pro Archedico; his item brevius Θεὸς τύχαν, in Thebana pro Noba, ex correctione, et in Corcyraeo monumento ap. Montfauc. nisi in hoc Θεὸς τύχαν verum putes: de quo dubito. Et vir doctus Raoul-Rochette Diss. archaeol. p. 72 sq. in Aetiliensi quoque aere Τύχα esse putat p. Τύχαν, ex dialecto Italica omissio N. Sed nihil eiusmodi in tali accusativo reperiri spondeo. Itaque Τύχα retinendum est. Dicitur Θεὸς Τύχαν sc. δόμῃ: dici tamen etiam potest: Θεὸς, Τύχα sc. παρῆεν. Immo si quis tenax esse velit, in Thebana inscriptione pro Noba poterit ipsum Θεὸς Τύχα reperire: hoc enim diserte legitur: sed quum lacuna sequatur, in promptu est Τύχαν scribere. Rursum aliud praescriptum est in Cretensi Hierapytniorum cum Priansii foedere: Θεὸς ἀγαθός (ut videtur), ἀγαθὰ Τύχα καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ. Item aliud habes in inscriptione Attica agonistica aetatis Antoninorum apud Murat. T. II. p. DC. 3. et alios, in qua supra scriptum ΘΕΟΙΣ ΤΥΧΗ: ubi Τύχη dativus an nominativus sit nescio. Ceterum cave putes *deum* et

fortunam esse coniungendos in unum: *Dea Fortuna*; reliquis eiusmodi formulis collatis dirimo, *Deus, Fortuna adsint*, omissio καὶ. ΣΩΤΙΣ] Tyche est Σώτειρα (Pind. Olymp. XII. init.), hoc nomine Himeræe culta, ut ad Pindarum conieci: igitur putes Σαῶτις esse attributum Fortunae, additum ut in Cretensi titulo iungitur ἀγαθὰ Τύχα καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ; sic cum Bartholemio verteris *Fortuna Servatrix*. Δία Σωτήρα nemo ignorat: is autem est Σαώτης, qui idem ac Σωτήρ, apud Thespienses (Pausan. IX, 36. extr.); item Dionysus Σαώτης hinc inde cultus, apud Lernam et Trözenios (Pausan. II, 37, 2. 31, 8.). Σαῶτις, hinc derivatum, est pro σώτειρα. Sed vana haec de Fortuna Servatrice suspicio: desideratur enim subiectum ad verbum δίδωσι, quod quidem statim initio ponendum fuisse et recta ratio docet, et exemplis confirmari posset, si opus foret. Certe quae in fine sunt δαμωργὸς Παραγόρας etc. non esse subiectum verbi δίδωσι, et nominum numerus monstrat et praeposita magistratuum vocabula δαμωργὸς et πρόξενος, quorum positus ipse significat nonnisi confirmationis causa ea addita esse cum magistratuum ipsorum propriis nominibus. Quodsi cum Bartholemio putes ipsum Θεὸς Τύχα Σαῶτις esse subiectum verbi δίδωσι, ne dicam ipsa, quae inde prodeat, sententia quam absona sit, notabo tantum τὴν articulum appositum esse, qui *suam* domum privatum aliquem dare significet. Eodem vero argumento concidit Lanzii coniectura, qui *Sontinos* Lucaniae (Plin. H. N. II, 5.) putat hospitii ius alicui dedisse. In quo sensu nemo dixerit τὴν οἰκίαν, praesertim addito καὶ τὰλλα πάντα: debebat οἰκίαν esse sine articulo. Contortum etiam etymon est Σαῶτις, Σῶτις, Σῶντις, vel Σαῶτις, Σάοντις, Σῶντις: dicendum praeterea erat ἃ πόλεις τῶν Σωντίνων, vel ὁ δᾶμος: hic enim publicus veterum stilus. Igitur Σαῶτις privatum hominis nomen est. Siquis virum praeferat, poterit Doricum Φίντις p. Φιντίας conferre, ut Σαῶτις idem sit ac Σωτίας. Sed Σωτίας nomen ignotum: Σωτίωνα tantum novi. Praestat, opinor, muliebre nomen intelligere. Notum nomen Σώτας; hinc Σῶτις vel Σαῶτις femininum. ΣΙΚΑΙΝΙΑ] Est nomen eius, cui datur. Si vir fuit, vocatus est *Sicaenias*, si mulier, *Sicaenia*. Ego praefero, ut mulieri det mulier: sed unicuique suum esto iudicium. ΤΑΝΦΟΙΚΙΑΝΚΑΙΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑ] Dixi paulo ante, τὴν οἰκίαν esse *suam*, quam possidet, *domum*. Οἰκία vocem digamma habentem fuisse satis constat. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 392 sq. Plane arbitraria est Bartholemii interpretatio: „ὁσπῆτιον, la maison, ou l'hospice public, où l'on recevoit les étrangers, auxquels on accorderoit l'hospitalité.” Quod inauditum est. Sequuntur nomina demiurgi Paragorae, et proxenorum quinque, Minconis, Armodami, Agatharchi, Onatae, Epicuri, auctoritatis publicae causa apposita. In nominibus propriis nihil magnopere notabile est: Μίνκων est pro Μύκων, videturque idem esse quod Μίκων, nomen notum patris Onatae Aeginetae (v. Pausan.). Onatas est Aegineta statuarius, alius philosophus Pythagoricus: sed de priore nemo cogitabit: nec video cur cogitandum

de altero sit. Epicurus me iudice Dorice vocatus est Ἐπίκωρος, nec prius O pro OY accipio: similiter statuo de voce δαμιουργός. Sic βουλή βωλά, et alia multa: maxime autem huc pertinet κούρος κώρος, et ex vocibus ab ἔργω descendentes vel in vulgata dialecto servatum est γεωργός, λεωργός: quamquam haec non plane similia sunt, quod ex γῆ et λείος (sequor enim etymon ab Hermanno ad Soph. Antig. 1261. propositum), longa vocali in ē transposita ad Atticum normam orta sunt. De δημιουργία magistratus notione in universum dixit Schneiderus ad Aristot. Polit. IV, 3, 4. V, 8, 3. et in Lex. Gr. Quod nomen quatenus etiam Athenis usitatum sit, non nunc exponam, nisi quod ibi non certum quendam magistratum nec sollemni quemquam appellatione significat. Hesychius Doribus proprium vult, v. δημιουργός: καὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ἄρχοντες τὰ δημόσια πράττοντες, ut reliqua omittam; similiter Eustath. ad Odys. β, p. 1825. Exemplo sunt Corinthii, qui ut in colonias suas, exempli causa Potidaeam, miserunt ἐπιδημιουργούς (Thucyd. I, 56.), additos indigenis magistratus, ita videntur domi δημιουργούς habuisse: nam quod Schol. Thucyd. dicit, Ὅνομα ἀρχῆς ὁ ἐπιδημιουργός παρὰ Κορινθίοις, haud dubie falsum est. Argivis praeterea demiurgos tribuit Etym. M. cum Zonara. Non tamen iis soli Dorienses usi sunt; Peloponnesiis universis δημιουργούς, primo loco positos ut archontes, tribuit Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 280. Sic principes magistratus sunt apud Eleos et Arcades Mantinenses, quantum colligas ex Thucyd. V, 47. et Achacorum, in quorum foedere recentiore aetate claro prisca potissimum instituta retenta cernuntur, decemviri sunt δημιουργοὶ s. δαμιουργοί (Polyb. XXIV, 5. Liv. XXXII, 22. XXXVIII, 30.). Idem magistratus nominatur in Aegiensi titulo ap. Cyriac. Eundem diuinitatis etiam Delphis obtinuisse (Lucian. Phalar. II, 2.), etsi hoc dubium. Sed certum est de Thessalis, auctore Etym. M. δημιουργοὶ ἐκαλοῦντο παρὰ τε Ἀργείοις καὶ Θεσσαλοῖς οἱ περὶ τὰ τέλη. Cf. Zonar. v. δημιουργοί. Iam vero Petilia Thessalicae originis est, si non a Philoctete, certe a Meliboeensibus: et hinc credo δαμιουργός Petiliae primus et eponymus magistratus: quamquam etiam Crotone, ex vicina Achaeorum colonia, petitum nomen esse potuit. Iam vero proxenos Petiliae quinque esse videmus, ut Spartae quinque sunt Ephori. De quibus quae Valckenarius alique dixerunt, non repetimus: universam rem tractabit Ullrichius, qui de ea scribere incepit. Est autem duplex proxenorum genus accurate distinguendum, alterum universis Graecis commune, alterum proprium, quantum scimus, Spartanorum. Unaquaeque enim civitas in alienis civitatibus potioribus habuit suum curatorem (nos consulem dicimus) ex eius reipublicae civibus, in qua alienae civitatis commodis consuleret, delectum et constitutum, ac praerogativis auctum ab ea, cuius res curaret. Quorum mentione plenae inscriptiones, pleni auctores. Hoc instituto Graecis communi utebantur etiam Spartani. Ita ex Atheniensibus Miltiades

Cimonis f. Lacedaemoniorum proxenus est (Andocid. de pace p. 91. ed. Reisk.), qui honor hereditario iure in Cimonem filium transiit; item Callias Hipponici (Xenoph. H. Gr. V, 4, 22. VI, 3, 4.), ut pater eius; sic apud Eleos Xenias (Pausan. III, 8.), Argis Alciphron (Thucyd. V, 59.), Plataeis Laco Aïmnesti (Thucyd. III, 52.). Nec desunt horum proxenorum in inscriptionibus Laconicis exempla licet rariora. Hi vero non modo magistratus sed ne cives quidem eius reipublicae fuerunt, quorum erant proxeni: in peregrinis censiti sunt, civibus tamen dignitate proximi. Rursum etiam aliae civitates suos Spartae proxenos habuerunt cives Spartanos, sed eos privatos, neque a republica Spartanorum, sed ab iis designatos, quarum erant proxeni; ut Byzantii Clearchum (Xenoph. H. Gr. I, 1, 35.). Alterum autem genus proxenorum publicum est Spartae; qui magistratus ex civibus Spartanis a regibus nominabantur (Herodot. VI, 37.). Talem vero proxenorum magistratum non dubito Petiliae fuisse, sive a vicinis Spartanorum coloniis acceptum, sive etiam in aliis praeter Spartam rebus publicis institutus erat antiquitus.

Universa igitur inscriptio haec est: Θεός, Τύχαι· Σαῶντις δίδωμι Σικανίαν τὰν Φοικίαν καὶ τὰλλα πάντα. Δαμιουργός Παραγόρας· Πρόξενος Μίνκων, Ἀρμόξιδάμος, Ἀγάθαρχος, Ὀνατῆς, Ἐπίκωρος. Deus, Fortuna adsint. Sotis dat Sicaeniae domum suam et reliqua omnia. Demiurgus Paragoras; Proxeni Mincon, Armoxidamus, Agatharchus, Onatas, Epicurus. Quae verba etsi aperta sunt, tamen dubitatum de argumento est. Tesseram hospitalem dixerunt plurimi, nulla sane causa. Nam quid proxenis et demiurgo rei esse possit in privato hospitio condendo, nemo explicare poterit: privatam enim hospitium sine ulla publica auctoritate factum esse certum iudico. Nec, si inter mulieres agitur, de hospitio apte cogitaveris: equidem certe nihil de muliercularum hospitiiis usquam legi. Ac quis tandem pro hac sententia, ξενίαν ποιεῖσθαι πρὸς τινα, ut in Siculo est tessera hospitali, dixerit τὴν οἰκίαν δίδοναι τινὶ καὶ τὰλλα πάντα? Itaque Villosionus in epistola ad Cardin. Borgiam, quum tesserae hospitali verba non convenire intelligeret, syngrapham venditionis hanc tabellam esse coniecit: sed recte Heerenius notat, venditionis contractum non tam perfunctorie scribi: addendum certe pretium pactum debebat; nec facile venditur universa res, in qua ipsa quoque pecunia censetur, licet universam rem locare usitatum fuerit, certe pupillorum (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 157 sq.). Postremo δίδοναι non est vendere, sed dare. Quare nihil, quod verbis non insit, inferens pro certo affirmo, quod et aliis in mentem venit, rem quae agitur esse donationem: hoc enim est δίδοναι. Et quum universa res donetur, patet donationem esse per testamentum. Similiter concepta est donatio sacerdotibus facta, in lamella aerea, quae et ipsa in Brutiis reperta est, ap. Ignarr. de Phratr. p. 160. Ἀναρίζει Κολλύρα ταῖς προπόλοις τὰς Θεῶ τὴν τῶς χρυσέως, τὴν ἔλαβε Μελίτα καὶ οὐκ ἀποδίδωμι: reliqua

non sunt edita. Vides hic quoque mulierem donare pecuniam, quam mutuata mulieri erat. Exemplum testamenti mulieris notum praebet monumentum de Epictetae testamento, quod in Theracis posui. Quodsi quis dubitet, licuisse ea aetate testamentum condere, cogitet Athenis iam Solonem testandi ius concessisse: attamen in Doriensibus rebuspublicis haud paucis eatenus tantum videtur licuisse testari, quatenus heres ab intestato nullus esset. Et Saotini quoque, quum nullum ab intestato heredem haberet, Sicaeniae sua tradidisse arbitror. Iam vero tale testamentum et publice scriptum et propositum in tabula fuisse quis miretur? Nempe consentaneum est, esse id in tabularium relatum. Ni fallor, similis testamenti verba supersunt in titulo Corcyraeo supra allato: ex quo, quum plane intelligi vix possit, afferō tantum ea, quae huc pertinere videantur: Θεοῖς (Θεός) τύχαν· Ἀριστόδαμος δίδωμι Πολυτίμῳ αἷ κα πάσχη (πάσχη), τὰν γὰν. Ut vero ratum et testatum esset hoc testamentum, factum est apud magistratus: in quibus ea sola difficultas superest, quod cur proxeni subscripti sint, non perspicimus. Προξενῆσαι et προξενικὸν dici de sequestris opera et mercede notum est: sed in primitivo πρόξενος non usquam seque-

stris notio inest, quae derivatis inhaesit ex proxeni negotio: igitur hanc vocem nego *testamenti adiutores testesque* significare posse: nec si quis de venditione cogitans *sequestres* intelligi dixerit, concedam. Qui vero privatos exterarum civitatum proxenos hoc loco appellari putet, quid hi sibi velint, perito aegre probaverit. Igitur proxeni magistratus sunt: quibus praeter publici hospitii curam facile potuit accessorium aliquod munus in testamentis donationibusque scribendis tribui. Id si aliunde non notum est (neque enim de illo proxenorum magistratu praeter Herodoti locum quidquam tenemus), discendum ex hoc titulo erit. Potest tamen causa excogitari, quare id proxenis tributum sit. Nam in Doricis civitatibus, quarum institutis Petiliensia similia fuisse credibile est, peregrinum potuisse heredem institui, nemo iudicabit: proxenis autem quum munus peregrinos excipiendi mandatum esset, potuit simul mandari, ut in testamentis scribendis adessent caverentque ne qua peregrinus heres institueretur. Sed nolo coniecturis indulgere: tamen donationem testamentariam hac nos in tabula tenere mihi quidem firmum stat, etiamsi proxenorum ratio certa via expediri non potest.

5.

Inscriptio vasculi in Magna Graecia reperti, apud Hamiltonum, T. I. tab. 23. operis Tischbeiniani. In eam commentatus est Raph. Fiorillo Dissertatione de inscriptione Graeca vasculi Graeci ex Museo Equitis de Hamilton, Gotting. 1804. 4. De characteribus vasi inscriptis Hamiltonus p. 86. promittit sese litteras Comitissae Rezzonici Parmensis secundo operis volumini inserturum esse: sed id promissum tantum in Britannico textu posuit; in Gallico p. 87. omissum est: nec repperi usquam illam epistolam.

Δ Σ Μ Γ Ε Γ Β Ι Σ Δ Ο Μ Τ Ο Υ Ο Ν Ν Υ Ε Π Α Μ Α Τ Ο Χ Ε Ε Ν

Obscurissima sane inscriptio, de qua quae Fiorillo scripsit, ea plane omitto, quod ille ne litterarum formas quidem intellexit. Sunt hae prioris inscriptionis ductibus simillimae: 4 est Iota, M Sigma. Nec dubito esse versum heroicum hexametrum, in quo me Buttmanni iudicium confirmat: caesura est ante τοιον. Litterae sunt hae: ΔΙ ΣΠΕΠΥΛ (vel Γ) ΙΡ (vel Δ) ΟΣΤΟΙΟΝΝΥΕΠΑΣΑΤΟ ΧΕΕΝ. In imagine supra posita duo viri nudi, pallium ex sinistro brachio suspensum habentes, dextera gladium exserentes, aggrediuntur hominem supplicem inter eos constitutum, qui inermis et nudus est, nisi quod ex utroque humero pallium dependens tergum tegit. Putatur Dolon esse Eumedis f. Troianus, quem Diomedes et Ulysses exploratoremprehendunt et occidunt (Iliad. x.), etsi hi tres omnes apud Homerum armis bene muniti sunt (vs. 254 sqq. et 332 sqq.). Stilus est satis elegans, neque antiquissimae notae, qualis in litteris

cernitur. Inscriptio ipsa, ut nunc comparata est, non potest explicari: et fortasse ipse artifex ex antiquiore illam opere, cuius argumentum cultiore stilo exprimebat, vitiatam transtulit. Buttmannus coniicit δῖς πεπτοικώς. Nec tamen aptum illud δῖς videtur: certe si Homerum contuleris, etiam melius poterat τρῖς dici, vel etiam τετράκις (v. vs. 341-455.). Equidem in hoc titulo plane nihil me videre fateor: siquid tamen proponendum est, etsi apud Homerum solus Diomedes Dolonem interfecisse dicitur, istud δῖς, quod in hac imagine et ille et Ulysses dstricto Troianum ense invadunt, ad duplex vulnus adactum retulerim. Iam si sequeretur πεπληγώς, certe sententia aliqua inesset: sed obest metrum, nisi portentosam finxeris formam πεπληγώς, etiam producta paenultima. Quamquam dialectorum tam mirificae sunt varietates, ut si tale quid clare scriptum appareret, deberet ferri. Si tamen hoc loco tuleris, scribendum erit ΠΕΠΛΕΥΝΟΜ. In

sine quod legitur, plane non Graecum est: conieceris OXEMA, ὄχημα. Etenim Achilles currum Doloni promiserat Hector (Iliad. κ, 319 sqq.). Sic prodiret irrisio versu concepta, sed frigidior:

Δὲς πεπληγὼς τοῖόν νυ ἐπάσας ὄχημα,
Bis percussus talem nactus est currum. Quae ut mihi ipsi non placent, sic etiam aliis non magno-
pere arrisura esse arbitror.

6.

Sub signo aereo Musei Naniani. Titulum primus edidit Scip. Maffei Veron. illustr. P. III. p. 261. (a. 1732.), dein Zanettus et Corsinus (ll. cc. num. 3.). Illustravit Passerius: Osservazioni sopra l'avorio fossile e sopra alcuni monumenti Greci e Latini (Venet. 1759.) p. XXIV. Una cum signo edidit Paciaudius Monum. Pelop. T. II. p. 50. Inscriptionem, ut apud reliquos est, aeri incisam praebet Lanzi Sagg. di ling. Etrusc. T. I. tab. 1. cf. p. 103. item Collectio Antiq. Mus. Nan. n. 29. ubi iterum extat, una cum signi imagine, n. 276.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΜ ΑΝΕΘΕ ΚΕ

Statua, quae quantum ex Hirtio nostro comperi, hodie in Museo Naniano non iam extat, unius palmi altitudine, ex aere fusa, stilum Graecorum priscum refert, Aegyptiacis idolis haud ita dispar; est ea nudi iuvenilis viri, brachiis corpori appressis, sinistro pede paululum ante dexterum posito: caput quasi circulo redimitum, capillis invenuste nimiumque concinne compositis et in tergo figura quadrata colligatis: in vertice foramen videtur esse; unde patet telamonem fuisse, credo lychnuchum; cui vero dedicata et ubi reperta fuerit, non constat. Quod opus quum artis antiquissimae sit, non video quid obstat, quominus qui id dicavit, Polycrates Samiorum tyrannus esse dicatur, qui ab Olymp. fere 53, 3. usque ad Olymp. 64, 1. imperium tenuit (v. Panofka Sam. p. 29 sqq.). Accedit quod nudum nomen Πολυκράτης, sine patris patriaeque appellatione, probabile reddit virum, qui dedicavit, fuisse celebrem et omnibus notum. Quodsi hoc donarium pro Polycratis opibus tenuius videatur,

cogites opus hoc nihil esse nisi lychnuchum, et potuisse unā plura eaque magnificentiora dona dedicata esse, imprimis vero lucernam, quae imposita erat, ex auro vel argento potuisse insigniter factam esse. Sitne hoc signum a Samio artifice elaboratum nec ne, dubitari potest: si tamen qui donavit, Samius Polycrates fuit, Samii id operis esse probabile est; rudisque artis vestigia, quae in illo signo haud sane magnifico agnoscuntur, non aliena sunt a Samia illa artificum secta, praesertim in donario, in quo recepta quaedam imaginum species de industria retinebatur. De Samiis artificibus v. Panofka Sam. p. 51 sqq. et de Polycrate harum rerum studioso p. 35. Inscriptionis prior vox in dextero latere plinthis est, cui statua insistit; alterius vocis tres priores syllabae in fronte basis sunt, ultima syllaba in sinistro latere, sic: Πολυκράτης | ἀνέθη | κε. De litteris non est quod dicam, nisi quod Sigma est M: quamobrem hac inscriptione utitur Vilhois. Anecd. T. II. p. 166. Cf. eundem p. 124.

7. i

In vase fictili reperto in sepulcro rupi inciso prope Corinthum. Primus edidit D'Agincourt: Recueil de Fragmens de Sculpture antique en terre cuite, tab. XXXVI. qui id p. 93 sqq. merito valde antiquum iudicat. Inscriptiones ibi male expressas rectius ex Dodwelli schedis descripsit Raoul-Rochette Epist. ad Aberdeen. tab. III. cf. p. 83. 127 sq. Postremo accuratam vasculi imitationem cum ipsis figuris praebuit Dodwellus Itin. T. II. p. 196. duobus exemplis, altero minori, maiori altero eam partem, quae litteras scriptas habet, exhibens: nam nomina nonnisi in operculo posita sunt.

Α(ΑΜΒΜΡΟΜ
ΑΓΚΑ
ΔΟΡΞΜΑΧΟΜ
ΜΑΚΙΜ
ΑΜΔΡΥΤΑΜ
ΓΑΦΟΜ
ΦΕΙΟΜ
ΘΒΡΜΑΜΔΡΟΜ

Dedi litteras, quales Raoul-Rochette maiore et accuratiores quam apud Dodwellum modulo delineavit, nisi quod Θ ea forma proposui, quam Dodwellus diserte repraesentat. Memorabile est Gamma ita factum, ut in nummis Siciliae et Magnae Graeciae, Regii ac Gelae et Agrigenti (cf. Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 83.), accedens ad Latinam formam C, quae olim etiam pro littera G fuit (Villois. Anecd. T. II. p. 167.): Δ est vulgare; Lambda tale, quale vidimus in prioribus titulis (num. 3. 4.), idemque in nummis Cauloniae et Lai cerni ex Eckhel. D. N. Prolegg. p. C. notat Raoul-Rochette. Sigma hic quoque M est; Φ et E singulares quidem nec tamen magnopere notabiles figuras habent, et E quidem eiusdem formae vides num. 20.; Iota affine est formae num. 3. tractatae, sed proxime accedit ad formam num. 20. obviam. Praeterea in sexta voce habes Koppa, quod et in titulis infra edendis et in nummis Corinthi eiusque coloniarum aliarumque civitatum, ut Crotonis, comparet: sed in hoc vasculo in secunda quartaque voce quum simul K reperiatur, me iudice quod Koppa habetur, fuerit potius Φ . Quamquam in uno Attico titulo militari, quem vide in Atticis, et Koppa et Kappa habes. Nomina figuris adscripta haec sunt: Ἀγαμέμνων, Ἀλκὰ, Δορίμαχος, Σάκις, Ἀνδρῦτας, Πάφω, Φύλων, Θέρσανδρος: praeter figuras humanas varia insunt ornamenta, aves, quadrupedes, eaeque ferae et monstrosae, etiam sphinges. Ea vero pars, in qua nomina inscripta sunt, in sinistra ostendit Thersandrum, qui aprum ingentem ense petit: sub apro Philo cernitur; eandem feram sa-

gitta percussurus est Papho, appropinquante Andryta, qui hasta et clypeo munitus est. Sacis et Alce, inter quas Dorimachus interpositus est, mulieres sunt. In dextera parte post omnes est Agamemnon, qui pro sceptro caduceum gerit. Ex quibus soli Agamemnon et Thersander noti sunt. Primas agere videtur Thersander Sisyphi filius (Pausan. II, 4, 3.); cuius adiutores sunt reliqui: patet enim insigne aliquod Corinthiorum heroum facinus describi, qualis Erymanthii et Calydonii apri strages fuit. Agamemnon haud dubie ideo additus est, quod apud hunc tum summum Corinthi imperium (Iliad. β , 570. Pausan. II, 4, 2.). Nam Sisyphi filio coaetaneus in fabulis Agamemnon, ut etiam Ulysses Sisyphi est filius habitus. Quamquam cum hoc non magnopere convenit Glauci Lycii eius, qui ad Troiam pugnavit, genealogia, qui quidem Sisyphi abnepos sit. Ceterum Comm. ad Pind. p. 217. Thersandrum cum Ornytionem et Almo Glauci filios dicens falsus sum: debebam enim Sisyphi filios et Glauci vetustioris fratres dicere. Qui Glaucus filium habuit Bellerophontem, Corinthi sub Proeti summo imperio olim dominum (Pausan. I. c.); post Bellerophontem igitur ad patrum Thersandrum Corinthi dominium transiisse statueris, aut ad huius fratrem maiorem Ornytionem, a quo regia stirps ad Aleten usque descendebat (v. Pausan.): etsi Proetus tanto ante Agamemnonem intervallo imperavit, ut illi aequalis Bellerophontes vix posset successorem Agamemnoni coaetaneum habere. Sed in talibus non consentiunt fabulae.

8.

Marmor altum pedes VIII, digitos VII, latum ped. I, digitos VI et paulo plus, crassum ultra X digitos; quod tribus a Sigeo promontorio miliaribus, quo loco olim oppidum Sigeum stetit, repperit Sherardus: in summo lapide medio foramen incisum est digitos plus quam duos altum, tres digitos latum, in quo patet imaginem, quae imposita erat, infixam fuisse. Ingens illud saxum Graeculis villae pauperulae, quam Turcis primum Jeni-hissari, mox Gaurkioi nominasse placuit, sedili olim fuit ante templi fores otiantibus: ex quo inscriptiones Graecas transcripserunt Homerus Graecus, interpres, cui id negotii Sherardus mandaverat, et Sam. Lisle ac deinceps Bern. Mould Britanni; ex his vero apographis edidit Edm. Chishull Antt. Asiat. p. 4. et commentario instruxit usque ad p. 48. plenissimo. Sed ante hoc opus a. 1728. publicatum Sigeensis haec inscriptio eodem edente prodierat Londini 1721. fol. et Lugd. Bat. 1727. 8. Chishulliana commentatio recusa est ap. Murat. Thes. Inscr. T. IV. p. MMCIII sqq. cum exemplo aeri inciso. Maioribus litteris nec tamen verae magnitudinis semissem aequantibus edidit Hesselius Append. Praef. ad Inscr. Gud. C. XXVII. ex schedis Dukeri Hocheppedianis vel Horstianis: sed in eo apographo ductus nimis ad regulam facti sunt, quam ut id plane fidum haberi queat. Ex Revetti deinde delineatione dedit Chandlerus Inscr. P. I. p. 3. quem secuti sumus. Partim ex Chishullo partim ex Chandlero plures descriptam dederunt, ut Shuckford Harm. sacr. et prof. scr. in Hist. Mundi T. I. p. 260. ed. Angl. (p. 174. in tp. Germ.), editor Grammaticae Marchicae Graecae, Benedictini in Nov. Tract. Dipl. T. I. p. 626. qui tamen solam sistunt inferiorem, et de ea p. 629 sqq. disputant; Maffei Crit. lapid. p. 63. et Donatus in Praef. ad illum librum, Thes. Inscr. Noviss. T. I. p. XV. Lanzi Saggio di ling. Etr. T. I. tab. 1. cf. p. 104 sqq. D'Hancarvill. Rech. sur l'orig. l'esprit et les progr. des arts T. II. tab. 20. Rich. Payne Knight de Alphab. tab. II. Minusculis extat ap. Lechevalier Voy. de la Troade T. III. p. 297. cf. T. II. p. 104 sqq. Conferri potest Corsin. Not. Gr. Prolegg. p. XV sqq., item Villois. Anecd. T. II. p. 122. et Placentin. de Sigl. Graec. p. 13. ut alios omittam. Dixit de ea etiam Bentleius in epistola Gallica impressa in Act. Soc. Traiect. Vol. II. n. 1. Mich. Maittaire in Dissertatiuncula in Sig. Inscr. Miscellaneis Graecorum aliquot Scriptorum carminibus inserta p. 180 sqq. et Wasse in Epistola inserta Bibliothecae litter. Londini 1724. 4. no. X. Nostra aetate lapis ad Elginum pervenit (v. Viscont. duas Commentt. de collect. Elgin. n. 53.); nunc est in Museo Britannico n. 199. sed valde detritus. In Angliam quomodo semotus sit, exponitur in Walpol. Mem. p. 97 sq.

ΘΑΝΔΙΚΟ
ΧΟΜΤΙΜΕ
ΡΑΤΕΣΤΟ
ΗΥΚΟΡ
ΙΟΚΡΗΤΗΡ
ΚΟΚΑΙΔΑ
ΡΗΤΟΙΟΝ:Κ
ΑΙΟΜΟΜΟΙΑ
ΝΟΙΗΝΙΟΝ
ΕΔΥΚΕΛ
ΕΥΝ

ΡΑΜΟΔΙΚΟ:ΕΙΜΙ:ΤΟΗ
ΟΧΟΡΟΤ:ΣΟΤΑΡΧΟΜΕ
ΜΕΣΙΟ:ΚΑΟ:ΚΡΑΤΕΡΑ
ΜΘΗΙΑ:ΜΟΤΑΤΙΠΑΧ
ΟΜ:ΕΛΓΡΑΜΕΙΟΝ:Ε
ΥΑΙΙ:ΑΜΕΜ:ΑΧΟΔ
ΕΥΣΙ:ΕΑΜΔΕΤΙΠΑΤ
ΟΜ:ΕΜΙΑΔΕΜΟ
ΙΛΕΙΕΣ:ΚΑΙΜΕΡΟ
ΑΧ:ΟΠΟΙΗ:ΜΕΣΙ
ΗΑΕΛΦΟΙ

In titulo hoc celeberrimo si post tot doctorum occupationes summam superesse difficultatem dixerō, minus me eruditū displiciturū arbitror, quam si ipsius monumenti auctoritatem elevavero. Attamen ut hoc faciam, res ipsa me cogit: sed invitus nec temere confugi ad sententiam de hac inscriptione concipiendam, qua illius venerationi plurimum detrahitur. Et primum quidem, quum duplex hoc lapide titulus contineatur; qui factum sit, ut idem argumentum in eodem marmore bis perscriptum fuerit, porro sitne alter titulus altero vetustior, atque uter vetustior sit, quaerendum est. Quodsi Chishullum audimus, inferior inscriptio superiore plenior, primitiva est; quae quum in prytaneo Sigei iamdudum posita esset, prytanum aliquem vel alium, cui id lege licuerit, refinxisse partem inscriptionis, ut ille ait, ad Simonideas litteras ostentandas (p. 17.), quae nuper admissae fuerint. Nec contemnenda, quae pro hac sententia afferuntur, argumenta sunt ex scripturae ratione petita. Nam superior inscriptio Ionicis, inferior iis litteris perscripta est, quibus ante receptas Ionicas utebantur: illic, quae in hac sex prioribus versibus comprehenduntur, in undecim dilatata sunt: illius lineae litteraeque vagae, ductus enormes, graciles, levissimeque in extrema lapidis superficie superinductae potius quam incisae (p. 43.); inferioris litterae iuste exaratae. Quae argumenta plane invicta sunt; nisi quod dici potest, Ionicis litteris scriptum superiorem titulum eadem quidem, qua inferiorem, aetate incisum esse, sed casui magis quam consilio originem debere, ideoque inferiore inscriptione iam perfecta, levius inscriptum esse: de quo infra iterum dicam. Ceterum litterarum, quas in superiore titulo vides, formae, si Ionicas exceperis, non ita sunt recentes, sed potuerunt simul cum iis, quae inferius habentur, insculptae esse. Igitur etiam Bentleius, cuius ceteras rationes ex tempore fusas nec satis consideratas minime probo, negavit se intelligere, cur inferior titulus antiquior habendus sit: immo neminem tam inepte facere potuisse, ut immenso superiori spatio relicto primitivam inscriptionem infimo prope loco poneret; ubi sane nec legi commode, et pulveris sordiumque aggestu obliterari poterat. Nam quod Chishullus respondet, cippum hunc novem pedes altum basi trium minimum pedum suffultum fuisse, ut ea monumenti pars legentium staturam et praetereuntium oculos aequaret; mihi quidem prorsus incredibile videtur. Quis enim tantae altitudinis basin imagini ferendae inservientem, hypobathro insuper suffulserit? Quapropter nihil fere Bentleianae rationi opponi potest, nisi lapicidae errore inferiorem inscriptionem eo quo est loco positam esse: ut superior deinceps possit addita esse, aut eodem fere tempore, aut paulo post, aut etiam multis elapsis saeculis. Cur autem superior addita est, et a quonam? A prytanum aliquo vel alio ea potestate praedito, respondet Chishullus, ad ostentandas Simonideas litteras. Quod ut concedamus

(quanquam subabsurdum est, nec potuit nisi ab inepto homine fieri), tamen non intelligitur, cur ille plures voces plane immutaverit, et in ista sua repetitione ultimam inscriptionis partem prorsus omiserit. Priorem difficultatem ut removeret, hoc Chishullus commentum excogitavit: post erectum monumentum mutatam Sigei urbis ditionem esse, quippe Periandri arbitrio ereptam Mytilenaeis et ad Athenienses translatam, tenentibus id oppidum postea Pisistratidis (Herodot. V, 94 sq.): igitur ex Lesbica magis, hoc est Aeolica inferioris inscriptionis forma, transposita verba in magis Atticam esse. Sed haec vana sunt. Sane Sigeum primum Mytilenaeorum fuit usque ad aetatem Pittaci et Alcae: quo tempore Athenienses id iis eripuerunt, et a Periandro ipsis addictum retinuerunt. Mox necesse est Mytilenaei id recuperaverint: sed iterum iis eripuit Pisistratus, deditque filio Hegesistrato; et tenuit posthac Hippas. Ita recte statuit Valckenarius ad Herod. l. c. collata Strabonis narratione XIII. p. 600. ed. Cas. At nihil haec huc faciunt, quod quae de utriusque inscriptionis dialecto Chishullus contendit, plane falsa sunt. Inferior enim non Aeolica est sed Attica, nec superior Attica sed plane Ionica. Nec, quod ille statuit, superior clarioribus verbis enunciat, quae inferior insolentibus; sed neutra est altera disertior, nisi quod in superiore verbum *ἔδωκεν* grammaticae rationi magis consentaneum est quam inferioris *ἔδωκα*. Alterum autem scrupulum Chishullus in curis secundis (p. 43.) sic eximere tentavit: superiorem titulum incisum esse, quum ex Phanodici rogatu refecta post aliquod tempus statua esset: merito igitur *μνημα* et *ἐὰν δὲ τι πάσχω κ. τ. λ.* omissa esse, quippe quod Phanodici precibus, quae his verbis insunt, iam esset satisfactum. At hinc nihilo magis intelligitur, cur *mutilatis potissimum verbis* reliqua inscriptionis pars repetita fuerit. Itaque quum Chishulli disputatio nulla ex parte satisfaciat, aliud quaerendum est. Etenim quum absonum sit inferiorem inscriptionem, quae sane potior est, ulla praeter lapicidae oscitantiam causa infra adscriptam esse, nec intelligi possit, quare quisquam praeter ipsum, qui inferiorem posuit, hanc aliis verbis et mutilam quidem repetiverit: probabile mihi hoc unum videtur, post incisam inferiorem inscriptionem additam superiorem esse, ne nimium inconcinna lapidis videretur adornatio. Tali autem casui fortuito quum inscriptionis deberetur repetitio, potuit auctor ultimam partem omittendam ducere, quod vel prioribus repetitis satisfactum consilio esset. Iam vero, ne novus hic titulus suis careret dotibus, atque ut aliquam diversitatis speciem prae se ferret, pro Attica inferioris dialecto et scriptura placuit Ionica, et in ipsis verbis variatum est: quae variatio ex nulla fere alia re explicari commode potest. Ceterum additicia huiusmodi opera quum soleant perfunctorie elaborari, nihil mirum est superiorem inscriptionem leviter incisam esse. Sed ad hoc post inscriptiones explicatas redibo: quo lectorem ablego. Quodsi

quis dicat idem etiam post Phanodicum fieri potuisse; non tantum puto iuris cuiquam in alieno monumento fuisse, ut quod liberet adderet. Neque enim a Sigeensibus hoc monumentum positum est, sed a Phanodico, ut paulo post demonstrabo. Accedit quod, cur alius praeter hunc Ionica dialecto usus sit, nemo facile docuerit. Phanodicus quidem postquam Attica dialecto in inferiore titulo usus est, in additicia elegit Ionicam, ut duplex dialectus non sine causa usurpata videretur, Ionica pro Phanodici (nam Proconnesii Iones sunt), Attica pro Sigeensium persona et omnium Graecorum, quibus ea sermonis species coeperat communis esse; sicut post Alexandrum Sigeenses tituli, qui supersunt, communem offerunt dialectum. Sed Sigeensibus nulla ratione Ionismus convenit, nec si Sigeensis aliquis superiorem inscriptionem exarandam curasset, alia credo nisi vel Aeolica vel Attica dictione esset usus, quod antiquitus Sigeenses Aeoles sunt, ab Atheniensibus posthac in dicionem redacti. Attamen ea aetate, qua Sigeensem lapidem vulgo perscriptum putant, Solonis et septem Sapientum, mihi non credibile in varianda scriptura et dialecto ita, ut dixi, lusisse monumenti auctorem: quae prima causa est, quam obrem Phanodicum illum, qui hoc monumentum posuit, multo post vixisse arbitrer, ea quidem aetate, qua Atticismus, ut paulo ante significavi, plurimis Graecorum erat communis factus, prisca vero scriptura Attica pridem exoleverat et Simonidea sive Ionica vulgo erat recepta. Sed alia accedit ratio, quam §. 1. exponam: nunc hoc solum occupo, priscam in hoc lapide scripturam meo iudicio antiquitatis affectationi, non saeculi cultui deberi; id quod, si uterque titulus eodem fere tempore et ab eodem positus est, statuendum necessario: ipsaque verborum simplicitas quaesita magis quam nativa videtur. ✓

His praemissis accedo ad palaeographica et dialecti rationem, ad quam in superioribus provocare necessarium fuit. Est autem uterque titulus *Βουστροφηδὸν* scriptus, incipiente scriptura a sinistra, quae ratio recentioris videtur *Βουστροφηδὸν* esse (cf. ad num. 1.). Sed id genus scripturae non ideo nunc electum esse, quod id. ea aetate esset usitatum, ipsa superior inscriptio potest documento esse: nam quo tempore Ionica litteratura usitata fuit, certe *Βουστροφηδὸν* non scribebatur nisi antiquitatis affectandae causa: quod etiam de n. 39. dictum esto. Nec quod utraque pars *Βουστροφηδὸν* exarata est, iis favet, qui Ionicam putant recentiore esse: nam si quis posteriore aetate repetere titulum novo scripturae genere voluisset, quidni vulgarem versuum ducendorum ordinem elegisset? Igitur utramque partem simul exaratam iudico, utramque affectatam: quum praesertim ne probabile quidem sit, simpliciorum, hoc est vetustiorum Graecorum aetate quemquam concinnitatis causa idem argumentum bis perscripsisse diverso litteraturae genere. Chishulli quidem argumenta nihil moror, Solonis aetati hoc monumentum adiudicantis, quod huius *ἄζονες* erant

Βουστροφηδὸν scripti (Harpocr. Suid. v. ὁ κάτωθεν νόμος, Phot. Lex. p. 237.), vel quod ea scripturae forma in arca Cypseli cernebatur (Pausan. V, 17.). Iam vero litteras inferioris tituli quod Chishullus Aeolicum magis usum referre putat, saeculi illius ignorantiae condonandum est, quo pauciores ex omni genere inscriptiones erutae erant; sunt litterae plane Atticae, quales partim in aliis ante Euclidem titulis partim num. 9. continentur, nec formae admodum insolentes sunt. Iota est vulgare: Gamma et Lambda (Λ, λ) Atticas ante Euclidem figuras praesentant: Α (Α), Δ obliquatum, Θ decussatum, vetusta sunt, item Μ et Ν. Υ vulgaris formae est, Σ mediae, qualis in Atticis antiquioribus; sed hoc omnibus locis in sinistram versum est (Σ), quum in scriptura a sinistra ad dexteram progrediente debuerit potius ad dexteram verti (Σ): in quo cum Benteio quadratarii agnoscerem imperitiam, nisi idem in eadem littera aes Eleum vs. 1. et Inscr. 28. item in littera Gamma columna Naniana offerret. Χ est +, ut in Attica num. 9. Diphthongus ΕΙ his duabus litteris scribitur constanter, praeter infinitivum *μελεδαίνειν*: quod ipsum Attico mori convenit. Nam Attici simili inconstantia diphthongum modo ΕΙ, modo Ε scripserunt; unde ipsum Ε est τὸ Εἴ vocatum: maxime autem in terminationibus, et in iis formis, in quibus sonus magis ad Ε simplex accederet, retinuerunt Ε pro ΕΙ: in quibus vero formis sonus simplici Ε affinis sit, cernitur ex dialectis; quo pertinet Aeolica infinitivi terminatio *μελεδαίνειν*. Sic ΧΕΡΟΣ etiam Attici; nec post Euclidem desierunt talia. Vide Oec. civ. Ath. T. II. p. 202. 261. 293. et saepius. Distinctio in inferiore titulo fit modo binis modo ternis punctis: sed prius videtur transcribentium incuriae tribuendum: ternis autem punctis etiam Attici ante Euclidem vulgo interpunxerunt; binis vel post Euclidem. Ceterum interpunctionis ratio vaga est atque inconstans. Iam vero in superiore distinguitur binis punctis; Φ et Υ formas habent etiam vetustiores quam in altera: Ρ est modo rotundatum modo angulare; prius vel sic, ut ad cursivae scripturae modum incurvatum sit, quod festinanti et currenti scalptoris stilo tribuo. Idem dicendum de figura litterae Sigma utrinque arcuata in formam cursivi Zeta, quae species affinis videtur angulari Σ et Ζ. Pro ου est Ο; contra pro ει habes Ε in ΕΜΙ, quod cave Aeolicum putes; est vulgare εἰμι, ut in Deliaci basi et in Attico vasculo num. 35. Etiam in Συκεῦσιν Ε videtur vices diphthongi sustinere. Ut vero in inferiore inscriptione scriptura prorsus Attica illa prisca, in superiore Ionica est, ita et dialectum comparatam esse supra monui: poetici nihil video, nec versus sunt, de quibus somniat Chishullus p. 31. In inferiore sunt Attica haec: τοῦ Ἐρμοκράτους, crasis κἀγώ, κρατήρ, Στρυγίης, crases κἀπίστατον et ἀδελφοί, de quibus formis suo loco dicam, quantum necesse est. Contra in superiore vides Ionica τοῦρμωκράτεος, κρητήρ, ὑποκρητήριον, πρυτανήιον: nec quidquam in alterutra alieni admistum, nisi in inferiore dixeris vocem

μελεδαίνειν esse Ionicam, et in superiore ex vulgari Sigeensium dialecto pro nomine loci Σίγειον insolentiorē esse formam positam. Sed de his et aliis nonnullis rebus deinceps dicetur. Transeo enim ad singula, in quibus inferioris tituli verba praemitto, superioris additicii subiicio.

§. 1. Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου] *Phanodici sumi, Hermocratis f. Proconnesii*. In superiore est: Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου: nam *EMI* esse εἰμὶ, supra monitum. Exiguū discrimen est, quod Proconnesi insulae nomen illic simplex, hic duplex *N* habet. Duplex est magis ex more. Strab. XIII, p. 425. (ed. Par. 1587.) καλοῦνται δ' Ἑκατόνησοι συνθέτως, ὡς Πελοπόννησος, κατὰ ἔθος τι τοῦ *N* γράμματος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις, ὡς Μυόννησος καὶ Προκόννησος λέγεται καὶ Ἀλόννησος. Usus autem ille maxime metro debetur: v. intpp. ad Greg. p. 60. ubi quae in aliquot libris reperitur scriptura Πελοπόννησος (cf. p. 78.), ei nihil tribuo. Attamen vide ne Προκόννησος, quod in inferiore titulo habes, Atticorum fuerit: certe Ἀλόννησος ante Bekkerum constanter scriptum erat apud Demosthenem, etiam in ea, quae de Haloneso, oratione si non Demosthenea certe Attica. Forma τοῦ Ἑρμοκράτους terminatione docente Ionica est: crasis in vocis initio Ionibus non inusitata, ut τῶγαλμα, τῶληθές; et manifesto Ionismum demonstrat spiritus omissio. Nam ut τὸ ἱμάτιον, τὰ ἱμάτια, vulgo sonant *Θοιμάτιον, Θαιμάτια*: ita nisi Ionicum esset, debebat scribi *Θούρμωκράτους*; sed Iones ut in compositione dicunt κατὰπερ, κατιστάναι, ita in crasi lenem recipiunt, ut οἱ ἄλλοι ὦλλοι, ὁ ἄριστος ὦριστος. In quibus exemplis etsi spiritus asper prioris est syllabae, tamen compositionis analogia eius, quam dixi, docet ab Ionibus etiam ob sequentem spiritum asperum in crasi tenuem non potuisse in aspiratam mutari. Verba ipsa non Phanodici sunt, sed operis ipsius, quod loquens inducitur, hoc est imaginis supra positae; quod pervulgatum. Vide epigrammata in Hipparcho sive dialogo de lucro p. 229. A. Plat. Phaëdr. p. 264. D. et locis ibi ab Heindorfio allatis, Herodot. V, 58. Pausan. V, 20. VI, 8. item in basi Deliacae et saepius in titulis et epigrammatis. Igitur non nominativus Φανοδίκος positus est, sed secundus casus Φανοδίκου, nempe *imago* s. *simulacrum*: in quo genitivo quum Bentleius immerito offendisset, Chishullus p. 44. sufficientia protulit exempla, Βασιλέως Μιθραδάτη et Βασιλέως Νικομήδου ex Deliacis inscriptionibus; adde indidem Βασιλέως Φιλίππου Μακεδόνης: alibi quoque Chishullo notante extat Μητροδώρου τοῦ Ἐφεσίου (v. Inscr. statuar. Romanas). Ita et nummi. Imposita igitur imago fuit, negante licet Bentleio, cuius mira commenta in fine paucis tangemus: nec tamen statua fuit, qua voce Chishullus passim utitur, sed protome sive thorax, qualis Hermarum est, cui infigendo inserviebat lapidis in summa parte foramen. Eam vero imaginem Chishullus in prytaneo Sigeensi stetisse arbitratur, idoneis adversus Bentleii dubitationem exemplis demonstrans in prytaneis signa etiam hominum po-

sita esse, ut Sapphonis in prytaneo Syracusano (Cic. Verr. act. II. lib. IV, 57.), Autolyçi pancratiastae et aliorum Athenis (Pausan. I, 18, 3.). Attamen id signum cum inscriptionibus ornando prytaneo inseruisse non ex ipso hoc monumento patet, sed ea res colligitur tantum inde, quod dona, quae hac imagine remunerati Sigeenses essent, ibi collocata erant. At sive in prytaneo sive alio publico loco posita imago fuit, pro donis haud ita magnificis, aereis haud dubie, imaginis honorem publice decretum esse vetustissima praesertim aetate, nemo credet antiquitatis peritus: quod non fugit Bentleium. Athenis quidem, in civitate artibus florentissima, post Solonem Harmodiumque et Aristogitonem primo Cononi urbis restitutori statua posita est: nam quae de Pindari statua fabula circumfertur, eam satis convici in ed. Pind. Vol. II. P. II. p. 18 sq. Nec Soloni constat superstiti statuam positam esse. Plataeis ad pedes Minervae Arimnesti imago fuit, in Marathoniam et Plataeensi pugna ducis (Pausan. IX, 4.); sed etiamsi concedimus a Plataeensibus eam positam esse, tamen magnus ille vir fuit, nec eius simulacrum ante Phidiae aetatem dedicatum est. Quis igitur Sigei Solonis aetate pro cratere et basi accolere imaginem cuiquam decretam putaverit, eique ne civi quidem, sed peregrino? Vides absurdum esse Sigeo, oppido cum Athenis nullo modo comparando, tantam tribuere liberalitatem. Superest, ut Phanodicus ipse imaginem suam dedicaverit, vel ut hoc monumentum sepulchrale sit a propinquis curatum. Ac sane defunctorum monumentis ut anaglyphā, ita etiam statuae et protomae impositae sunt, hae recentioribus potissimum temporibus: unde etiam busta vocatae protomae sunt. Exemplo est Titii Gemelli monumentum Massiliae, suo loco edendum: interim v. Visconti Iconogr. Gr. T. I. p. 582 sq. Sed nostri monumenti stilus non sepulchralis est. Igitur vivus Phanodicus imaginem suam Sigei posuit, permittentibus Sigeensibus, quod prytanibus ob dona oblata gratus et dilectus erat: nam sine magistratuum decreto nemini licuisse imaginem in publico loco ponere et res ipsa docet et frequens de talibus decretis in inscriptionibus mentio. Vide modo Attica. Quid quod inepta fuisset precatio, εἰν δὲ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σίγειῃς, si Sigeenses Phanodici imaginem ponendam curassent? Attamen ne sic quidem antiquum hoc monumentum esse concedo. Nam qua aetate respublicae nemini nisi iis, qui de civitate ita essent meriti, ut sine illis ne civitas quidem superfuisset, imagines posuerunt ipsae, ea aetate vix cuiquam, qui modicis donis prytanes demulsisset, ut ipse sibi imaginem poneret, concessum est: nec quod Hieronicis licuit ibi, ubi vicissent, suas statuas dicare, aut quod iis domi imagines positae sunt, potest huc advocari. Immo simplici illa aetate nulla civitas immodicam hanc latura arrogantiam erat, ut, quod hodie reges faciunt, privatus imaginem suam publico donaret, vel ea publice ponenda vanam sibi gloriolam quaereret: neque tum tam inanis homi-

num ambitio fuit; diis reservabantur publicae imagines, divina simulacra religiosae privatorum mentes dedicabant. Themistoclis quidem parvam imaginem ab ipso, ut videtur, templo Dianae Aristobulae illatam scimus, quod ille templum condiderat (Plutarch. Themistocl. 22.): sed hoc donarium fuit deae dedicatum, quae ipsi optima in bellis Persicis suppeditasset consilia; nec sine offensione illi vel illius templi exstructio fuit. Denique Themistocles non est cum Phanodico comparandus: tempusque Soloneo multo est recentius. Nolo pro mea sententia afferre, quantam Phidiae et Pericli invidiam attulerit, quod eorum imagines in Minervae clypeo agnoscerentur (Plutarch. Pericl. 32.); quod Pisistrato arrogantiae crimen attulit, si Baccho imaginem suam mutuatus est (Athen. XII, p. 533. C.): haec enim a nostra re alieniora. Sed iconicae imagines sero in communem usum receptae sunt; quae de re operae pretium est legere, quae accurate disputavit Hirtius noster in Comment. Acad. Boruss. hist. et philol. a. 1814-1815. imprimis p. 6. ubi quae de foeda Hipponactis imagine a Bupallo et Anthermo elaborata ex historiae fide narrantur, nemo nobis obesse censebit. Theodorus quidem Samius ipse se ex aere fudit, auctore Plinio XXXIV, 19, 22. at ea imago non statua fuit, sed exiguum haud dubie sigillum, quale est Polycratis donarium num. 6. tractatum: talia tum privato usui facta frequenter esse non nego. Contra non valde antiquus artifex videtur Chirisophus Cretensis, qui statuam suam ex lapide factam Tegeae apposuit Apollinis signo a se elaborato (Pausan. VIII, 53, 3.). Postremo si signum Phanodici marmoreum fuit, de quo vix dubites, nova inde oritur difficultas, de qua infra dicam. Quae quum ita sint, recens iudico Sigeense hoc monumentum, quod si tam antiquum esset quam vulgo habitum est, universam artis sculptoriae historiam, qualis nunc constituta est, funditus everteret, illamque artem multo tum latius patuisse demonstraret, quam rebus accuratius perpensis statuere licet. In qua sententia etiam Theoph. Welckerum, virum in artis historia eximie peritum, litteris ad me datis me confirmasse scias. Igitur duplicem hunc titulum, ipsa repetitione suspectum, ad illa tempora relego, quae labentibus Graecorum moribus et insana irrupente ambitione fora, stoas, curias imaginibus privatorum impleverunt, inscriptionesque has in earum refero classem, quae falsam antiquitatis speciem prae se ferunt, qualis est Delphica num. 25. ex temporis certâ notâ prorsus convicta, cum columnis Herodis, aliisque pluribus, eamque hoc, quo posui loco, nonnisi ductuum priscurum et pristinae auctoritatis causa retineo. Post haec si de Phanodico ipso quaesiveris, unus hoc nomine vir insignis est, Deliacorum scriptor (Schol. Apollon. Rhod. I, 211. 419. Diog. L. I, 31. 82. 83. Serv. ad Virg. Aen. VII. ex emendatione Vossii Hist. Gr. p. 400.), cuius aetas, patria, pater ignotus. Sed Scholiis Apollonii Rhodii, in quibus ad eum provocatur, nullum constat scriptoris nomen contineri,

qui infra Augusteum et Tiberianum saeculum descendat; neque dissimile vero, ea illum aetate vixisse, qua in antiquitate, in rebus civitatum divinis et humanis, denique in philosophorum, poetarum, aliorum virorum clarorum vitis illustrandis Graeci imprimis versati sunt, inde ab Aristotele usque ad Aristarcheos: propius tamen accesserit ad Aristotelis aevum, ut Duris Samius, et credo etiam Satyrus, quibuscum commemoratur; etsi huius aetas itidem incerta est. Et Phanodicus quidem Diogene Laertio auctore nonnulla de Biantae et peculiari sententia de tripode, qui a septem Sapientibus ad Delphicum deum delatus esse fertur, memoriae prodiderat, non in *Deliacis*, opinor, sed in alio libro vel *de tripode* vel *de septem Sapientibus*: ut eum intelligas non imperitum illius aetatis fuisse, quam Sigeensis tituli scriptura et dictionis simplicitas mentitur. Eundem hominem pium et antiquarum rerum studiosum fuisse argumenta, quae tractavit, suadent. Qualis ingenii viro convenit hoc monumentum. Itaque etsi incerta haec coniectura est, siquis hunc ipsum horum titulorum auctorem esse posse credat, equidem non reluctabor. Etenim non modo illis temporibus sed multo prius antiquitatis specie fucatos titulos dedicatorios esse, ad Inscr. 25. demonstravi.

§. 2. *Καὶ γὰρ κρατῆρα καπίστατον καὶ ἡθμόν ἐς πρυτανεῖον ἔδωκα μνημα Σιγενεῦσι*] *Et ego craterem et basin et colum in Prytaneum dedi memoriae causa Sigeensibus.* In superiore: *Κρατῆρα δὲ καὶ ὑποκρατήριον καὶ ἡθμόν ἐς πρυτανήϊον ἔδωκεν Συκεεῦσιν.* In inferiore Chish. Hessel. **KΔOKA**: Revettius tandem in lapide vidit esse **EΔOKA**. In additicia vocis **HOMON** altera littera est **O**, ut nescias fueritne **Θ** an **⊗**: sed prius probabilius. Etiam **Θ** autem satis antiquam esse formam, docet num. 4. *Ἡθμόν* in primitiva scriptura vides aspiratum, ut Schol. Apollon. Rhod. I, 1294. *Ἡθμός* δασύνεται: cui praecepto Bentleius opponit vocem *ἀπηθέω*, non cogitans ex Ionismo in compositis haud paucis retineri tenuem, ut *ἀπηλιώτης*, *ἀντήλιος*, *λευκίππος*. In additicia distingui nequit, sitne *Ἡθμός* an *ἡθμός* pronunciatum: prius statuit Bentleius, sed inconsiderate, qui quidem videatur putasse, si aspiranda vox esset, spiritum etiam in Ionica scriptura apponi debuisse. Mox *Σιγενεῦσι* in inferiore non dubito errori lapididae imputare, qui quum in secunda syllaba deberet **EI** scribere, aberrans ad tertiam occupavit **EY**, dein errore animadverso etiam tertiae syllabae litteras **EY** recte addiderit. Nam quum paulo post recte *Σιγεύς* scriptum sit, intelligis illud *ev* non posse nisi quadratarii negligentiae tribui. Cave igitur putes prius **EY** esse pro **EF**, assumpto Aeolico digamma, de quo Chishullus cogitabat: quod statui non poterit, nisi forte utramque formam de industria adhibitam a grammatico dixeris, ut ostentaret utramque. Sed in additicia vide ne scriptura *Συκεεῦσι* non casu sed consilio illata ex loci vulgari et plebeia dialecto sit. Hactenus de grammaticis formis. De structura Bentleius bene monuit, inferioris

lectionem ἔδωκα valde ridiculam esse: nam coepit opus ipsum loqui; nunc homo Phanodicus loquitur. Quae personarum confusio, in additio titulo posthac evitata, videtur simplicitatis affectationi deberi, nec male a Chishullo defenditur Pausaniae et hodierno quoque usu, quo imago ipsius hominis nomine appellatur: ut ille in Atticis cap. 18. ἀνδριάντες ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής, pro genitivo Αὐτολύκου, quo usu nihil apud Pausaniam frequentius. Sed nihil est quod ad Ennii provocatur epitaphium, in quo nulla personae mutatio:

Adspicite, o cives, senis Enni imagini' formam:

Hic vostrum panxit maxima facta patrum.

Nemo me lacrimis decoret, nec funera fletu

Faxit. Cur? voluto vivo' per ora virum.

Iam ut ad donariorum vocabula perveniam, etsi vox ἐπικρητηρίδιος in Atticis legebatur demiopratis, Atticisque poetis κρητήρ non insolens (Aristoph. Acharn. 935.), quod etiam Pindarus Doricae maxime dialecto addictus retinuit, tamen κρατήρ vulgaris Atticorum forma est, docentibus et scriptoribus et inscriptionibus. Igitur hanc prae se fert inferior titulus; κρητήρ Ionicum poetis et Herodoto usitatum habetur in superiore. Rursum crateris basis ibi ἐπίστατον, hic vocatur ὑποκρητήριον: utroque designatur fulcrum, cui crater imponatur, basis craterae in inscriptione Latina ap. Gruter. p. XLVIII. Ὑποκρητήριον vox est Ionibus usitata: igitur crateris fulcrum Herodotus I, 25. ὑποκρητηρίδιον vocat; licet etiam in Aeginetica inscriptione extet βάθρον ὑποκρατήριον: quippe ea vox Ionibus non magis propria erat quam ἐπικρητηρίδιος. Non tamen ea ita pervulgata erat, ut doctis memorabilis ne videretur; unde Plutarchus de orac. def. dicit: περιβόητος τοῦ κρατήρος ἔδρα καὶ βάσις, ἣν Ἡρόδοτος ὑποκρητηρίδιον ὠνόμασεν (cap. 14.). Hinc eam devitant alii, ut Pausanias X, 16. vocat ὑπόθημα τοῦ κρατήρος, et ἔδραν τῷ κρατήρι, et de eodem vase est ap. Athen. V, p. 210. B. Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφός ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, „Γλαύκου, φησί, τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου· οὗ δ' Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν.” Et Atticis quidem, ut in huiusmodi rebus aliud alibi vocabulum frequentius auditur, videtur certe usitatus fuisse ἐπίστατον, ὑπόστατον, ἐπιστάτης, ὑποστάτης. Acta Quaestorum Olymp. 95, 3. ὑπόστατον χρυσοῦν ἄσταθμον· κρατήρ ὑπάργυρος etc. Pollux X, 46. (coll. 79.) ex demiopratis Atticis: λουτήριον καὶ ὑπόστατον, pro quo ὑποστάτην dixit Pausan. X, 26, 2. Haec de ὑποστάτῳ et ὑποστάτῃ; sed iidem Attici eodem sensu ἐπίστατον sive ἐπιστάτην dixerint. Non provoco ad titulum de templi Poliadis exstructione vs. 43. ubi ἐπίστατον basin columnae interpretabatur Schneiderus, quum ibi potius ἐπιστάται operis et templi curatores sint: sed Aristophanes Av. vs. 436. rem conficit, licet ibi, quid sit ὁ ἐπιστάτης sive τὸ ἐπίστατον, dubitetur. Tria enim Scholiastae proponunt, *Vulcanum ex luto fictum*, qui quasi Lar familiaris sit, quod praefert cum Kustero Chishullus p. 45. et docte illustrat; *trabem vel as-*

serem ad caminum, unde ex clavis vasa culinaria suspendantur, quod Brunckio probabile videtur; *postremo basin sive tripodem, in quo ollae et lebetes igni apponantur*, quod Bentleius ad hanc inscriptionem verum iudicat. Rectissime. Nihil enim in illo loco hac significatione aptius: nam Upupa iubet arma suspendi εἰς τὸν ἱπνὸν εἰς ὡ πλησίον τοῦ πιστάτου, hoc est in camino non *prope trabem*, ex qua suspenduntur vasa, sed *in ipsa trabe* prope tripodem ibidem suspensum, ut etiam nunc mulierculae tripodes ibi suspendunt. Nec de ea verbi potestate dubitare sinunt Scholia, licet et ceteras veras statuam. Certe femininum ἐπιστάτῃ disertè ibi dicitur χαλκοῦς τρίπους χυτρόποδος ἐκτελῶν χρειαν; et rursum, οἱ δὲ τρίποδα χαλκοῦν, ᾧ ἐπιτιθέασι λέβητα ὑποκαίόμενον. Postremo de Ἡμῶν crateri adiuncto, sufficit attulisse eandem, de qua supra, Aegineticam inscriptionem, in fine, et Polluc. X, 108. ἐν μέντοι τοῖς δημοπράταις καὶ Ἡμῶς τις ἐπικρητηρίδιος πέπραται, ὅς ἴσως τοῖς περὶ τὸν οἶνον μᾶλλον προσήκει. Ceterum universa haec duplex scriptura et accuratus in utraque verborum delectus non Solonis aevum sapit, sed eruditionem grammaticam saeculo Ptolemaeorum florentem, eamque, ut mihi videtur, satis ludibundam.

§. 3. Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ᾧ Σιγείῃς] *Siquid vero patiar, curate me, o Sigeenses.* Certa est lectio Hesselii et Chandleri MELEDAINEN: MEO, atque ita etiam Mould, nisi quod pro littera M lacunam habet: Homerus idem refert, nisi quod puncta (:) omittit et pro M habet P. Lisle praebebat MELEDA·INEN·EO, quod et Chishullum induxit, ut ineptam de hiatu Aeolico disputationem p. 15. contexeret, et Bentleium, ut longissime a vera lectione aberraret. MELEDAINEN non sine causa supra dixi esse μελεδαίνειν secundum priscam scripturam Atticam: vox ipsa maxime poetica et Ionica est, unde apud Theognidem Herodotumque et Hippocratem legitur: attamen plura huiusmodi vocabula certe in prisca remanserant Attica dialecto. Iam quia μέλειν et μέλεσθαι genitivum personae regit, putes legendum μελεδαίνειν μέο pro μου, ex Ionismo: sed respuit hanc formam inferioris tituli indoles. Igitur cum Chandlero lege μελεδαίνειν με, et ΟΣΙΓΕΙΕΣ iunge. Nempe ΣΙΓΕΙΕΣ non accusativus est Σιγείῃς, sed vocativus Atticus Σιγείῃς, ut ἱππῆς, in quo Iota non admittendum esse notum est. Est autem priscæ Athidis, ad cuius normam hic titulus compositus est. Sic prodit μελεδαίνειν με, ᾧ Σιγείῃς, infinitivo, ut solet, imperativam vim habente: cui explicationi si quis putet interpunctionem ante με positam obesse, cogitet aliam nostram, aliam veterum in distinguenda oratione rationem esse. Μελεδαίνειν cum accusativo haud insolens est. Theocr. X, 52. οὐ μελεδαίνει τὸν τὸ πιεῖν ἐγγχεῦντα. Inde credo ὁ μελεδαινόμενος, *qui curatur*, passim apud Hippocratem, de morb. mulier. ed. Genev. (1657.) p. 616 sq. μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει, item p. 696. Neque alia credo structura intelligenda est ap. Herodot. VIII, 115. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ἐπιτάσσω τῇσι πόλιν, ἵνα ἐκάστοτε γίνοντο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε

καὶ τρέφειν (sc. αὐτούς). Quod superest, hic rursum imago ipsa loquitur, sed ita, quasi homo sit: ἐὰν δέ τι πάσχω, siquid mihi acciderit, μελεδαίνειν με, cures me. Sed cura haec potest duplex esse: aut enim vult, ut siquis imaginem laedat, ne id Sigeenses inultum transmittant; aut ut, si detrimentum passa imago fuerit, eam reficiant Sigeenses, nec dilabi patiantur. Et quamquam μελεδαίνειν utrumque significat, tamen medica significatio huic verbo propria praefenda videtur, ut imago quasi homo medica manu curanda dicatur: quod quum auctor dicere vellet, videtur medicum elegerisse vocabulum. Hoc vero ut simplici vetustatis sermoni non magnopere convenit, ita simplicitatis affectationi plane congruum est.

§. 4. Καὶ μὲν ἐποίησεν Αἴσωπος καὶ ἀδελφοί] *Et fecit me Aesopus et fratres.* Ἐποίησεν mirum est; non quod ποίω dictum pro ποιέω: hoc enim omnibus Graecis, etiam Atticis, usitatum est: sed quod *Et* est pro *E*. Boeoticum est ἐποίησεν, cui nullus in hac inscriptione locus: igitur vitium quadratarii esse iudico pro ΕΠΟΙΕΣΕΝ: oscitantius enim hanc inscriptionem exaratam esse vel diversa scriptura vocis Σιγείης vs. 6. et 9. docet. Nec mirum errasse aliquoties quadratarium, si, ut ego existimo, hic titulus ea aetate inscriptus est, qua prisca litteraturae ratio pridem exoleverat: turbabatur enim lapicida insolentibus formis. Ἀδελφοὶ p. οἱ ἀδελφοὶ crasis Attica est nunc satis nota, ut ἀνὴρ, τάνδρως, τάνδρῃ, ἀνδρωπός: quam qui nuper plebeiam dixit, non videtur satis de dialectorum ratione cogitasse. Scio quidem de illo ἀνὴρ adhuc dubitari, nec Buttmannus noster Gram. mai. p. 120. rem transactam putat: immo haud contemnenda obiecit Theoph. Schneider de dial. Sophocl. p. 47 sqq. sed tamen probabilis ille usus est. Idem in voce ΗΑΙΣΟΠΟΣ obtinere videtur, si Αἴσωπος scribendum est, non Αἴσωπος: α enim longum fit in ea crasi. Sed in nulla huiusmodi inscriptione nomini artificis articulus praefigitur: itaque pro Aesopo arbitror *Haesopum* esse sine articulo, ut multa nomina asperum modo omittunt modo assumunt. Aesopum hunc fabularum auctorem esse plurimis persuasit Chishullus, uno dubitante Benteio, serione an ioco de illo ille cogitaverit. Et profecto subit mirari, potuisse quemquam Aesopum fabulatorem intelligere, cuius si Sigei in publico loco opus superfuisset, in tanta illius fama hominumque studiis credibile non est oblivioni traditum esse, exercuisse illum sculptoriam fratresque opificii adiutores habuisse. Nam quum, quae de illo traduntur, magnam partem fabulosa sint, hoc unum, quod certo auctore constitisset, putas ab antiquis neglectum esse? Vidit has difficultates Chishullus; fratresque amoliturus ἀδελφούς non consanguineos, sed *fabriles socios* interpretatur: quod nemo Graece doctus feret. Idem ad Plutarchi Convivium septem Sapientum provocans, ioci illud et dicteriorum plenum, verbis quibusdam Anacharsidis Aesopi artem oblique stringi putat; sed ipse de ea re ita dixit, ut eum huic

argumento prope nihil tribuere videas. Et hoc bene fecit. Nam ibi (cap. 12.) Diocle de domo verba fieri a convivis postulante, quae omnibus hominibus communis sit, quum Aesopus Scythen Anacharsin eximendum ridens dixisset, quippe qui pro domo plastro uteretur, Anacharsis domos docet non haec lutea et lignea tecta esse, sed eos, qui intus sunt: nempe Aesopum ita dicere, quasi cochleam putet non id, quod in testa habitet, animal esse, sed testam ipsam, nec suae ipsius meminisse vulpeculae, quae quum apud iudicem cum pardo, uter magis varius esset, certamen iniisset, non externam speciem, sed interna spectanda esse contendisset. Σὺ δὲ, ait, τὰ τεκτόνων καὶ λιθοξόνων ἔργα περὶ νοστεῖς, οἶκον ἡγούμενος οὐ τὰ ἐντὸς ἐκάστου καὶ οἰκεία, καὶ παῖδας καὶ γάμους καὶ φίλους καὶ θεράποντας, οὐκ ἔστιν ἐν μυρμηκιᾷ τις ἢ νεοττίᾳ νοῦν ἔχουσι καὶ σωφρονοῦσι κοινωνῇ τῶν ὑπαρχόντων, χρηστὸν οἶκον οἰκεῖ καὶ μακάριον: in quibus illa, quae Chishullus affert, verba nihil edicunt nisi hoc: Aesopum fabrorum et lapicidarum opera, hoc est aedificia, circumire et in iis domos sibi invenire videri, quas potius familiae constituent. Aesopi nomen quum satis frequens fuerit (v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 621. ed. Harl.), quidni artificem ignotum, haud dubie Proconnesium, statuamus Aesopum vocatum esse? Ceterum plures, opificii socios, in uno signo elaborando operam posuisse, Benteium immerito offendit. Chishullus quidem quod p. 47. attulit exemplum ex Pausan. IX, 11. petiit, melius praeterisset; sed idem recte notat, duos unius operis artifices non semel memorare Pausaniam: nobis sufficit attulisse Bupalum et Anthemum Hipponactis imaginem fingentes, Hypatodorum et Aristogitonem num. 25. harum inscriptionum coniunctos; et in statuariorum titulis inter Romanos a me positos Aristeam et Papiam, Critonem et Nicolaum, Phidiam et Ammonium Phidiae filios: unde quam usitatum fuerit, ut plures uno in signo elaborarent, satis patet.

Aperi sententiam meam de hoc marmore, quod Chishullus, ut illi maiorem venerationem conciliaret, ex Troiae ruderibus eo tempore sublatum putat, quo Archaeanax Mytilenaeus e materia inde petita Sigeum condidisse a Strabone refertur; aliorum in hac re, ut ipse significat, narrationem sequente. Equidem Troiam dubito ex marmoribus candore admirabili insignibus, qualis ille lapis ab ipso p. 41. esse dicitur, exstructam fuisse; illud scio, nullum marmor praestantius fuisse Proconnesio. Praeter Plin. H. N. XXXVI, 6. XXXVII, 10. Vitruv. II, 8. auctor est Strabo, ubi de Proconneso insula (lib. XIII.): Ἐν δὲ τῇ παράπλῳ τῇ ἀπὸ Παρίου εἰς Πριάπον ἦτε παλαιὰ Προκόννησός ἐστι καὶ ἡ νῦν Προκόννησος, πέλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφόδρα ἐπαινούμενον· τὰ γοῦν κάλλιστα τῶν ταύτῃ πόλεων ἔργα, ἐν δὲ τούτοις πρῶτον τὰ ἐν Κυζίκῳ ταύτης ἐστὶ τῆς λίθου. Illic mihi non dubium est Aesopum et fratres officinam habuisse, ut fere iis locis, ubi materia elegans suppetit, haud pauci habitant artifices: atque inde Sigeum nave advectum est hoc

monumentum, quum in Proconneso elaboratum esset. Simul inde concedes verisimile fieri, signum hoc fuisse marmoreum, ut basis est: quod ipsum alio etiam argumento constat. Nam si ex aere fustum esset, quorsum illae tam intentae preces: *ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγείης?* Vides materiam fuisse eiusmodi, quae laedi facile potuerit. Sed marmoris scalpendi ars Solonis aetate vix coepta erat: qua Plinio auctore (XXXVI, 4, 1.) Dipoenus et Scyllis circa Olymp. 50. primi inclaru- runt: quod si idem paulo post ex Chiorum marmo- riariorum aetatibus artis eius originem cum Olympia- dum initio coepisse colligit, Hirtius noster (Amalth. T. I. p. 238.) recte monuit, non opus esse ob eos artifices, ut marmoris scalpendi artem ultra Olymp. 40. repetamus. Atqui si Solonis aetate Aesopus fratresque ex marmore Proconnesio tantum non primi iconicas imagines fecissent, num probabile est horum nomina in artis historia neglecta esse? Iam vero, si monumentum hoc Proconneso in insula perfectum statuis, ea quidem, quam ad §. 1. signifi- cavi, aetate: Phanodicus, qui tum Sigei potissi- mum vixerit, quum imaginem Sigeum delatam in- viseret, inscriptionemque a quadratario Proconnesio in sua urbe hoc monumentum elaborante infimo loco positam conspiceret, videtur tum ab alia manu superiorem inscriptionem addendam curasse: aliam enim in superiore, aliam in inferiore fabricam agnosci, non magis quam Chishullus nego.

Sed Chishullum si in his titulis explicandis non usquequaque felicem fuisse dixerim, infelicior tamen fuit Bentleii perfunctoria opera iisdem im- pensa: cuius errores et Chishullus oppresso viri nomine in appendice castigavit et nos aliquoties notavimus. Quem virum omnium criticorum longe principem quo magis suspicio, eo magis eum do- leo a vero plane aberrasse. Etenim ille ternis, quae Phanodicus dedicavit, donariis singulas putat in- scriptiones impositas fuisse, superiorem uni, alteri inferiorem, tertio similem: ex quibus has duas, quae supersunt, in hunc esse lapidem transcriptas, aut ut publice expositae Phanodici liberalitatem latius propagarent, aut ne vasculis detritis et in aliam formam fusis donatoris deleteretur memoria: scripturae varietatem diversae, cui singuli artifices assuevissent, scribendi rationi tribuendam esse; Ae- sopum autem binosque fratres singulos singula vasa elaborasse. Iam primo vasculo inscriptum fuisse:

Φανοδίκου εἰμί et reliqua superioris inscriptionis, ad quem genitivum intelligendum esse δῶρον. Alteri autem inscriptum fuisse: Φανοδίκου εἰμί τοῦ Ἐγμονα- τους τοῦ Προκοννησίου καὶ γῶ; quod καὶ γῶ ad praece- dentia pertineat: *Etiam ego* (ut alterum vas) *Pha- nodici donum sum*. Proinde in inferiore inscriptione pro prima persona ΕΔΟΚΑ, vel ut Chishullus lege- bat ΚΔΟΚΑ, reponendam esse tertiam ΕΔΩΚΕ. Postremo in eadem putat certo legendum esse: *ἐὰν δέ τι πάσχω, μελέδα, ἢ ἐνδῶ, Σιγείης*, hoc est: *si quid patiar, remedium* (erunt), *ubi opus habeam, Sigeen- ses*; quod de reficiendo vase intelligit. Quae com- menta Bentleiano ingenio sanequam indigna tribus verbis refutari possunt. Nam primum ex vasculis in lapidem tam ingentem transcriptas duas has in- scriptiones esse, omisa praeterea tertia, minime probabile est nec ullo potest exemplo illustrari: nec consentaneum est, singulis donariis omnia reli- qua, quae dedicata sint a Phanodico, dona inscripta esse; sed unicuique separatim imponendum erat, *hoc ipsum dedicasse Phanodicum*, praeterea nihil quidquam. Inscriptionum autem forma et littera- turae genus certe non ex quadratarii arbitrio pen- debat, sed quomodo quaeque inscribenda essent, mandabatur quadratariis: ut proinde ex horum con- suetudine differentia scripturae explicari nequeat. Deinde εἰκὼν quidem omitti potest, non item δῶρον, quod ubi omissum fuerit, nemo facile supplebit: et ubi in inferiore titulo vocem καὶ γῶ prioribus adiunxeris, exspectes deinceps κρατῆρα δέ: ac dura correctio est ἔδωκε. Postremo μελέδα s. μελέδη, quod Bentleius idem ac μελέτη esse statuebat, vocem ni- hili esse, scite demonstravit Chishullus p. 46. simul si ἢ ἐνδῶ legendum esset, debuisse HIN scribi, re- ctissime observans: debebat praeterea Σιγείῃσι da- tivus esse, ut taceam quam hae ridiculae vasculi preces sint: *Ubi opus habeam*, hoc est, *quo loco fractum sim, ibi me reficite, Sigeenses*; quod certe multo ineptius, quam quae ex nostra interpreta- tione imago pronunciat. Sed Bentleium excusatum velim: magis culpanda intempestiva Christoph. Saxii industria, qui festinatas summi viri litteras, quas ille libris suis destitutus corrente fuderat calamo, in publicam protraxerit lucem, quum tamen ipsum Bentleium hoc noluisse partim ex ipsa epistola pa- teat, partim inde possit colligi, quod a Chishullo petitus tacuit.

9.

Fragmentum tituli βουττροφῆδον et στοιχηδὸν scripti, ab editore Chandlero (Inscr. II, 28. p. 54.) Athenis in muro repertum: idem simile sed minutum viderat Athenis parieti infixum in platea non longe a monasterio Capucinorum. Chandlerus quum id Societati, qui *Dilettanti* dicuntur, dedisset, haec Museo Britannico donavit, ubi Spat. XV, n. 81.* extat. Aliud apographum misit Müllerus, in quo nonnulla quidem elementa vel desiderantur vel mutila sunt, quae tempus edax cor- rupisse videtur: sed litterarum ordinem et alia nonnulla ex Mülleri exemplo restitui.

Hoc est ex nostra restitutione:



IT:]OI
ME]KP
MO]ΘI
HE]KT
JM]OΞ 5
E]OVP
Z]IOI
...Δ
E]IOH
K]TYΓ 10
+.IO
ΔI.:Δ
IOΓI
.PI:Σ+
AJIMIO 15
...:M

Litterae sunt fere eadem quae in Sigeensi lapide: pro Σ tamen Müllerus Ξ habet, et pro Μ Chandlerus M. Ypsilon est V; sed Müllerus praebet Υ. Pro X vs. 14. est +, ut in Sigeensi; eo tamen loco Müllerus lacunam habet. Idem + vides vs. 11. ubi Müllerus I. Si + certum est, de quo non dubito, vs. 2. X est in K mutandum, etsi illud uterque legit. Vs. 12. Δ est vulgare: igitur vs. 6. P, pro quo Müllerus D, est P̄. Item vs. 2. rotundum P apud Chandlerum est: pro quo Müllerus L, quasi reliquum ex P. Rursum angulare est vs. 14. at lineola apud Chandlerum superinducta suadet non esse P, sed aliud. Vs. 6. ου est OV; in quo verbo, incertum. Interpunctio binis punctis (:) constituitur; sed vs. 12. est ::, quod non credo verum esse. Versus videntur brevissimi fuisse, ut in alia quoque perantiqua Attica, et in Herodis Attici columnis priscam formam aemulantibus, ubi quae dixi vide: in hac nostra versus, ut arbitror, quinque litteras non excedunt: immo usque ad vs. 13. quaternis fere elementis constitui videntur, et deinceps, ut passim variat numerus, in quina accrescere. Ceterum lapidis figura cum inscriptionis formâ considerata persuadet, ad vs. 13. usque in dextera parte nihil perisse: neque enim supra quintum vs. 14. elementum in tota illa columna vestigia videntur litterarum cerni, etsi ea pars marmoris superest; et litterae integram atque accurate concinnam columnam constituunt. Contra in sinistra pauca perierint necesse est. Argumentum tituli obscurum est. Nisi magnopere fallor, fragmentum est rationum, quibus expensae in magno aliquo aedificio exstruendo factae continebantur: ex quo genere fuit templum Iovis Olympii a Pistrato inchoatum. Enumerantur variae impensae, interpositis numeris, qui magna ex parte obscurati sunt. Vs. 2. 3. agnosco κριθ[ων]; praecesserat ni fallimur τιμή, ante quod erat OI, hoc est 1½ obol. quod superest ex summa antegressi nominis: ibi vero O addidi ex Müllerii apographo. Iam vs. 4. 5.

in promptu est supplere [He]κτέω[v]. Sic habes κριθων έκτέων. Lex Regis archontis ap. Athen. VI, p. 235. C. τοὺς δὲ παρασίτους ἐκ τῆς βοουκολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἐαυτῶν ἑαστον έκτέα κριθων. Et: τὸν δ' έκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθων. Ob quem locum cave ne fragmentum hoc nostrum ex Solonis legibus superesse putes: cetera enim non conveniunt, licet Solonis κύβεις, ex quibus esse haec debebant, βουστροφηδὸν scripti fuerint et eas continuerint numerorum notas, quas in hoc fragmento fuisse iudico. OYPIOI superest ex nomine eorum, quibus quotidianus victus datus erat: expletur lacuna voce λειουργοῖς, [LE]OYPAOI[Σ], qui marmora poliunt, quae est λεία ἐργασία in titulo de templo Poliadis. Victum opificibus subinde praebere docet exemplum ap. Polyb. V, 89. Dari autem quotidiano victui choenix solet (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 99.): itaque octonis quotidie singuli videntur έκτεῖς dati: hinc κριθων έκτέων. Vs. 4. Müllerus KI. Vs. 8. latent numeri. Vs. 9. Chandlerus IOTI: dedi Müllerianum IOII, hoc est HOI. Coniicio οἱ έκτυποι, id est τὰ έκτυπα, ut ὁ πρότυπος et τὸ πρότυπον: intellige anaglypha ectypa. Articulus in reliquis omissus hic imprimis aptus est. Vs. 10. Müllerus IYΓ. Vs. 11. 12. +.AI: superest ex numeris. + est mille, A fuit Δ, decem, pro quo Müllerus solum \ habet. Ibidem Chandlerus :: dedit pro :: Sequitur δίποι, quod haud dubie est a recto δίπους, δίπος, ut τρίπος τρίπου. Est igitur bipes. Coniicio significari apparatus fabrilis compositum ex duabus trabibus rectis, quae in solo defixae supra coniunguntur alia trabe: ut binis vel pluribus huiusmodi instrumentis iuxta positis imponi possint asseres, quibus fabri insistant. Vs. 14. in TΦ, pro quibus Müllerus nihil nisi P, latet summa, quae nescio quanta fuerit: in promptu tamen est corrigere P, 50 drachm. nam T integri elementi spatium occupare non constat. Quod sequitur I, videtur: fuisse. Postremo apparent

σχοινί[a], *funes*. F superest ex numero, fuitque, opinor, † (drachma): Chandlerus tamen E. Cogitabam etiam de τρισχοινία, ab adiectivo τρισχοινος: sed nunc id repudio. Nec χοινίκα libenter admiserim, licet supra ἐκτεῖς sint. Ceterum etsi haec ex

parte incerta sunt, tamen nihil molitus sum, quod non lacunis explendis ad amussim conveniret; et quod in tali fragmento supplendo potissimum est, singula ex eodem genere petita congruunt.

40.

In insula Delo, in hasi quadrata marmorea praegrandi, prope templum Apollinis. Primus ligneo typo edidit Tournefort Itin. T. I. epist. VII. p. 360. quem secutus sum, minutissimis quibusdam ex Stuarto correctis; dein ex Tourneforti delineatione Montfauc. Palaeogr. Gr. II. p. 121. minus accurate, itemque ex Tournefortianis Chishull. Antt. As. p. 16. coll. p. 43. Gébelin Monde primit. p. 176. Shuckford. de Harm. sacr. et prof. script. T. I. p. 171. ed. Germ. Nov. tract. diplom. T. I. p. 633. ubi p. 626. aeri incisa inscriptio; Davies. Misc. crit. p. 125. Lanzi Sagg. di ling. Etrusc. T. I. p. 102. coll. tab. 1. Stuart Antt. Att. T. III. p. 57 sq. ubi aeri incisa, D'Hancarville Recherch. sur les arts T. II. tab. 23. R. Payne Knight in tabulis operis de Alph. Graec. I, fig. 3. coll. p. 72. Ad interpretationem cf. praeterea Bentleium Act. Traj. T. II. p. 16. Anonymum Misc. Obs. Vol. III. p. 200. Dorvillium ibid. Vol. VII. p. 24 sqq. Diarii classici Brit. T. I. p. 95–100. Welckeri Spicil. Epigr. II, p. 11 sqq. Adde Corsin. Not. Gr. Prolegg. p. XVII. Nuperrime interpretatus est Rosius amicus noster Mus. crit. Cantabr. Fasc. VII, p. 390 sqq. In altero latere est:

ΟΛΥΡΤΟΜΘΟΕΜΙΝΔΡΙΑΣΚΑΙΤΟΣΦΕΛΑΣ

In altero:

ΝΑΞΙΟΙΑΠΟΛΛΩΝΙ

Posterior inscriptio edita est ap. Wheler. p. 57. Tournefort. p. 359. Le Roy Mon. Gr. T. I. p. 39. tab. XVI. (cf. p. 6.). Stuart. l. c. p. 58. Riedesel Bemerk. auf einer Reise durch die Lev. p. 60. in qua omnes Ξ habent praeter Stuartum, qui I: utroque composito verum Ξ reperis. Whel. ΑΠΟΛΛ, Le Roy ΑΠΟΛΛΩΝΙ; verum dederunt Tournefort. Stuart. nisi quod hic in littera Ω desinit, litterae N non nisi primam lineolam addens, apposito signo fracturae lapidis. Ried. ΑΠΟΛΛΙΝΙ. Prior titulus easdem fere elementorum formas monstrat quas Sigeensis inferior: Sigma tamen rotundum est, ut apud Latinos et in titulo Attico Archedemi Pheraei (cf. Villos. Anecd. T. II. p. 167.), si Tourneforti apographo et Knightiano fides est; Stuartus enim λ praebet: Lambda porro non λ, sed ρ est. Ου designatur simplici O; nec ε plenum scriptum est, sed pro eo E. In altera inscriptione ductus prorsus iidem sunt qui Athenis post Euclidem: quod in tanto praesertim Atheniensium cum Delo commercio consentaneum est: haec vero recentiore tempore addita non immerito censetur. Nec dubito statuam, quae imposita ei basi erat, esse eandem, quam palma aerea a Nicia celebri, quum theoriae dux esset, Apollini dedicata strage sua deiecit. Plutarch. Nic. c. 3. ὁ δὲ φοίνιξ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν πνευμάτων ἀνακλασθεὶς ἐνέπεσε τῷ Ναξίῳ ἀνδριάντι τῷ μεγάλῳ καὶ ἀνέτρεψε. Nam ut in illa statua, ita in hac Naxii commemorantur: utraque magna dicitur, ea, cui haec inscriptio imposita, ab iis qui fragmenta viderunt: postremo ἀνδριάντα vocat et Plutarchus et titulus, non ἄγαλμα: unde colligo non dei Apollinis statuam fuisse, sed nescio cuius: non tamen credibile mihi, fuisse hominis tum viventis, sed alius. Niciae vero archetheoria quum videatur

Olymp. 90, 3. assignanda (v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 230.), nisi antiquior titulus vestutatem ementitur, positus ante illam erat: sed postquam palmae a Nicia donatae ruina statuam Naxiam afflixit, haec haud dubie restituta Naxiis curantibus est et recentiore typo inscriptum Νάξιοι Ἀπόλλωνι, si modo integer hic titulus est nec potius fragmentum hexametri heroici: certe lapidis in eo loco partem perisse, ex Stuarti delineatione colligo. Quodsi Wheleri hospiti fides habenda fuerit, colossus tribus demum ante Wheleri adventum annis ex basi deiectus est: quod etsi a Tourneforto non confirmatur, tamen fragmina statuæ duo iuxta basin repperit ipse Whelerus. Iam ut ad explicationem antiquioris inscriptionis perveniam, septimum elementum M in N dissolvendum est, ut factum video in exemplo Montfauc. sed de coniectura. Quo facto quae sententia verborum sit, inquirō. Igitur ut Harduinum et Montfauconium mittam, qui priores voces male legerunt, Chishullus initio agnoscit verba οὐ αὐτοῦ λίθου, statuitque dici: *Non eiusdem lapidis esse statuam et basin*. Et sunt inscriptiones, in quibus basis et opus impositum diversae materiae esse dicantur; nam apte dicitur: *Lucius Apollini statuam aeneam dicavit et basin marmoream*. Sed ineptum est inscribere: *Non eiusdem lapidis est basis et statua*: qua in re nihil quidquam notabile. Quod Bentleius pro sua perspicacitate intelligens legendum addito T docet: Τοῦ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδρίας καὶ τὸ σφέλας, *Ex eodem lapide sum statua et basis*: quo simul evitatur vitium orationis, quod in sua interpretatione Chishullus admisit duplex, ut et οὐ pro οὐκ inferret et αὐτῇ p. τοῦ αὐτῇ; et id effectum est, ut apta esset sententia: magna enim laus in ἀνδριάντι μονολίθῳ (Marini Inscr. Alb. p. 10.). Adversus hanc autem sententiam, quae etiam Dawesio, Anonymo (in Obs. Misc. Vol. III.),

Lanzio et nuper Rob. Walpolio (Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 537.) placuit, Chishullus hoc attulit, Whelero et Sponio ac Tourneforto auctoribus basin nullo fracturae indice perfecte esse quadratam, ut continua basi statua esse non potuerit. At nec certa illa testimonia videntur, atque ut certa sint, quum in restituendo opere statuae pars basi adhaerens, quod pedes ibi laesi essent, resecta esse possit, ex ea quae nunc est lapidis forma de pristino operis statu coniectura capi nequit. Idem Chishullus etiam hoc aliquando excogitaverat, quum opus restitutum non iam *μονέλιθον* esset, verborum, quae olim inscripta fuissent, *τοῦ αὐτοῦ* primam litteram deletam esse, ut non eiusdem lapidis basis et statua esse diceretur: *οὐ αὐτῷ λίθου*: verum tum non **T** esset erasum, sed **OY** praepositum: *οὐ τοῦ αὐτοῦ*. Igitur **T** potius casu perisse tot saeculorum decursu videtur; nec me movent, qui Knightio narraverunt litteras plane easdem esse, quales ipse repraesentat, **OAFYTO**: illi enim quod viderunt, potuerunt affirmare, non quod non viderunt; illis igitur non credo **T** non perisse, credo **Y** post **F** non a recentiore manu, ut Dawesius putabat, insertum esse. Enimvero Bentleium esse verum assecutum, colligitur vel inde, quod nisi **T** addas, nihil ex hac inscriptione sani extricari potest. Nollem enim Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 51. ingeniosam dixisset istam explanationem, in *Diar. class. T. I.* propositam, ex qua *ὁ αὐτὸς λίθος* idem esse dicitur quod *ὁ αὐτὸς λίθος*: Sigma enim haud raro omitti, ut *ἰππότης*, *ἰππότας*, *ἰππότα*, ex Aeolismo; sicut in vitiosis aliquot versibus Sigma abiiciendum est, ut metro prospiceretur (quod apud Graecos nunquam non vitiosum habitum); sicut veteres Latini abiecerunt in quibusdam vocibus **S** finale. Nam si modo operae pretium est adversus talia disputare, multum interest inter formam *ἰππότα* et *αὐτὸς λίθος*; nec si in malis versibus **Σ** scriptum, ne metrum laboret, pronuntiando omittendum erit, id poterit in scriptura omitti, ubi et metri et vocabuli ratio, ut pronuncietur, postulet. Arateo exemplo Diosem. 270. *Κρωζῆ πολύφωνος κορώνη* nemo peritus abutetur: sive enim ibi *πολύφωνα* cum libro scripto legendum, sive gravius latet ulcus, illud certum est vitiosum *πολύφωνος* non esse ab Arato, qui, quum *λακέρυζα* sibi optime cognitum scribere posset, cur scriberet *πολύφωνος* cum metri dispendio? Istiusmodi ferculis qui delectetur, poterit etiam Dorvillii et Knightii ratiunculis frui, ex quibus ille legit *ὁ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδρίας*, ut articulus *ὁ* ad nominativum *ἀνδρίας* pertineat: hic vero, quod in Prolegg. ad Hom. §. LXXXVI. retractavit, **OAFYTO** censebat esse pro **OAFAYTOY**, *ὁ αὐτοῦ*; ut *Ἀφιδης* cessit in *Ἄιδης*: rursum autem *αὐτοῦ* dicebat esse pro *ὁ αὐτοῦ* per crasin, ut integra dictio esset haec: *ὁ ὁ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδρίας*, priore articulo ad *ἀνδρίας* pertinente. Velim scire quo pertineat alter. Attamen duae supersunt etiam post Bentleium difficultates, articuli in voce *ἀνδρίας* omissio et digamma in voce **AFYTO**. Priorem ut depellas, dixeris legendum

INSCR. GR. VOL. I.

esse *ἀνδρίας*, per crasin: nam spiritum fuisse littera **H** designandum, certa ratione dici nequit, quod nullum eius rei in hoc titulo exemplum cernitur. Sed reiicio hoc remedium; nam quum initio versus crasis *τοῦ αὐτοῦ* non scriptura (*ταῦτοῦ*) significata sit, sed legenti relicta; debebat etiam hoc loco certe **OANΔPIΑΣ** scribi, non **ANΔPIΑΣ**. Unde simul eluditur ea cuiusdam astutia, qua *ὁ ἀνδρίας* crasi mistum in *ἀνδρίας* dixit, deinde Aeolice omisum spiritum esse. Immo priorem articulum omisum esse concedendum; ut tragici duo nomina componunt, prius sine articulo, alterum eodem instructum: idonea exempla Welckero notante collegit Döderlinus noster Spec. ed. Sophocl. p. 50. Nec sine ratione hoc in titulo nostro factum est: loquitur statua, quae ubi sese designat, non opus habet suo nomini addere articulum; a loquente diversa basis debet articulo instrui. Nos plane similiter dicere possumus: *Von Einem Steine bin ich Bild, und das Gestell*. Sed in voce **AFYTO**, si abesset **Y**, diceret digamma eius loco positum esse: nunc quum utrumque habeatur, Knightius (Prolegg. ad Hom.) et Rosio nunciante Porsonus quadratarium, utrum poneret ambigentem, posuisse utrumque iudicarunt. Quod quum probabile non sit, assentiente etiam Buttmano coniicio in voce *αὐτὸς* aliisque ante **T** sonum **AY** paulo crassiorem fuisse, litterā **Y** cum spiritu maiore proferendā, ut hodierni fere Graeci faciunt, hoc est *afflos*: igitur **AFY** scriptum esse: ut in voce *Ἀγίστων* ante **T** duplicatus sibilus est, **APIΣΣΤΩΝ**. Vide ad inscr. 25. Nempe ut ante **T** mediae in tenues mutantur duriores, ita ibidem **Σ** et **Y** (*ν*, *ω*) duriores accipiunt sonum. Spiritus autem vehementia litterā digamma optime exprimitur; neque ideo **AFY** disyllabum fit. Idem factum in *δεινός*, *δρεινός*, etsi dispar exemplum, quod digamma consonae additum est. Tamen in hac, de qua dicimus, voce, **AYFTO** melius scripturum fuisse quadratarium, notat Buttmannus, cui haud invitus accedo: sed **AFYTO** pro hoc ipso scribere quadratarium potuisse mihi persuasum est.

Aeolicam hanc inscriptionem esse Dawesius (Misc. crit. p. 127. App. p. 327.) pronuntiavit: qui non cogitasse videtur, Iones Naxios in Delo Ionica Atticaque nulla plane ex causa Aeolicam potuisse inscriptionem ponere: nec senarios Aeolicos facere moris fuit. Neque quidquam inesse video, quod a formis Ionicae Atticaeque orationi communibus recedat: **EMI** enim non *ἡμὶ* est, sed ex Attica scriptura *εἰμὶ* (v. ad Inscr. Sig.). Digamma autem ex prisca ratione retentum est, quae quum apud recentiores Iones et Atticos exoleverit, mansit sane apud Dores et Aeoles: sed hoc loco ut id Aeolicum dicam, eo minus adducor, quod non peculiarem sonum efficit, sed tantum soni **Y** asperitatem auget: magis enim me offenderet **FOIKOΣ** vel simile. Quid quod, ne de Homero dicam, ipsis Ionibus digamma tribuit Trypho? Vide ad num. 11. Postremo senarium esse Bentleius et Dawesius rectissime perspexerunt; et ille quidem nihil plane mutandum vidit,

D

quum hic temere plura tentaverit. Τοῦ αὐτοῦ crasin patitur, εἰμὶ autem apostrophum: sexcenties enim in titulis vocalis apostropho abiicienda scripta extat. Sic ad vulgarem normam scriptus versus hic est:

Ταύτου λίθου εἰμὶ ἀνδρῶν καὶ τὸ σφέλας.

Si de incisionibus quaesiveris, versus est ex illo genere, de quo Porsonus dixit Praef. Hecub. p. XXIX. ed. Lips. et plane geminum est hoc exemplum:


Κλῆσω γραφῇ τῇδ' ἐν σοφῇ πάγκλειτ' ἔπη.

Hiatus in voce λίθου a scenicis evitatus sequitur licentiam arsis trochaicae et iambicae a lyricis admissam, raram quidem illam nec tamen sine exem-

plis certis. Vide nos Metr. Pind. p. 102. et imprimis nott. critt. ad Olymp. VIII, 2. p. 383. Senarium donario inscriptum, eumque simili utentem licentia v. num. 29. Denique carmine conceptum Deliacum titulum esse, potest vel τὸ σφέλας, vocabulum fere poeticum, et liberior articuli omissio docere. Non tamen hanc de versus forma sententiam persuasi Rosio; qui quae ex litteris meis Museo critico Cantabrigiensi (p. 393.) inseruit, ea operarum vitio commistis transpositisque integris lineis ita perturbata sunt, ut intelligi nequeant.

11.^o

Lamina aerea, modulo formae qua infra: Olympiae effossam reportavit a. 1813. G. Gell. Singularem charta accuratissime edidit Rich. Payne Knight: mihi, si bene memini, Creuzerus misit. Recusa est Diar. class. T. XI. p. 348 sqq. cum notis non optimis, meliore forma et commentario Knightii ipsius instructa T. XIII. p. 113. item Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 536. cum notis Rob. Walpolii. Excerpta ex commentatione Boissonadi de eadem extant in Daunou Exposé des travaux de la classe d'histoire et de litt. anc. (7. Jul. 1815.) p. 50-33. ubi p. 112. maiusculis vulgatis expressa est. Amplior eiusdem commentarius extat Diar. class. Vol. XX. p. 285-306. Alia alius explicatio mihi quidem non placens excusa ibidem est Vol. XXII. p. 352 sq. Praeterea v. Gell. Diar. class. Vol. XXIV. p. 401 sq. Adde quae ipse dixi Oec. civ. Ath. T. II. p. 390-392.



Titulus hic pretiosissimus, quo edendo Knightius optime meritus est, me iudice ceteris ex eo genere longe praeferendus, non stilo exaratus est, sed rectae lineae scalpro sive cuneo incisae sunt, rotundae formae typo incusae, eoque duplici, altero forma O, altero puncta: unde scripturae species singularis est. O est paulo minus, et antiquissimae et recenti aetati commune; ex antiquissimis vide num. 3. A et Δ antiquo more obliqua sunt; Gamma <, unde nata rotunda forma C num. 7. Cui illa potestate par est, quod in nostra hac inscriptione rotundae formae evitantur; quapropter etiam pro Θ habetur Π, quod Knightius in commentario suo perperam dixit Θ esse. Lambda paululum variat, accedit tamen ad

vulgarem formam, ut M et N: Sigma vs. 1. est ζ, mox ς (de illo v. ad Sig.). Pro Y antiquius obtinet V, et pro X item vetustius Ψ, de quo dixi ad num. 4. Ionicarum litterarum nulla inest; contra frequens digamma in iis, quibus proprium est, vocibus. Et diphthongus plene scripta: duplices consonae simplici littera signatae omnes sunt, more antiquissimo. Interpunctio : vaga est: de ea dixi ad Sig. Vitia nulla videntur inesse; nam quod vs. 2. *συνμαχία* et vs. 6. *Ὀλυμπία* scriptum reperitur, usus est antiquus (vide num. 3. et 30.), idem tamen ille in recentiorum aetatum titulis passim obviat. Vs. 9. primum Sigma omissum erat; addidit deinde sculptor; ibidem punctum singulare

fortuitum est: sed vs. 2. litterae 7. 8. primum fuerunt Ol, repetitae ex priori Ol: quod quum inter incidendum animadvertisset opifex, ipse correxit statim super incuso Σ. Ceterum ex iis, quae dixi, vides litteras partim antiquissimas partim magis novas esse, ut certe ob litterarum formam cur titulus a Knightio Olymp. 40. circiter assignetur, non intelligas: stili tamen et orationis color admodum priscus videtur. Sed in hoc quantum dialecti rationi tribuendum esset, non satis perpenderunt interpretes, qui uno hunc titulum ore Doricum dixerunt; quum autem Dorica apud Thucydidem foedera (V, 77. et 79.) formas multo minus insolentes offerant, Knightius huic insistens argumento duobus ante Olymp. 90. saeculis scriptam hanc tabulam putat. Cui quamquam non plane obsum, nolim tamen quisquam ex Dorismi comparatione monumenti aetatem constituat: quum re accuratius considerata non Dorice id, sed Aeolice compositum esse liqueat. Foedus est Eleorum et Arcadum Heraeensium: igitur ex horum sermone, qualis in hac formula dialectus sit, erit diiudicandum. Iam vero, licet Dorismus in Peloponneso invaluerit potissimum, tamen neque Elei neque Arcades Dorae fuerunt nec in iis censiti sunt, sed inter mixtam illam ex antiquis Graeciae incolis maxime variis gentem Aeolicam referuntur, cuius sermo pro nationum et terrarum discrimine fuit diversissimus: igitur alius prorsus Eleorum et Arcadum affinium Aeolismus, alius Boeotorum, alius Thessalorum; quem vero grammatici Aeolismum dicunt, eius indolem ex Lesbia maxime et Asiaticorum Aeolum sermone poesi celebrato constituerunt: qua de re pluribus dicendi non hic est locus. Sed qui in Peloponneso resedit Arcadum et Eleorum Aeolismus Dorismo, qui ne ab initio quidem ab Aeolica dialecto plane abhorrebat, aliquatenus similis est, quod Dorae quoque ab antiquis in Peloponneso colonis multa receperunt: attamen non Dorice, sed plane Aeolice et Arcades et Elei locuti sunt. Instar omnium est Strabo VIII. init. integer legendus; ego haec tantum apponam: Οὕτω δὲ τοῦ Αἰολικοῦ ἔθνους ἐπικρατοῦντος ἐν τοῖς ἐκτὸς Ἰσθμοῦ καὶ οἱ ἐντὸς Αἰολεῖς πρότερον ἦσαν, εἴτ' ἐμίχθησαν. Ἰώνων μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς τὸν Αἰγιάλῳ κατασχόντων, τῶν δ' Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριέας καταγαγόντων, ὅφ' ὧν τὰ τε Μέγαρα ὤκισθη καὶ πολλὰ τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεων. οἱ μὲν οὖν Ἴωνες ἐξέπεσον πάλιν ταχέως ὑπὸ Ἀχαιῶν Αἰολικῶν ἔθνους· ἐλείφθη δ' ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἦττον τοῖς Δωριεῦσιν ἐπεπλέκοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις, τοῖς μὲν ὀρεινοῖς τελείως οὔσι καὶ οὐκ ἐμπεπτωκόσιν εἰς τὸν κληρὸν, τοῖς δ' ἱεροῖς νομισθεῖσι τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς καὶ καθ' αὐτοὺς εἰρήνην ἄγουσι πολὺν χρόνον, ἄλλως τε καὶ τοῦ Αἰολικοῦ γένους οὔσι καὶ δεδεγμένοις τὴν Ὀξύλῳ συγκατελθούσαν στρατιὰν περὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, οὗτοι Αἰολιστὶ διελέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινὶ ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἦττον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ' ἐτι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται· δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβῆσθαι ἐπι-

κράτειαν. Igitur in hoc titulo Eleam Arcadicamque Aeolismi speciem tenemus: quem et in aliis multis rebus, de quibus singillatim monemus, et in omisso spiritu cernere licet: ille enim non scriptura tantum omissus videtur, sed etiam oratione. Sic vs. 1. α articulus, et vs. 2. ἑκατον, item vs. 1. Ἡραίοις: eodem pertinet ἐπιάρῳ vs. 9. et ἐνταῦτ' vs. 10. Digamma non affero, quum Doribus et Aeolibus commune sit: attamen ῥάτρα vs. 1. vix fuerit Doricum. Quae quum ita sint, ex dialecti indole tempus inscriptionis accuratius definire non licet: constat tamen satis esse antiquam, quod recentioribus temporibus Graeci omnes magis magisque ei orationis formae assueverunt, quae a communi intelligentia minus recederet: neque mihi errare videor, si monumentum inter Olymp. 40-60. posuerim. Quae aetate quae rerum Eleorum et Heraeensium condicio fuerit, paucis moneo. Etenim Elei civitatem quidem constituebant, non tamen una urbe comprehensam: post Persica demum, Olymp. 77, 2. ex pagis multis (ἐκ πολλῶν δήμων) contracta Eleorum urbs est (Strab. VIII, p. 233. Diodor. XI, 54.); puto tamen in iis pagis iam olim principem fuisse Elidem, quam moenibus munitam addendis proximis paganis auxisse iam Oxylus ferebatur (Pausan. V, 4. 1.). Sic Athenae a Theseo demum sublati oppidorum singulorum prytaneis magnae factae sunt: fuit tamen iamdudum Cecropia Athenarum arx et locus potissimus. Idem dicendum de Heraeensibus, quorum urbs a Cleombroto vel Cleonymo ex novem vicis condita fertur (Strab. VIII, p. 232.): cui rei non obest, quod Heraeensium conditorem heroem Heraeum Pausanias (VIII, 26, 1.) dicit: nam etsi haec narratio fabulosa est, patet tamen inde, Heraeensium civitatem perantiquam fuisse; nec tamen de urbe illa verba capienda sunt. Recte Pausanias non Heraeae, sed Ἡραεῦσι, civitati, conditorem illum fabulosum assignat. Attamen inter novem Heraeensium pagos haud dubie potissimus pridem locus Heraea fuit arce instructa. Arx Heraea fuit Olymp. 101, 2. et manifesto nihil nisi arx, cum subiecto credo pago: illud satis liquet ex Diod. XV, 40. Sed paulo post condita urbs Heraea, quae ut olim (Thucyd. V, 67.), ita tum a Lacedaemoniorum partibus stetisse videtur, quemadmodum Arcadica Orchomenus (Diod. XV, 62.); et occupant arcem Phigalenses exules, Lacedaemoniorum socii, eo quo dixi anno. Conditor urbis Straboni dicitur Cleombrotus vel Cleonymus: intellige Cleombrotum Spartanorum regem, qui Leuctrica pugna (Olymp. 102, 2.) periit; Cleonymo autem substitue Cleomenem, qui rex factus Spartaee est Olymp. 102, 3. (v. Diod. XV, 60.). Ceterum multa, quae in hoc foedere constituitur, Iovi Olympio cedit: igitur ea aetate dixeris Eleos Olympiam tenuisse. Sed hoc non necessarium: potest summo illi in ea regione deo multa pendi, etiamsi Elei tum Olympiam non tenuerint, ut nec Heraeenses tenent. Non dubito tamen Eleos tum summum Olympiae imperium habuisse. Ab Olymp. 1.

usque ad Olymp. 26. Elei Olympico et templo et certamini praefuere sine controversia (Strab. VIII, p. 245.), nisi quod Olymp. 8. Phidon Argivus a Pisatis adductus ludos celebravit, ut auctor est Pausanias: sed post Olymp. 26. Pisatas eorum sacrorum curam recuperasse Strabo refert, quae tamen mox ad Eleos redierit. Contra Pausanias (VI, 22, 2.) solam Olymp. 34. a Pisatis duce rege Pantaleonte Omphalionis f. actam narrat; Olymp. 48. autem, Pisatis imperante Damophonte. Pantaleontis f. Elei incursionem in horum fecerunt dicionem, precibus tamen et iurisiurandi religione victi recesserunt: mox Pyrrho Damophontis fratre imperium tenente Pisatae, et qui praeterea desciverant in Triphylia Macistii ac Scilluntii, et ex reliquis subditis Dyspontii ab Eleis subacti et deleti sunt. Quo tempore, crescente Eleorum potentia, probabile est Heraeenses sese Eleis adiunxisse, qui priore loco in foedere nominantur, ut potiores: unde circa Olymp. 50. hoc esse foedus pactum mihi probabile fit. Eius verba mea sententia sic constituenda sunt: Ἄ γράτρα τοῖς Φαλείοις καὶ τοῖς Ἡρακείοις. συμμαχία κ' ἑκατον ἑτέα· ἄρχοι δὲ καὶ τοῖς αἰ δὲ τι θεοί, αἵτε ῥέπος αἵτε ῥάργον, συνείαν κ' ἀλλάλοις, τὰ τ' ἄλλ καὶ παρ πολέμου· αἰ δὲ μὰ συνείαν, τάλαντον κ' ἀργύρῳ ἀποτίνοισαν τῷ Δι' Ὀλυμπῷ τῷ καταδελμένῳ λατρεῖόμενον. αἰ δὲ τις τὰ γράφει τὰ καταλείπειτο, αἵτε ῥέτας αἵτε τελέστα αἵτε δαμός ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ νταῦτ' ἐγγραμμένῳ. Hoc est: Ἡ ῥήτρα τοῖς Ἡλείοις καὶ τοῖς Ἡρακείοις. συμμαχία ἂν εἴη ἑκατὸν ἑτῆ· ἄρχοι δ' ἂν τότε· εἰ δὲ τι θεοί, εἵτε ἔπος εἵτε ἔργον, συνείαν ἂν ἀλλήλοις, τὰ τε ἄλλα καὶ περὶ πολέμου· εἰ δὲ μὴ συνείαν, τάλαντον ἂν ἀργυρίου ἀποτίνοισαν τῷ Δι' Ὀλυμπῷ τῷ καταδελμένῳ λατρεῖόμενον. εἰ δὲ τις τὰ γράμματα τάδε καταδελόιτο, εἵτε ἑτῆς εἵτε τελεστής εἵτε δαμός ἐστι, τῷ ἐπιέρῳ ἂν ἐνέχοιτο τῷ ἐνταῦθα γεγραμμένῳ. *Pactum Eleis et Heraeensibus. Societas sit centum annos: eam autem incipiat hic ipse: siquid vero opus sit vel dicto vel facto, coniuncti sint inter se et cetera et de bello: sin non coniuncti sint, talentum argenti pendant Iovi Olympio violato donandum. At si quis litteras hasce laedat, sive civis socialis sive magistratus sive pagus est, multa sacra tenetor hic scripta.*

§. 1. Ἄ γράτρα τοῖς Φαλείοις καὶ τοῖς Ἡρακείοις] Asper quum nulli voci appositus deprehendatur, nolim omissionem scribae imputare, sed Aeolismo tribuo. Aeoles enim, ψιλῶται dicti, dixerunt ἡμέρα, ἑσπέρα (vel ῥεσπέρα), ἄγιος etc. (cf. intt. Gregor. p. 578. 637.), et credibile parti Aeolum recte tribui, quod universim pronunciat Grammaticus Vaticanus p. 689. ed. Greg. Lips. ὡσαύτως καὶ πάντα τὰ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενα. Hinc ἄ signavi, non ἁ. Γράτρα autem prorsus Aeolicum: sic ῥῆξις apud Alcaeam. Trypho πάθ. λέξ. §. 11. Mus. crit. Cant. T. I. p. 34. προστίθεται δὲ καὶ τὸ δίγαμμα παρὰ τε Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσιν, οἷον ἄναξ ῥάναξ, Ἑλένα Φελένα. προστιθέασιν καὶ (l. δὲ) τοῖς ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένοις· ἀπαξ δὲ καὶ παρ' Ἀλκαίῳ τὸ ῥῆξις καὶ ῥῆξις εἴρηται. Hinc Aeolibus βράκος, βρόδον, βρήτωρ: hinc ῥῆγος frigus, et alia. Cf. Priscian. I, p. 13. Gregor. et intt. p. 572. Πήτρα primitiva significatione est pactum, conventio, foedus.

Συνθήκην exponit Hesych. v. ubi v. intt. Tabulae Heracleenses: κατὰς ῥήτρας καὶ κατὰν συνθήκην. Est ille usus Odys. ξ. 393. Xenoph. Anab. VI, 4, 28. Aelian. V. H. II, 7. X, 18. H. A. XV, 25. Sed proprie non huc pertinent Xenoph. Cyrop. I, 6. decretum ap. Demosth. de cor. p. 255. 21. Tyrtaeus ap. Plutarch. Lycurg. 6. ubi magis legis s. decreti sententiæque notio obtinet. Attamen ipsa legis vis in eo vocabulo ex pacti potestate nata est, quod in legem conveniunt partes civitatis, legemque quasi paciscuntur: hinc Lycurgi leges ῥῆτραι dictae, non, ut ferunt, quod Apollinis responso debentur. Plura de vocis huius Doricae potissimum et Aeolicae notatione v. apud Boissonadum. Rhetram hanc ipsam olim Olympiae positam fuisse, ipse locus docet, ubi reperta est; ipsa quoque multa Olympio Iovi competit, morisque fuit aeri inscripta foedera ibi proponere. Thuc. V, 47. in foedere Atheniensium, Argivorum, Mantinensium, Eleorum: καταθέντων δὲ καὶ Ὀλυμπίᾳ στήλην χαλκὴν κοινῇ Ὀλυμπίᾳ τοῖς νυνί Pausan. V, 23, 3. de formula pacis Athenienses inter et Lacedaemonios: ἔστι δὲ πρὸ τοῦ Διὸς τούτου στήλη χαλκὴ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων συνθήκας ἔχουσα εἰρήνης ἐς τριάκοντα ἔτων ἀριθμόν. In τοῖς P finale pro Σ est: quod Laconibus frequentatum et aliunde constat et ex decreto adversus Timotheum Milesium. Attamen idem Aeolicum esse testatur Eustathius; et de Eleorum usu auctor Strabo VIII, p. 308. ubi de Eretriensibus: Ἐποίκους δ' ἔσχον ἀπ' Ἡλίδος, ἀπ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ῥ πολλῶν χρησάμενοι, οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν ῥημάτων ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ, κεκωμώδηνται. Plato Cratyl. p. 434. C. οἶσθα οὖν, ὅτι ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἡμεῖς μὲν φάμεν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρότης. Ex hoc Eleorum usu emendandus Pausanias V, 15, 4. τὸν μὲν δὲ παρὰ Ἡλείοις Θέρμιον (Ἀπόλλωνα) καὶ αὐτῷ μοι παρίστατο εἰκάζειν, ὡς κατὰ Ἀτθίδα γλῶσσαν εἴη Θέσμιος, ut pro Θέρμιον corrigit Buttmannus. Hinc ap. Hesych. Θέρμα, ἄδεια καὶ ἐκχειρία, h. e. Θέσμα, quod interpretes non viderunt. Nec dissimile veri, etiam Aetolorum Θέρμιον s. Θέρμα ab eadem esse voce (cf. Müller. Dor. T. I, p. 252.): Aetoli enim Eleorum cognati; et Apollinis quoque in eo loco templum fuit. Ceterum non constans, ut fit in talibus, usus in nostro titulo: sed semel tantum in voce τοῖς est ante digamma, et infra τῖς ante T: sed ante idem est ἀλλάλοις, et τοῖς ante Ἡρακείοις. Digamma fuisse in voce ἄλις, docent nummi, in quibus FA et FAΛΕΙΩΝ (Rich. Payne Knight Alph. Gr. p. 12 sq. Eckhel. D. N. T. II. p. 266.). In alterius populi nomine, quod legebatur EYFAOIOIS, cogitarunt omnes de Eύαίσις, incolis pagi Argolici Euae (Pausan. II, 38, 6.), qui est in finibus Arcadiae: quod quum mihi non esset probabile, Euam, quam Steph. Byz. dicit πάλιν Ἀρκαδίας, ab illo pago putabam esse diversam, et hanc, quae Elidi propior fuerit, significari. Sed nunc hoc quoque repudio: Argolica et Arcadica Eua haud dubie eadem est, eaque et ignobilis et nimium ab Elide dissita. Nec pro Eύαίσις facile potuit Eύαίσις dici: denique quod de Oec. civ. Athen. T. II. p. 391. de nummo inscripto EYAEIΩN AXAIΩN ex amici

relatione tradidi, non dubito falsum esse: nummus ille, de quo Münsterus, non ΕΥΑΕΙΩΝ, sed ΦΑΕΙΩΝ ΑΧΑΙΩΝ ostendet: quae autem numismata ΕΥΑ praebent, ea huc non pertinere dudum alii docuerunt. Sed omnem de Eua quaestionem removel perita Gellii admonitio in Diar. class. T. XXIV. p. 402. ultimam primi versus litteram non Y, sed P esse: hoc vero si non tam rectum est quam in reliquis, cogites sculptorem in spatii angustia primum huius litterae ductum propius ad praecedens E admovisse ideoque obliquum fecisse. Attamen vs. 4. littera secunda similis est. Sic fit Ἡραεῖος. De Heraea praeter ea, quae supra dixi, v. intt. Steph. Byz. v. Cellar. N. O. A. T. I. p. 990 sq. Mannert. Geogr. T. VIII. p. 554. Ea civitas haud ignobilis etiam Damarati Olympica victoria nobilitata est (v. Pausan. V, 8, 3. VI, 10, 2.) Olymp. 65. ipso huius foederis saeculo. Nomen gentile Ἡραεῖος ap. Thuc. Polyb. et aliquoties ap. Pausan. item Ἡραεὺς, omisso I, ut Νικαεὺς, notante Stephano: quae mutatio diphthongi AI in A licet Aeolibus tribuatur (Gregor. p. 596.), tamen nolim hoc premere. Sed ut Ἡραεῖς, ita et Ἡραεῖοι commode dicebantur: pro quo Aeolicum est Ἡραεῖοι, ut ἐποίω, μάγοις, ὄνοις (Greg. p. 605. et intt.). Accedit spiritus mutatio et digamma: Ἡραεῖοι.

§. 2. Συμμαχία κ' εἰς ἑκατὸν ῥέτα· ἄρχοι δὲ κα τοῖ] Enclitica κ', hoc est κα Dorice et Aeolice, ut patet ex scriptoribus (Thucyd. V, 77. 79.) et inscriptionibus, toties cum optativo in hoc titulo reddit, ut dubitari non possit, optativum addito κα s. ἄν usurpatum esse pro imperativo sive huius vim tenente infinitivo: συμμαχίαν εἶναι. Ea est p. εἴη ex hoc Aeolismi genere, ut mox συνέαν p. συνεῖν s. συνέσαν, assumpta in hoc terminatione αν, ut mox in ἀποτίνοαν. Nam quod εἰα pro ἦν accepit Boissonadus, usum hunc ex Hesychio confirmans, syntaxis vix tulerit. ῥέτος etiam ap. Hom. et Pind. est, et in titulis Heracl. atque Orchom. Centum annorum inductionis ex scriptoribus notissimae. Sed obscurissima merito haec visa sunt: ΑΡΧΟΙΔΕΚΑΤΟΙ, de quibus quae Knightius p. 114. dixit, non veniunt in censum, neque ea interpretatio, ex qua κα τῷ pro κατὰ τῷ esse dicitur. Praeterea putatur legendum ἀρχῶ Δεκάτω, facta societas sub archonte Decato; et nomina propria eiusmodi a numeris ordinalibus ducta collegit Boissonadus. Sed dativus insolens est; debebantque duo archontes designari, alter Eleorum, alter Heraeensium. Rursum si nominativum statuas ἀρχοὶ (s. Aeolice ἄρχοι) δέκατοι, hoc est, per decem archontum decennialium imperium; ut largiar potuisse ea aetate decennales in illis civitatibus archontes esse, et quum foedus pangeretur, novum magistratum tum ipsum imperium accepisse, tamen nec nominativus aptam structuram habet, nec δέκατοι dici debebat sed δέκα; et inanis ac vacua est universa dictio, quum tempus foederis iam satis definitum sit. Sed praeter annorum numerum solet initium designari, a quo computandum tempus constitutum sit, idque ita, ut annus quidam vel dies definitus ipse dicatur ἀρχεῖν, vel ἀρχεῖν τοῦ χρόνου. Thuc. IV, 118. καὶ ὡμολόγησαν ἐν

τῷ δήμῳ τὴν ἐκεχειρίαν εἶναι ἐναυτὸν· ἀρχεῖν δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, τετράδα ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφβολιῶνος μηνός. V, 19. ἀρχεῖ δὲ τῶν σπονδῶν Ἐφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνός τετάρτη φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις ἀρχῶν Ἀλκαῖος, Ἐλαφβολιῶνος μηνός ἕκτη φθίνοντος. In pactione Orchomenia §. 3. ἀρχὴ τῷ χρόνῳ ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ θύναρχον ἀρχόντα ἔρχομενίους. Paulo aliter in formula indutiarum in titulo Attico antiquissimo: ἀρχεῖν δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν τοῦ Μεταγεινιῶνος μηνός etc. et in locatione Aexonensium: χρόνος ἀρχεῖ τῆς μισθώσεως τοῦ Δημητρίου καρποῦ Εὐβουλος ἀρχῶν. Decretum ap. Andoc. de myst. p. 47. ἀρχεῖ χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ πενταπόσιοι λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευε. Iam ad illam normam ommissa, quia non opus, voce τῷ χρόνῳ dictum videtur in nostra inscriptione, initium centum illorum annorum esse hunc ipsum annum. In quo si anni ipsius accuratorem definitionem desideres; cogites, neque aliter constituendo verborum sensu accuratorem posse temporis notationem elici, neque hanc veteres in his actis curasse. Confer modo foedus ap. Thuc. V, 79. Nempe annus designabatur in tabulis aerarii, ubi, quo anno foedus convenisset, notatum erat: ut proinde non opus esse putaverint, ut in ipso inscriberetur foedere. Quibus perpensis scripsi: ἀρχοὶ δὲ κα τοῖ, hoc est: initium autem sit hic ipse annus, ῥέτος τοῖ. Confidenter pronuncio cum Bekkero nostro, quocum una hanc interpretationem repperi, τοῖ in hoc Aeolismo idem esse quod Atticis τόδε vel τοῖδ', ex τὸ formatum, ut ex τοῦτο τουτοῖ: quod quamquam aliunde demonstrari nequit, ex ipso tamen hoc monumento certo colligitur, propterea quod neque hic locus neque §. 4. ubi ταῖ statuo esse τὰδε vel ταῖδ', expediri potest, nisi aut vocabula quasi fidiculis extorta pro simplici dictione huic titulo tribuere, aut illam quam dixi formam agnoscere velis. Nec vacua est haec formula, Incipiat vero foedus ab hoc anno: potuit enim etiam insequens annus pro primo centum illorum annorum computari: nunc illa addita hoc constitutum est, ipsum, qui agatur, annum primum ex illis centum esse. Ceterum τοῖ et ταῖ, non τοῖ, ταῖ, dictum esse ab Aeolibus non statuerimus.

§. 3. Αἱ δὲ τι θεοί, αἶτε ῥέπος αἶτε ῥάργον, συνέαν κ' ἀλλήλοισι, τὰ τ' ἀλλ καὶ παρ πολέμῳ· αἱ δὲ μὰ συνέαν, τάλαντον κ' ἀργύρῳ ἀποτίνοαν τῷ Δι' Ὀλυντίῳ τῷ καδαλημένῳ λατρεῖόμενον] Αἱ et αἶτε ubivis obvium non solum Doricum est sed et Aeolicum, ut apud Sapphonem. De formula cf. foedus ap. Thuc. V, 79. αἱ δὲ ποι στρατιᾶς δὲ κοινῆς, vel si malis θεοί cum Boissonado. ῥέπος et ῥάργον ut hic ita apud Homerum et Pindarum digamma habent, retentum etiam in Germanicis linguis, Wort, Werk: nam nostrum Wort est Graecum ῥέπος, quod olim opinor ῥέπος fuit, Romanis verbum. A autem in ῥάργον vetustissimae dialecti est, hoc est Aeolicae: etiam Athenis Ἀργάδεις sunt ab ἔργῳ dicti; et in nonnullis Germaniae regionibus dicitur Work, ante P proclivi mutatione litterae E in A, quod ex Graeci etiam verbi formatione notum. ἄλλ p. ἄλλα apocope est prorsus insolens et diversa paululum ab iis, quas Doriensibus tribuit Trypho §. 28. Huius-

modi formae prisci erant sermonis; nullus vero Aeolico in Graecia magis priscus. Πολέμῳ autem scripsi, non πολέμου: illud esse Aeolum, colligas ex Gregor. de Aeol. dial. §. VIII. LI. ubi quod de accusativo plurali dixit, debet etiam ad genitivum hunc accommodari. Insolens etiam πᾶρ, ubi περὶ communis usus postulat. Μὰ est reconditionis Dorismi (Theocr. III, 27.), qui fere ad Aeolismum accedit. Mox ἄργυρος Atticis argenti vis non signati nec elaborati; signatum est ἀργύριον: potest tamen in hac dialecto etiam de nummis ἄργυρος dictum esse; quamquam quid vetat quominus in ea aetate eaque regione de argenti pondere non percussi cogitemus? Ipsa multa non magna: nam ea aetate rarum, in Peloponneso praesertim, aurum et argentum; necdum urbani erant Elei et Heraeenses, sed rustici vitam agebant simplicem et a luxu alienam. Ita Lepreatis talentum argenti Iovi Olympio pendendum imperatur ab Eleis (Thucyd. V, 31.). Ἀποτίνοιν p. ἀποτίνοιν ad normam aoristi flexum est, ut συνέαν p. συνείεν: τύψειαν Aeoles dixisse notatur etiam a grammaticis (Gregor. §. XXVI.): unde facilis transitus ad ἀποτίνοιν. Δὲ cave putes esse pro disyllabo Δῦ: monosyllabum est etiam num. 16. et aliquoties apud Pindarum. Mox in ΤΟΙΚΑΔΑΛΕ ΜΕΝΟΙ ΛΑΤΡΕΙΟΜΕΝΟΝ est difficultas. Paenitet afferre Knightianum λατρεϊμένων, sc. ἕνεκα, quod vertit ad sacros usus; quo posito reliqua explicat τοῖ κα δαλημένοι: neque ille genitivus aptus est, neque illo recepto verba bene ordinata sunt. Manifesto λατρεϊόμενον pertinet ad τάλαντον. Λατρεύειν est venerationem et officium praestare, etiam donis et sacrificiis numini: hinc est de multa Iovi pendenda, si altera civitas cum altera consilia vel res gerendas non communicasset. Pro eu est ei assumptum, λατρεϊόμενον. Iam ubi hoc cum voce τάλαντον iunxeris, non potest τοῖ κα δαλημένοι legi, quod perperam interpositum ceteris foret; igitur dativus τῷ κ. τ. λ. statuendus est ad Δὲ Ολυμπίῳ, quod postea vidi etiam Boissonado placere. Iuppiter enim huius foederis fideiussor; igitur si foederis condiciones negliguntur, Iuppiter fallitur. Sed potentiale κα, etsi solet participio addi, non satis hic commodum est, nec §. 4. κα δαλέοιτο legi potest: nam ut εἴ κε cum optativo omnino rarius est (reperitur tamen apud poetas et scriptores aliquoties, etiam in inscriptionibus, ut in donatione Corcyraeae); ita in hoc titulo, in quo certus quidam et constans usus, αἰ cum optativo sine κα ponitur: αἰ δέ τι δέοι, εἰ δέ μὰ συνέαν. Igitur §. 4. καδδαλέοιτο requiritur: atque inde colligi potest etiam §. 3. scribendum esse τῷ καδδαλημένῳ. Et in participio hoc quidem etiam Walpolius voluit compositum ex κατά, licet is τοῖ καδδαλημένοι retineat. Iam vero etsi καδδ. legi in utroque loco potest, quod duplices consonae in hoc titulo simplici littera omnes designatae sunt: recte tamen Walpolius καδδαλημένοι simplici Δ retinet, syncopen hanc duobus confirmans exemplis. Sed utrumque exemplum falsum est; nam in Inscr. Sigeensi, cuius initium Ἐπιμνηνιεύοντος Νυμφίου, vs. 4. κατὴν Σελευκίδα p. κατὰ τὴν merus error lapicidae est, quum

illud decretum vulgari dialecto scriptum sit: in testamento Epictetae autem, quod in Theraeis vide, nusquam KA est p. κατὰ, ut Walpolius perhibet, sed κατὰ ibi semper et saepissime reperies, κα autem nonnisi pro ἄν. Certiora exempla sunt καβαίνων et κάπετον, illud Alcmanis ap. Hephaest. p. 44. hoc Pindari Olymp. VIII, 39. His confisus retinui καδαλ. Ceterum haec syncope, duplicata tamen consona, Aeolibus tribuitur a Tryphone §. 23. In eodem participio, si id pro perfecto habueris, omissa erit reduplicatio, per arsin, quam vocant grammatici. Hoc quoque prisci sermonis est, etiam Homericum: igitur et Ionicum dicunt, ut est apud Phavorinum et Gregor. p. 461. ac Gramm. Paris. p. 676. (ed. Greg. Lips.) et Doricum, ut Greg. p. 221. Trypho vero §. 21. πάθος Διολικὸν esse pronunciat: quamquam haec verba omisit Lascaris. Sed Buttmanno monente καδαλήμενος potius praesens est Aeolicum, ut φιλήμενος et alia: v. Sturz. ad Maittair. de dial. p. 207. Hoc igitur dedi. De passiva significatione verbi καταδηλῆσθαι immerito dubitatum est, quod vulgo medium esset: certe perfectum δεδηλῆσθαι passivum ex Herodoto et Euripide annotavit iam Schneiderus in Lexico.

§. 4. Αἰ δέ τι τὰ γράφεια ταῖ καδαλέοιτο, αἶτε τέτας αἶτε τελέστα αἶτε δᾶμός ἐντ', ἐπιάρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ νταῦτ' ἐγραμμένῳ] Nunc non de foederis, sed de tabulae laesione dicitur; de foedere erat §. 3. Siquis autem scriptum hoc violaverit, eadem quae in foedere laeso multa constituitur, ut in diris Teiorum: ἐν τήπαρῃ ἔχεσθαι ὅς ἂν τὰς στήλας, ἐν ᾗσιν ἡπάρῃ γέγραπται, ἡ κατάξει ἡ φοινικία ἐκκόψει ἡ ἀφανέα ποιήσει etc. Initium explicabat Knightius: εἰ δέ τις τὰ γραφεῖα τη: in quo nemo vim optativi commodam iudicabit; nec quisquam Graecorum unquam ita loqui potuit. Simplex et unice apta ratio est, ut dicatur τὰ γράμματα τάδε: igitur γράφεια dūm est ex quo statui esse γράμματα, ut τὸ γράφος dictum sit, sicut τὸ τρύφος; idem vidit Vincentius ap. Knight. Superest ταῖ, quod debet τάδε esse, ut in formula Amphictyonica apud Aeschinem, de qua paulo post. Conf. §. 2. Nam ne τᾶ legam, obest quod paulo post ἐνταῦτα dicitur: τᾶ enim debebat p. τῆδε s. ἐνταῦθα esse; et ne hoc quidem plane aptum est. Schneiderus Lex. v. καταδηλῆσθαι male hinc citat τὰ γραφέντα: nam in lectione nihil est incerti, ne in littera Π quidem, quam quum Knightius putaret Θ esse, finxit Θ in hoc vocabulo commutatum cum Φ esse, ut in Θλᾶν φλᾶν, Θῆρ φῆρ: sed Φ cur quadratam nunc formam induerit, supra docui. Τῆ pro τῆς est etiam Laconum. V. Hesych. v. Designantur deinceps, qui, si laeserint tabulam, eadem qua supra multa teneantur: de quibus quae Knightius proposuit, taedet referre. Apertum est non alios designari posse, quam qui foedere obstricti sint: si quis alius tabulam violasset, puniendus erat ex legibus illis, quae de violatis actis publicis monumentisque obtinebant. Igitur nonnisi de Eleis et Heraeensibus explicari ea verba possunt, et excludendi sunt peregrini, etiam μέτοικοι, quibus nulla pars rei-

publicae. Haec ob aliorum prava commenta moneo. Primo loco est *féras*, cum digamma, ut apud Homerum: is est *civis*, sed privatus (*ιδιώτης*), oppositus deinceps magistratui. Hesychius: *ἔται· ἑταῖροι, συνήδεις, πολῖται, δημόται, φίλοι, ἐπίκυροι*, ubi v. intt. Cf. paulo post v. *έτας, έταισιν*, ac rursum v. *έται· οι πολῖται*. Idem: *ξυνέται· συμπολίται*, et *ῶ έτα· πολῖτα*. Sic est ap. Aeschyl. Suppl. 250. et in foedere Argivorum et Atheniensium ap. Thuc. V, 79. Huic opponitur, ut dixi, *τελέστα*, quod Aeolicum p. *τελεστής* (cf. Gregor. p. 693.), licet in *féras* non omisum sit Σ, inconstantia usus. Notum est *τοὺς τὰ τέλη έχοντας* esse magistratus universim; peculiariter autem *τοὺς τὰ τέλη έχοντας* Eleorum habes in foedere ap. Thuc. V, 47. Hi sunt *τελεσταί*. Superest quid sit *δαμος*. Etenim praeter privatos et magistratus dixeris universam civitatem, aut Eleam aut Heraeensem, posse tabulam revellere et confringere, ne foederis memoria supersit: hoc igitur voce *δαμος* significari. Sed tum dicendum potius *πόλις* erat, ut in diris Amphictyonum ap. Aesch. c. Ctesiph. p. 502. Reisk. *εἴ τις τὰδε παραβαίνει ἢ πόλις ἢ ιδιώτης ἢ ἔθνος* (cf. Polyb. VI, 13, 5.): praeterea quod civitas facit, per magistratus geritur; igitur *πόλεως* notio inest iam in voce *τελέστα*. Vera explicatio ex accuratiorum rerum notitia petenda erat. Nam quum neque Elei neque Heraeenses ea aetate in unam essent urbem congregati, sed *δήμοις* s. *κύμαις* seiunctis continerentur, potuit sane accidere, ut unus vel alter pagus a foedere alienior fieret, quod laesum se a foederatis putaret: quod ne accideret, etiam adversus *δήμους* aliquid constitutum est. *Δᾶμον* igitur intellige *pagum*: de illis autem pagis supra dixi, ubi ipsum *δήμων* nomen ex Strabone attuli. Litteras *έντ'* interpunctionem secuti interpretes sequentibus adiunxerunt; sed interpunctionis vis in veteribus decretis

ea potissimum est, ut certa vocabula a reliquis clarius separentur, nulla structurae habita ratione. Ita num. 33. habes, *τῶν Ἀθηνέων ἄθλον· εἰμί*. Sic nunc post *δαμος* interpunctum est; neque inde colligas *έντ'* ad seqq. pertinere. Nam quod statuitur *έντεπάρῳ* p. *έν τῷ έπ.*, quis tulerit Graece doctus? In quarta enim littera E non potest inesse *ω* per crasin admistum, neque *ω* apostropho abiectum esse. Nec opus praepositione *έν*: *ένέχεσθαι τινι* aequè usitatum est atque *ένέχεσθαι έν τινι*, ut dicitur *ένοχος εἶναι τινι*, non *έν τινι*. Demosth. de cor. trierarch. p. 1231. 15. *τοῖς έσχατοῖς ἐπιτιμίαις ένέζεται*. Lysias c. Philocr. p. 832. 23. *εἰ αἱ μέν τὰ τῶν ιδιωτῶν ἀπολλύμενα τοῖς κλέπταις συνεδότες τοῖς αἰτοῖς ένέχουσιν*. Et ubivis. Itaque *έντ'* est *έστί*, quod ut Doribus tribuitur (Greg. p. 280.), ita multo magis Aeolicum fuit. Pro *ίρος* Aeoles *ίρος* dixisse notantur (Greg. p. 589. et intt.), et recte: sed ille Aeolismus Asianus et Lesbius est. Dores dixerunt *ιαρός*, quod Peloponnesiaco Aeolismo fuit *ίαρος*. Hinc *έπίαρος* p. *έφίερος*, ut in Cumaeo marmore *κατειρῶν* p. *καθιερῶν*, et *κατειρῶσις*: in quibus ei nihil nisi *ι*. *Έφίερος* est adiectivum *de rebus numini oblati*; hinc placenta *έφίερος* dicta ap. Polluc. VI, 76. ubi varia lectio *έφίερις* vel pravi accentus causa spernenda est. *Τὸ έφίερον* autem s. *έπιαρον* nunc est *multa deo solvenda*: aliud enim alibi pro re nata in illo adiectivo, ubi substantivi loco usurpatur, intelligendum est. Ne conferas *τὰ έφιερῖα*; aliud est enim *ίερὸν*, aliud *ίερῖον*. *Αὔτις* p. *αὔτις*, ut Ionum et Dorum, ita Aeolum est *ψιλωτῶν*: sic igitur nunc habes etiam *ένταῦτ'*: accedit synaloephe *τῷ ένταῦτ'*, re-tenta tamen littera *ι* contra receptam hodie regulam, quae in Aeolismo haud dubie non obtinebat. Postremo *έγραμμένῳ*, ut *έγνωκῶς*, *έγλυμμένος*, *έκτῆσθαι*. Ipsum *έγραπται* est ap. Oppian. Cyneg. III, 472. *κατὰ δ' έγραπται*.

12.ο

Ex Fourmonti schedis, ubi notatur „*Έν τῷ χωρίῳ τοῦ κουρσελας in Attica.*” Ipse in Prooemio *Lectio-num Univers. Berol. aestiva-rum a. 1824.* edidi nuperrime.

ΝΙΗΕΛΟΗΚΕΘΡΙΕΣΤΕΚΡΙΡΣΤΕΘ
ΣΑΝΛ ΡΟΘΠΕΡΜΕΥ

Corruptae huius, ut Fourmontianarum plurimae sunt, eoque minus suspectae inscriptionis litteras vides satis antiquas esse; Sigma est Σ, ut in antiquissimis Atticis ceterisque, quae ob hanc ipsam litteram continua hac serie a me compositae sunt; pro M est Μ; unde etiam N haud dubie Μ fuit. E obliquum est, ut solet in vetustissimis; et P uno loco excepto, ubi Fourmontus quidem rotundum praebet, angulare; item A sine dextero crure. Θ, ut Fourmontus titulum dedit, et O vocalis est et Theta: quod quum verum esse non possit, aut Θ vocalem O designat, ut ex iis, quos deinceps posui, et ex

Attico militari titulo nummisque aliquot Crotonis et Cauloniae (v. D'Hancarv. Recherch. T. I. tab. II. Eckhel. D. N. T. I. Prolegg. p. CI.) verisimile fit, ac tum pro Θ, ubi Theta est, debuit Θ vel ⊗ esse, sicut est in illo Attico; aut Theta fuit Θ, et ubi vocalis requiritur, scribendum O. Vs. 1. litt. 6. pro Θ haud dubie vocalis reponenda est. Sed titulum hunc quum initio putarem fragmentum tantum carminis esse, non ita arbitrabar memorabilem esse; mox eius ratione penitus perspecta, quantivis eum intellexi pretii esse: animadverti enim integrum esse hexametrum heroicum, miramque iam de eo rem

narrabo. Est enim versus ab Hipparcho Pisistrati f. Hermae inscriptus, quo significatur, eo, ubi Herma positus erat, loco mediam viam esse inter Thriam pagum et Athenarum urbem. Verba sunt dialogi de lucri cupidine, quem Simoni Socratico tribui p. 228. C. (Cf. Aelian. V. H. VIII, 2.) de Hipparcho Pisistratide: Ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσαν, καὶ ἐθαύμαζον αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὐτὸς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεύσαι, ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἐκάστων. καῖπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὐτοῦ, ἦν ἔμαθε καὶ ἦν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεζόμενος ἂ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν· ἵνα πρῶτον μὲν τὰ ἐν Δελφοῖς γράμματα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὐτοῦ, τότε Γνωθὶ σαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τὰλλα τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ Ἰππάρχου ῥήματα μᾶλλον σοφὰ ἡγούντο, ἔπειτα παριόντες ἄνω καὶ κάτω καὶ ἀναγιγνώσκοντες, καὶ γεῦμα λαβόντες αὐτοῦ τῆς σοφίας, φοιτῶν ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ τὰ λοιπὰ παιδευθησόμενοι. ἔστων δὲ δύο τῷπιγράμματα· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ Ἑρμοῦ ἐκάστου ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἔστηκεν, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιᾷ, Μνῆμα τόδ' Ἰππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν, φησὶν. ἔστι δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ καὶ καλὰ ἐπιγεγραμμένα· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾗ λέγει, Μνῆμα τόδ' Ἰππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα. Vides Hipparchum medio viarum ex urbe in pagos singulos ducentium intervallo posuisse Hermas cum inscriptionibus binis, altera in sinistro, altera in dextero latere: in dextero autem erat pentameter; unde colligitur in sinistro fuisse hexametrum, ut integrum compleretur elegiacum distichum. Nam nisi hexameter praemissus esset, singulares fuissent pentametri: qui etsi in priscis inscriptionibus non sine exemplo sunt (Pausan. V, 27.), tamen cultissimorum poetarum sodali Hipparcho non magnopere conveniunt. Accedit, quod ipsis illis quae recitavimus verbis ἐλεγεῖον vocatur unumquodque Hipparcheorum carmen: ἐλεγεῖον autem constat distichum elegiacum dici. Versu autem sinistrae partis, de quo dialogi auctor ut de priore dicit prius, idem scriptor docet id ipsum comprehensum esse, quod supra dixi, *hoc loco mediam esse viam inter pagum et urbem*; quippe Hermen dicere, sese esse ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου: quae ipsa fere verba hoc huius inscriptionis versu heroico contineri mox patebit. Erat vero Athenis porta Thriasia celeberrima: quo magis consentaneum est, Hipparchum in via Thriam ducente posuisse Hermen. Intervalla ipsa ab ara duodecim deorum, quae pro Romano miliario aureo fuerit, computata esse, optime monuit Müllerus in eximia de situ Athenarum commentatione inserta Encyclop. univers. Sc. et Art. T. VI. p. 237. collato Herodoto II, 7. et titulo Attico Chandl. P. II. n. 25. Atqui illa ara a Pisistrato Hippiae f. (Thuc. VI, 54.) condita erat, et circiter Olymp. 65, 1. iam erat exstructa, ut colligi ex Herodoto VI, 108. potest; eo igitur fere tempore illos Hermas posuit

Hipparchus, qui ab Olymp. 63, 1. cum fratribus Athenarum imperium tenuit (Corsin. F. A. T. III. p. 118.), Olymp. 66, 3. caesus. Hinc tituli aetas inter Olymp. 63, 1. et Olymp. 66. definitur, propius tamen, ut videtur, accedens ad Olymp. 63. Nam quum ara duodecim deorum conderetur, tum etiam hos Hermas factos esse, vel certe modico intervallo post, omnino est probabile.

Accipe nunc correctiones. Initio tenuia quidem sed tamen sufficientia vestigia video formulae ἐν μέσῳ, quam dialogi auctor suppeditat. ΕΣ superest intemeratum; sequitur ΘΗ, ex quibus litteris prior fuit Ο sive Θ: ex altera prior pars addi debet, ut sit ΟΙ. Praecedit Η, quod fuit Μ; Fourmontus enim talia ubique confudit. Habes ΜΕΣΟΙ: in quo etsi metrum postulat, ut Sigma geminetur, hoc tamen scriptura non exprimebatur, sed legentibus relinquebatur, quum μέσος vulgo simplici scriberetur sibilo; neque opus in hac quidem voce est, ut ad vetustum morem provocemus, de quo num. 2. et 11. diximus. Praecesserat ΕΜ, ex quo nihil superest nisi Ν: quod quomodo inter duas illas litteras dispertiendum sit, in ea, qua Fourmontus litterarum ductus delineare solitus est, incuria dici non potest. Sed post ἐν μέσῳ et ante vocem Θρήης restat fere hoc: ΨΕ. In illo Ψ dele horizontalem virgulam, et ex isto Ψ, quod signum nihili est, inferiore lineola deprompta et cum Ι composita fac Λ, Gamma. Sic prodiit γε non incommodum huic loco. In secunda linea si quintum elementum est Ρ, de quo non dubito; quartum necesse est vocalis sit. Nempe L superest ex Ε: nec me movet obliqua lineola sursum inclinata, quae in lapide, credo, deorsum ferebatur. Ita tenemus allocutionem ἄνερ: in qua si quis haeserit, videat epigramma Ithacense a me alibi restitutum, in quo eadem plane allocutio. In fine patet ΗΕΡΜΕΣ: Γ enim in Η mutandum vel, quod etiam probabilius, in Β. Nec tamen Herma videtur ipse loquens inductus esse, ut collegeris ex dialogo de lucro. Potuit in aliis ex hoc genere ipse loqui; in aliis aliter institutum erat, quod metrum nunc hoc nunc illud suadebat: nam quum pagorum nomina non mediocrem versiculo difficultatem obiicerent, non est credibile illas inscriptiones omnes ad unum conformatas modulum fuisse. Inter voces ἄνερ et Ἑρμῆς interpositum ΘΘ, in quo nihil quaerere licet nisi articulum vel pronomen ὃδε sine articulo passim obvium: spiritum asperum Η sive Β si requisiveris, cogites eum ex antiquissimis iam temporibus in articulo potissimum omitti: v. num. 16. Coniicias igitur ΟΔ: sed vide, ne in elisione ut tenuis, ita etiam media ante asperum a nonnullis in aspiratam mutata sit; quod vulgo fit in verborum declinatione: ἀμείβω, ἡμείφθην. Quod etsi demonstrare grammatici auctoritate non possum, tamen video Thierschium in Corrigendis ad Pindari editionem et interpretationem Germanicam T. II. p. 349 sqq. hoc ipsum postulare, qui velit πενταετηρίδ' ὅπως, Ἑλλάδ' εὐρήσεις et alia similiter scribi: atque unum certe exemplum etsi non Atticum est

οὐθέν, οὐθέν. Nec tamen id audeo pro regula ponere; a nonnullis id factum esse si statuas, vix poteris temeritatis accusari. Iam accipe versiculum:

ΕΜΜΕΣΘΙΑΕΘΡΙΑΣΤΕΚΑΙΑΣΤΕΘ
ΣΑΜΕΡΟΘΘΕΡΜΕΣ

Ἐν μέσῳ γε Θρήνης τε καὶ ἄστρεος, ἀνερ, ὅς' Ἐρμῆς.
In altero latere erat pentameter eiusmodi, quales auctor dialogi affert; ita ut in utroque viator compellatus fuerit.

13.

Geraniae, quae est Messeniae vel secundum alios Laconicae. Ex schedis Fourmonti.

ΘΙΑΡΟΛΙΝΑΡΟΠΝΟΛΙΗΙΑΡ
ΑΡΙΛΛΤΟΔΑΜΟΛ

Scripturae causa notabile hoc fragmentum, ob formam aspiratae Ψ (v. ad num. 4.) et duplex Sigma (v. ad num. 25.). Sententia obscura est; potest *ἱαροῦσι* legi, *consecrant*; sed nulla inde videtur structura elici posse, quod subiectum, quantum video, singulare est. Potius septima vs. 1. littera Ι in interpunctionem: mutanda, item littera 16. Deinde litt. 17. Η corrigenda; debet enim Θ esse. In fine videtur nihil nisi ΟΣ deficere. Igitur lego: ἱαρός: *Χαροπῖνος*: ἱαρός: ἱ. Ἀριστοδάμος. Charopini nomen

notum, non item Charopni. Quid vero *ἱαρός* s. *ειρός* hoc loco sit, vix certo dixeris; potest de sacrorum ministro esse (Eurip. Iph. A. 675. Ion. 1224.), potest de servo sacro (*ἱεροδούλῳ*). Posterius praefero. Sic hic titulus index fuerit *ἱεροδούλων* deo alicui dedicatum, qui *ἱεραὶ* dici in titulis solent. Nomina tamen non servilia sunt; sed potuerunt illi viri olim liberi esse, et belli casu in servitutem redacti numique donati esse.

14.

Argis in templo D. Basilii. Ex schedis Fourmonti.

Λ ΛΟΥΡΙΑΙ
... ΕΟΝΠΕΔΑΦΟΦΟΘΙ
... Α... ΡΟΣΠΕΡΙΚΕ...
... ΙΚΡΑΤΕΥΔΑΜΟΤ.ΚΕ.
... ΑΘΟΝ
... ΤΟΝ

Antiquam esse inscriptionem docent formae, etsi non omnes plane vetustae sunt. Memorabiles formae Σ, item D, et P peculiari ductu vs. 3. obvia, quae est pro notiore R: attamen vs. 4. vides vulgare P. Vocalis O videtur Θ esse, ut num. 12. 17. 18. 19. 37. et in Attica inscriptione militari in Archaeologia Britannica, quam in Atticis vide. Lambda est Λ, prope ut in Polycratea, et num. 17. 18. 19. item in eodem, quem dixi, Attico titulo. Interpretatio mutili huius fragmenti nulla fere reddi potest, nisi quod catalogus nominum est. Vs. 2. *έων* exitus nominis proprii est, ut *Κλέων*. Deinde sequitur ΠΕΔΑΦΟΦΟΘΙ, vox maxime memorabilis, sed, ut solet in Fourmontianis, corruptior: litt. 7. 8. ΦΘ mutandae

in ΙΚ. Sunt enim *πεδάφοικοι*, hoc est *μέτοικοι*. Idem quippe corruptum extat in alia Argiva inscriptione nominum indicem continente num. 19. *Οἶκος* enim digamma habet, quod notum (cf. num. 4.): et *μετά* Aeolibus maxime, sed etiam Doriensibus nonnullis sonat *πεδά*: igitur *μέτοικος* his est *πεδάφοικος*. Sequuntur iam horum inquilinorum nomina, ex quibus Α...ΡΟΣ restitui certa via non potest; videtur tamen nomen in *α[νδ]ρος* desinens fuisse: deinde erat *Περικλῆς* vel *Περικλείτος*; mox nomen in *ικράτης* desinens, ut *Ἰφικράτης*. Abstineo me a reliquis: nam in proximis etsi *Δαμοτ* apertum est, potest tamen vel *δαμόται* (*δημόται*) fuisse, vel nomen muliebri *Δαμοτική*, vel *Δαμότας*. Vs. 5. prius Θ fuit Theta.

Ex schedis Fourmonti, inter Spartanas inscriptiones, cum lemmate: „Fehassae, prope molendinum.”

.. ANTOTEDFPOFFTO
.. AMANOOITILEFO ..
'Z EΘEKEMEPEPAITIM
DEDOFAZAPKALON
O E' . ΛΛΚΑΘΑΙΡΟΝ
.. V. ΡΟΥΙ . Ρ . ΦΟΡΟΜΚ
ΑΓΓΑΕΥΛΛ . ΥΙΨΟ

Mira inscriptio neque intellectum admittens ob lacunas et transcribentis vitia. Litterae partim priscae sunt, ut Θ et Δ; item Μ: Μ et Lambda vulgaris sunt. Forma ζ non potest Ξ esse; nimium enim recens haec forma, neque in ceteris Ionicarum litterarum vestigium reperitur: unde coniicio in illa figura formam litterae Sigma latere, quae est num. 41. satis antiqua. Littera quinta vs. 4. haud dubie digamma est. Vs. 6. apparet ΟΥ, sed sitne diphthongus nec ne, diiudicare non licet: magis tamen eo inclino, ut ne diphthongus sit. Ceterum fragmentum versuum esse docent ea, quae perspicere queunt. Vs. 1. lege: ... άντου εδῆδορε ύόν, ... *anti comedit filium*. Έδῆδοα p. εδῆδοκα s. εδῆδα (unde Homericum passivum est εδῆδομαι); accedit digamma εδῆδορα, ut vs. 4. unde patet prius duorum Ε post

EDEDO esse in F mutandum. Nota est forma ύός omisso I; adspiratio autem neglecta est, ut in aliis perantiquis titulis (v. ad num. 43.). Vs. 2. superest: ... αμα νόω, τί λέγω. Vs. 3. lego: ός εδῆκέ με φῆρα. φῆρα i. q. Σῆρα: Ψ fuit Φ, de quo non potest dubitari. Vs. 4. εδῆδορας ἀρκαλον: ἀρκαλος Dorice p. ἀρκηλος, de quo vocabulo v. Aelian. H. A. VII, 17. Etiam ursorum catulos ἀρκίλους dici ex Eustathio annotant Lexicographi; et Hesychius habet: ἀρκηλα· ώόν. Κρήτες τήν ύστρηρα, intellige bestiolam. Vs. 5. agnosco ἀλλά καθαίρων, credo de lustratione sive expiatione. Vs. 6. vide ne ύδροφόρον vel ύδροφόρων lateat: Μ certe in Ν mutandum. Inscriptionem aut oraculum aut mysticam et teleticam formulam continuisse iudico, quo et reliqua et maxime illud καθαίρων et ύδροφόρου mentio deducunt.

16.

In galea aerea a. 1817. inter rudera Olympiae reperta, apud Rossium tribunum militarem Britannicum, Anglica reipublicae in Zacyntho proxenum. Primus edidit Bröndstedius Danus, peregrinator celeberrimus: *Sopra una iscrizione Greca scolpita in un antico elmo di bronzo rinvenuto nelle rovine di Olimpia nel Peloponneso*; Napoli, nella stamperia della società filomatica, 1820. 4. deinde in epistola ad Münsterum in Diario Germanico matutino 1820. *Kunstblatt* N. 65. Primi editoris sententiam firmare studuit Sicklerus *Diar. matut.* 1821. *Kunstblatt* N. 2. Titulum male exhibet Pouquevillius *Itin.* T. IV. p. 300. (a. 1820.) cui eam galeam emptum obtulerat rusticus; pravoque usus exemplo de eo dixit Boissonadus *Diar. class.* Vol. XIX. p. 301. Meam interpretationem, quum primum id monumentum editum est, aestate a. 1820. cum amicis communicatam, et per epistolas cum Thierschio nostro, hic ipse mihi plane consentiens exposuit in *Diar. mat.* *Kunstblatt* N. 26. a. 1821. interim inserueram *Commentariis Pindaricis* Vol. II. P. II. p. 225 sqq. Paulum differt Hermannii explicatio a C. I. Silligio exposita in Böttigeri *Amalth.* T. II. p. 231 sqq. quam ille vir eximius eodem fere, quo ego in hac re versabar, tempore discipulis suis videtur tradidisse; eam mihi non probari dixi iam in *Prooem. Ind. lect. Univ. Berol. hibern.* 1822–1823. p. 4. Meam adoptavit etiam Welckerus *Spicil. epigr. alt.* n. 27. de hac inscriptione disserens. Litterae ipsae accuratissime expressae sunt neque ullam correctionem admittunt: quapropter de iis, quae docti coniecerunt, dicere supersedeo.

ΘΙΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΒΡΑΚΟΣΙΟΙ
ΤΟΙ ΔΙ ΤΥΡΑΝΑΡΟ ΚΥΜΑΣ

Litterarum formae non nimium vetustae sunt; imprimis Ξ memorabile est in tantae antiquitatis titulo: vetusta notabis V, R, et Θ spiritum, Δ obliquum, litteram simplicem R pro duplici vs. 4. (v. ad 2.), et in eadem voce apostropho usum, ut n. 12. 17. 22. notabis etiam O articulum sine nota aspira-

tionis. Galeam ipsam Bröndstedius putabat partem fuisse operis Onatae a Dinomene Hieronis f. Olympiae dicati, de quo Pausan. VIII, 42, 2. Sed id opus Dinomenes suo inscripto nomine post patris dedicaverat fata, hoc est post Olymp. 78, 2. quo anno Diodoro auctore obiit Hiero: et notatae in

eo epigrammate omnes Hieronis Olympicae victoriae erant, quarum ultima Olymp. 78. contigerat: de quibus exposui in Comm. Pind. l. c. p. 101. Contra haec galea verbis apertissimis testantibus ab Hierone ipso ob victoriam Cumanam dedicata est; qua pugna a Pindaro Pyth. I. celebrata Tyrrhenos afflixerat Syracusarum tyrannus Olymp. 76, 3. auctore Diodoro XI, 51. quo pertinet aliquatenus etiam Strabonis locus V. p. 379. C sq. Nempe verba Dorice composita haec sunt: Ἰάγων ὁ Δεινομένης καὶ τοὶ Συρακόσιοι τῷ Διὶ Τυρρανῶν ἀπὸ Κύμας, Hiero Dinomenis f. et Syracusii Iovi Tyrrhena haec arma a Cumis dedicarunt: nam ἀνέ-Θηκαν omitti tot docent inscriptionum exempla, ut exemplo non opus sit. Moris autem fuit apud Graecos diis et maxime Iovi Olympio ex manubiis galeas, clypeos et talia dedicare: igitur Hiero devictis apud Cumas Etruscis Iovi Olympio haud dubie statim post victoriam galeas Tuscas ex praeda sumptas cum brevi hoc titulo misit et in thesauro aliquo reposuit: galeas inquam plures; plures enim fuisse inde intelligas, quod et aliae duae nullo titulo insignitae simul repertae sunt: huic uni, quae loco maxime conspicuo posita inter ceteras est, titulus inscriptus erat, ut unde essent omnes eodem loco sitae, constaret. Neque obero, siquis, ut Welckerus, plura ex eadem pugna spolia simul dedicata et hac inscriptione comprehensa putaverit: attamen quum saepe unus tantum clypeus, vel una πανοπλία dedicata deprehendatur (Pausan. VI, 19, 9. et 3.), liquet in his donariis non tam muneris magnificentiam spectatam esse, quam rei memoriam apto aliquo dono servandam. Igitur quum Hieronis frater Gelo ob maximam victoriam de Carthaginiensibus Olymp. 75, 1. reportatam cum Iovis signo sane permagno ternos tantum linteos thoraces dedicasset (Pausan. VI, 19, 4.), putabam etiam Hieronem tribus contentum galeis dedicandis fuisse: quemadmodum in alio thesauro tres disci dedicati erant (Pausan. VI, 19, 5.); ut coniicias numerum hunc vulgo receptum fuisse. Neque obest, quod octo quoque spolia dicata videmus (Epigr. anathem. Anthol. 129.): neque enim morem eiusmodi omnes omni tempore observant. Utut est, epi-

gramma uni tantum galeae imponebatur, ut in πανοπλία a Myonensibus dicata soli clypeo (Pausan. V, 19, 3.). Ubi repositae galeae vel spolia fuerint, nihil attinet exquirere: nec tamen absimile vero, collocatas has res in Geloorum thesauro fuisse (Pausan. VI, 19, 10.). De verbis ipsis non est quod multis dicam: Ἰάγων est Doricum, ut iagós: Συρακόσιοι germana est etiam Atticorum forma, ut monui in Praef. ad Simon. Socr. p. XXXI. Cf. Bekker. ad Thucyd. III, 86. Δι monosyllabum notum est ex Pindaro. In voce TVRAN male de Thuriis cogitatum est: Τυρανῶν est pro Τυρρανῶν; ut Pindarus itidem Dorice Τυρσανός dixit, non Τυρρήνωνός vel Τυρσηνούς: apostrophum supra iam defensum versus causa positum iudico. Et enim dedicantium nomina extra versum posita sunt, reliqua vero constituunt anapaesticum paroemiacum:

— — — — —

τῷ Διὶ Τυρρανῶν ἀπὸ Κύμας.

Similia exempla, ubi aliquot voces extra versum positas sequitur versus, Pausanias praebet X, 7. 3. V, 27, 1. Adde infra num. 22. Vides autem spolia ipsa Tyrrhena dici: nec credo ex Tyrrhena tantum praeda facta ab Hieronis artificibus esse. Nam quod Hermannus Τυραν per apocopen p. Τυρρανῶν esse putat idque vertendum censet ex aere Etrusco, plane contortum est, quum alterum sua se simplicitate commendat: equidem neque ad apocopen facile confugiendum iudico, nec genitivum Τυρρανῶν concedo esse ex aere Etrusco: nec quemquam Graecorum arbitror hoc potuisse intelligere, si pro genitivo positum ab Hierone esset. Itaque valeat aes Etruscum, ex quo facta haec galea a Graeco artifice sit. Quodsi Dodwell. Itin. T. II. p. 327. plurimas galearum Olympiae repertarum docet ita tenues esse, ut militares non fuisse videantur; dubium est, num Rossiana galea ex eodem sit genere: atque ut sit, potuerunt hae galeae corio intus munitae esse, ut bellico usui sufficerent. Ita linte thoraces satis leves fuerunt, iique tamen militares. Alias galeas cum inscriptionibus vide num. 29. 30. 31. ex quibus postrema et credo etiam altera non militares, sed voti causa fabricatae sunt: de prima infra accuratius dicam.

17.

Argis in D. Demetrii, ex schedis Fourmonti.

... ΟΟΝΑΝΕΘΕΚΕ . . .
 . ΝΤΕΑΙΗΤΥΙΤΟ . . .
 ... ΕΙΘΙΣΤΟΙΣΔΑΝ . . .
 . . ΟΣΙΟΙΣΕΝΑΕΘΙΟ . . .
 . . ΙΣΤΕΤΡΑΚΙΤΕ . . .
 ΠΑΡΙΟΝΝΙΚΕΚ . . .
 \ ΡΙΣΤΟΝΟΓΗΤΑ . . .

Litterae hic quoque maximam partem priscae sunt, D, T, Θ, Μ, fortasse V (vs. 3.), etsi vs. 2. est Υ: item +, et nescio an Θ pro Ο: sed Sigma est Ξ, nisi quod vs. 2. Σ habes, pro quo haud dubie

Ξ fuit. Ceterum ex hoc apographo putes in titulo fuisse Σ: sed mihi certum est Fourmonto hoc debere, et in lapide fuisse Ξ. Versus fuisse heroicos, numerorum, quae supersunt, membra docent: ni

E 2

fallor, basi impositi erant, in qua arma ab hoplitodromo numinè dicata cernebantur: is autem hoplitodromus vicerat et alios ludos et Olympia. Sic Arcesilai currus, quo Pythia vicerat, in thesauro dedicatus fuit, docente Pindaro Pyth. V. Vs. 1. est: ὄων ἀνέθηκε; vs. 2. ἔντεα agnosco: quae vox convenit hoplitodromo, ut Pind. Olymp. IV, 24. χαλκίοισι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν δρόμον. Deinde sequitur ἰσχύι λο.... Post ἔντεα aut finis fuit versus, aut incisio, quae tetrapodia bucolica dicitur: eo enim deducit hiatus. Ceterum ἰσχύς quoque convenit hoplitodromo, qui praeter pedum velocitatem debet etiam robur corporis ad arma gestanda habere. Vs. 3. vix dubito latere Πέλοψ, quae Aeolica dicitur scriptura et pronuntiatio p. Πέλοψ esse. Gregor. Corinth. de dial. Aeol. §. XXXIX. Ἀντὶ δὲ τοῦ ξ πσ προφέρουσι, ξένος κσένος, καὶ ἀντὶ τοῦ ψ πσ, Πέλοψ, Πέλοψ. Idem tradit Gramm. Meerman. de Aeol. dial. §. XIV. In quo si quaeris quid inter πσ et ψ intersit, respondeo Atticis ψ et ξ non fuisse πσ et κσ, sed φσ et χσ, sono minus tenui: id quod exempla inscriptionum commonstrant. Cf. Buttm. Gr. Gr. mai. p. 87. 88. Sed in Peloponneso Aeolismus ante Dores regnabat: igitur nihil mirum si ex illo haec scriptura remansit apud Argivos et alios: unde etiam ΔΕΚΣΑΙ in Melia inscriptione (num. 3.); nam Melii Laconum coloni sunt. Quodsi Pelopis nomen non immerito hoc loco agnosco, vicit ille hoplitodro-

mus in Pelopis certamine Olympio; id si statuas, non potest titulus ante Olymp. 66. conceptus esse: cursus armatus enim Olymp. 65. demum receptus Olympiae est (Pausan. V, 8, 3.), et vicit tum Damiratus Heraeensis: nec dubito decem circiter Olympiadibus recentiorem hunc titulum esse. Sequitur vs. 3. τοῖς δ' αὖ, de aliis ludis, et vs. 4. ὁσίοις ἐν ἀέθλοις, de certaminibus sacris, ut Pind. Olymp. XIII, 15. ἱεροῖς ἐν ἀέθλοις: ὅσια enim non nunc credo ἱεροῖς opponi, sed esse *sancta, veneranda*. Vs. 5. de tribus et rursum de quattuor victoriis sermo est, τρεῖς τετράκι τε, ut Pind. Nem. VII. extr. τρεῖς τετράκι τ' ἀμπολεῖν. Simile habes apud eundem Olymp. VII, 80. de ludorum victoriis: τῶν ἀνδρῶν Διαγόρας ἑσπεφανώσατο δῖς, κλεινὰ τ' ἐν Ἴσθμῳ τετράκις εὐτυχέων. Vs. 6. lego: παριὼν νίκη κ.... Qui cursu vincit, παρέρχεται, praeterit victos. Νίκη non substantivum est, quod in Dorico hoc epigrammate (nam in fine Doricum est ἐπλίταν) debebat νίκα esse, sed est Doricum imperfectum p. ἐνίκα: v. Theocr. VI. extr. Pind. Nem. V, 5. et nota imperfectum in hoc verbo ex usu positum esse. Vide quae Dissenius in Explicatt. ad Nem. V, 5. in nostra editione monuit. Vs. ult. est ἄριστον ἐπλίταν, qua dictione cum ceteris composita vix dubitabis de ἐπλιτοδρόμῳ dici. Ceterum in versuum finibus tot videntur litterae perisse, ut nexus indagari et supplementa inveniri nequeant.

18.

Ex schedis Fourmonti, cum lemme „Κουτσοπόδη super puteum”, inter Argivas inscriptiones.

ΕΡΑΙΑΝΤΟ ΤΟΥΦΙΚΑ . . .
 ΡΡΑΙΙ ΤΙΑΑ ΒΒΒΒΒ . . .
 ΑΡΑ ΚΥΤΑΒΘΣ ΒΥΑΡ . . .
 ΓΟΙΑΕ ΑΚΙΤΟΙΑΣ Ι . . .
 ΠΑΛΙΕΥΣ ΑΥΥΚΑ . . .
 ΟΦΕΗΟΚΕΙΔΑΣ ΚΤΕ . . .
 ΔΑΜΟΙΤΑΔΑΙ ΒΑΡΙΣΤ . . .
 . . Ε . ΝΥΣΙ . . ΒΡ . Γ . . .
 ΚΙ

In hac quoque inscriptione litterae aliquot satis antiquae sunt, ut Δ, Θ, Ι, Ρ angulare: Ξ, non Σ fuisse puto. Ο vocalis puncto instructa est. Fragmentum est tabulae, quae pecuniarum a variis hominibus collatarum rationes comprehendebat, sed pluribus refertum vitiis. Quaterna puncta modo distinctionem notant, modo videntur evanidae litterae loco a Fourmonti posita esse. Vs. 1. extr. τοῦ φικα... legeris, ab εἴκοσι, quod Doribus est εἴκατι, quae nota res: quodsi verum sit, ου diphthongus plene in hoc titulo scripta fuerit: sed diffido huic lectioni. Vs. 2. init. legendum fortasse ΡΡΔΙΙ,

562. ita tamen ut pro Η notae Ρ inscripto fuerit clausum Θ. Ibidem quina Θ non possunt vera esse; quantum certe debebat minor esse numerus, aut primum maior, ut Ρ. Ex vs. 3. nihil potui sani exsculpere. Vs. 4. vide ne sit τοῖδε: deinde certum est Ἀλκιοῖδας. Vs. 5. agnosco ραιεύς: nomen suppleendum ab initio ex litteris antegressis. Vs. 6. apertum est Ὀφελλοκλείδας: sequebatur nomen a Κλε... incipiens; qui duo homines videntur gentilicia denominatione Δαμοιτάδαι dici. Post quod vocabulum vs. 7. Θ est centum, et deinde nomen Ἀριστ... Mitto reliqua.

19.

Ex schedis Fourmonti, cum lemmate „Prope Koutzopodam”. Vide num. 18.


Τ ΙΛ Ι Τ
 Α ΙΛ ΙΙ Λ Α
 ΙΙΙ . Σ ΙΙΙΛ ΣΑΝ . ΤΙ
 ΙΣ ΙΣ ΑΡ ΤΙ
 ΝΥΜΑΧΟΣ ΞΥΣΙΜΑΧΟΣ ΞΥΚΟΦΡΟΝ
 ΚΕΠΙΛΕΝΕΣ ΘΧΙΠΟΝ
 ΕΓΓΥΜΑΧΟΣ ΚΑΘΕΣΤΡΑΤΟΣ ΕΛΥΤΙΜΟΙΡΑ
 ΤΕΣ ΠΕΡΑΦΟΙΚΟΙ ΛΑΝΘΙΝΟ
 ΣΕΘΣΡΑΝΘΑΙΕΣ ΣΠΚΕΙΡΑΣΤΕΥΚΙΛ
 ΕΣ ΘΘΕΗΘΝ ΚΑΡΗΣΤΡΑΤΟΣ ΒΑΤΕΘΙΚΡ
 Ν ΚΑΝΘΙΑΣ ΚΡΕΘΝ
 ΑΤΕΣ ΎΘΡΑΙΣ ΠΙΚΤΕΛΣ
 ΛΥΗ

De litteris huius tituli foedissime habiti piget dicere; sunt eadem quae n. 18. sed transcribentis imperitia hinc inde vitatae, ut pro Γ et R aliquoties est Π et Ρ: nec Σ puto in titulo fuisse sed Ξ. Ο vocalis nunc Ο nunc Θ est; item Θ etiam Theta est: sed sine lapide quid verum sit diiudicari non potest. Catalogus est nominum Argivus, ut num. 14. Vs. 5. 6. est Λυσίμαχος, Λυκόφρων, Ἐπιγένης, vs. 7. fortasse Καλλίμαχος: dein Κλέστρατος: sed corrigendum

ΚΕ, a Fourmontio deformatum, ut solet. Quod sequitur sitne Αὐτίμοιρας insolens, an Ἀντιμοίρας an Αὐτιμοίρας, nescio. Vs. 8. memorabilis omnino vox πεδάφοικοι, μέτοικοι, de qua dixi ad num. 14. Ρ in ea voce vel Δ vel Δ fuit. Sequuntur igitur μετοίκων nomina, in quibus Πανθάλης, Σωκλείδας (Π enim in Ο mutandum), Λευκί[ρ] . . . , vs. 10. Ὀφελίων (alterum Θ fuit Φ), Καλλίστρατος, Κανθίας, Κλέων etc.

20.

Fragmentum Corcyrae repertum. Nobis misit Creuzerus.



Hoc monumentum etsi antiquiores formas offert, quam ea, quae praecedunt, huc reieci de industria, ut cum aliis fragmentis coniungerem. Versuum ratio mirifica est: qui enim supremo loco positus apparet, *inverso titulo* (cf. num. 21.) a sinistra legendus est; alter item a sinistra; tertius a dextera. Sintne coniungendae lineae necne, versusne sint an soluta oratione composita verba, nescio. Litterae hae sunt. Sigma antiquissima utitur forma Μ; Μῦ est Μ, Ν autem Ν; Iota fere idem quod num. 7. conf. ad num. 3. Ε exprimitur forma ad Β proxime accedente, ut num. 7. in vase Corinthio: Corinthiorum quippe coloni Corcyraei sunt. Lambda a vulgari forma non multum discedit; Gamma videtur in supremo versu, septimo a fine loco conspici, accedens ad formam C num. 7. vel < num. 11.

certe media est inter has et Ι, quam speciem num. 4. habet. Spiritus asper est Θ. Diphthongus ου semel in terminatione ut videtur casus scribitur ΟΥ, non Ο: quod parum abest quin recentioris aetatis vestigium esse putem: certe hoc nondum in ullo vere prisco titulo repperi. Et ob hanc quoque causam recte me fecisse arbitror, quod hoc fragmentum licet vetustissimis litteris insigne non in primis posui titulis. Superiorem versum ita lego: . . . ἰμου ματρὸς ἐγὼ ἔστα[κα]; ex altero haec legi possunt: τυμοι πολυνο (πολύνου, genit. a πολύνους) εασσ.... ubi digamma notabis. Fortasse forma fuit a voce ἄστυ; haec enim digamma habet, et duplex Σ congruit iis, quae ad num. 25. dixi. In tertio versu ultima littera Ρ debet Ο esse: certum est enim legendum esse: . πελοσατο, hoc est [ᾱ]πελούσατο.

21.

Ex schedis Fourmonti, ubi lemma: „Super murum monasterii S. Nicolai τοῦ Βωμοῦ prope S. Georgium siti”, prope Phliuntem.

ΔΛΔΛΛΑΜΑ 41ΕΚ
10104WΘΒ141

Superior versus a sinistra legendus est, et apertae sunt litterae *αμαρ*, ac deinde *εκ*. Inferior *inverso titulo*, quod num. 20. faciendum fuit, procedit iam a dextera, etsi Σ quinto loco apparens,

si Sigma est, debebat potius inversum esse: sed in hac littera pro versuum cursu varianda non accuratos veteres fuisse docui ad Inscr. Sig. Verba explicet qui possit.

22.

In Lycabetto Atticae inventum fragmentum; misit Mustoxydes, cum lemmate: „ἐν τῇ οἰκίᾳ Σ. Παροῦσα”, Athenis. Ibi vidit etiam Fourmontus, in cuius schedis mutilatum extat: cum Fourmontiano apographo consentit aliud a Rosio transmissum.

ΑΡΧΕΜΕΟΣ: ΤΟΔΕΣΤΕΣΕΝ
ΟΒΡΥΛΛΗΕΣΤΕΤΕ:
ΔΟΙΑΛΛΑΘΟΚΑΙ

Scriptura est *Βουστροφιδόν*, a sinistra incipiens: litterae sunt antiquae, nisi quod X iam est pro antiquiore apud Atticos +. Prima linea soluta oratione scripta erat, *Ἀρχέμεως τόδ' ἔστησεν*, deinde sequebantur versus: confer quae dixi ad num. 16. Sed vs. 2. in dextera et vs. 3. in sinistra nonnulla perierunt. Quae supersunt, accipe:

ἔστησ' ἐγγὺς ὁδῷ ἀγαθοῦ καὶ

Fourmontus lin. 1. quinque ultimas litteras omisit, et ibidem pro ternis punctis binas habet; lin. 2. omisit interpunctionem et Sigma, quod post Ε sub primae lineae littera Δ est. Ceterum nota ENΓΥΣ p. ΕΓΓΥΣ, quae ratio scripturae haud rara.

23.

In loco Hieraca in Attica, ex schedis Fourmonti; hinc titulum Bekkerus dedit, cuius apographum imitari quam Benedictinorum praetuli. Editus est in Nov. tract. diplom. T. I. p. 626. unde habet Gêbelin (*Monde primitif*) et Ianzi *Saggio di ling. Etr.* T. I. p. 103. conf. tab. 1.

WMEOEKEL
ON4AOKTSLA
EZE

Ridicula est Benedictinorum explicatio, de monogrammate somniantium: *Ἵλλος μ' ἀνέθηκεν*, *Ἀριστοκύδης ἐνόησεν*: tamen eos secuti sunt Lanzius et Heynius *Antiq. Aufs.* T. I. p. 93. nisi quod *Ἀριστοκλῆς* legunt, quod et ipsum una cum altero a Benedictinis propositum erat; secutus est etiam Raoul-Rochette *Epist.* ad Aberd. p. 40. 52. Suprema linea a dextera legenda est, altera a sinistra, rursum tertia a dextera. Primam autem lineam cave inverso titulo legendam putes, ut Fourmontus videtur arbitratus esse, qui illam lineam pro ima habuit, ita ut duae reliquae inversae appareant: po-

tius prima et duae quae succedunt lineae ex eadem parte consideranti legendae sunt; sunt tamen litterae paulo reclinatior in primo versu, id quod etiam in tertii versus litteris E videre licet: nempe uterque a dextera progreditur, ideoque in hac re conspirat. Accedit quod, si superior linea inverso esset titulo legenda, ultimum N falsa plane forma scriptum foret. Iam ubi tenueris omnes litteras ex eadem esse parte considerandas, intelliges scripturam fuisse *Βουστροφιδόν*, et primum versum, qui a sinistra progrediens nomen dedicantis continebat, perisse, exempli causa: *Θουκυδίδης τόδε*. Iam sequi-

tur ἀνέθηκεν, cuius duo prima elementa Fourmontus more suo ita deformavit, ut monogrammatibus vel certe litterarum coniunctarum speciem praeberent: tu corriges MA, deletis reliquis ductibus. Novam deinde quadratarius ab artificis nomine lineam orditur; sunt autem haec ita legenda: Ἀριστοκλῆς ἐποίησεν. Lambda, quod Attico usu λ fuit, corruptum est; penultimus autem ductus plane absonus dividendus in E et Γ est. Ex littera E una tantum lineola superest, ex littera Γ autem una lineola perpendicularis; ea vero lineola, quae duas reliquas coniungit, a Fourmonto est. *Aristocles* statuarius *Cydoniates* floruit ante Olymp. 70–75. circiter; vixit enim priusquam, Anaxilao Regii tyranno imperante, Zancle a Messeniis nomen Messanae inde-retur (Pausan. V, 25, 6.), quod illa, qua dixi, aetate factum est: contra Heynius Opusc. acad. T. V. p. 353. 378. et antiq. Aufs. T. I. p. 93. hunc Aristoclem male ante Olymp. 28. ponit, deceptus ingenti Pausaniae (IV, 23.) errore Anaxilai imperium huic tempori tribuentis. Ne multa, vide Bentleium Opusc. p. 233 sqq. et Morisani ad Inscriptiones Reginas, Anaxilai res fuse tractantes: nobis sufficit notasse Anaxilaum Olymp. 76, 1. post undeviginti annorum regnum diem supremum obisse. Eiusdem aetatis est *Aristocles Sicyonius*, Canachi vetustioris frater (Pausan. VI, 3, 4. 9, 1.): vetustior enim hic Canachus est, de quo conf. Müllerum Morgenbl. Kunstbl. N. 16. a. 1821. In nostra inscriptione de neutro horum cogitandum, sed de alio paulo recentiore, ut videtur, eoque si non Atheniensi, certe Atticae incola; quo ducit ipse locus, ubi titulus repertus est. *Cleoetae* Athenis opus fuit vir galeatus, unguibus argenteis, multa cum arte fabricatum (Pausan. I, 24, 3.): ei statuae subscriptum erat epigramma, quo se Aristoclis filium dicit (Pausan. VI, 20, 7.):

Ὅς τὴν ἱππάφειν [ἐν] Ὀλυμπίᾳ εὗρατο πρῶτος,
τέυξέ με Κλειότας υἱὸς Ἀριστοκλέους.

Hunc igitur Cleoetam et patrem Aristoclem non dubito Atticae incolas fuisse, et eiusdem familiae esse tituli huius Aristoclem: et Cleoetas, ni magnopere fallor, Phidiae fuit adiutor, qui eum Olympiam adduxit, quum Iovis Olympii simulacrum elaboraturus esset: qua occasione Olympiae videtur ἱππάφειν excogitasse. Nam quod Heynius Opusc. acad. T. V. p. 378. hunc Cleoetam inter antiquiores artifices rettulit ob ipsum locum Pausaniae I, 24. error est manifestus; etenim Pausanias opus eius Atticum inter τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα recenset, opponitque τοῖς ἐς ἀρχαιότητα ἤκουσιν: rursus quod ab eo, qui Atticam statuam fecit, distinguit ἱππαφέσεως inventorem, quem Aristomenis filium dicit, magnae est negligentiae; nam Pausanias illud de ἱππαφέσει epigramma ipsi illi Atticae statuae (ἀνδριάντι τῷ Ἀθήνησιν) inscriptum fuisse observat. Post hunc ἱππαφέσειν emendavit *Aristides*, credo Polycleti discipulus, qui in re ad curulia certamina spectante, in bigis et quadrigis faciendis eminuit (Plin. XXXIV, 19. init. et sect. 12.): quod accurate convenit cum eo, quod Cleoetae tribui, aevo. Iam huius Cleoetae pater potest in nostra inscriptione intelligendus esse; sed nihil obest quominus eiusdem filius nominetur, qui opus fecerat Olympiae positum, de quo Pausan. V, 24, 1. τοῦτο ἀνέθηκε μὲν Γυνῶνις (vel ut cod. Par. Γυνῶνις) Θεσσαλός, ἐποίησε δὲ Ἀριστοκλῆς μαθητὴς τε καὶ υἱὸς Κλειότας: ubi vides Pausaniam ex simili nostrae inscriptione et dedicantis et artificis nomen hausisse. Quae quum ita sint, titulum hunc circa Olymp. 75–85. posuerim; si tamen Θ verum est, nec potius forma pro eo decussata fuit, eum ad Olymp. 85. propius quam ad Olymp. 75. admoverim.

24.

Fragmentum columnae, ex Peloponneso, ut fertur, vel certe finitimis locis a. 1783. Anconam delatum: ubi qui emit marmorearius, cum impolitis saxis sub dio in via ad portum publica locavit coenique et aëris maritimi edacitate litteras consumi viginti per annos passus est, donec id Hannibal Oliverius Pisaurum in Museum suum deferret. Disputarunt de ea inscriptione Corsinus litteris ad Oliverium datis et in Paciaudi Mon. Peloponnes. T. I. p. 80 sqq. editis, ubi p. 78. aeri incisa est, ac nuperrime Welckerus Epigr. Spicil. alt. p. 7 sq.



Ionicae quidem litterae H et Ω assumptae sunt, merito tamen scripturae species Corsino p. 81. vestusta visa est, etsi ipse p. 87. nihil definit nisi ante

Olymp. 100. exaratum titulum esse: etiam Vilhoisenus Anecd. T. II. p. 162. 168. 169. 171. eum perantiquum censet. Quantum ex Paciaudiano typo valde

obscurum coniecere licet, A vetustum est, media linea deorsum inclinata; P modo rotundum modo angulare; litterae E transversae lineae deorsum vergunt; M̄ nunc M nunc M, Φ autem potissimum O, quae antiqua forma, Etruscae congrua; Lambda est Λ, et Gamma Λ in duobus prioribus versibus, sed in tertio Γ, cuius rei sane mirae causa reddetur infra.

Versus sunt mista dialecto scripti, assumptis Doricis pauculis Aeolicisve formis ad usitatum in distichis Ionismum variandum, ut solet vel in vetustissimis epigrammatis, sicut in eo quod Onatas pluribus suis operibus imposuit: sed in illis versibus explicandis Corsinus infelicissime versatus est, ubicunque difficultas offertur, caecutiens et in alienis rebus corradendis occupatus, de apto sensu et Graeci sermonis puritate parum sollicitus. Recte tamen quattuor priores voces legit: Ἀρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμα; vocis σοὶ littera Ω mutanda in O; in voce ἄγαλμα E ex Λ natum: nempe qui de exeso lapide haec transcribebat, legendo falsus est. Ἀγαλμα, quod in Naniana columna incertae potestatis est, hic haud dubie imaginem designat; rectissime enim Welckerus iudicat, filii matrisque nominibus vs. 2. positus statuam infantis recens nati a puerpera ex voto dicatam Dianae Ilithyiae significari, ut in Sapphus epigrammate Aristoteli puellae recens natae imaginem Dianae consecrat. Sed in fine Corsinus supplet εὐεσίων ἀνέθηκε: omittit enim I, P mutat in Y, quod Villosino, cuius iudicium subinde vacillat, persuasit; et εὐεσίων Corsiniana Graecitate valet sponte, alacri et cupido libenterque animo; denique apostropho in τόδ' admissa et in ἄγαλμα neglecto, ultimā huius vocis insuper productā putat iam se hexametrum restituisse, quo fruuntur qui quid versus sit nesciunt. Equidem in fine eorum, quae ex primo versu supersunt, vestigia aperta agnosco τῶν ὠδίνων; ante illa apparet ΙΕΡΕΣΙ, hoc est ἱερῇσι, unde iam dativum ὠδίσιν infuisse patet. Expectabas quidem ΙΕΡΗΣΙ: sed E antiquitus pro EI, ac proinde etiam pro HI scriptum esse constat; quod etiam in Ionica litteratura passim retentum docent Dirae Teiorum, in quibus haud semel ΚΕΝΟΣ p. κείνος. ΑΥΤΕΣΙ pro αὐτήσι est etiam n. 71. b. vs. 31. ubi tamen alia res. Ὠδίσιν aequae poeticum esse atque ὠδίνεσσιν, ex poetis constat, nec dubito ἱερὰς ὠδίνας dici posse; nam partus sacra res et reverenda. Sic et alia ἱερὰ dicuntur, quae non putes sacra esse, ut ἱερὸς ὕπνος. Ex ἱερῇσι ultima vocalis apostropho abiiciebatur inter legendum, ut bis antea. Iam vero ille dativus excludit verbum ἀνέθηκεν, quod toties omittitur in dedicatoriis formulis; supplendum aliquid aliud. Distichon fere hoc fuit:

Ἀρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμ' ἱερῇσ' ὠδίσιν [ἀμοιβήν]

Ἀσφαλίου μήτηρ Φέρισις, [Ἐρ]ω θυγάτηρ.

Diana, tibi hanc statuam sacri partus remunerationem dedit Asphalium mater Phersis, Eri filia. Φέρισις Welckero notante idem nomen quod Θέρισις in Anytes epigrammate Anthol. Epitymb. 649. cui affinia Θερίτις, Θέριανδρος, Θερίλοχος: sic φῆρ θῆρ, φλᾶν θλᾶν et alia. Nomen patris incertum; potest tamen fuisse Ἐρος, quae vox eadem atque Ἐρως. Hoc nomen statuebat iam Corsinus.

Post hoc distichon vacuum unam striam vides: quod non potest sine causa factum esse: nec vestigia scripturae in ea ulla sunt; et sequitur hexameter, qui, si in vacua stria versus aliquis perisset, debebat potius pentameter esse. Neque tamen post tertium versum, qui hexameter est, quarti ullum comparet vestigium: igitur tertius versus suo destitutus epodo est. Quod noli inelegantibus aliquot inscriptionum exemplis defendere; alia causa est, quam tribus verbis designo. Una illa stria vacua relicta significat, versum tertium a disticho plane separandum esse; est alterum a priore seiunctum epigramma. Prius est dedicantis, posterius artificis, illud disticho, hoc uno hexametro constans. Sic in Dinomenis donario (ap. Pausan. VIII, 42, 2.) aliud est dedicantis, aliud Onatae artificis epigramma. Atque hinc explicanda scripturae diversitas: in dedicantis epigrammate Gamma est Λ, in artificis Γ. Sed ipsum hunc hexametrum Corsinus lepidissime legit:

τοῦ Παρίου ποίημα καλὸν Διάεο ἔργον:

Diaum Parium artificem fingens, quod nomen ne Graecum quidem in nulla dialecto genitivum Διάεο habere potest; et his idem dicitur, ποίημα, ἔργον: et litterae plane aliud praebent atque ἔργον. Initio apertum sane τῷ Παρίῳ ποίημα: in postrema voce Ω transcribenti debetur, et corrigendum O. Scio quidem in Herculanensi inscriptione statuarii Apollonii Archiae f. quam vide in Italicis statuariorum titulis, circumferri ΕΠΩΗΣΕ: sed hoc me non movet, ut in Oliveriana columna elegans epigramma hoc foedatum vitio relinquam. Ποίηματα etiam Onatae opera dicuntur in simili epigrammate apud Pausan. V, 25, 5. In fine vero manifesto est φεύγων, exul, ante quod quae supersunt ΙΑΕ, vix aliam admittunt restitutionem nisi ΝΑΕ, νάε, quae reconditior et scriptura et mensura pro vulgari ναίε; vide ad Fragm. Pind. p. 623. n. 97. In Peloponneso, ubi exul vixit, fecit hoc donarium Parium artifex: et fecisse se id dicit ibi, ubi exul habitabat: ut etiam Onatas cum patria habitationem indicat in epigrammatis (Pausan. V, 25. extr. VIII, 42, 2.), νάσω ἐν Αἰγίνῃ δώματα ναϊετάων. Ex nomine artificis una restat littera K; non sine causa suppleo Κολώτew, et integrum versum sic lego:

τῷ Παρίῳ ποίημα Κολώτew, οὗ νάε φεύγων,


hoc est: Parii hoc Colotae opus ibi factum ubi habitabat exul. Concinna brevitate plurimae notiones in unum metrum constrictae sunt; nec qui Graece sciat, desideret ποιηθέν. Spatium autem si quis angustius pro tanto supplemento esse putet, etsi incertum est an in columna tam angustum vere sit, sufficit tamen notasse litteras in hoc versu paulo arctiores apparere. Restat ut de artifice dicam, quem ibi, unde deportata inscriptio fertur, artem factitasse docebo; Elide opinor. Philosophos fecisse dicitur ap. Plin. XXXIV, 19, 27. Colotes, qui cum Phidia Iovem Olympicum fecerat. Eodem XXXV, 34. auctore Minervam Elide fecit Colotes Phidiae discipulus et in faciendo Iove Olympio adiutor. Is fuit Parius. Refert Pausan. V, 20. Olympiae in templo Iunonis fuisse mensam ex auro et ebore factam,

in qua victoribus coronae proponebantur: Κολώτου δέ ἐστιν ἔργον· εἶναι δέ φασιν ἐξ Ἡρακλέους τὸν Κολώνην· οἱ δὲ πολυπραγμονήσαντες σπουδῇ τὰ ἐς τοὺς πλάστας Πάριον ἀποφαίνουσιν ὄντα αὐτὸν, μαθητὴν Πασιτέλους· Πασιτέλῃ δὲ αὐτοδίδαχθῆναι (sic enim legendum). Esse hunc eundem, de quo Plinius, multa mihi persuadent. Primum enim, ut ille Plinianus, Olympiae artem exercuit; et finxit ex ebore et auro: hinc adiutorem eum Phidias delegit, qui Iovem Olympium ex ebore et auro fecit; neque eum recentiore aetate vixisse ex ipso colligitur Pausania: tenuis enim de eo fama superfuit iis tantum nota, qui veterum artificum res studiose scrutati erant; nec credibile illam mensam, quae in Iunonis templo posita erat, opus fuisse novicium: denique eius ma-

gister Pasiteles αὐτοδίδακτος et ipse in remotiora nos tempora deducit. Quapropter non dubito a vero aberrare Heynium Opusc. T. V. p. 390. qui Coloten Parium a Phidiae adiutore distinguit: quodsi Plinius Parium Phidiae discipulum vocat, videtur id inde collegisse, quod Phidiae socius fuit; Pasitelem autem Colotae magistrum eum fuisse, qui sub L. Lucullo floruit, vix cuiquam Heynius persuaserit, recteque alii illum multo antiquiorem statuerunt. Postremo si tot concurrentibus indiciis hoc tribuendum est, ut Parium Coloten Phidiae aetate in Peloponneso exulem artem facitasse et in nostro titulo inscriptum fuisse putemus, titulus hic circa Olymp. 84. videtur ponendus esse.

25.

Inscriptio Delphis inventa. Edidit Dodwellus Itin. T. II. p. 509. ipse primus explicui in Prooem. Lect. Univ. Berol. hibern. 1821-1822.



Quemadmodum nostris temporibus invaluit, ut monumenta, quo iis praeae gravitatis fucus et quaedam quasi robigo induceretur, barbaris litterarum formis foedaremus; ita Graecis quoque in monumentis speciem antiquitatis affectare placuit. Quod nemo mirabitur in ea aetate, qua Herodes Atticus columnas Triopicas ad viam Appiam praeae litteris distinxit; quippe istud saeculum affectata plura quam nativa tulit: tamen idem illud etiam optimis factum temporibus est. Rem in Praxitelis operibus in Attico Cereris templo collocatis declarat Pausan. I, 2, 4. Γέγραπται, inquit, ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους: nam Ἀττικὰ γράμματα sunt ἀρχαῖα, prisca illa, quibus ante Euclidem archontem (Olymp. 94, 2.) Athenienses publice erant usi: iisdem igitur etiam Praxitelis aetate Olymp. 104. circiter florentis in illo titulo locum datum videmus; idque de industria notavit Pausanias, quod praeae litteras ea aetate non exspectes. Aliud exemplum sed minus manifestum idem praeae V, 22, 2. ubi de donario Apolloniatum Olympico: ταῦτά ἐστιν ἔργα μὲν Λυκίου τοῦ Μύρωνος, Ἀπολλωνιάται δὲ ἀνέθηκαν οἱ ἐν τῷ Ἴονίῳ. καὶ δὴ καὶ ἐλεγείων γράμμασιν ἐστὶν ἀρχαίοις (ita enim legendum pro vulgato ἀρχαῖον) ὑπὸ Διὸς τοῖς ποσὶ·

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ

Ἴονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκροσεκόμας.

οἱ γὰρ τέρμαθ' ἐλόντες Ἀθανίδος ἐνθάδε ταῦτα ἔστασαν σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.

Secundo versu non cum Friedemann nostro de vers. eleg. p. 310. scribendum ᾤκισεν Ἴονίῳ Φοῖβος
INSCR. GR. VOL. I.

ἀκροσ. sed fuit FOIKIΣ: quod ipsum pertinet ad ἀρχαῖα γράμματα, licet non ad Attica. Illud autem opus, vel illa opera, fecit Lycius Myronis f. qui vix potest ante Olymp. 90. poni: quo tempore magno opere dubito Apolloniates praeae litteris vulgo usos esse. Eiusdem rei exemplo meo iudicio Sigeensis titulus est, de quo supra exposui: de aliis deinceps dicam: nunc consisto in Delphica inscriptione circa Olymp. 102. praeae litteris exarata, cuius verba haec sunt: ...ἰόθαλος ὁ Ποτα.... Βοιώτιος: ἐξ Ἐρχομενοῦ· Ἰππατόδωρος: Ἀριστογείτων ἐποησάταν: Θηβαίῳ. Scriptura prorsus antiqua est; devitatae vocales H et Ω, item Ξ: spiritus H tamen omissus est, ut in titulo Hieronis aliisque, etiam in Atticis ante Euclidem passim: Ψ idem quod Φ, hoc est χ, de quo v. ad num. 4. Antiqua etiam Β angulare, Λ, R. hoc quoque angulare, D, Σ, item litterae Γ forma rotundior, ut num. 31. aliaque, in quibus scripturae forma proxime ad Etruscum accedit; de quibus rebus quum toties monuerim, taedet explicatius dicere. Omnino nihil novicium est, si θ vs. ι. et litterae Π formas perversiores exceperis: sed haec videntur aut transcribentis aut quadratarii deberi incuriae. Osannus quidem Syllog. p. 6. miratur me fugisse, litterae Sigma formam cum reliquo alphabeto, in quo formae R et D, loco vulgarium P et Δ, antiquitatem multo remotiorem spirantes compareant, ita non congruere, ut hinc argumentis, quibus lapidis antiquitatem impugnavi, novum idque firmissimum addere potuissem. Quod mirari desinet, ubi istud
F

argumentum viderit nullum esse. Neque enim R et D tantum cum S vel M (nam M, quod Osannus apponit, nunquam Sigma est), sed etiam cum S componitur, ut omnino S et S non diversae species sunt, sed tantum eatenus differunt quatenus P rotundum et angulare. Ne plura, D, formam Latino R similem, et S coniunctas habes num. 14. S et R angulare num. 34. 38. et in marmore Attico Nointeliano, quod vide in Atticis militariibus. Immo, quod etiam maius est, D et R et E componuntur: ita D et E num. 17. R et E num. 16. 18. 19. postremo D, R, E in Attica inscriptione militari antiquissima, quam cum Nointeliana edam. Sed ut hinc redeam, in hac inscriptione interpunctionis loco tres lineolae usurpatae sunt, nisi tria haec puncta fuerunt (:), quod antiquissimum fere distinctionis genus est: certe lineolas pro interpunctione scriptas esse nondum vidi, nisi in Attico Demosthenae aetatis titulo (Oec. civ. Ath. T. II. p. 251.), sed dubitationi obnoxias. Praeterea duo insunt memorabilia, Ἐρχομενοῦ p. Ὁρχομενοῦ, quod ex inscriptionibus et nummis nunc iam notum (v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 383 seq.); et quod in Aristogitonis nomine Σ ante T duplicatum est. Sed hoc quoque haud rarum est; [API]ΣΣΤΩΝ conspicitur num. 1. ΑΡΙΣΣΤΟΔΑΜΟΣ num. 13. ΤΕΛΕΣΣΤΑΣ (ΤΕΛΕΞΕΤΑΣ) in Attico militari titulo, quem modo memoravi, ΑΣΣΤΕΑΣ in vase Neapolitano suo loco memorando; in Attica inscriptione de viro Olynthio Mus. Brit. 169. est ΑΣΣΚΛΗΓΙΟΔΩΡΟΣ, ut in plumbo Corcyraeo ΑΣΣΚΛΗΓΙΟΔΩ... in Deliacā ΜΟΣΣΧΙΩΝ, in Italicis statuariorum titulis ΑΣΣΤΡΑΓΑΛΟΣ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ, utraque ratione brevissimo spatio coniuncta: nempe talia passim etiam in recentibus titulis ex antiqua scriptura remansere, sed sine constantia. Quod nisi fallor, haec scriptura pinguiorem designabat sonum, non multum abundentem a nostro sch, quod in nonnullis Germaniae terris etiam pro S ante T pronunciatur, ut *ist* sonet *ischt*. Sic fere Ἀγίστωνα nonnulli pronunciaverint, et pro Moschione *Mosch-chionem*. Et vide ne pinguior ille sonus Doricum *San* fuerit potissimum.


Iam ut de ipso argumento dicamus, haec inscriptio statuæ aereae, Pythii credo victoris, subscripta legebatur: is fuit *Boeotius vir ex urbe Orchomeno*; sed ipsius patrisque nomina ita mutilata sunt, ut restitui non posse videantur: pater fortasse *Polanor* dictus; Centauri certe nomen *Polenor* est ap. Pausan. V, 5, 5. ubi tamen liber Parisinus Πυλάνωρ.

Addiderunt sua nomina artifices, qui statuam communi perfecerant opera: Ἱππατόδωρος, Ἀριστογείτων ἐπεσάταν Θηβαίω: in quo praeter Doricae dialecti insolentiam notabis dualem de industria adhibitum et καὶ omissum, item vocabulorum collocationem minus suetam, qua priorum hominum simplicitatem aemulari artifices illi studebant. Similiter et eandem ob causam scripsit Pausan. VI, 19, 1. τὸν δὲ ἀνδριάντα οἱ Πτόλυχος ἐποίησεν Αἰγινήτης: et in apotheosi Homeri, anaglypho notissimo, legimus: Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πριηνεύς. Hypatodorus floruit Olymp. 102. simul cum Polycle, Cephisodoto, Leochare insignis statuarius (Plin. H. N. XXXIV, 19.): una cum eo operatum esse Aristogitonem docet Pausan. X, 10, 2. ubi de Delphicis Argivorum donariis, ex aere factis haud dubie: Οὗτοι μὲν δὲ Ἱππατοδῶρου καὶ Ἀριστογείτωνος εἰσιν ἔργα, καὶ ἐποίησαν σφᾶς, ὡς αὐτοὶ Ἀργεῖοι λέγουσιν, ἀπὸ τῆς νίκης, ἣν τινα ἐν Οἰνῇ τῇ Ἀργείᾳ αὐτοὶ τε καὶ Ἀθηναίων ἐπικούροι Λακεδαιμονίους ἐνίκησαν. Hypatodori aeream Minervam apud Alipherenses Arcadiae ob magnitudinem artemque idem laudat VIII, 26, 4. Thebanum utrumque fuisse ex hac demum inscriptione innotescit: in qua quod Aristogitonis nomen agnoscimus, adeo certum est, ut nihil addendum iudicemus: illud notabile, quod Hypatodori nomen et in hoc titulo et apud Pausaniam, qui Delphico itidem titulo innixus est sub illis donariis posito, priore collocatur loco: unde Hypatodorum Aristogitonis vel magistrum vel patrem fuisse colligas: credo vero patrem fuisse. Quippe ap. Cyriac. n. 224. in Thebana inscriptione habetur Ἱππατόδωρος Ἀριστείδας; quem recentiorum Hypatodorum cum patre Aristide ex eadem putaverim familia fuisse, ex qua vetustus ille fuit Hypatodorus. Iam vero quum illius recentioris Hypatodori pater Aristides fuerit, probabile fiet etiam Aristogitonem eiusdem fuisse familiae ideoque fortasse filium Hypatodori artis socii: ita enim in familiis variari nomina solent, ut ab Aristide Aristogiton vel ex Aristogitone Aristides denominetur (v. Oec. civ. Athen. T. II. p. 235.). Postremo licet de pugna apud Oenoen nihil mihi certi cognitum sit, tamen Hypatodori aetas definita tituli quoque huius aetatem demonstrat: illud addo, non potuisse post Olymp. 104, 1. a Thebanis artificibus Orchomenii viri statuam confectam esse, quod eo anno Orchomeniorum civitas ab ipsis Thebanis funditus sublata est. V. Oec. civ. Ath. T. II. p. 371.

26.

In duabus columnis ex marmore Carystio, in via Appia tertio ab urbe lapide positis et apud sepulcrum Metellae repertis. Translatae erant in hortos Farnesianos, posthac migrarunt Neapolin: unde Parisios delatas audio, ex qua tamen urbe redierunt. Primus transcripsit Smetius fol. V, 3. ex quo dedit Gruterus p. XXVII. 1. Scripturae formam olim studiose explicuerunt duumviri Ios. Scaliger ad Euseb. p. 102 sqq. ubi versus male divisi, et Cl. Salmasius in libro, cui index: Duarum inscriptionum veterum Herodis Attici Rhetoris et Regillae coniugis honori positarum explicatio, cum notis ad Dosiadae aras etc. Paris. 1619. 4. passim et dedit opera p. 29–57. Quae de consecratione templi in agro Herodis commentatio recusa est in Crenii Museo philolog. sec. Sed illi haeserunt tum in rebus hodie pervulgatis. Ex Grutero dedit Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 135. (cf. p. 140 sq.) et perversissime inde Murat. T. I. p. XCIX. 2. ob quod vapulat Hagenbuchio Diatr. p. 14 sqq. et Saxio Act. litt. Soc. Traiectin. T. II, p. 267 sq. Ante Murat. dederat Chishullus Inscr. Sig. §. 5. Ant. As. p. 10. male divisus versibus, et inde iterum Murat. T. IV. ad p. MMCIV. Praeterea habent Shuckford. Harm. sacr. et prof. script. T. I. p. 176. ed. German. Lanzi Saggio di ling. Etr. T. I. p. 114 sq. cum specimine scripturae tab. IV. et particulam ex iis depromptam

vides in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. (cf. p. 634 sq.). Minusculis repetiit Viscontus Inscr. Triop. p. 6. Mitto alios, qui de his inscriptionibus passim apta aut inepta protulerunt. Nos Smetii fere exemplum expressimus, ex quo manarunt cetera, ex Lanzio paululum attenuatâ caudarum curvaturâ, quae manifesto erat nimia.



Scriptura est prisca Attica, quod primus Salmasius vidit, quum Scaliger dixisset Ionicam; nec quidquam ab regula deflectit, quam Herodes Atticus, vir rerum antiquarum peritissimus, tenebat optime: caudas litterarum A, Λ, M, Ν apud Smetium nimium incurvas, non esse in columnis potest ex Lanzii nota perspicui, qui lapidum scripturam magis etiam quam in suo specimine quadratam et distinctam esse observat: ceterum omnes litterae iustas formas habent: Σ proxime accedit ad formam basis Deliacae; + est Χ, ut in vetustissimis Atticis. Asper H accuratissime positus est; pro OΥ est O: utrumque autem adeo diligenter observatur, ut vel negatio ου scribatur hic O, et asper etiam in media voce ENHODIA expressus sit, strictissimam normam sequente viro critico. Etenim, ut omnino nullum fere usum ab omnibus constanter servatum in his rebus esse, Corpus hoc inscriptionum edocet eos, qui palaeographicae adhaerent superstitioni;

sic etiam, etsi vel ante Euclidem et aliquot Olympiadibus post in negandi vocula OΥ vulgo apud Athenienses non O scriptum est, tamen pro eodem aliquando O positum esse vel Marmor Sandwicense persuadere potest Olymp. 101. exaratum, in quo OK habetur; ut OΥ in dubio Leucadico titulo; et sic Philoxenus Cytherius, qui fere Euclidis Attici archontis aetate floruit, O pro ου scripsit ad Dionysium. Suid. v. Φιλόξενος: Μεταπεμπομένου δὲ Διονυσίου αὐτὸν καὶ ἀξιοῦντος διὰ γραμμάτων ἐλθεῖν, Φιλόξενος ἀντιγράφειν μὲν οὐκ ἔγνω, λαβὼν δὲ βιβλίον τὸ O (olim fuit α, pro quo Scaliger ad Euseb. p. 107. legebat ου, notans ου esse nomen litterae O, quae nota res) στοιχεῖον ἔγραψε μόνον πολλάκις ἐν αὐτῷ, διὰ τούτου δηλώσας, ὅτι τὴν παράκλησιν διωδεῖται. Eadem fere sunt in Appendice Proverb. Vatic. ubi diserte O. Eodem pertinent versus Ausonii Epist. XXV.

*Una fuit tantum, qua respondere Lacones,
littera: et irato regi placuere negantes.*

Sciens omitto Hesychii glossam Boeoticam ὁ πίττομαι p. ου πείθομαι (ubi v. intt.): haec enim ad sermonem, non ad scripturam pertinet. Iam ut de voce ENHODIA dicam, invitum me cogit Osannus Syll. p. 72 sq. ut paulo enucleatius disseram. Qui veteres et recentiores grammaticos, in quibus sunt Matthiae et Buttmannus, refutaturus, collatis, ut ait, quotquot extant, Atticae antiquitatis monumentis pronunciat spiritum asperum intermedium Atticis inusitatum fuisse; et reprehendit Herodem, in cuius columnis ENHODIA sit, quippe in quibus scripturae antiquatae vestigia cum recentioris dialecti idiomatis sine ullo discrimine confusa sint. Sed, mihi crede, nihil neque in oratione neque in litteris novicii inest, quas ille antiquitatis studiosissimus rhetor magis calluit quam potest nostrum quisquam. Nam in E recto pro inclinato nemo haerebit. Ceterum universa res eo redit: ut grammatici, si quasdam voces exceperis, in quibus spiritus intermedium pro sibilo Doricus est, spiritum intermedium sine dialecti discrimine admittunt (vide locos ap. Villos. Prolegg. Hom. p. II. quem iam Osannus attulit), sic in inscriptionibus nulla dialecti differentia assumptum eum esse, sed tamen raro, quod et initio vocum scribi asper mature desitus est, et in mediis vocibus minus distincte auditus eamque ob causam in scriptura etiam frequentius omissus est. Interim Herodes se tuebitur inscriptione Attica de templi Poliadi exstruktionem ante Euclidem exarata, in qua sine controversia ΤΡΙΗΜΙΡΟΔΙΟΞ: qua sola ad rem rectius diiudicandam opus erat. Neque obsunt voces ἀντήλιος, λεύκιππος et similes ab Osanno in suam sententiam allatae, quas spiritus neglectionem ex Ionismo retinuisse, et notatum iam dudum est et probant diversae formae Atticae ἐφάμιλλος, ἐφήμερος et innumerae. Neque vero in Doriensibus titulis et in ipsis Magnae Graeciae inscriptionibus constantior inter-

medii spiritus usus, quum in tabulis Heracleensibus haud raro sit omissus: in quibus quod spiritus nota \vdash pro H adhibita est, in eo discrimen aliquod quaerit Osannus. At quid notae diversitas ad pronuntiationem? Sed eam ipsam notam, ut hoc in transcurso moneam, non in solis Magnae Graeciae monumentis (ut in Heracleensibus tabulis, in vasculis et aliis et Paestanis, nummisque) reperiri adversus Mazochium docet Osannus: et testem affert tabulam aheneam Lacedaemone consignatam apud Maffei. Mus. Veron. p. ccccxixiv. in qua itidem \vdash sit spiritus asper. Tu scias istam, quae Lacedaemone consignata fertur, tabulam esse ipsam Heracleensem ex binis unam. Postremo quod in Lithostroto Praenestino est ENHYΔΡΙΣ, largiar potuisse ex Italico usu derivatum esse, modo concedas pronuntiatum illis temporibus ibi esse H: unde frequens in Latinis titulis scriptura *Euhodus*, *Enhodia*, *Epanhodus*, *Proshodus*; quorum exemplorum nubem congerere poterunt, qui indices The-saurorum consulunt: et in manuscriptis quoque *exhedra* et talia reperiuntur. Herodem quidem iis, quae supra dixi, satis defensum arbitror. Idem hoc quoque antiqui moris studio dedit, quod paucissima singulis versibus elementa continentur; id quod priscos Atticos fecisse, vidimus num. 9. Quae scriptura, ut hic in columnis usurpata est, ita a columnarum similitudine meruit denominationem *κινηδόν*. Quodsi eam potissimum scripturam admodum raram, qua series litterarum singularum alterius infra alteram positarum deducitur, *κινηδόν* appellare docti solent, hoc quoque recte fieri concedo: sed frequentior fuit prior illa scripturae forma vere *κινηδόν*. Plane falsus autem eorum loquendi usus, qui vulgatam scripturae speciem ita adornatam, ut uniuscuiusque versus litterae singulae accurate sub singulis prioris versus elementis positae sint, *κινηδόν* appellant; quod potius *στοιχῆδόν* dicendum.

Tib. Cl. Herodes Atticus, patria Atheniensis Marathonius, cuius ingenii monumentum inter oratores Graecos superest, qualis fuerit, ex vita a Philostrato scripta plane perspicitur. Is Hadriano Principe natus usque ad Commodum perduravit, sub M. Antonino Pio a. 143. consul ordinarius, vir eloquentia, eruditione, nobilitate, opulentia, liberalitate, morum singulari indole in paucis tum insignis. Qui quum sese totus antiquis scriptoribus dedisset (*προσέκειτο πᾶσι τοῖς παλαιῖς*, ait Philostratus vit. Soph. II, 1, 14.), ne criticam quidem neglexit: *τοὺς δὲ κριτικούς τῶν λόγων*, refert Philostratus, *Θεαγένης τε τῷ Κνιδίῳ καὶ Μουνατίῳ τῷ ἐκ Τραλλέων συνεγένετο*. Eum igitur consentaneum est in titulis sanctissimis condendis priscae litteraturae robiginem affectasse: quod unum fugit Scaligerum, has formas in Italia diutius perdurasse opinantem. Cave tamen Chishullo p. 10. credas, qui Hadriani Sophistae verba, *Πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα* (ap. Philostr. II, 10, 2.), ad has columnas rettulit: non pertinent ea ad Herodem, sed ad ipsius Hadriani laudem, qui

Tyrium se iterum ex Phoenicia in Graeciam litteras attulisse iactabat. Sed quaesitum est, quomodo Herodis aequales legere haec obsoleta potuissent: quid enim non quaerunt otiosi homines, in tenuissimis haerentes rebus, dum maioribus impares sunt? Et Biagius (de tessera hosp. Petil.), ut huic difficultati mederetur, vulgaribus litteris conscriptam interpretationem appositam fuisse commentus est: qui nescio cur non etiam Latinam translationem postulaverit, quae admodum poterat utilis esse. Nos in huiusmodi lusu, qui aequalibus haud dubie placuit, explicatione non opus esse intelligimus: nec magis Gothicis litteris, quibus apud nos subinde tituli concipiuntur, interpretationes appositas videmus. Nunc accipe columnae utriusque inscriptionem.

Καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα καὶ χρο-nίων Θεῶν. καὶ § οὐδενὶ Θεμιτὸν μετακινήσαι ἐκ τοῦ Τρι-πίου, ὃ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππία ἐν τῷ Ἡρώ-δου ἀγρῷ· οὐ γὰρ λωῖον τῷ κινήσαντι. μάρτυς δαίμων ἐνό-δια. Etiam columnae Cereris ac Liberae sunt dona-rium et inferorum deorum. Et § nemini fas demovere ex Triopio, quod est ad tertium ad viam Appiam lapi-dem: neque enim utilius moventi. Testis dea vialis.

Vides me, quam Smetius alteram columnae partem dixit, priorem ponere: quod non omnes fugisset interpretes, si verba et sententiam accurate examinassent. Quattuor enim de his inscriptionibus possunt sententiae proponi: aut enim columnae utriusque et maior et brevior inscriptio per se est absoluta, aut maiorem continuat minor, aut minorem maior, aut desunt aliae, quibus hae continuentur, columnae: utcunque statueris, quod de alterutra statuas columna, de utraque concedendum est. Eadem est enim utriusque inscriptio, nisi quod in altera litterae IENTOI post vs. 12. vitiose omissae sunt, et quod in eadem in fine καὶ additum, de quo statim dicam. Iam ex quattuor illis sententiis ut de ultima primum dicam, Smetius ob ipsum hoc καὶ coniecit alias desiderari columnas. Sed id minime probabile est; nam tum, quum duae hae columnae eodem reperirentur loco, tantum has duas inter se convenientes et praeterea nullam dissimilem inventam esse, si plures dissimiles fuissent, quis credet? Igitur nullis aliis hae columnae videntur continuatae esse. Neque maiorem inscriptionem continuat minor, ut vulgo putant: nam ineptum est testes vocari *deam Hecaten et columnas*; in quo etiam μάρτυρες p. μάρτυς exspectaretur. Superest aut ut longior continuet brevior, aut ut seiuncta utraque sit. Posterius ideo non probabile, quod et in fine minoris aliquid desideratur et initio prioris: quod eo deducit, ut brevior longiori praemittenda utriusque defectus compleatur. Nempe initio longioris inscriptionis μετακινήσαι non habet obiectum, quod subintelligi commode non potest; praemitte minorem, et obiectum erunt οἱ κίονες. Iam vero in altera columna in fine minoris est καί: unde Viscontus p. 6. non male coniecit addendum Πηγύλλης: verum neque in illa columna quidquam deesse iam Smetii potest auctoritas docere, qui si oblitteratarum litte-

rarum vestigia deprehendisset, non coniecisset alias perisse columnas; neque in altera columna quidquam periit, in qua tamen et ipsa debebat καὶ Πηγύλλης positum esse, si hoc in priore positum erat. Contra καὶ, quod in altera est, facile potuit in priore omitti, quod tantundem est additum sit necne. Quodsi quis putet, minorem inscriptionem non posse pro priore haberi, quod brevior sit, respondeo quadratarium de industria dedicationis formulam a formula prohibendi seiunxisse, ideoque brevior factam esse priorem inscriptionem. Denique ipsa res postulat, ut dedicatio prior sit imprecatione et lege, quae vetet, ne dedicata amoveantur. Brevioris autem inscriptionis initium fit a καὶ, quod *alia quoque* dedicata Cereri et Liberæ et inferis diis erant. *Etiā columnæ, inquit, illis dedicatæ sunt, ut reliquum Triopium, de quo statim dicam: neve quisquam eas amoveto.* Nempe ad introitum Triopii, ni fallor, positæ ex adverso hæc columnæ erant. De singulis minoris inscriptionis verbis non est quod multis dicamus. Χθόνιοι Θεοὶ ipsæ sunt Ceres et Proserpina, quod in vulgus notum; sed Hecate quoque, quæ in fine alterius inscriptionis memoratur, et Pluto et Erinyes et Aegyptiaci aliquot dii χθονίους comprehenduntur, quod ex Artemidoro notavit iam Salmasius p. 15 sq. Ridicula Montfauconii ratio, qui καταχθονίων legebat, + putans esse κατά, χ ipsum autem omissum esse.

Ut multa Herodes in Graecia liberalitatis suae monumenta condidit, sic in defunctis venerandis prope nimius fuit; qui et Elpinices filiae mortem tulit gravissime et alumnorum mortuorum memoriam multis consignavit lapidibus, ex quibus aliquot edemus in Atticis. Quippe placuit illi *ludere in suis marmoribus, ἐμπαίζειν τοῖς ἐαυτοῦ λιθάρτοις*, ut ipse dicit ap. Philostr. II, 1, 10. Impensissime tamen coluit manes uxoris, Anniae Regillae, feminae nobilissimae. Quae quum duos prius filios totidemque filias enixa, octavo esset mense gravida, iussu Herodis ferebatur ab huius liberto Alcimedonte verberata esse et ex abortu obisse. Quapropter Herodes ab illius fratre App. Annio Brada caedis postulatus est, sed absolutus. Etenim neque Herodes tale quid adversus Regillam iusserat, et defunctam luctu erat gravissimo persecutus: nam et theatrum ei dicaverat et mundum eius in Eleusinio suspenderat, totiusque domus facie immutata oecorum picturas atro colore vel pullatis aulaeis induxerat Lesbioque lapide, donec amicorum cedens diceriis nimium dimitteret luctum (Philostr. ib. 8.). Quae res post consulatum Braduae ordinarium, qui a. 160. accidit, gestae sunt, aliquot ut videtur annorum intervallo. Neque dissimile vero, Herodem post accusationem luctus signa etiam auxisse. In his fuit dedicatio Triopii, cuius in maiore columnarum titulo mentio fit: id in agro Herodis fuisse idem titulus docet: videtur autem ille ager ex Regillae hereditate fuisse, si, quod Viscontus p. 5. non male conicit, ad eum pertinet inscriptio bilinguis, cuius Graeca satis affectata haec sunt: Ἀν-

νία Πηγύλλα, τὸ φῶς τῆς οἰκίας, τίνος ταῦτα τὰ χωρία γέγοναν. Ad idem Triopium referuntur duo tituli carmine concepti, alter dedicationem septi Triopici, alter consecrationem imaginis Regillae in Cereris et Faustinae ad Triopium continentes: quos vide in Romanis. Ex quibus collatis constat et Minervam et Nemesin Rhamnusiam ibi venerationem habuisse; nempe Nemesin veneratus est Herodes, quo magis innocens videretur, qui eam coleret deam, quae, si ipse caedis Regillae auctor fuisset, prima eum ultura erat: ut Triopas eius vindictam expertus esse dicitur vs. 36. carminis de consecratione septi. Praeterea Ceres antiqua et nova, Faustina ut videtur minor, culta est in Triopio. Nam ad inferos potissimum deos, inter quos Ceres et Proserpina maxime insignes, Triopica pertinuit religio in Τριόπιῳ τεμένει ab Herode instituta ob ipsum Regillae funus. Hinc in minore inscriptione: καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ χθονίων Θεῶν: *etiam columnæ Cereris et Liberæ sunt et inferorum deorum*, nempe ut reliquum Triopium. Etiam Triopae ipsius nomen ad Cerealia sacra deducit. Argis enim Cereris Pelasgiae fanum a Pelasgo Triopae f. nomen duxisse fertur (Pausan. II, 22, 2.): Heliades Triopas, quum in Dotio Thessaliae campo Cereris lucum violasset, profugus inde in Cnidio Cariae promontorio condidit Triopium; etsi alii Triopam Phorbantis f. Argivum, vel Triopam Abantis f. (Schol. Theocr. XVII, 69.) eius conditorem ferebant, ab alio ad alium haec sacra transferentibus gentiliciis fabulis (v. Prideaux ad Marm. Oxon. p. 373. ed. Maill. et imprimis Steph. Byz. v. Τριόπιον, Diod. V, 57, 61. Callim. in Cerer. 25.). Neve te male habeat Triopam Heliaden violatorem potius Cereris fuisse (cf. Iacobs. Anthol. Annot. Vol. II. P. II. p. 369.), haud dubie fabulae sinxerant, Triopam ex Thessalia expulsum Triopio Cariae sacro Cereali Cereris placasse iram. Nam etsi Neptunus, Apollo, Nymphae in eo Cariae sacro venerationem habuerunt (Herodot. I, 144. Schol. Theocr. XVII, 69.), tamen dubium non est illud quoque sacrum potissimum Cereale fuisse: neque enim ad aliud licet referre locum Callimachi in Cerer. 32. Ita iam olim iudicavi ad Schol. Pindar. p. 314 sq. et in eadem sententia fuerunt fere Iacobsius (l. c.) et apud eum Eichstadius; nec opus de Salmasio et Viscontio dicere, quorum illi sententias examinarunt. Accedit quod ipse Herodeus titulus de consecratione septi vs. 36. Triopae Cereris violatoris mentionem faciens, eundem tamen vocat Δηῶν, *Cerealem*: ut videas illum agnovisse, Triopam Heliaden s. Aeoliden Erysichthonis patrem, qui Cererem violaverat, fuisse eiusdem cultorem: ubi vero fuerit nisi in Triopio Cariae? Quae quum ita sint, Herodem iudico inferorum deorum cultum ad Triopii Carici exemplum instituisse. Quidni tamen patrium Eleusiniarum sacrum praetulit? Nescio; nisi quod Chishullus p. 12. aptam ministrat sententiam. Nam Herodes Atticus in criticis a Theagene Cnidio institutus erat, cui Triopia sacra patria fuerunt: a quo illorum et no-

titia et religione imbutus, illa credo instituto suo celebrare voluit. Sed de his satis dictum. Mox λαίων antique p. ἀγαθόν. Δαίμων ἐνοδία est Hecate Diana, triviorum praeses et inde viarum in via autem ad introitum Triopii hae columnae videntur positae esse. Hesych. Ἐνοδία, Ἀρτεμις, ubi v. intt. ne plura addam in re nota.

27.

Eleusine, ex schedis Fourmonti.

ΑΗΟΙΑΥΞΘΑΙΟΜΞΔ
 ΙΚ ΑΔΕΘΕΝΑΛΚΙΦΡΟΝ
 ΟΝΔΕΔΡΟΜΟΝΡΟΙΕΞΕΝ
 ΤΟΝΔΕΜΕΤΡΟΣΤΕΧΑΡΙΝ
 ΑΝΥΓΕΓΙΟ

Prima linea a dextera incipit, altera a sinistra et sic reliquae: mista igitur scriptura ex βουστροφιδόν antiquissimo et vulgari ratione. Litterae sunt omnes antiquae. Versus fuerunt manifesto, qui ultima linea intacta relicta sic restituendi videntur:

Δήμω Ἀθηναίων ἀνέθηκεν ἐὼν Ἑκάληθεν
 Ἀλκίφρων· [ὁ δὲ τ]όνδε δρόμον ποίησεν [ἄρισ]τον,
 Δήμητρος τε χάριν [καί].....

Pro ὁ δὲ poteram etiam ὅς conicere, et pro ἄριστον coniectabam ἄμεμπτον: sed litterarum dispositio videtur talis fuisse, ut lineae utrinque aequabiliter crescerent; quo posito ea, quae statui, probabiliora sunt. Vide, quid velim, hoc exemplo maiusculis vulgatis expresso:

ΞΕΘΕΝΑΝΟΙΑΝΘΑΙΟΜΞΔ
 ΝΕΟΝΗΕΚΑΛΕΘΕΝΑΛΚΙΦΡΟΝ
 ΗΟΔΕΤ]ΟΝΔΕΔΡΟΜΟΝΡΟΙΕΞΕΝ
 ΑΡΙΣ]ΤΟΝΔΕΜΕΤΡΟΣΤΕΧΑΡΙΝ

Lin. 2. pagi nomen latere docet terminatio ηθεν: nullus vero pagus inferri potest nisi Ἑκάλη. Ex E obliquo superest una transversa lineola: deinde habes K, quod ipsum et sequens A quum latius scriptum esset, speciem lacunae offerebat, quae nulla est: inde factum, ut Fourmontus integrae litterae spatium reliquerit, non tamen signo lacunae notato. Post A quod est Δ, erat in lapide λ. Eleusine septimo magnorum Mysteriorum die gymnicum celebrabatur certamen antiquissimum, de quo locos

collegit Meursius Eleusin. c. 28. et in illo certamine ob fruges inventas, ob quas hordeum pro praemio fuit, stadium dicitur primum institutum fuisse: v. Schol. Pind. Olymp. IX, 150. a me editum p. 228. Et stadio ibi iam ante Olymp. 79. vicebant Corinthii Oligaethidae auctore Pindaro Olymp. XIII. extr. adde Explicationes nostras p. 192. Non igitur dubium Eleusine antiquitus stadium (δρόμον) exstructum fuisse. Sed haec inscriptio stadii Eleusinii recens et splendidius adornati dedicatio esse videtur. Quae quando facta sit, ignoramus: mihi tamen probabile non antiquam narrari rem, sed ut Herodes Atticus Panathenaicum, ita Alciphron quidam Eleusinium magnificentius instaurasse videtur ea aetate, qua Graecorum in gymnicos ludos studia creverant in immensum, hoc est ab Hadriano inde potissimum. Tum igitur, ut in duobus praegressis titulis, ex antiquitatis affectatione assumpta haec litterarum forma fuerit, primis lineis etiam βουστροφιδόν scriptis. Alciphronis nomen nihil nos docet: eo nomine plures noti sunt, ut Alciphron Argivus ap. Thucyd. et Magnes Maeandrius ap. Suid. et Athen. Atheniensis nullus in historia celebris Alciphron. Sophista, cuius epistolae supersunt, potest Atheniensis fuisse, immo fuit me iudice, aut certe vixit Athenis; potest et ille, quem M. Antoninus X, 31. nominat: sed nihil de iis constat.

28.

Merendae (Myrrhendae, Myrrhinunte) in ecclesia, in Attica. Ex schedis Fourmonti.

ΖΕΜΑΦΑΔΖΙΚ'ΕΖΑΖ
 ΚΟΡΡΚΕΚΟΚΙ ΜΑΙ
 ΑΡΕΥΑΝΤΙΑΔΙ
 ΠΑΡΑΘΕΟΝΤΟΥΤΟ
 Λ... Μ. ΜΑ

quod cum priore linea non bene convenit. Nec scio quomodo huic medear malo, nisi ut dicam permulta in dextera parte perisse: ita ut Phrasicles sepulcrum fecisse dictus fuerit, puella autem dicatur id nacta esse. Sic lin. 1. legerim: Σῆμα Φρασικλῆς ἀσ..... et lin. 2. κόρη κεκοῖσμαι. Lin. 3. fuit ἀγεράν, Dorice: licet lin. 1. sit σῆμα, non σῆμα: in his enim formis confundi dialectus solet. Lin. 4. est παρὰ θεῶν τοῦτο vel τοῦτου aut simile. Θεῶν est monosyllabum, ut solet.

In galea aerea eleganter fabricata, quam a. 1795. prope Olympiam in Alpheo repperit Britannus Morrit. Aes ex cupri quinque vel sex portionibus unaque plumbi candidi temperatum; galea ipsa clavis tropaeo affixa erat; litterae, ut galeae pars superfunde impressae, altero rotundae lineae, altero rectae; et eodem quidem typo circulus integer et dimidiatus: ita factum, ut littera posset et D et P et Φ videri. Galeam possidet Rich. Payne Knight; scriptura edita est in Diar. Class. T. I. p. 328 sq. Cf. Walpol. Travels p. 588. n. 53. Welcker. Epigr. Spicil. alt. p. 11.

Præterea quarto loco anapaestus est, ut apud comicos. Ceterum Corinthiorum aeris fundendi et cudi peritissimorum celebres fuerunt galeae (Herodot. IV, 180.); nec probabile est aliam ac Corinthiam galeam pro spoliis, quae de Corinthiis reportata essent, fuisse dedicatam. Sed quum apud Pausaniam VI, 19, 4. Megarensium thesaurus Olympiae exstructus esse dicatur pro victoria de Corinthiis reportata, quod ipsum testabatur clypeus super fastigio affixus, eiusque victoriae socii Megarensibus Argivi fuerint, coniicit Welckerus noster galeam hanc spoliū esse ficticiū, quippe quod ea victoria ante Olympiadum acciderat initium, quum Athenis essent archontes perpetui. Cui accedo eatenus, ut negem titulum hunc, quod fuit qui diceret, septimo ante Christum saeculo scriptum esse: spoliū tamen ficticiū non ausim pronūciare. Sero enim illum Megarensium thesaurum conditum esse, et operis ratio docet et Pausanias significat verbis lacunosis: τὸν δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ Θεσαυρὸν ἔτεσιν ὕστερον ... τῆς μάχης ἐποίησαν οἱ Μεγαρεῖς: tum igitur, quum thesaurum dedicarent Megarenses, potuerunt etiam Argivi spoliū inferre sive ex illa remotae aetatis pugna captum et domi servatum, sive alia

deinceps occasione de Corinthiis reportatum. Atque id quando factum fuerit, potest probabiliter definiri. Nam Pausanias postquam thesaurum diu post illam pugnam conditum a Megarensibus esse dixit, donaria ibi posita tamen ex multo eos tempore habuisse censet, quae quidem Dontas Dipoeni et Scyllidis discipulus Lacedaemonius fecisset: τὰ δὲ ἀναθήματα ἐκ παλαιοῦ σφᾶς ἔχειν εἰκός, ἃ γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος Δόντας Διποίου καὶ Σκύλλιδος μαθητῆς ἐποίησε. Dipoenum et Scyllidem circa Olymp. 50. vixisse, et ex Plinio constat et potest ex pluribus in artis historia indiciis colligi: igitur Dontas floruerit circa Olymp. 60. et ponitur fere hac aetate etiam ab artium scriptoribus. Iam vero Pausanias, ut opera illa antiquiora haberet, videtur eo inductus esse,

quod Dipoenum et Scyllidem perperam Daedali Attici, qui in Creta vixisse aliquamdiu fertur, discipulos esse putavit (II, 15, 1. coll. III, 17, 6.); ut proinde Megarenses vel ante victoriam de Corinthiis illa donaria habuisse statuatur. Quod quum vanum sit, vana est etiam de illorum operum antiquitate suspicio. Et omnino Pausanias in temporibus computandis plus semel falsus est. Potius qua aetate Dontas donaria fecit, ea conditus thesaurus est: tum probabile etiam Argivorum hoc donarium illatum esse. Igitur inscriptionem circa Olymp. 60. posuerim: quamquam res non plane certa, quod etiam alia occasione captum hoc spoliū esse de Corinthiis potuit, non in sola illa Megarensium et Argivorum victoria.

30.

In alius cassidis in Alpheo repertae dextera parte. Misit Rosius.

ΙΕ ΝΟΜΟΝΥΝΡΖΟ

Ζηγὸς Ὀλυμπίου. Galea fuit votiva.

31.

In parva galea votiva prope Olympiam reperta, apud Leakium. Ed. Walpol. Travels p. 597. n. 62.

ΥΦΘΣΕΟΓΑΜΣΟΙΟΘ

Litterae tres ultimae dubitationi obnoxiae sunt. Κοῖός (vel Κῳός) μα πῆγε φυ... Prima vox non ethnica denominatio videtur ab insula Co, sed proprium nomen. Μα p. με plane novum, ut κα p. κε apud Ae-

les et Dores. Tertia a fine littera manifesto Θ est. Ethnicum latet fortasse in ultimis litteris, ut positum fuerit, sicut num. 25. ubi v. nott.

32.

In lebeate abeneo septem pollices alto et sedecim in diametrum habente, ex sepulcro Cumarum Magnae Graeciae urbis; in Museo Knightiano. Inscriptio Diar. Class. T. I. p. 329. edita litteras habet similes atque num. 29. sed parum accurate ibi descriptas; eae acuto scalpro incisae perfecte conservatae sunt, ut nullus coniecturae locus relictus sit.

ΕΠΙΤΥΙΣΟΝΟΜΑΣΤΟΤΟΦΕΙΡΙΛΕΟΑΘΛΟΝΕΘΕΦΕΝ

Litteras credo esse has: Π, Ν, Μ, Φ Koppa (non Φ) et Θ (non Θ), item non D sed P, brevior tamen inferiore lineola et arcu latiore; et de Φ ac D id ipsum patet ex editoris explicatione: Ἐπιτύϊς Ὀνομάστου τοῦ Κεϊρίλου ἄθλον ἔθηκεν. Itaque pro Φ, Θ, D, quae in Diar. class. sunt, dedi ea, quae dixi. Quum autem in eodem sepulcro aliud vas eiusdem generis ibidem nunc extans inventum sit, idque maius, in cuius operculo viri quattuor nudi currentes, dum quintus in medio stans iudicis videtur munere fungi, rudi omnes et prisca fabrica: editor ambo haec vasa victoris stadiodromi praemia fuisse colligit, et prius quidem datum esse a mu-

liere, cuius nomen Epithyis fuerit, viduā Onomasti Cirilae f. quae id in funeralibus mariti praemium proposuerit; et esse ea vasa una cum victore humata. Quodsi doctus ille vidisset, hexametro heroico conceptam hanc inscriptionem esse, paulo aliter iudicaturus fuisset. Qui quo iure primum T pro Θ positum putet, non video, quum Θ bis scriptum in titulo sit: igitur certe Epityis nomen fuerit. Attamen ante nomen potest ἔπ' aut ἔπι fuisse: tum Τύϊς potius nomen erit, vel si ἔπ' esse statuas, Ἴτυϊς, quod simile est aliis nominibus, qualia *Ity* et *Itylus*. Mox manifestum est ὀνόμαστο ex nota dialecto p. ὠνόμαστο: deinde τὸ Κεϊρίλεω ἄθλον ἔθηκεν.

Iam ubi nomen eius, qui hoc loco memoratur, Epi-tyis fuisset, nescio cur insolentius *ὀνόμαστο* positum esset; poterat enim sine detrimento versus *ὄνομ' ἐστὶ* scribi: quapropter *Tyin* vel *Ityin* nominatum puto. Ex quibus illud delegi, etsi hoc quoque statui potest; in quo nomine quod complendi versiculi causa ab initio aliquid addendum fuit, quale est *ἐπι*, eam ob causam *ὀνόμαστο* verbum electum est. Lege igitur:

Ἐπὶ Τύϊς ὀνόμαστο· τὸ Κεῖρῖλῳ ἄθλον ἔθηκεν.

Nominatus erat Tyis; Cirilai praemium certaminis posuit. Recte opinor haec vasa praemia victoriarum visa sunt: moris enim fuit lebetes et aerea vasa praemia vincentibus dare; v. Dissen. Explicatt. ad Pind. p. 486. et nos ibid. p. 175. Videtur autem athlotheta in Italicis his ludis, et aliquando etiam aliis locis (v. ad num. 33.), hoc iuris habuisse, ut ipse aut se aut nomen suum in vasculo *ἐπάθλῳ* repraesentaret: hinc in altero illo vase praeter cursores ipse athlotheta in media stat parte: et in hac inscriptione nomen suum et munus proficitur, *Tyis vocatus sum: in Cirilai ludis athlotheta fui.* Quae vasa ex diversis fortasse ludis reportata victoris sepulcro illata sunt, ut vasculum victori Athenis datum num. 33. Victor autem ille cursor Cumis sepultus probabiliter Cumanus fuit: nec tamen ideo vasa Cumana sunt: apportaverat illa ex iis, ubi vicerat, locis. Igitur quaeritur, ubi fuerit ille qui *Κεῖρῖλῳ ἄθλον ἔθηκε*: de viro enim agi athlotheta non dubito; nec post ea quae dixi, de vidua Onomasti Cirilae f. quisquam cogitabit. De iis igitur ludis accipe coniecturam meam. Heroibus passim sunt ludi funebres habiti, maxime cursus certamina, ut in funere Peliae, Thoantis Lemni regis, Patrocli, aliis: qui mos vel ad Romanos milites transiit in funebribus sollemnibus apud tumulum decurrentes. Sic et Nemea et Isthmia dicuntur ab initio fune-

ralia sollemnia fuisse. *Κεῖρῖλῳ* igitur heroem statuo alicuius Italicae urbis, quae Graeca colonia fuerit. Neque ut eam quaeramus, longe abeundum: in eadem, qua Cumae, ora prope Pandosiam in Bruttis, haud longe a Lucanorum finibus sunt Cerillae, Straboni *Κηρίλλοι*, de quibus vide Cellar. Geogr. ant. T. I. p. 730. Ut vero unaquaeque prope urbs ab heroe cognomini, ut ipsae in ea regione Baiae a Baio denominatae feruntur, ita probabile est *Κηρίλλους* a *Κηρίλλῳ* heroe nomen habuisse secundum fabulas: *Κηρίλλος* autem idem qui *Κεῖρῖλῳ*. Nam *η* et *ει* variant in dialectis, ut Boeoti *Εὐμήλον* dicunt *Εὐμείλον* et cetera ad eundem modum: quod genus Aeolismi potuit etiam in ea Italiae ora non inusitatum esse. Sic ex *Κηρίλλῳ* fit *Κεῖρῖλῳ*. *Κεῖρῖλῳ* autem idem atque *Κεῖρῖλας*, pro quo *Κεῖρῖλῳ* notissima forma. Sic *Χαρίλαος* et *Χαρίλλος* Spartanorum rex idem est. Huic igitur Cerillo s. Cirilao ludos Cerillis celebratos iudico, ex quibus stadii praemium lebetem Cumanus ille victor rettulerit. Postremo ne quis in producta prima syllaba voculae *ἐπι* haereat, notus est Homeri usus:

ἐπίτονος βέβλητο, βόος ῥινόιο τετευχώς:

neve putes in composito tantum id licuisse, etiam in simplici haec productio praepositione non est inusitata, ut *Iliad.* γ, 358. et saepius:

διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαινήs ἀβριμον ἔγχος.

Τύϊς autem ultimam producit, ut *ὄρνις*. Igitur ut tribus verbis omnia complectar, quum Cerillis ludi agerentur in honorem Cirilai, athlotheta fuit Tyis; is praemium victoriae ex more lebetem proposuit, suo et nomine et munere inscripto: eum vero lebetem Cumanus cursor praemium accepit victoriae, et in ipsius sepulcro cum corpore condiderunt propinqui.

33.

In vasculo Athenis ante portas Hippades reperto, quod describit Fauvel. Mag. encycl. a. XVIII. (1815.) T. V. p. 363. et Dodwell. Itin. T. I. p. 457. ex quo scripturam delineatam dedi. Etiam Clarkium Itin. Vol. VII. in Praefatione inscriptionem hanc cum notis Knightii et Blomfieldi praeuisse lego: sed in ea, qua ego usus sum, Clarkii editione quaternis excusa non reperitur. Habet praeterea Walpol. Mem. p. 453. iterumque de ea disputat in altero libro *Travels* p. 597. n. 63. Vas ipsum nuperrime edidit Millingen.

ΙΜΕ:ΗΟΝΟΑΗΘΕΗΘΑΗΟΤ

Ἐπὶ τῶν Ἀθηνέων ἄθλον εἰμί. De scriptura EMI vide ad Sig. Inscr. et ad basin Deliacam. *Ἀθηνέων* mihi non persuadeo esse *Ἀθηναίων*, quod plurimis placuit. Reperiuntur sane talia in aliquot inscriptionibus Atticis, ut *Ἀλκμεωνίδης* in Marm. Sandwic. et in catalogo militari funebri; non tamen hoc sine causa fit. Nempe ubi ex usu corripiebatur diphthongus *αι*, transibat etiam in *ε*, quod fit in voce *Ἀλκμαίων*. Timocles comicus ap. Athen. VI. p. 223. c.

ὁ νοσῶν δὲ μανικῶs Ἀλκμαίων' ἐσκεψάτο.

INSCR. GR. VOL. I.

Epigramma apud Sueton. Ner. c. 39.

Νέρων, Ὁρέστηs, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι.

At in voce *Ἀθηναίων* factum esse ut penultima corripieretur, vix crediderim, nec ullum potest eius rei argumentum afferri, etsi supersunt multa in aliis vocibus eius correptionis exempla, ex quibus aliquot collegi in Plat. Min. p. 191. Quae vero de permutatione vocalium AI et E satis nota afferuntur, non sunt sine iudicio antiquae huic Atticae inscriptioni adhibenda: in quibus illud miratus

G

sum apud doctos fidem invenisse, quod in Oropio titulo aliquot ante Christum saeculis scripto dicitur esse KE APΓYPON KE ETEPA AΣHMA: secus esse accuratum me eius inscriptionis apographum docuit, in quo constanter est καὶ saepissime rediens. Et quid lucrabimur genitivo Ἀθηναίων? Si est *Atheniensium*, nihil profecto: aequè bene, immo melius Ἀθηναίων dici potuit. Si Ἀθηναίων dices festum designare, debebat esse Παναθηναίων: nisi quis hoc vasculum putaverit Thesei aetatem superare. Apage igitur has sordes: Ἀθηναίων est Ionicum, sive mavis vetustissimum Atticum. Vasculum ipsum fictile unius pedis et dimidii altitudinem habet; in altera parte cernitur Minerva stilo antiquo delineata, clypeum habens, in quo delphinus: quo designatur Ἰππία: in altera est biga et auriga bigae insidens: inscriptio ex superiore parte descendit deorsum. Manifesto est praemium in ludis Atticis victori curuli propositum, quod illi oleo Panathenaico plenum dabatur: igitur eo optime usus est Dissenius meus ad explicandum Pindarum Nem. X, 34. ubi plura vide p. 468. Idem coniecit etiam vasculum ap.

Walpol. Mem. p. 322. ab Aberdeeno Athenis re-
pertum illorum ludorum praemium fuisse: insunt
duo equi et inscriptio Κέλῃτι Δαμοκλίδας, quippe
quam victor appingi curaverit. His haec addo.
Constantinopoli olim fuit vas fictile, cuius inscrip-
tio suo a me loco reponetur: Ἀγασίας ἀρχων τῶν
Ἀθηνῶν ἀδελφῶν: unde conicias Byzantii aliquo tem-
pore, quum id Athenienses obtinerent, Atticos lu-
dos celebratos esse et fictile vas praemium datum;
inscriptus autem athlotheta est, qui praemium pro-
posuit, ut num. 32. Aliud fictile vas Atticum ap.
Dodwell. l. c. Victoriae et Iovis nomina cum figu-
ris offert; hoc quoque, quo Cimonis cineres con-
ditos fuisse quidam finxit, victoris praemium fuit,
haud dubie in Atticis Olympieis, de quibus v.
Corsini Diss. agon. I, 13. Postremo Athenis in
gymnasio monumentum fuit cum inscriptione ἐπὶ
Θέωνος ἀρχοντος etc. (v. Att. Agonist.): ibi quoque
insculptum vas olearium cum oleae fronde. Plura
de more oleum in Panathenaeis dandi v. ap. Corsin.
F. A. T. I. p. 30.

34.

In anaglypho marmoreo ex Peloponneso, ut dicitur, allato, Wiltoni prope Sarisberium in Museo Pembrokiano. Edidit Ios. de Bimard la Bastie, qui delineationem a Montfauconio acceperat, et commentatus est Thes. Murat. T. I. p. 35-48. Inde petierunt Benedictini Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. (cf. p. 631.). Habeo etiam ex schedis Spikeri et Mülleri, qui Wiltoni transcripserunt. Eae consentiunt cum apographo Bimardiano, nisi quod inter Δῖ et ἐπὶ interpunctionem praeberunt, quam recepi, et alia nonnulla, quae ex his correxi: de quibus statim dicitur.

ΜΑΝΘΕΟΣ: ΑΙΘΟΥ: ΕΥ
:ΙΓΕ:ΙΙΔ:ΙΕΤΡΙΔΑ Χ
ΝΙΚΕΙ ΠΕΝΤΑΘΛΟΥ:
ΣΟΔΙΑΠ

Litterarum formae prope omnes satis antiquae sunt, A et Δ obliqua, E ut plurimum caudatum (neque enim in hac re plane constabat usus), Σ, R angulare secundum Bimardum et Spikerum (Müllerus P); Lambda est prope orientale, ut in altera Pembrokiana num. 38. quod quum in his duabus inscriptionibus solis reperiat, videtur loci, ubi ambae inventae sint, consuetudini tribuendum: nisi utrumque titulum fictum ab eodem homine dices. Contra M est vulgare; N in Bimardiano exemplo variat, quum vs. 1. vetustum sit (ubi tamen Spikerus M), sed vs. 3. Bimardus vulgarem praebeat formam: at etiam hic nunc ex Mülleri delineatione N ad vetustiore formam adduxi propius: neque in exiguo, quod superest, discrimine haeserit peritior

quisquam. Θ est omnibus locis, etsi in prima voce Müllerus Θ, reluctantibus Bimardi et Spikeri apographis; ultimo loco pro Bimardiano O dedi Θ ex Spik. Müll. Y est vulgare: X incurvatum ex Bimardi exemplo retinui. Ceterum Bimardus litterarum fines sive apices nimium praecisos praebebat: quod ex reliquis exemplis correxi. Quae quum ita sint, in litteris nihil invenio, quod cum scripturae βου-
στροφηδὲν antiquitate non conveniat: nam ipsum etiam M satis antiquum esse docet num. 16. ubi vel N vulgare est: Y autem in optimis inter pri-
scos titulis habes. Sed OY bis, idque in terminatione obvium, quod nonnisi num. 20. in titulo obscuro habes, haud caret offensione: quod Athenienses aliquot demum post centesimam Olympia-

dibus receperunt, ne tum quidem, postquam Ionica litteratura apud ipsos invaluerat, omisso O pro ου: nisi quod in certis vocibus, ut in οὔτος, antiquius est OY. Nec Lacones Euclidea fere aetate OY scripsisse, probabile reddit decretum adversus Timotheum Milesium, etiamsi non genuinum est, certe antiquum. Nihil moror nummum Macedonicum argenteum cum inscriptione ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ (Eckhel. D. N. T. II. p. 83. ex Mem. Acad. Inscr. T. XXIV. p. 48.), qui Alexandro Amyntae f. tribuitur, Pindari aequali: nam largiar in Macedonicis nummis OY potuisse prius receptum esse, quod Macedonibus Graecae linguae minus assuetis succurrendum erat: quod potest etiam Archelai nummis OY habentibus (Eckhel. p. 85.) accommodari: etsi in plurimis illius Alexandri et Archelai nummis O est pro OY. Porro in nostro titulo pro η in voce νίκη est α: sed hoc etiam Athenis aliquot post Euclidem saeculis haud rarum: nec quisquam Benedictinis, malis sermonis iudiciis, crediderit legendum νίκαι a recto νίκας: quod vocabulum reliquae tituli dialecto prorsus vulgari non convenit. Interpunctio est etiam in fine versus, in num. 4. 11. immo num. 8. vel initio versus reperitur, quod magis mirere. In nostro vero titulo singulae voces punctis divisae sunt; quae nimia cura potest videri eius aetatis esse, quae grammaticarum rationum non ignara fuerit. Utut est, si marmor hoc, ut tradit Iac. Kennedy (Description of the Antiquities and Curiosities in Wiltonhouse, Sarisber. 1769. 4. Praefat. p. XXVI.), ex Peloponneso allatum erat, de quo cur dubitem non habeo; quis tandem ea aetate, cui id Bimardus assignat, Pindari et aequalium, in Peloponneso arbitrabitur titulum vulgari sermone conceptum esse? Aeolice tum ibi vel Dorice et loquebantur et titulos soluta oratione scriptos componebant: vix Olymp. 100. communi usi dialecto fuerint, quae a Philippi fere et Alexandri Macedonum tempore vulgata est. Sed in hoc titulo nihil quidquam vetustae vel Doricae vel Aeolicae orationis vides: omnia vulgaria. Quod si cum insolito litterarum OY usu composuerim, prorsus ita iudico, novicium hunc titulum esse, simulatamque ut num. 25. et in aliis antiquitatem: in vetusto certe ΑΙΘΟ, ΝΙΚΑΙ, ΠΕΝΤΑΕΘΛΟ, alia expectaveris. Anaglyphum quidem stili vetustissimi est, qui Müllero iudice fuit ante Phidiam: repraesentatur autem, sculpturâ non admodum altâ, ad sinistram Iuppiter barbatus, cuius caput aliquo videtur ornamento redimitum, non tamen diademate tam distincto, quale est in Bimardiano aere; dextera manus solio, cui insidet, applicita est; in sinistrâ porrectâ aquila sedet, columbae tamen quam alitum reginae similior: ante Iovem tripus, imposito receptaculo, ut videtur, suffimentorum: iuxta tripodem ahenum adstat, in quo manus lavat athleta imberbis nudus, utpote sacra mox Iovi facturus: in medio spatii superiore extat inscriptio. Quae rudius in Bimardiano exemplo expressa accurate delineavit Müllerus. Cui ut concedam stilum esse

priscum eumque purissimum: tamen vide ne ipsum quoque anaglyphum ad antiquioris exemplaris formam recentiore aetate factum fuerit.

Nondum attigi eam, ad quam nunc pervenio, Maffei suspicionem, quam Villosino Anecd. T. II. p. 169. persuasit, fraudulenta manu suppositum hoc marmor esse. Ad quam quum Villosinus nihil attulerit novi, sufficit Maffei apposuisse verba Mus. Veron. p. CCCCX. repetita a Donato Praef. Thes. Inscr. T. I. p. XIX. „Recenti admodum foetura,” inquit, ea epigraphe „in lucem prodit; ficticia siquidem et commenticia est. Parisiis degebam, quum doctissimo P. Montfauconio accidit, ut chartam monumentum illud exhibentem ianuae suae repagulo insertam summo mane deprehenderet. Quisnam obtulisset, numquam rescire potuit. Adnotatum erat, in Anglia lapidem adservari; sed quo in loco, et apud quem, vel a quo id requiri posset, minime indicabatur. Londini, Oxonii, Cantabrigiae ego quidem qui de illo audierit, inveni neminem. Montfauconius, quae sua humanitas erat, scriptam βουστροφιδὸν depictamque chartam ostendit mihi: dedi statim operam, ut illi de lusu et de figmento constaret; nam litterarum formae aspectu vario dissidebant a se ipsis, et discordabant. Litterae in tabula typis data aliquanto aptius comparent, sed Α tamen et Δ nullius ferme alphabeti sunt. Puncta ad versuum finem nec Sigea nec Parisiensis (Nointeliana) habent, nec vetustissimae aliae. Figurae, prisci operis larvam imperite omnino inducere occultum luserem voluisse, patefaciebant. Quicumque priscis anaglyphis assueverit, Iovem ridet prope imberbem capite inusitate ornato, et avem in vola manus sive supra digitos habentem: ridet vas in medio miro fulcimento innixum, et hominem nudum in conspectu Iovis manus, ut videtur, abluentem. Inscriptionis haec est locutio: Μάνθεος Αἰδοῦ εὐχαριστεῖ Διὶ ἐπὶ νίκη πεντάθλου παῖδος. Mantheus inauditum nomen est. Mantian Diodorus habet et Demosthenes; Mantin Parisiensis tabula: quae quum παντρία procrearit nomina, ὁ litteram assumere numquam possunt. Prisca Graecorum nomina voces fuere significatione praeditae: quid autem significabit Μάνθεος? Quod subsequitur pariter nomen umquam videre non memini. Εὐχαριστεῖ Διὶ ἐπὶ νίκη, non donum dat, ut cl. Bimardio visum, sed gratias agit pro victoria, procul dubio valet: eo autem sensu ab antiquis ac probatis auctoribus adhibitum non fuisse verbum Bimardius fatetur ipse et ex veteribus grammaticis scile adnotat. Πεντάθλου παῖδος reddit Bimardius pro victoria quinquertio puerili; reddenda potius videntur, pro filii victoria in quinquertio: ita ut Manthei filius victor in pentathlo fuerit. At quatenam haec aut Graece aut Latine loquendi formula νίκη πεντάθλου παῖδος? victoria pentathli pueri?” Sed paucis dilui hae criminationes possunt. Festinantem illum peregrinatorem, qui Montfauconio inscienti obtulit monumenti delineationem, satis tuentur, qui id monumentum Wiltoni asservatum viderunt, Iac. Kennedy (lib. cit. ibid. et p. 105.), Dallaway (Anecdotes of the arts in England, Lond. 1800. p. 268. et in

translatione Millini: Les beaux-arts en Angleterre T. I. p. 303.), qui etiam suspicionem de veritate inscriptionis tetigit, Spikerus, Müllerus. In litteris vero nihil reprehendi potest; ut editae in tabula sunt, ita Spikerus et Müllerus suis apographis repraesentant, eatenus consentientes, quatenus consentiri potest in veteris lapidis lectione. Nec formae inter se dissident magis quam solent: A et Δ formas habent aliunde satis notas: A saepius tale vidimus, Δ potissimum num. 8. 16. Interpunctionem in fine versus defendi iam supra. In anaglypho quae Maffeiio displicent; partim male delineata apud Bimardum sunt: iustiore barbam, non tam distinctum diadema, sed quiddam laureae similis Müllerii charta offert. Quidni vero manus laet ad sacra accessurus? In tripodibus autem Müllerus, qui ipse binas de tripodibus dissertationes edidit, nihil vidit suspecti: et in eius iudicio stilum antiquissimum dicentis acquiesco; is enim vidit opus, Maffei non vidit. De hoc uno mihi non constat, numne aliquid instauratum et emendatum in anaglypho sit: adrasum enim lapidem esse Müllerus notat. In Graecitate quae Maffei arguit, etsi Villosino idonea visa sunt, quibus demonstraretur verba ne Graeca quidem esse, tamen ea nullius plane momenti iudico. Beatum dixerim, qui omnia norit Peloponnesiaca nomina; sed ex uno Pausania tot possunt Peloponnesiorum nomina colligi, quorum nullum queat aptum etymon ex ea, quam novimus, Graecae linguae conformatione reddi, ut in Μανθέου et Αἰῶου nomine explicando non haerendum sit. Attamen si de etymo quaeris, Αἰῶος cohaeret cum voce αἰῶω, unde adiectivum αἰῶός, a quo proprium Αἰῶος, ut ὀνομαστός Ὀνόμαστος: Μανθέος autem ex syncope Peloponnesiis valde usitata (v. ad num. 11.) videtur esse pro Μανίθεος, Μηνίθεος. Vocem εὐχαριστεῖν paulo post explicabo et defendam. Neque, ut Maffei vult, ἐπὶ νίκη πεντάθλου παιδός est pro filii victoria in quinquertio, nec Graeca illa formula vituperio obnoxia est. Victor ipse εὐχαριστεῖ, athleta puer imberbis, qui sacra factururus repraesentatur: si pater pro filio hoc donarium obtulisset, dici debebat ἐπὶ νίκη υἱῷ παιδός πεντάθλου, et addendum filii nomen erat. Accuratissime Graecum est νίκη πεντάθλου παιδός: qui enim in eo ludo certant, sunt πένταθλοι παῖδες: igitur qui vincit, vincit πένταθλος παῖς, estque victoria πεντάθλου παιδός. Quapropter quum vana omnia Maffei argumenta sint, ex illius quidem rationibus non est, quod ei, qui hoc marmor primus protulit, sive Pembrokio sive quisquis fuit, falsarii inuramus notam. Si quid tamen est, quare de veritate tituli dubitandum, ex adraso lapide argumentum petendum et ex suspitione de altero Pembrokiano simili, quae non improbabilis est (v. ad num. 58. extr.), postremo ex sublesta fide unius et alterius Pembrokiani monumenti (v. exemplum in Smyrnaeis, ubi de imagine Ammonii): sed demonstrari recta via nihil potest.

Sententia haec est: *Mantheus Aethi f. gratificatur Iovi pro victoria quinquertionis pueri, quum*

quippe Mantheus inter pueros vicisset quinquertiones. Satis dixi de reliquis; superest ut de verbo εὐχαριστεῖν exponam. De cuius potestate quum dubitatum sit, accuratius vocis significationes distinguam. Harum ea, quae ex Atticismi usu maxime probatur, est χάριν δίδοναι, gratificari; altera est gratias vel habere vel referre (haec enim non accurate distincta in illo vocabulo sunt), quam grammatici non probant: tertia est gratias agere verbis, quantum constat, inde a Polybio; et quartam addere licet gratias vel referre vel agere et referre gratificando. Quae notiones quomodo in una coniunctae sint, nihil attinet exponere. De prima et secunda grammatici, Phrynichus: εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν (significatu gratias habendi et referendi), ἀλλὰ χάριν εἰδέναι, ubi multa annotat Lobeckius, quorum partem sciens omitto. Herodianus p. 441. εὐχάριστος ὁ ἐπὶ χάρις, οὐχ ὁ ἐπιδιδούς τὴν χάριν (gratiam referens). οὐδὲ γὰρ εὐχαριστεῖν λέγουσιν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι. Pollux V, 140. φιλόδωρος δὲ καὶ εὐχάριστος (libenter gratificans, munificus). ἐπὶ γὰρ τούτῳ τάττεται τὸ νόμα, καὶ εὐχαριστεῖν ἐπὶ τῷ δίδοναι χάριν (gratificari, χαρίζεσθαι), οὐκ ἐπὶ τῷ εἰδέναι. Quod Bimardo observante confirmat Harpocratio p. 95. Blancard. ubi notat oppositum ἀχαριστεῖν Antiphontem dixisse pro μὴ χαρίζεσθαι. Nec tamen altera illa significatio gratias habendi vel referendi aut non antiqua aut non Attica est: hac vi εὐχαριστεῖν dixere Chersonesitae ap. Demosth. de cor. p. 257. 2. et εὐχαριστίαν (gratum animum et beneficii memorem) diu ante Polybium (VIII. 14, 8.) Byzantii et Perinthii ap. Demosth. ib. p. 256. 19. neque Atticis hoc prorsus incognitum fuisse docet adiectivum εὐχάριστος. Nam ap. Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 49. hominem dicit aliquis εὐχαριστότατον, ὅτι εὗρε τοὺς ἐπαινουμένους ὑπὸ τίνος ἀντεπαυῶντας τοὺτους προθύμως, τοῖς χαριζομένοις πειρωμένοις ἀντιχαρίζεσθαι: quid est enim τὸ ἀντιχαρίζεσθαι nisi gratias referre? Igitur εὐχάριστος est qui gratias refert, alia vi atque ap. Herodot. I, 52. extr. et Xenoph. Cyrop. II, 2, 1. ubi est idem quod εὐχάριστος, gratiosus, acceptus, iucundus. Tertia potestas gratias verbis agendi est apud Polybium in formulis εὐχαριστεῖν ἐπὶ τινι et περὶ τίνος XVI, 25, 1. XVIII, 26, 4. XXX, 11. 1. et apud alios, de quibus v. Lobeck. l. c. Quarta gratias referendi simul et agendi gratificando cernitur in donis et sacrificiis, quae diis offeruntur: in quibus et aguntur gratiae et referuntur diis, gratificando iis ea, quae ipsis accepta sunt. Hinc εὐχαριστήρια θύειν τοῖς θεοῖς τῆς εὐροίας ap. Polyb. V, 14, 8. θυσιάαι εὐχαριστήριαι ap. Dionys. Archaeol. X, p. 643. Nec scio quo iure haec vocabuli vis possit novicia haberi, quum eius notio elementa prope omnia iam in antiquiore vocis usu deprehendantur, una excepta gratiarum verbis agendarum notione. Sed pro re nata etiam excludi alterutra notio potest, vel agendi vel referendi gratias. Et docebo nunc in nostra inscriptione εὐχαριστεῖν continere notiones gratificandi et gratias referendi, quas antiquas fuisse demonstravimus, coniunctas, exclusa notione gratiarum verbis agenda-

rum, quae novicia putatur. Primum autem teneas, inscriptionem non ideo appositam esse, ut actio in anaglypho repraesentata explicaretur, quasi dicitur: Hic designatus est Mantheus, qui Iovi εὐχαριστέῃ: sed anaglyphum donarium Manthei esse dicitur; hoc vult inscriptio, nec quidquam aliud. Attamen etiamsi priorem, quam reieci, sententiam adoptaveris, de gratiis agendis nihil inest; non enim agens gratias repraesentatur Mantheus, sed referens oblato sacrificio Iovi grato. Sed, ut dixi, aliud vult titulus, *donarium hoc*, non in donario repraesentatum sacrificium, a *Mantheo oblatum esse*: in quo exclusa prorsus gratiarum verbis agenda- rum notio est. Poterit igitur εὐχαριστέῃ esse *gratias refert*, eo usu, quem antiquum esse docuimus, aut *gratificatur, dono dat* (χαρίζεται), quae verbi vis a grammaticis maxime probata hoc quoque loco a Bimardo praelata est. At inanis est inter has notiones hoc certe in loco distinguendi subtilitas. Nam gratias deo dum Mantheus refert, simul eidem gratificatur; ac dum gratificatur et donum offert pro victoria, simul refert gratiam: concurrunt notiones, neque ipsa re nec cogitatione diversae sunt; quae ipsa causa est, cur eodem exprimantur vocabulo. Ceterum huius verbi εὐχαριστέῃ usus, pro quo solet ἀνέθηκε vel ἀνέθηκε χαριστήριον (Gruter. p. LXXV. 7.) vel aliud simile dici, non praesenti sed aoristo usurpato, in nulla alia deprehenditur inscriptione: quo argumento uti poterit, qui titulum censeat subditiciu[m] esse. Equidem dubitare quam certum iudicium pronunciare in re tam ambigua praefero.

De aetate tituli quae ex scripturae stilo collegit Bimardus, inutilia et pravis suffulta argumentis sunt; sed recte idem docuit, de Olympica vi-

ctoria cogitari non posse; quippe nunquam Olympiae pueri pentathli prodierunt, nisi Olymp. 38. victore tum Eutelida Lacedaemonio (Pausan. V, 9. VI, 15.). Igitur Nemeaeam censet victoriam Mantheo contigisse, quod ex quattuor sacris ludis praeter Olympica nonnisi haec Iovi sacra sunt: at non cogitavit, plurimos alios in Graecia ludos Iovi celebratos esse, Athenis Olympica, Lycaea in Arcadia, Pellanae Achaicae Iovialia (Δῖα): et licet marmor ex Peloponneso allatum dicatur, quis spondeat puerum in Peloponneso vicisse, non extra Peloponnesum? Potuit enim domi in Peloponneso pro victoria alibi parta Iovi donarium dicare. Concedam tamen Nemeaeam victoriam fuisse. At longa de Nemeadam initio et de tempore, quo in Nemeis pentathli pueri primum admissi sint, disputatione nihil proficit Bimardus, nisi quod hoc Pindari aetate factum est, qui Nem. VII. Sogenem Aeginetam, puerum pentathlum celebrat, ubi v. Schol. init. Retractavit hanc de Nemeadam computo quaestionem Corsinus Diss. agon. ubi p. 53. ed. Florent. Manthei victoriam fortasse Olymp. 79, 4. accidisse coniicit. Sed fallaces eius quoque rationes sunt. Certior Hermannii sententia, quam ab illo mecum communicatam Disenius Explicatt. Pindar. p. 416. proposuit. Secundum illum igitur puero- rum pentathlorum certamen Nemeae institutum Nem. 53. est, et Nemeade insequenti vicit Sogenes; ac Nem. 55. est Olymp. 79, 2. ut Sogenes vicerit Olymp. 79, 4. Igitur si modo Nemeae victor Mantheus fuit, nec primus vicit, quod nemo affirmare ausit; non vicit ante Olymp. 80, 2. Sed per me licet quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus victor fuerit.

35.

Ex schedis Fourmonti, ubi lemma: „ἡ Γουδένη in ecclesia τῆς Παναγίας prope fontem,” inter Laconicas.

ΖΑΔΙΥΔ ΤΥΔΔ
Α?

Prior vox videtur esse Εὐγενίδας, et praemisso per crasim καὶ, Κεὺγενίδας. Fragmentum est.

36.

In basi quattuor pedes alta, flavo colore picta, marginibus rubris, Athenis prope portam Dipylon eruta, haec vox in binis lateribus scripta est litteris tres pollices altis (ed. Fauvel. Magaz. encycl. a. XVIII. T. V. p. 362.):

ΘΕΝΙΡΟΞ

Σωσίνεω, genitivus a recto Σωσίνεως.

37.

Ex schedis Fourmonti; in ecclesia S. Nicolai τοῦ Βημοῦ, prope Phliuntem; fragmentum.

ΔΕΕΤΛΟΤΟΒΜΟΤΣΑΤΕΕΔ

Δέξεται τὸν ὄρκον. Nota Ξ, quod Ionico vulgo alphabeto tribuitur; id alia forma expressum habuimus iam in aere Petiliensi. De forma litterae Iota vide ad num. 3. O est vocalis: vide ad num. 14.

Pro priore M lege N; nisi malis τοὺς ὄρκους; tum M scribendum erit, ubi nunc M et N legitur. Φ fuit Koppa, sive hac ipsa forma, sive quod magis credo Q aut Φ.

38.

In ara rotunda Bacchica, anaglyphis priscae fabricae pompam Bacchicam exhibentibus insigni, Wiltoni in Museo Pembrokiano. Exhibet Murator. T. IV. Append. p. MCMLXXXIX. 5. sed minus recte; meliora apographa sunt ap. Iac. Kennedy Descript. of the Antiquities and Curiosities in Wiltonhouse p. 5. et in Archaeol. Britann. T. I. p. 155. Ex his adhibito simul Spikeri et Mülleri apographis hoc nostrum factum est.

ΜΕΛΠΟΜΕΝ: ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΑΓΛΑΟΜΟΡΦΟΝ:
ΒΑΚΧΕΥΤΟΡΑΙΑΝ ΘΟΚΑΡΕΝΟΝ

Litterae omnino vetustae sunt: N modo ad vulgarem formam, modo ad vetustam magis accedit: omnibus tamen locis dexter apex sinistro paulo est brevior, contra quam in apographis ap. Kennedy et in Archaeol. In iisdem est Θ; sed Spikerus Θ, Müllerus O; de Muratorio taceo, cuius nulla in his rebus fides; transversam lineam esse vix crediderim. Lambda dedi ex Mülleri et Spikeri apographis, de qua forma vide num. 34. Sigma illi simile est apud Kennedy et in Archaeol. Brit. Spikerus id ut ego paulo distinctius dedit. Ξ dedi forma I, quam diserte offerunt Kennedy et Pegge auctor dissertationis in Archaeol. Brit. et Müllerus; Muratorius Ξ, Spikerus Ξ, sed lineis horizontalibus media infimaque propioribus: quod praetulissem, nisi plurimorum obesset consensus: qui mihi probabile reddit in huius inscriptionis alphabeto I fuisse Ξ, ut pro Ζῆτα scriptum fuerit Z, quae forma alias recentior est. Sic V fuit olim pro X, deinde pro Ψ. Sed nihil est quod Pegge coniicit ante Simonidem I fuisse Ξ; in vulgaribus alphabetis I vel ante Simonidem Ζῆτα erat, et Ξ aut ΧΣ aut ΚΣ aut alio signo designabatur; siquidem probabile est Ξ non inventum esse a Simonide, sed ex reconditiori alphabeto petatum. Sic Ξ est num. 37. et + in aere Petiliensi et nummis. Ceterum in nummis I pro ξ admodum recens est. Vide Eckhel. Prolegg. T. I. p. CI. Ἡτα vocalem in voce ξανθοκάρηνον Spikeri praebet apographum; reliqui uno consensu E, quod convenit scripturae O pro Ω in prima voce. Universus titulus uno versu continuo aram cingit: interpunctiones Müllerus nullas, Muratorius et Spikerus inter voces

binas quasque habent; Kennedy et Pegge eas praebent, quas reddidi. De aetate nihil definio; prisca sane inscriptio videri potest et visa est Villosion Anecd. T. II. p. 169. Pegge eam circa Olymp. 50. ponit, sed fallaci vel potius nullo argumento. Verba sunt aperta: Μέλπωμεν Διόνυσον ἀγλαόμορφον, βακχεύτορα ξανθοκάρηνον, ex poeta petita, non tamen ex lyrico Doriensi, qui ξανθοκάρηνον scripsisset: ceterum numeri et verba poeticae dictionis sunt. Quodsi ex scriptore excerptus titulus est, etsi antiquum esse concedo, non tamen valde vetustum dixerim. Ludicrum extat et satis noviciū carmen, hymnus in Bacchum, in Anthologia ed. Iacobs. pr. T. III. p. 217. et in alt. T. II. p. 185. ubi quidquid in hac inscriptione inest, reperitur, vs. 1. 2. 3. 5. 15.

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύϊον, εἰραφιώτην,
ἀβροκόμην, ἀγροῖκον, αἰοῖμον, ἀγλαόμορφον,
βοιωτὸν, βρόμιον, βακχεύτορα, βοτρυοχαίτην,
διογενῆ, δίγονον, διδυραμβογενῆ, Διόνυσον,
ξυστοβάλον, ξυνόν, ξενοδῶτην, ξανθοκάρηνον.

Sed qui illa epitheta collegit sequioris aetatis scriptor, habet omnia ex antiquioribus poetis ad Nonnum usque: igitur dubitari non potest, etiam hunc titulum ex poeta ductum esse, fortasse antiquiore, unde illa epitheta hauserit Bacchici hymni auctor. Non tamen reticebo fuisse, quum mihi in hac inscriptione id accideret, quod Maffei in altera Pembrokiana, ut mihi ex Bacchico isto hymno fraude conficta videretur. In quo cuique suum relinquo iudicium, quum eiusmodi suspiciones vix possint ad liquidum perducere. Satis est ad eas digitum intendisse.

39.

Ad viam sacram Branchidarum (Geronta s. Jeronda) prope Miletum, in statua mulieris solio insidentis capite truncata, eaque stili antiquissimi, in dextero sellae latere. Misit Rosius et ex Leakii schedis Müllerus. Statua cum inscriptione edita in *Ioniarum Antiquitatum* ed. recent. T. I.

ΜΒΣΙΑΝΑΞΕΘΜ
 ΥΕΥΘΘΕΥΑΞΑΞ
 ΛΙΜΔΖΩΩΤΩΤ
 ΙΜΩΤΩ

Mülleri repraesentavi apographum accuratissimum, nisi quod ex Rosii apographo cetera vitioso lin. 1. litt. 2. dedi Θ pro Ω, et indidem apposui litt. 8. apicem superius extantem litterae Ξ, litt. 9. apicem formae Θ in dexteram procurrentem, lin. 2. litt. 1. in littera Ξ verticalis lineolae fines utrinque prominentes, lin. 3. litt. ult. alteram lineolam verticalem brevissimam. Forma elementorum vetus est, sed scriptura Ionica, quae Simonidea dicitur; vocales insunt Η (Θ) et Ω, et composita consona Ξ: βουστροφηδὸν tamen tum, quum Ionicae litterae vulgo usitatae essent, vix arbitror ex communi usu scripsisse Graecos, et videtur mihi haec scribendi ratio tam hic quam in Sig. Inscr. ex antiquioris temporis consuetudine de industria assumpta esse. Ceterum titulus potest Simonideam attingere aetatem; etiam Ξ tum iam notum fuisse docet Hieronis inscriptio: in nostro titulo id bis cernitur accurate expressum, minus distincte in tertia linea. Litterae a nobis repraesentatae in Ion. Antiqq. ita lapidis explent planum, ut a sinistra parte nullus supplementis locus relictus videatur; igitur haec dixeris verba esse: Μησιάνᾳξ ἡμέας ἀνέθηκεν ἅμα Σὺν τῶ- πάλλωνι. Nam lin. 3. ΙΜ fuit Μ: ΙΝ esse non potest; tum enim ΙΝ scribi debebat. Et Τ post ΩΩ debet in ΙΤ mutari, ne Ι desit: τῶπάλλωνι est crasis Ionica. Attamen verborum collocatio solutae orationi non est congrua; sunt fragmina versuum, ipsis docentibus numeria. Igitur in sinistra parte desunt

aliquot singulis versibus elementa. Pro insolito Μησιάνᾳξ non dubito fuisse Ἐρμησιάνᾳξ; cetera non licet exquirere; exempli causa tamen hunc apponam lusum, quo spatia prope aequabiliter explentur:

[Σὺν πᾶσι Ἐρ]μησιάνᾳξ ἡμέας ἀνέθηκεν
 [αὐτὸς ἀδελφεῖ] ἅμα Σὺν τῶπάλλωνι.

Sed ubi ea, quae supplenda iudico, scripta fuerint, difficile dictu: tamen aut falso in Ion. Antiqq. ea quae supersunt, integrum usque ad sinistrum marginem spatium occupant, aut quae perierunt, in alio scripta lapide erant. Quid si illi statuae alia a tergo iuncta erat, vultu averso, ut aversae illius latus sinistrum dextero adversae contiguum esset? Tum in illo incipiebat inscriptio, in hoc transiens: quae quum ad utramque statuum pertineret, in communi latere inscribatur, non in fronte alterutrius. Quid quod ἡμέας ad plures imagines pertinet? Neque enim crediderim ἡμέας spectare ad plures plane disiunctas statuas, quae in illa via sunt. Dicas quidem in femore statuae ibidem positae (v. Miles. Inscr.) esse inscriptionem, quae litteris βουστροφηδὸν scriptis exarata et ipsa erat, ex qua superest dictio τοὺς ἀνδριάντας: unde pateat, uni statuae inscriptum esse titulum ad plures pertinentem; sed quis ibi non plures statuas in una basi compositas fuisse spondeat? Utut est, titulum esse integrum non mihi persuadeo.

40.

Inter figuras Agamemnonis, Talthybii caduceum tenentis, et Epei, in anaglypho candidi marmoris, quod in rudibus antiquissimis in septentrionali insulae Samothracis parte repertum est, ex collectione Choiseuliana (Catal. Dubois. num. 108.) nunc in Museo regio Parisino (Catal. Clarac. num. 608.). Transcripsit Müllerus.

ΝΩΥΜΕΜΑΤΑ
 ΤΑΓΘΥΒΙΟΞ
 ΕΠΕ

Anaglyphi stilus est longe vetustissimus; litterae sunt mediocriter antiquae. In voce Ἀγαμέμνων Ω non plane perspicuum est, ut possit etiam Ο esse; in voce Ταλθύβιος Α mihi dubium; ni fallor,

fuit Α, ita tamen, ut media linea non horizontalis, sed obliqua esset. Ceterum situs litterarum non in omnibus vocibus rectus est, sed in prima et altera plus minus arcuatus.

41.

Carthaeae in insula Ceo, in marmore XXII pedes longo et prope IV pedes alto, in parte orientali moenium hodierni oppidi (Poles).
Edita inscriptio in *Ἑρμῆς λογίω* 1819. p. 56. Misit Bröndstedius.

ΟΡΑΝΟΣ
ΕΝΚΑΙΡΟΣ
ΣΤΕΝΗΡΕΙΟΣ
ΕΥΔΗΜΟΣ

Sunt mera nomina Οὐρανός, Ἐγκαίρος, Στενήρειος, Εὐδήμος. Litterae sunt Ionicae, nec admodum vetustae.

42.

Geraniae in Peloponneso, ex schedis Fourmonti.

ΧΝΟΑΔΑΞ

Χνοάδας. Vide ne pro ζ fuerit ζ. Est nomen proprium.

43.

Edidit Demetrius Petrizzopulus in libro: *Saggio storico sulle prime età dell' Isola di Leucadia nell' Ionio, Florent. 1814. 8. tab. II.*
Monumentum, ut ait p. 41. ipse possidet.

ΕΜΟΤΟΑΙΑ
ΡΕΙΘΑΑΤΟ
ΔΟΠΙΡΑΟ
ΟΑΡΑΕΙΜΕΑ
ΥΟΛΛΟΙΑΓ
ΟΤΑΙΡΟΛΕΙ
ΑΜΟΥΟΟΜ
ΤΕΙΜΜΑΤΕ
ΕΑΤΑΙΤΙ
ΜΤΟΙΛΕΥΑΤΗ

Diu me vexavit hic titulus et ipse obscurus et viri, qui eum publici iuris fecit, fide ambiguus: quem ego hominem quum omnium mortalium deprehenderim impudentissime mendacem, difficile dictu est utrum fabularum partem finxerit, ut huic

titulo, qui vere repertus fuerit, explicando sufficere videretur, an hunc quoque ipsum ut reliqua ementitus sit. Habet quidem haec inscriptio, quae se commendat, eruditionis speciem, quae Petrizzopuli superare insignem imperitiam videatur, qui homo, ut hoc uno utar exemplo, *Observationes et coniecturas in numismata quaedam, πάρεργον Laurentii Begeri*, p. 50. dicat numismata Papergorum illustrare (alcune antiche medaglie de' Papergi): sed elevata semel auctoris fide non audeo, quod iste protulit, genuinum habere. Et is quidem inscriptionem a. 1753. apud rudera moenium veteris Leucadis, prope locum Calterimi, repertam esse p. 41. affirmat; lapisne sit an aes, et quae eius mensura sit, non indicat; ipse eam minutissima hac, quam dedi, forma repraesentat. Eadem ubi interim latuerit, non dicitur; a. 1766. tamen eius interpretatione valde exercitum esse ingenium Odoardi Worthley-Montague, quo ille tempore ex Arabico itinere redux in insula Leucadia esset aliquot dies commoratus. Quod si alius diceret, crederem; at Leucadio isti viro doctissimo nihil quidquam credi posse, post irritum aliquot dierum laborem sero intellexi. Equidem pro mea simplicitate eo usque, quo Petrizzopuli illius, posse cuiusquam

hominis impudentiam progredi, non arbitrabar: igitur quum res prope incredibilis sit, erit argumentis suis demonstranda. Etenim is hanc inscriptionem temporibus bellum Troianum antecedentibus vindicans haec habet de Nerico oppido ex Homericis noto p. 18. „*Era condotta questa colonia da Feronte, che fondato aveva il tempio di Apollo, sopra un altissimo e incavato dirupo di Leucadia, ed in un sito dell' istmo contiguo all' Acarnania (chiamata da Omero costa d'Epiro) avea fabbricato la città di Niricos, da lui così detta dal nome di sua madre. Di ciò l'Iscrizione alla Tavola II. con la maniera propria di quei tempi, ce ne ha conservate le memorie. Cagionerà forse un qualche dubbio il volersi ivi trovar Niricos, mentre non è individuata dal monumento. Schefferio con una tale denominazione ricorda la città edificata in quella circostanza. Ciò afferma dunque questo erudito o sull' appoggio di antiche notizie, oppure conosciute già le posteriori epoche delle fondazioni, e degli autori delle altre due città che comprendeva Leucadia, ed ha dovuto perciò dedurre, che Niricos, di cui non conoscevasi il nome, fosse la città da Feronte fabbricata.*” Et p. 22. „*Narra lo stesso Schefferio, che Feronte era il Capitano dei Leucadii, e da questi co' principali dell' Acarnania popolò la città di Niricos, ove stabilì la sede del governo di quelle regioni.*” p. 23. autem: „*Schefferio aggiunge inoltre, che Egilope e Crocileo, fratelli venuti da Corinto in Leucadia dopo Dolmone successore di Feronte, edificarono non lungi dalla spiaggia dell' Acarnania il primo la città di Egilope, il secondo quella di Crocilea, che vollero soggette al governo di Niricos.*” Quae inesse dicit Io. Schefferi libro, cui index: *De perantiquis Corinthiis διαγγραφοις*, Upsalae 1653. 4. Harum autem rerum auctoritates quum in veteribus scriptoribus nusquam repperissem, coepi Schefferi librum, ad quem saepius redit Petrizzopulus, studiosae quaerere: quem quum nusquam invenire possem, librorum Schefferi indicem, eius Lectionibus academicis seu Miscellaneis (Hamburg. 1675. 8.) additum consului: sed ibi quoque eius libri ne minimum quidem vestigium repperi, licet is non ita minutus ex Petrizzopuli auctoritate sit, ut mature potuerit perire: certe p. 36. eius operis pag. 62. assert, ut inde mendacia sua confirmet. Denique et ipse et amici, qui me in hac re adiuverunt, nihil quidquam de tali repperimus Io. Schefferi libro. Rursum p. 28. Petrizzopulus haec posuit: „*Il chiarissimo Gottlieb Wernsdorf dovendo scribere su i governi degli antichi popoli, cominciò dal notare, che il secolo di Licurgo è stato un secolo, in cui il desiderio della libertà animava i Greci ad istituire governi repubblicani. In questo lavoro, che suppone nell' autore una non ordinaria erudizione, ci fa sapere, che verso que' tempi in varie città della Grecia stabilirono governi aristocratici, così ha avuto luogo in quelle delle colonie, che cadatuna vi indica, e tra queste, dice, che tale fu il governo dei Nericù e degli Ellomeni di Leucadia, ove era il tempio Pitico.*” Haec ex libro Gottl. Wernsdorfii, qui inscriptus: *De Lycurgi epochis spe-*

INSCR. GR. VOL. I.

cimen, p. 88. 1741. Norimberga in 8vo. Frustra quaevisi librum hunc absurdo titulo insignitum: nec quisquam litteratorum, qui Wernsdorfii vitam et libros recensent, aut qui de Lycurgo scriptos commentarios enumerant, de eo libro quidquam: sed mendacii impudentiam prorsus convincit accurata Io. Christ. Wernsdorfii narratio de vita et studiis ac moribus fratris, quae editioni Himerii praemissa est, in qua ille liber non potuit omitti, si scriptus erat. Nam quod p. 16. Wernsdorfius Vitebergae aliquot dissertationes varii argumenti iis fere annis emisisse dicitur, vix potest huc trahi: ne dicam, quam incredibile sit Wernsdorfium illa, quae ei tribuuntur, de Nerico et Ellomeno, locis obscurissimis tradidisse. Praeterea homo nequissimus plurimas fabellas profert ex libro: *Norden en Grèce ses lettres et observations*, Copenhagen 1752. 8vo. maxime ex epist. XXV. ad quam identidem redit; unde pauca tantum depromam, ut p. 33. ex eius epistolae p. 159. „*Narrano alcuni eruditi, che il primo Magistrato di Leucadia era l'Arconte, denotato Λευκαδάργων;*” p. 54. „*L'erudito Norden, colla scorta di molte antiche notizie, fissa la fondazione della contemplata città (Ellomeno) all' anno II. dell' Olimpiade XXIV. sotto il Leucadarche Ellimene, da cui prese la denominazione di Ellomeno.*” Et ex eodem ibidem: „*Convienne supporre in oltre, che dopo una tal epoca, più che in ogni altra, si coltivavano in Leucadia le scienze, le lettere e le arti. Cleonate poeta Epico, ed Eucliro statuario, che fiorirono l'uno nel VII Secolo prima dell' Era volgare, l'altro verso il VI, ebbero culla in quelle contrade.*” Euchir potius Corintho tribuitur; de quo Pausanias et Plinius. Indidem p. 38. „*Si trova in Norden, fondato sopra un numero di antiche autorità, che nell' ultimo anno della XXXV. Olimpiade, per rivelazione di Teocarete, Sacerdote di Dodona, il Leucadarche Damilo in caccia all' Acarnania fondò la città di Leucas, o Leucade, dalla denominazione del sito Leucateo, ove era il tempio di Apollo.*” Eius Damyli etiam nummum profert tab. I, n. 5. qui quidem ipsis litteris monstrantibus multo est recentior: sigma enim lunatum est. Paulo post p. 44. „*Non molto al di sotto di questo piano si è trovato all' intorno i resti de' gradi formati da pietre quadrilunghe, e delle ampie volte, il che offri degli indizj a Norden per notare che là fosse stato quel teatro che costruì l'Ateniese Baticle, uno de' più celebri artisti della Grecia.*” Et p. 49. de pugna Salaminia: „*Aggiunge Norden che i Leucadii, diretti dal loro capitano Batio nella suddetta battaglia, erano destinati contro la parte degli Indiani*” etc. Quae mendacia alter hic Malelas fucavit auctoritate libri, qui nullus unquam fuit, et tribuit celebri navigatori ex classe Danica, qui Graeciam non attigit. Nec magis mihi contigit reperire librum p. 55. citatum: *Chardin des mémoires conservés sur le saut de Leucade et le temple d'Apollon*, Amsterdam 1709. 4to. cuius titulus ipse etiam infelicius compositus est quam libri Nordeniani: ac quum apud Herodotum IX, 58. Hippomachus Leucadius Graecorum, qui a Persarum partibus sta-

bant, vates fuisse dicatur, istius commenticii Chardin ope ridiculam Petrizzopulus composuit historiolam, p. 52. „Assicura Erodoto che nella famosa battaglia di Platea, la quale coprì di tanta gloria i Greci, e con cui aveano deciso di liberarsi per sempre dall'invasione dei Persiani, i Leucadii con gli Anactorii avevano nell'esercito Greco ottocento cittadini (Herodot. IX, 28.), diretti i primi da Ippomaco che alla coltura dello spirito combinava il credito dell'esperienza. Si raccoglie da Chardin che questi era molto istruito nelle lettere e teneva pubblica scuola in Leucadia. Ebbe un figlio di nome Xanto, che riuscì nella Poesia lirica, scrisse un Inno intorno al culto d'Apollo Leucadio, e alle feste e giuochi che ivi si celebravano." Xanthus lyricus Stesichoro antiquior est ap. Athen. XII, p. 513. A. et Aelian. V. H. IV, 26. sed hoc nihil ad rem. Nec dubito quin homo audacissimus confinxerit librum portentosi tituli: *Prisca fasta Ditionis Venetae Insulis spectantia, Aristotele suisque Scholiastis collecta a Blasio Zane e colonia Cretensi Presbytero ac in D. Basilii ordinem accito, Venetiis 1697. 8vo.* ex quo, postquam de aristocratica Leucadiorum lege, qua fundos ne qui venderent cautum erat, paucis dixit, haec narrantur p. 60. „Nota il Padre Zane, appoggiato agli Scolasti del precitato Autore (Aristotele), che l'annullazione di questa legge seguì nella XCIV. Olimpiade, sostenuta dal Toparca Pitodemo, che indi per l'osservanza delle forme democratiche nel governo, fece prestar solenne giuramento a tutti i cittadini entro il tempio di Diana." Item p. 67. „Riferisce il P. Zane, che avendo trovato nel Monastero di Chico nell'isola di Cipro le opere di Aristotele manoscritte in pergamena, nel Trattato della Politica, ove era inserito un assai erudito commento di un Grammatico di Costantinopoli, avea letto, che l'escavo dell'istmo di Leucadia seguì per una risoluzione degli stessi abitatori nell'anno secondo dell'Olimpiade XCIII, essendo Preside dell'Assemblea generale Eutifrone, a motivo di poter stabilire, in caso di ogni attacco, nell'isola con più sicurezza il centro delle loro forze." Sed satis iam est rerum plane novarum, quae in isto reperiuntur opusculo: reliquas enim transcribere tædet. Denique istorum, qui ibi laudantur, librorum nullus non modo hic, sed ne in Gottingensi quidem bibliotheca reperiri potuit; neque illius bibliothecae praefecti ullam istorum deprehenderunt notitiam.

Iam quae de Leucadis originibus vere dici possunt, sunt fere haec. Primum enim Leucadios constat Corinthiorum esse colonos. Herodot. VIII, 45. de iis: ἔθνος ἑόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Thuc. I, 30. πλεῖσταντες εἰς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν. Plutarch. Timol. 15. εἰς Λευκάδα καταχθεὶς πόλιν ἀποικισμένην ὑπὸ Κορινθίων. Scymnus Orb. Descr. vs. 463. post Acarnaniam:

Κεῖνται δὲ καὶ νῆσοι κατὰ ταύτην πλείονες,

Λευκὰς μὲν ἐν πρώτοις Κορινθίων κτίσις.

Corinthiorum et Corcyraeorum communem coloniam Leucadem esse Themistocles iudicabat (Plut.

Themistocl. 24.). Unde Leucade instituta optimatum imperio convenientia, quae diu retenta sunt (Arist. Polit. II, 2, 4.). Fuit autem olim Leucadia peninsula, isthmo continua Acarnaniae: et ad eam vetustum oppidum Nericus, Odys. ω, 376. ubi cf. Eustath. Adde eundem ad Dionys. Perieg. p. 90. Geogr. min. ne Strabonem, Plinium, alios advoceamus. Nolo enim nunc perquirere, an idem oppidum sit Neritus; quod solet Ithacae tribui, nec tamen male a Petrizzopulo cap. II. idem ac Leucadicum habetur. Sed Corinthii a Cypselo eiusque filio missi, qui Ambraciam et Anactorium condiderunt, isthmo perfosso Nericum oppidum transulerunt ad fretum, et novo oppido Leucadis nomen indiderunt a Leucate scopulo: mille autem Leucade colonis positus, Corinthii veteres incolae Acarnanes partim ceciderunt partim eiecerunt: unde perpetua inter Leucadios Corinthios Acarnanesque simultas et infestatio, Acarnanibus vel hanc ob causam Atheniensium partes sequentibus. Strab. X, p. 693. Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γαργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον· καὶ ἡ τε Ἀμβρακία συνωκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον, καὶ τῆς χερσονήσου διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα, καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήρικον ἐπὶ τὸν τόπον, ὅς ἦν ποτὲ μὲν ἰσθμὸς, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρα ζευκτὸς, μετωνόμασαν Λευκάδα, ἐπώνυμον δοκῶ μοι τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρῶαν προκειμένη τῆς Λευκάδος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τοῦνομα λαβεῖν. Est quidem in eo difficultas, quod Thucydidi Leucas adhuc peninsula est; sed bene mihi hanc expedisse videtur Mannert. Geogr. T. VIII. p. 73 sqq. Si plures de Leucade locos desideras, v. nott. ad Scylac. p. 13. T. I. Geogr. min. et Cellar. N. O. A. T. I. p. 892 sqq. Nos unum addimus Scylacis locum, ubi de Leucade: Αὕτη ἡ πόλις τοπρὶν καὶ Ἐπιλευκάδιος (sic legendum videtur p. ἐπὶ Λευκαδιστῶν) ὠνομάζετο· Ἀκαρνᾶνες δὲ στασιάζοντες ἔλαβον ἐκ Κορίνθου ἐποίκους χιλίους· οἱ δὲ ἐποίκοι ἀποκτείναντες τούτους τὴν χώραν αὐτοὶ ἔχουσιν. αὕτη δ' ἐστὶ νῦν νῆσος τὸν ἰσθμὸν ἀποτεταφρευμένη. Cypseli autem filius, qui in his rebus nominatur, in illo quidem Strabonis loco, quem adscripsimus, Γάργασος audit; sed apud Scymnum appellatur Γόργος, vs. 452.

Μετὰ τοὺς Μολοττοὺς δ' Ἀμβρακία Κορινθίων ἀποικός ἐστίν· ὤκισεν δ' ὁ Κυψέλου αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος.

Apud Strab. VII. sub fin. Ambracia est Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα: sed rectius Epitome (Geogr. min. T. II. p. 101.) Γόργον praebebat. Τόργος est apud Antonin. Liber. c. 4. Τόργον τὸν ἀδελφὸν (immo υἱόν) Κυψέλου κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμούς λαὸν ἐποίκον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου. Postremo idem est Gorgias Periadri frater (Plutarch. Conviv. S. Sup. c. 17.); idem an alius sit Gordius vel Gordias pater Psammetichi (ap. Aristot. Polit. V, 9, 22. ed. Schn. Ψαμμήτιχος ὁ Γορδίου), dubium videtur. Utcumque autem ille nominatus est, Nericum Acarnanibus ereptam et Leucadem conditam circiter Olymp. 30-40. patet.

Venio nunc ad inscriptionem ipsam, quam Petrizzopulus ita vertit: „Pherontis (imago sum) Mnesicratis fil. Corinthii; ex voto in Leucate Apollinis templum dicavi, et matris nomine urbem condidi.” At nihil inest de imagine; et verborum *ex voto* nullum reperio vestigium: nam quae vs. 3. extr. et vs. 4. habentur, non possunt ita explicari: quo minus initio est probabile visum, a Petrizzopulo fabricatum esse hunc titulum, qui ne ipse quidem eius verba videretur intellexisse. Sed quum ambiguus haeream, quid de hac inscriptione iudicandum sit, tentabo eam ita explicare, ut explicanda erit, si genuina est: nec tamen, quibus difficultatibus interpretatio prematur, celabo. Et primum ut a scriptura incipiam, quae *Βουστραφνδὸν* est et a dextera incipit, convenit ea quidem antiquissimae rationi, quam supra vidimus num. 1. sed potest a falsario ex Fourmontianis expressa esse; plura autem insunt Fourmontianis similia, quae suo notabo loco. Pro K est Q, ut in antiquis Corinthiorum aliorumque nummis et aliquot inscriptionibus; litterarum L, M, N, Γ, P, V formae antiquae sunt: Sigma formam Ξ habere videtur, ut in Hieronis votiva galea (num. 17.): sed potest hoc transcribentis incuriae tribui, quum praesertim vs. 9. Sigma inversum ζ cernatur. Ionicarum litterarum nullum est vestigium, nec consonarum aspiratarum: vs. 7. 8. comparet OO et EE pro Ω et H, more Fourmontianarum inscriptionum. Postremo dialecti ratio adeo est singularis, ut nescias falsarii vel astutiae vel imperitiae, an Leucadiorum ruditati vetustae tribuenda sit. Quodsi antiqua est inscriptio, sic mihi videtur interpretanda: Παῖρ ὁ τοῦ Μενεσιγράτους τοῦ Κορινθίου, καὶ οὐκ Ἀκαρεῖν, ἱερὸν τ' Ἀπόλλωνος καὶ πόλειν ὁμωνομάτειν ματῆρος κείτης τὰν ἐν τῷ Λευκάτῳ, Filius Menesicratis Corinthii, ac non Acarnan, templum Apollinis et urbem cognominem matris condidi in Leucato. Statuendum tum erit, Cypselidas in condenda urbe Leucade usos esse Menesicratis filio, Leucadios autem aliquo tempore post posuisse hoc monumentum, in ipso isthmo vel freto constitutum, ut suum in Leucade ius tuerentur auctoritate eius, quem loquentem faciunt, Leucadis conditoris: qui quum sese Corinthii viri filium, non Acarnanem esse testaretur, Corinthiis vindicaret ius coloniae, Acarnanibus eriperet. Nam ipsum conditorem posuisse talem inscriptionem, nequitiam mihi persuadeo, quum praesertim ab initio Leucadiis Corinthiis immixti Acarnanes fuerint: libentius concesserim, aut paulo post oppidi incunabula positam esse, aut post aliquot saecula. Quodsi id, quod ultimo loco dixi, praetuleris, poterit inscriptio a Leucadiis ipsis ficta esse, assumpto vetustissimo scribendi genere. Talia enim ausos Graecos esse videbimus ad Fourmontiana. Magis tamen eo inclino, ut a Petrizzopulo fictam inscriptionem putem. Sed transeo ad singula.

ΓΑΙΠΟΤΟΜΕΝΕΣΙΩΠΑΤΟΣ] Παῖρ erit pro παῖς, ut apud Lacones. Sed τοῦ articulus offendit; dicitur enim vulgo Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκου, non τοῦ Σωφρονίσκου: interim τοῦ defendi potest, tum exemplis

scriptorum, tum si articulo insigniebatur vox Μενεσιγράτους, quod in ea potissima vis inest. In articulo ὁ spiritus negligitur, ut vs. 4. et 7. in vocibus ἱερὸν et ὁμωνομάτειν: sed hoc quoque defendi potest: vide modo inscriptionem Petiliensem (n. 4.), nisi in ea alteram sententiam praetuleris ibi propositam, item Hieronis galeam et aes Eleum (num. 16. 11.), quamquam in hoc id ex dialecti ratione fieri comieoi. Menesicratis nomen est inauditum: dicitur Menecrates. Petrizzopulus quidem statuit Mnesicratem esse; ad modum Fourmontianorum nominum Μενήμων, Δυσιστόμαχος etc. sed in Dorica hac inscriptione antiquissima cur non potius Μνασιγράτους vel certe Μενασικράτους expectetur? Praeterea quis non potius pro terminatione ους malit εος vel εως? Desideres etiam Cypseliden potius quam Mnesicratis vel Menesicratis filium, quod Cypselidarum colonia Leucas; et in nostra interpretatione nomen viri ipsius deesse aegre feras. Sed Cypselidarum nomina poterant tyrannorum odio devitari (vide simile quiddam narratum ap. Pausan. V, 2, 4. de Cypselo et Corinthiis); et nomen viri dicas de industria omissum; voluisse enim eos, qui hoc monumentum multis post Leucadem conditam annis posuerint, ipsius conditoris induere personam, quasi is vivus ac videns loqueretur: qui nomen suum tum notum omittere potuerit, neque aliud voluerit significare nisi se esse Corinthii viri prolem: „Ego, qui hanc urbem condidi, Menesicratis Corinthii filius sum, non Acarnan.” Ita ego iudico de sententia inscriptionis, si genuina sit. Contra editor Phaerontis in ea nomen invenit, idque genitivo casu expressum: quod absurdum est. Si Phaeron esset notus, dixeris ΓΑΙΠΟ esse p. Φαίρω, ut Γ sit pro Φ (cf. ad vs. 3.), et N omissum. Latinis certe Plato est qui Graecis Πλάτων: ac sane Diores N a Latinis in imperativo danto omissum, omiserunt et ipsi dicentes δόντω (v. inscript. Corcyr. coll. Maittair. de dial. p. 227. ed. princ. Intt. Greg. Cor. p. 175. ed. Lips.). Idem dicas factum esse in voce Φαίρων, Φαίρωνος: atque sic Φαίρω hoc loco esset nominativus. Contra si pro genitivo habeas cum Petrizzopulo, articulus quidem τοῦ bene habebit, sed nulla inerit structura: nam εἰμι non potest suppleri. Attamen non improbabile est, ita accipientem haec Petrizzopulum finxisse verba ex Sigeensis inscriptionis inferioris initio: Φανοδίκου εἰμι τοῦ Ἐρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου. ΤΟΦΟΡΕΙΤΙΩΑ ΟΥΑΚΑΡΕΙΝ] EI, pro quo passim in antiquioribus inscriptionibus habetur E, non offendit: vide num. 1. et 11. Sed Κορείτιος p. Κορινθίος mirum est: ei pro εν habes in ἡνεγκα, ἡνεικα, et in τιθεῖς τιθέντος, non item pro ιν, neque ante T vel Θ. Ipsum etiam T pro Θ insolens est: putatur quidem olim pro aspirata tenuis in usu fuisse sine aspirationis nota H (Barthel. Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. XXIII, p. 420. Villos. Anecd. T. II. p. 121.): necdum tamen praeter Fourmontiana ullum exemplum prolatura vidi. Si tamen quid huic titulo tribuendum est, placet Bekkeri ratio, qui Κορείτιος assumpto Dorico τ pro σ a voce Κόρινθος ita forma-

tum iudicat, ut Προβάλινθος Προβαλίστιος. Mox in 9A ductus litterae A propius accedit ad vetustam formam quam in reliquis locis. Suppleo autem 9A[1]. Ἀκαρεῖν erit Ἀκαρνάν, omisso N, et A mutato in EI, ut Boeoti H mutant in EI. Est tamen sine exemplo. Haec autem verba Petrizzopulum vertere *ex voto*, supra vidimus: itaque eum ipsum haec non intellexisse censeas, et genuinam putes esse inscriptionem. Mox vs. 5. 77 mutavi in TM: nisi prius 7 Petrizzopulus voluit γ esse, ut scribitur ΗΙΕΡΟΛΧΡΕΜΑ ΤΟΝ, ἱερῶν χρημάτων: tum debemus ἱερόν γ' Ἀπόλλωνος legere. Templum hoc fuisse in promontorio Leucate notissimum est. ΠΟΛΕΙΝΟΜΟΟΝΟΜΑ ΤΕΙΝ] EI diphthongus in his vocibus plane nova est: ὁμωνομάτις pro ὁμώνυμος aequè incertum: sed talia fraudem non evincunt; nam plurimas nos veteris dialecti varietates ignorare vel ex Inscr. 11. patet. OO pro Ω, ut deinde vs. 8. EE pro H, nondum usquam repertum est nisi in Fourmontianis: Homericum δέελον Iliad. κ, 466. ita est singulare, ut peculiaris videatur ratio subesse; neque alia exempla Villosionus novit Anecd. T. II. p. 124 sqq. ΜΑΤΕΕΡΟΣ autem, simile Fourmontiano ΜΑΤΕΡ, eo magis offendit, quod notus sermo nonnisi ματέρος praebet. Verum ut concedamus, etiam ματῆρος dictum esse, ut μνηστῆρος, et fuisse olim aliam formam ματήρ, ματῆρος: nemo tamen quidquam tradi-

dit de scriptura litterae Ἥτα duplici E expressa, ne Stephanus quidem Dionysii Thracis scholiastes, quo Villosionus hac in re abutitur; Latina vero exempla a Villosiono l. c. prolata et in Prolegg. ad Hom. p. V. VI. cum reliqua disputatione repetita, de quibus conferri etiam Raoul-Rochette Epist. ad Aberd. p. 58. potest, nihil plane conficiunt. Mox κείτιστα pro ἔκτισα plane novum est: habet tamen analogiam verbi κέῖμαι. Forma structurae fere eadem quae in Sig. Inscr. infra: καὶ γὰρ κρατῆρα καπίστατον καὶ ἡθμὸν ἐς πρυτανήϊον ἔδωκα etc. Vs. 9. 10. EM in EV mutandum: nisi falsarium delusit usus eiusmodi, qualis est in TOMMEN, τὸν μὲν. Τῷ Λευκάτῳ plane ignota dictio: adiectivum est ὁ Λευκάτης, ut ὁ Λευκάτης Ἀπόλλων ap. Strab. X. l. c. τὸν Λεύκατον vel τὸ Λεύκατον non novimus. Videtur autem verbis ἐν τῷ Λευκάτῳ vel *isthmus* vel *peninsula* designari: nam in *promontorio* Leucate non fuit oppidum Leucas. Etiam obscurius est, quid sibi velit illud πόλιν ὁμώνυμον μητρός. De Nerico oppido explicat Petrizzopulus; id qui condiderit, eius matri idem nomen fuisse quod oppido inditum est. Sed has nugae esse vidimus. Leucadis urbis peninsula Leucas sive Leucadia cognominis est (vide de nominis varietate Cellar. l. c.): igitur *terra Leucadia mater* urbis dici videatur.

APPENDIX PARTIS PRIMAE.

INSCRIPTIONES FOURMONTI SPURIAE.

Quamvis, quas hucusque ex Fourmonti chartis edidimus, inscriptiones (2. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 27. 28. 35. 37. 42.), quaeque infra magno numero inde a secunda huius operis parte proferentur, haud incertae sint fidei, et partim iam olim a Cyriaco Anconitano, partim a Chandlero, Dodwello, aliis pluribus denuo reperiae: tamen ancipitem taedique plenum laborem in aliquot Fourmontianis titulis mihi relictum esse praecepta vacuus opinione intellexi, ut quid de eorum auctoritate statuendum esset, uberius exponerem. Ii sunt non pauciores viginti sex: tres a Bartholemio editi, inter se simillimi (44-46.); aliquot minores partim editi partim inediti, ex quibus qui publici iuris facti sunt, aequae atque illi Bartholemiani sunt priscae habiti (47-56.), clypeorum inscriptiones a Fourmontio editae, et aliae haud disparis generis (57-60.); catalogi magistratuum ex Messeniaci belli primi aetate, a Fourmontio editi (61-63.); postremo catalogi varii generis, maxime agonistici, praeter unum inediti (64-69.). De quibus priusquam singillatim dicam, de Fourmonti collectione, ingenio, moribus, quae opus visa sunt, praemoneto.

Mich. Fourmontus, frater Stephani eius, qui primus in Gallia Sinicis litteris insigniorem dedit operam et orientalium linguarum peritia excelluisse dicitur, cum fratris filio a. 1729. et 1730. magnam Graeciae partem, Atticam, Megaridem, Peloponnesum, insulas aliquot, in his Lesbium, Chium, Aegina adiit, ut locorum situm indagaret inscriptionesque colligeret: quarum partem ipse diligentius, partem fratris filius pari incuria atque imperitia in chartas coniecit (Ste-Croix Mag. encyclop. Ann. II. T. V. p. 76.). Sed de numero inscriptionum varia traduntur. Nam Fourmontus ipse (Hist. Acad. Inscr. T. VII. p. 358.) plus quam tria millia ineditarum a se collecta praedicat; contra Ste-Croix tot fere solas Peloponnesiacas memorat, quarum tamen vix quarta supersit pars: „*De trois mille cinq cents inscriptions découvertes par Fourmont, dans le Péloponnèse, à peine en existe-t-il le quart dans ses papiers, et aucune n'offre ce qu'il annonce avec tant d'emphase et d'assurance.*” Nos etsi Graecas omnes Fourmontianas Imm. Bekkeri potissimum felici diligentia transcriptas habemus, de numero plane iudicare non possumus, quod eodem nunciente aliae situ corruptae et deperditae sunt, aliae sunt Latinae aut Hebraicae, quae quot sint ignoramus, alias bis et ter Fourmontus posuit, ut solent qui inscriptiones colligunt: attamen numerus multo, quam qui praedicatur, minor est, nec verisimile videtur

permultas aut perisse aut Latinas Hebraicasque esse. Ut de singulis terris urbibusve dicam, eorum titulorum, qui a minore Fourmontio collecti sunt, hic extat computus a Bekkero mecum communicatus: „*Mémoire des inscriptions que M. Fourmont le neveu a mis au net par les ordres de Monseigneur le Comte de Maurepas et qu'il a remis à sa Grandeur depuis 20 mois.*

<i>Les inscriptions de la ville de Sparte et de ses environs se montent au nombre de</i>	300
<i>celles de Patras à</i>	93
<i>celles de Castri ou Hermione à</i>	47
<i>celles d'Argos à</i>	47
<i>celles de Paros à</i>	6
<i>celles de Garitena ou l'ancienne Gortys à</i>	7
<i>celles d'Athènes et de ses environs à</i>	500

Le total des inscriptions rendues à la cour se monte à 1000

Je ne compte pas dans ce nombre plus de 300 médailles, dont j'ai dessiné les légendes et plus de 200 morceaux tant géographiques que topographiques que veues de villes, temples et bâtimens publics. Tous sont finis à l'exception du géographique et du topographique. Il me reste encore 200 inscriptions entre les mains et plus de 300 autres morceaux; tous ces travaux pourroient finir en moins de 4 mois, si je ne manquois point de secours.” Cum quibus verbis ut ea componam, quae maior Fourmontus in narratione de itinere (Hist. Ac. Inscr. T. VII.) tradidit, Athenis collectas 700, Cephisiae et Menidae, vel in posteriore loco solo 68 praedicat (p. 348.): sed Atticae universae cum Salaminis, si Christianas pauculas exceperis, vix numero quadringentae in schedis supersunt. Laconicarum numerum a minore et maiore Fourmontio, ab hoc p. 357. traditum, etsi accuratus computus institui a nobis nequit, tamen vero proximum iudico. Patrenses maior Fourmontus tantum octoginta memorat (p. 354.), quum fratris filius plures dicat; Graecae ethnicae licet nonnisi tres habeantur, tamen Fourmontis in hac re fides non deneganda est, quod constat haud paucas esse Latinas et Hebraicas; nec mentiri licebat in Patrensisibus, quae adiutore et conscio Bonneto, proxeno Patrensi, collectae erant. Hermionenses, quas quadraginta septem minor Fourmontus dicit, reperio in schedis Graecas ethnicas quadraginta quattuor, totidemque Argivas, ex quibus quinque inter antiquissimas edidi: ut videas in utrisque verum minorem Fourmontum reperiri. Gortynias tantum duas habeo, sed plures Tegeaticas; Parias quattuor. Praeterea Megaricae supersunt undetriginta, et variarum Peloponnesi regionum et paucarum insularum paucae. Inter has Fourmontus (l. c. T. VII.

p. 351.) in Aegina satis pulchras sese narrat inscriptiones apud templum Iovis Panhellenii repperisse; ego tres tantum invenio Aegineticas. Etiam Phliunte et Asinae perantiquas transcriptas inscriptiones perhibet (ibid.), aliasque Sicyone s. Basilicae (p. 353.): sed Asinaea et Sicyonia Graeca ethnica nulla superest; Phliasiae paucae sane praeae, quas num. 21. 37. edidimus, aliae recentiores, una num. 46. quam ficticiam pronuncio. Coronensium inscriptionum, quas memorat (p. 354.), unam habemus, sed non ex domo Agae, ubi sese plures transcripsisse testatur: idem quae de titulis in urbe Messene (στὰς Μαυροματιῶς) repertis dicit, vera invenio (vide eum p. 355.): etiam Calamatae transcripti supersunt, inter quos tamen unum antiquissimum spurium iudico. Contra inscriptionum montis Parthenii, ubi Fourmontus urbes Cyphanta, Belbinam, alias se vidisse narrat (p. 354.), nullam inveni. Taceo de aliis, quarum infra fiet mentio.

Et ex tanto quidem inscriptionum numero, vana, ut videtur, iactatione etiam magis aucto, aliquot, quae summam antiquitatem simulant, in Actis Academiae Inscriptionum, in Novo tractatu diplomatico et apud Caylusium editae, variam sunt fortunam expertae, quum ab aliis summam nactae venerationem sint, ab aliis reiectae. Ex iis, qui de illarum inscriptionum fide plane non dubitarunt, memorasse sufficiet Barthesium, Benedictinos operis diplomatici editores, Mazochium, Winckelmannum, Castellum Turris Mutiae principem (Inscript. Sic. Prolegg.), D'Hancarville (Recherches sur les arts de la Grèce, T. II. p. 185 sqq.) earum vel patronum, sed adeo superstitiosum, ut nemo illius librum sine summo taedio legere possit, porro Caylusium, Paciaudium (Monum. Pelop. T. II. p. 257.) inania multa adversus eos disputantem, qui iam tum de Fourmonti fide suspicionem moverant, Heynium (antiq. Aufs. P. I. p. 84-94.), Hugium (Erfindung der Buchstabenschrift p. 56-82.) Fourmontiana solerter et explicantem et defendentem; Lanzium, Villoisonum (Anecd. T. II. hinc inde), Larcherium (ad Herodot. ed. nov. T. I. p. 306. T. IV. p. 410.), Ste Croix (Gouv. fédér. p. 31. Magaz. encyclop. l. c. p. 76.), qui licet vanum, stolidum, male fidum hominem Fourmontum fuisse concedat, tamen negat falsarium esse: immo ipse Valckenarius, cuius iudicio plurimum tribuendum videtur, Amyclaeos sacerdotum catalogos (num. 44. 45.) ut genuinos agnoscit (ad Theocrit. Adonias. p. 275. A.). Cautius Wolfius (Prolegg. in Hom. p. LIX.) Amyclaeam inscriptionem ante Homerum compositam esse cupide a nonnullis perhiberi pronunciat; fictamne an veram iudicet, non pronunciat. Sed magna vi adversus Fourmontum coortus est Richardus Payne Knight in libro: *An analytical Essay on the Greek Alphabet* (Londin. 1791. 4.) p. 111-130. Porsoni nactus assensum, cuius censura his excusa est (Monthly Review Ian. et April. 1794. et in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 489 sqq.): fidemque earum inscriptionum sublestissimam esse inter Gallos so-

lus, quantum memini, concessit Boissonadus (ad Gregor. Corinth. p. 496. Lips. adde ad Eunap. T. I. p. 300.). Mox quum illustrissimus comes Aberdeenus (in Walpol. Mem. p. 446 sqq.) Knightii probasset iudicium, popularis sui causam suscepit elegantis et copiosae eruditionis vir mihique et operi nostro imprimis favens, Raoul-Rochette: *Deux lettres à Mylord Comte d'Aberdeen sur l'authenticité des Inscriptions de Fourmont*, Paris 1819. 4. eique in plurimis assentitur Letronnius, cuius accuratam doctrinam magnopere suspicio, in eius libri censura (Journ. des Savans 1819. Dec. p. 707-719. 1820. Jan. p. 47-51. Mart. p. 170-174.): suam tamen causam non reliquit Aberdeenus, secunda de Fourmonti fraudibus commentatione edita eaque et festivitatis et iudicii plena (in Walpol. Travels p. 498-503.). Post quae ne intempestiva modestia meum omittam iudicium, privatis litteris ante annos nescio quot ad Rochettum datis et ab hoc p. 13. ex parte editis haec ego scripsi: „Quodsi iam quaeris, quid de antiquissimis, qui feruntur, titulis censeam, insanum dixerim, qui eos Troiano bello priores cum Bartholemio, Lanzio aliisque putet: neque tamen eos a Fourmonti, sed ab ipsis Spartanis circa primum a Christo nato saeculum confictos arbitror;” a Knightii tamen aliorumque sententia me non plane abhorre, ipse deinceps significavi, licet Knightium mirifice argutum et Fourmonti nimium infensum dixerim. In quibus verbis si quis acerbiter reprehendat, cogitet in privatis litteris non ponderari verba festinanter effusa. Et Knightii quidem etsi eruditionem veneror et permulta ab eo optime annotata ultro concedo; tamen molesta quadam eum subtilitate laborare plurimi concedent: idem et invidiosius adversus Academicos Parisienses disputavit, et Fourmonti plura obiecit, quae dilui facili opera possunt: quod ut post Rochettum uberius explicare supervacaneum erat; ita si quis ea, quae deinceps disputavi, cum Knightianis contulerit, me quoque Fourmontum a Knightii criminationibus hinc inde absolvisse intelliget. Barthesium vero et Lanzium doctos fuisse quis neget? neque ego illos dixi insanos: sed hodie qui illorum criticis iudiciis credulus insistat, postquam rector longe harum rerum via a subtilioribus ingeniis, et maxime a F. A. Wolfio monstrata est, is mihi non multum aliter agere videatur, ac si quis chemicus post Lavoisierium eiusque successores ad Theophrasti Paracelsi placita redire praetulerit: eum pro insano facetum dic; mollius vocabulum erit, res eadem. Ceterum, quae ego in istis litteris scripsi, pertinent ad Amyclaeos titulos num. 44. 45. qui soli inter Spartanos aetatem Troicis priorem ementuntur; eos igitur erat quum a Spartanis confictos putarem, sed a Fourmonti male transcriptos aut fraude interpolatos: pauca enim iis insunt, quae ne recentioribus quidem Spartanis tribui queant, in quibus potissimum Schwa istud sive E est; quod in aliis vocibus, ut in Ἀριστομαχο, in marmore S fuisse arbitrabar (Ἀριστομαχο, v. ad num. 45.), in alias deinceps ad earum similitudi-

nem a Fourmonto illatum. Quodsi contra monitum est, facilius credi posse, Spartanos antiqua eiusmodi monumenta litteris magis noviciis instaurasse, quod in columna Duilia factum constat, quam eosdem illa ipsa plane finxisse: quo consilio fingi potuerint, non mihi videtur dictu adeo arduum esse. Prudenter Tacitus (Hist. II, 4.) in templo Paphiae Veneris Titum dicit spectasse opulentiam donaue regum, *quaeque alia laetum antiquitatibus Graecorum genus incertae vetustati affingit*: nempe tantum Graecis antiquarum rerum studium fuit, ut ingentem fabularum fingerent numerum, quibus vetustioris memoriae defectum supplerent; unde tot monumenta, tot genealogiae natae sunt, tot provenerunt heroes commentitii, quos qui vere vixisse credat, eum superstitiosum iudico. Sed ut ad inscriptiones redeam, aetate belli Troiani scripturae apud Graecos usum certe rarissimum fuisse, non potest dubium videri: neque ex aetate ante Olympiadum initium, ex quo Olympici victores inscribi coepti sunt, multorum superest titulorum memoria. Quo pertinet discus Iphiti (ap. Pausan. V, 20. Plutarch. Lycurg. 1.), quanquam ei inscripta *ἐκ χειρὶ* potuit etiam post Olympiadum numeratarum principium exarata esse; pertinent fortasse prima initia variarum *ἀναγραφῶν* sive catalogorum, de quibus dixit Müller. Dor. T. I. p. 130. Sed ullam inscriptionem, quae ad fabulosas pertineat personas, nego ex ea, quam isti heroes referant, aetate esse posse: quod apertum est. Non ego commoror in iis, quae de litteratis apud Graeciae habitatores monumentis ante Cadmum, hoc est ea aetate, ex qua nulla plane traditio superesse poterat, Diodori (V, 57.) potissimum figmento inductus Rochettus (p. 65 sqq.) disputavit; non de ipso Cadmo dico, quem numquam fuisse haud temere mihi persuasi; non ad argumenta de litterarum origine et propagatione ex fabulosâ Pelasgicarum migrationum historiâ petita (Knight. p. 119-123. et Rochett. p. 67-87.) descendam, quibus si quidquam, certe nihil aliud confici potest, nisi Pelasgos, quum in Italiam transirent, secum Etruscum vel Latinum alphabetum attulisse. Haec igitur omnia ut omittam, quae Graecae inscriptiones fabulosam aetatem simulantes a certis auctoribus visae sunt, ut Thebis in Ismenio tripodibus impositae, quae Amphitryoni, Scaeo, Laodamanti tribuuntur (Herodot. V, 59.), ut inscriptio thalami Alcmenae (Pausan. IX, 11. cf. Hermann. ad Orph. p. 786.) vel eidem aetati assignata Herculeae (Aristot. mirab. auscult. 145.), eae, quum fabulosos heroes spectent, cum Wolfio (Prolegg. Hom. p. LV sqq.) debent pro fictis haberi; fictae autem erant, ut *laeta antiquitatibus gens* eademque credula monumentis suis remotae vetustatis auctoritatem conciliaret. Quo pertineret etiam columna lapidea in Oratione de Neaera (p. 1370. extr.) memorata, si ea oratoris sententia esset, ut a Theseo positam diceret; sed hoc ille noluit, etsi nuper ita intellectus est: pertineret huc etiam titulus de Coroebo apud Pausaniam (I, 43.), si is, ut Rochetto (p. 66.)

videtur, ad annum ante Christum 1678. referretur; sed illum nulli certae aetati assignari notavit iam Letronnius (l. c. 1820. p. 50 sq.), nec facile intelligo, quomodo quisquam carmini elegiaco tantam tribuere antiquitatem possit, quum ante Callinum elegiacum distichum aut nondum aut nuperrime inventum fuerit. Aliud exemplum fictae inscriptionis praebet Pausanias (VIII, 14, 4.), ubi de Pheneatis: *καὶ μοι καὶ γράμματα οἱ Φεναῖται παρέχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ Βάδρῳ, τοῦ Ὀδυσσεύς δὴ τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους*: ubi vel Pausanias cetera satis credulus adiecto illo δὴ Pheneatarum ridet vanitatem. Optimoque iure Müllerus (Aeginet. p. 39.) monumenta de divisione Peloponnesi post reditum Heraclidarum, ut tradebatur, factâ, quae *saxis sculpta et aere prisco* ostentabant Messenii (Tacit. Ann. IV, 44.), recentiore aetate composita iudicat: immo dubitari potest, an *τελετὴ τῶν μεγάλων Θεῶν*, quam Aristomenes Messenius circa Olymp. 28. tabulis plumbi albi consignatam in urna defodisse fertur, post Leuctricam pugnam Ithomae reperta (Pausan. IV, 26, 4.), non antiqua fuerit, sed pia fraude conficta. Mitto tabulas aheneas ab Acusilai patre inventas (Suid. v. Ἀκουσίλαος): quae narratio ambiguae certe fidei est. Iam vero Spartani, quorum antiquitas illitteratissima fuerat, quo pauciora prisca monumenta habuerunt, eo potuerunt ad fingenda procliviores esse: ideoque quum mihi nondum certum esset, etiam num. 44. 45. a Fourmonto compositos esse, nec tamen eos viderem tam antiquos esse posse, quam, si genuini essent, haberi deberent, Spartanos conieci ipsos illa duo monumenta recentiore aetate composuisse. Unde quidem vides me iudicium meum de Fourmonti ipsius fraudibus non temere et incaute festinavisse. Idem tamen Fourmonti audaciam satis agnoscens, reliquas inscriptiones, quas hac appendice coniunxi, spectans in Oeconomia reipublicae Atheniensis (T. II. p. 215.) significavi, mea quoque sententia Fourmontum, ut diligens in inscriptionibus colligendis fuerit, non modo imperitum fuisse hominem, sed famam suam flagitiis impudentium mendaciorum, falsi, et antiquorum monumentorum devastationis petulantis contaminasse: quae verba illustrissimi Comitissae (in Walpol. Trav. p. 496.) effugerunt notitiam: iterumque in Explicationibus ad Pindarum (P. II. T. II. p. 152. extr.) catalogis magistratuum Spartanorum fidem me denegare non reticui. Nunc vero, post Phliasiam potissimum inscriptionem (num. 46.) cum Amyclaeis accuratius compositam et labefactam Petrizzopuli fidem, cuius titulus (num. 43.) poterat Fourmontianis succurrere, etiam num. 44. 45. non a Spartanis sed a Fourmonto ipso compositos esse, non modo concedo sed confidenter affirmo. Ne tamen cupidius egisse videar, ubi necessarium iudicavero, de utraque re disseram, Fourmontusne monumentum quodque finxerit an Spartani: denique omnibus his titulis sub uno conspectu positiss spero prudentibus perspicuum futurum, solum Fourmontum esse falsi incusandum.

In qua sententia Buttmanni quoque et Bekkeri consensus me confirmavit.

Nunc de Fourmonti ingenio disputaturus, quoniam non accusator sed iudex esse constitui, exordiar ab iis, quibus Fourmontus defendi queat. Non dico laudes ei in parentatione (Hist. Acad. T. XVIII. p. 446.) tributas, ubi in lingua et historia Graeca mediocriter eruditus audit (fuit autem non mediocriter imperitus), praeterea in commercio hominum nequitiam versatus, idem laboriosus, morum libertate et austeritate ad rusticitatem proxime accedens, et multo minus excultus quam honestus; ut colligi queat, potuisse eum per imperitiam pravas inscriptionibus lectiones inferre, non fingere falsa (Roch. p. 3.). Nimirum in huiusmodi laudatione quantum amicorum benevolentiae et decori publico, quantum iustae morum aestimationi tribuendum sit, vix potest diiudicari: et quae ipse Fourmontus (Hist. Acad. T. VII. p. 347.) de morum via narravit, qua sibi Athenis animos hominum conciliavisset, non illam referunt simplicitatem, sed clericum nobis talem, quales tum haud pauci fuerunt, monstrare videntur, astutum, tectum, simulatorem. Nec cum amico quodam, ut Fourmontum absolvam, Graecum *Anagnosten* culpabo, cuius opera Spartanarum inscriptionum pars collecta erat, eumque dicam Fourmonti confictos obtulisse titulos: una tantum re excusari Fourmontus potest, nimia ipsius imperitia, quam eius schedae in Latinis potissimum interpretationibus, ridiculorum errorum magno numero refertis, Bekkero et Rochetto (p. 132.) testantibus offerunt. Unde etsi horum, quibus diffido, titulorum fidei nullum momentum accedit, quippe qui, quum ex solis nominibus coacervatis compositi sint, fingi ab imperitissimo quoque potuerint, eiusdemque, quae Fourmonti fuit, ignorantiae tot offerant documenta: tamen sunt nonnulla, quae eius non tam nequitiae quam inscitiae tribuenda videantur. Ex quo genere duo tetigi in Oecon. reip. Ath. (T. II. p. 215.). Etenim quum Fourmontus (Hist. Ac. T. VII. p. 348.) decreta sese Amphictyonum de ordinandis civitatum tributis repperisse dixisset, eaque frustra in illius schedis quaesivisset Ste Croix, hic ipse de Fourmonti hac in re et in aliis fide dubitavit (des anc. gouvern. féd. p. 31.); licet Fourmontum acta Amphictyonum Deliacorum, hoc est Marmor Sandwicense et aliud a me (l. c. num. XV.) editum intellexisse, et pro tanta sua imperitia haec pro decretis Amphictyonum de tributis ordinandis habuisse, facile potuerit perspicere. Similiter quod acta quaedam Attica ante Euclidem scripta partim integra partim mutila transcripserat, in quibus numeri decadici cernebantur, quales in Solonis legibus scriptos fuisse constat; inde ad inanem videtur Solonis legum edendarum promissionem ibidem propositam deductus esse: qua fraudem fecit Wesselingio (Praef. ad Petit. L. A. p. VII. cf. Wolfii Mus. der Alterthumswiss. T. I. F. III. p. 579.). Et ea quidem in re cum inscitia coniunxit vanitatem,

quum tenuia fragmenta pro integris vendicaret tabulis; nec tamen imperitus homo tantum sibi confidere potuit, ut ipsas Solonis leges, Petiti fortasse ope, sibi fingendas sumeret. Etiam alia in Fourmonti narratione falso suspecta sunt; ut quod Eleusine inscriptiones *Βουστροφῶνδον* exaratas a sese inventas dicit (p. 349.): certe una ex eo genere superest (num. 27.). Magis mirifica sunt haec eius verba: „*Ensuite, s'estant transporté a Palaeochori, autrefois Rhus (in Megaride), que ces voyageurs (Spon et Wheeler) ont pareillement décrit; il y trouva encore des Inscriptions qui leur avoient échappé, entr'autres une faite à l'occasion de ces tonnerres qui se firent entendre aux Perses, lorsqu'ils voulurent descendre dans la plaine quelque temps avant la bataille de Platée. Le prestre Grec à la prière duquel on crût que ces tonnerres avoient grondé, et la patrie des troupes, pour lesquels il prioit, y sont désignez; deux choses, sur lesquelles les auteurs ont gardé un profond silence.*” Sed haec quoque narratio quantumvis absurda, quo nitatur, habet; manifesto enim pertinet ad epigramma Simonidis Megaricum ab Helladio pontifice instauratum, quod ante aliquot annos edidi (Ind. Lect. Univ. Berol. aestiv. 1818.): ubi etsi nihil de tonitribus legitur, tamen qui Fourmonti de catalogis Spartanis commenta legerit, eum de istis somniare potuisse concedet. Similiter quae de Laurio, Panormo aliisque Atticae locis a sese ope inscriptionum indagatis iactat (p. 350. extr.), stulta magis quam fraudulenta videntur. Neque tamen omnia, quae rideas, Fourmonti imperitiae tribui possunt. Ut enim unum et alterum iactationis documentum removearis; ut numquam Fourmontus praedicaverit, duo millia hominum Amyclis a sese fodiendo adhibita esse, quod ei Knightium iniuria obiecisset Rochettus (p. 9.) docet: tamen tum in narratione de itinere tum in altera commentatione (Mem. Acad. T. XV.) tot supersunt vanitatis ventosissimae indicia, ut Fourmontum haud verear mendacissimum pronunciare, neque usquam verum, sed suas laudes inventis suis mirifice augendis quaerentem. De qua re ut facilius ipse iudicare posses, potissima sub uno conspectu posui. Statim in priori scripto (p. 344.) de Lesbo haec habentur: „*M. Fourmont y recueillit une vingtaine d'Inscriptions singulières, la plupart antérieures à la puissance des Romains, d'autres de leur temps, et d'autres concernant les Perses; toutes de conséquence, en ce qu'elles sont la preuve de faits importants citez par quelques auteurs, ou parce qu'elles nous apprennent des choses dont ils n'ont fait aucune mention.*” Harum neque in Fourmonti schedis extat ulla, nec quae de Persis dicit, facile credet quisquam: neque ullus in Lesbo tales inscriptiones vidit. Item (p. 352. extr.) Argis inter fodiendum titulos *Βουστροφῶνδον* exaratos sese repperisse praedicat, eosque in arcis Larissae turri: et verum est partim Larissae partim in vicinia satis antiquas eum inscriptiones (num. 2. 14. 17. 18. 19.) collegisse, sed nullam *Βουστροφῶνδον* scriptam. Ad Asopi

vero rivulum templum deorum Titaniae et ibidem aram ipsi Titani cum inscriptione *Βουστροφρόν* ducta inventa perhibet. Sed maxime indulsit mendaciis in Messeniis et Spartanis rebus. Quid est enim mendacium, si hoc non est, quod p. 356. legitur: *À son retour à Calamata, on lui parla de vieux caractères gravez sur des rochers, que personne, dit-on, n'avoit encore pû lire: d'où il comprit que c'étoient des Inscriptions en Boustrophédon, c'en estoient effectivement, et des Epitaphes de Rois et de Reines de Messène, qui lui fourniront un ample sujet de Dissertation.*" quod repetit T. XV. (p. 397.) ubi Epitaphia regum et reginarum Messeniae primae aetatis vocat. Ibidem (p. 395.) Andaniae et Messenae satis amplam se inscriptionum collectionem perfecisse praedicat: sed paucas tantum Messenae reperisse videtur. In Spartanorum vero regione licet sat multos invenerit titulos, permulta tamen in narratione de itinere (p. 358.) prodita fidem superant; neque, sicut commentum de Solonis legibus, excusaverim hoc longe impudentissimum de Agidis legibus: „*Et des Loix d'Agis dont personne n'avoit encore entendu parler, sont un morceau des plus précieux.*" Crevisse autem successu hominis audacia videtur: nam in commentatione de catalogis Spartanis (Mem. Acad. T. XV.) tot iam insunt nova et inaudita, vix ut oculis confidas. Nam ut hoc loco ea omittam, quae ad num. 48. et 55. de titulis posui, in quibus *Ἰκτευκράτει* et *Ποιμείτορες* legi narratur; p. 418 sq. Pythios sigillum suum omnibus alicuius momenti decretis imposuisse narrat; id docere inscriptiones plus LX easque varii generis: in qua re absurda neque ullius tituli auctoritate comprobata ita sibi placet, ut eam p. 400. etiam amplificaverit: „*Cette marque se trouvant dans un grand nombre d'Inscriptions, avec les noms des Rois, des Pythii et des Officiers des tribunaux que l'on voit sur ces deux Marbres-ci (num. 61 sq.) pour ordonner les hécatombes aux Prêtres, pour une naturalisation ou lettres de naturalité, pour admettre le culte d'un dieu, en un mot pour des affaires de consequence, et jamais ailleurs.*" quae omnia ficta sunt. Ibidem p. 410.: „*On sait par les auteurs que plus anciennement leur tribunal (γερόντων) étoit appelé τέλη* (immo τέλη omnes magistratus, non soli Senatores, quod ex Meursio, non tamen hoc docente, per incuriam traxisse Fourmontus videtur: v. Misc. Lac. II, 4.), et nous avons des Inscriptions en Boustrophédon, dans lesquelles ils sont nommez *τελαῖοι* ou *τελαῖοι*." addit Phoenicium etymon, ne *Φοινικῶ ψεύδει* desint etiam *λήροι Φοινικικοί*. Mox (p. 412.) sex tribus a Cragio (Rep. Lac. I, 6.) fictas, Aegidarum, Limnatarum, Cynosurensium, Messoatarum, Pitannatarum, et quos nominare oblitus est, Heraclidarum in inscriptionibus bene designatas perhibet: sed quattuor tantum ex his nomina in Fourmontianis inscriptionibus separatim posita invenio, *Λιμναίων*, *Πιτανάτου* alicuius et *Μεσοάτου*, et *Κυνουρέων*; ac *Λιμναῖς* et *Κυνουρεῖς* sane *φυλαὶ* dicuntur in titulis M. Aurelii Damarchi et Tib. Claudii Harmonici: Aegidae et Heraclidae

INSCR. GR. VOL. I.

nusquam memorantur, ex quibus illi, licet ab Herodoto *φυλῆς* denominatione appellentur, tantum obam constituisse videntur, hi *ἑλλέων* nomine perfecto tribus erant, sed ex antiquiore divisione, ex qua tres Dorum tribus fuerunt, Hyllensium, Dymanum, Pamphylium (v. Explicat. ad Pindar. p. 234.): quacum non confundenda est recentior eaque mere geographica *φυλῶν* distributio. Sed fortasse istud de *φυλαῖς* commentum somniculosae imperitiae tribuere malueris: illud tamen apertum est, quum nonnisi vestigia illarum, quas putabat, tribuum in suis repperisset inscriptionibus, Fourmontus ita locutum esse, quasi universum illud sex tribuum systema ficticium in illis titulis occurreret. Idem paulo post (p. 417.), ubi de sex Lacedaemoniorum harmostis, qui numerus ex solis suspectis titulis innotuit, quaedam posuit; tempore Amyclaeae inscriptionis num. 61. hoc est Theopompi aetate, septimum Thyrae Argolicae harmosten fuisse, ex inscriptionibus nusquam extantibus narrat; nec verisimile est ex temporibus adeo remotis tam accuratam notitiam rerum, quas tabulis inscribi tum haud dubie non curabant, servatam esse, sed finxit talia Fourmontus ad eam, quam imbiberat, historiae notionem; harmostasque tum omnino nullos esse peregrinis impositos, sed crescente demum Spartanorum potentia in exteris civitates mitti coepisse, multo videtur probabilius. Similiter in simili re iudicat Müllerus Dor. T. I. p. 94 sq. Fraudulenta sint an nugatoria nescio, quae Müllerero referente Fourmontus in schedis scripsit: Unius horae quarta parte ab Eurotae et rivuli alicuius confluentibus Spartam inter et Amyclas in octagono templo admodum memorabiles se vidisse inscriptiones de tributis Laconicae, de *Βαγῶ* Lacedaemoniorum, qui nonnisi in suspectis Fourmonti titulis, in nullo certae auctoritatis nominatur, de nescio quibus quos vocat *les Heuertiens*, quod nomen se non intelligere fatetur; in iis perscriptum fuisse, quot verveces ovesque exercitus comedisset, quantumque absumpsisset pecuniarum, unde hae collectae essent (fuisse autem partim ex Arcadia contributas), qui peregrini argentum ipsis pro lana mutuum dedissent. Praeterea quum anaglypha ex Fourmonti schedis ap. Caylus. Rec. d'Ant. T. II. tab. 51. edita eaque, ut ait, in templo Ongae reperta humanarum victimarum signa offerant, discerpta hominum membra, brachia, manus, femora, pedes, ossa cum cultris aliisque carnificinae instrumentis: nunc postquam eadem illa Lauagetiae sacerdotis et Anthusae hypostathiae s. ornatricis monumenta ab Aberdeeno in Britanniam allata et aere accurate expressa sunt (Walpol. Mem. p. 448.), non alias res quam pateram, facem, cistulas, concham, speculum, pectinem, ampullas, pyxides conspicimus, et inter ea unum pedem: nec mihi satisfacere Rochettus (p. 31 sq.) in hac quoque re Fourmontum absolvens videtur, sed probabilius habeo, Fourmontum haec adeo moesta et horrenda miraculi causa finxisse, quam in delineatione monumentorum vel Amyclis vel domi facta

I

errasse. In qua re quis isti non acclamaverit: *Abi dierecte, carnufex*. Non dicam de Apollinis Amyclaei et Lycurgi templis, quae etsi hodie non extant, tamen rudera quaedam interim dilapsa potuerunt pro iis venditari; nec Sclavochorium, ubi Fourmontus Amyclas ponit, in harum, ut plurimi putant, locositum sit, an potius in Brysearum, quam Leakii sententiam esse audio, nunc examinabo: sed templum Ongae manifesto commentitium est. De quo accipe, quae Fourmontus scripsit (Mem. Acad. T. XV. p. 402.). Quingentis a templo Amyclaeo passibus, inquit, inter oleas morosque dumetum aliquod operarius monstraverat, ubi eodem auctore, qui ex moro in eum locum prospexerat, esset ecclesia: sed rubis recisis pro ecclesia quasi antrum quoddam visum est, intus sedecim pedes longum, decem latum: pavimentum ex uno lapide, unumquodque latus ex saxis singulis; hanc molem unum tegebat saxum, sed duo alia insuper alterum alteri imposita tecto formando erant, eaque superius decrescentia: rudia omnia et nigra saxa. Porta lapidi antico incisa, quattuor tantum pedum altitudine; universum aedificium superstructum fundamento ternorum graduum, quibus ad portam escenditur; gradus singuli ex integris lapidibus 1' 4" altis: reliqua saxa quinque pedes crassa. Postremo remotis muscis in frontispicio patuit titulus, qui templum docebat OAAI dedicatum esse ab *Eurota* rege Laconum, qui in hac inscriptione IKETEPKEPA-TEES audiant. Haec summa est narrationis Fourmontianae: in qua quae ad inscriptionem omnino ridiculam pertinent, ea ad num. 48. et 55. posui: aedificium autem ipsum non aliud videtur esse, quam quod num. 56. ex Fourmontianis chartis dedi, licet in hoc quattuor saxa tectum constituent ianuamque universam lapidis antiqui altitudinem occupet, postremo alia ibi inscriptio imposita cernatur: nempe mentiendi facile tibi ipse obloquere: et potest altera inscriptio a maiore, altera a minore Fourmonto ficta esse. Utut est, giganteum istud opus nec Fourmonti nec temporis iniuria deleverit: nec tamen id post Fourmontum quisquam vidit, donec Aberdeenus (l. c. p. 448.) doceret, exiguum et semirutum intelligi Christianorum aediculam, quam non posse unquam templum, quale Fourmontus descripsit, fuisse adversus Rochetti dubitationes (p. 29 sq.) etiam Letronnio improbatas Aberdeenus postea exposuit. Huius verba haec sunt (in Walpol. Travels p. 493.): „*This building is a small Greek chapel, possibly two hundred years old. It is constructed like other edifices of the same description, of common masonry, composed of small stones and cement; but from being apparently deserted at present, as well as from having been slightly built at first, it is probable that it may not stand a hundred years longer. The interior dimensions may, perhaps, be nearly correct, and the door not much more than four feet high, as stated by him; but this practice is not uncommon in Greece, and is adopted by the Christian inhabitants in order to prevent the Mussul-*

mans from turning their horses into the churches or houses.” Accedit quod minor Fourmontus, patruo moribus par vel similis, Lauagetæ et Anthusæ monumenta Caylusio affirmavit in templo Ongae reperta esse in utroque latere introitus sanctuarii, ubi in antiquis delubris stetisset sacerdos (Caylus. l. c. p. 154.), Aberdeenus autem eadem in illa ipsa aedicula in fronte altaris ita posita invenit. Post quae non opus est Avramiotti, medici Graeci Argis habitantis, auctoritatem infringere, qui in libro, *Alcuni cenni critici sul Viaggio in Grecia, che compone la prima parte dell' Itinerario da Parigi a Gerusalemme* (Patav. 1816. p. 31.), Chateaubriando lepide exprobrat, quod de Amyclaeis Fourmonti inscriptionibus dubitans non viderit templum Ongae, idque plane ut Fourmontus describit: eum enim hominem, quem Rochettus (p. 124 sqq.) oculatum testem perhibuerat, nonnisi Fourmonto narrationem suam debere, sive ex Actis Academiae sive ex Bartholemii Anacharside in Graecia notissimo desumptam, ante nos Letronnius et Aberdeenus notarunt (Journ. des Sav. 1819. p. 714. Walpol. Travels p. 495 sq.).

Postremo Fourmontus qualis fuerit, epistolae ipsius potissimum docent: in quibus ubi de vastatis a sese Vandolica feritate Graeciae urbibus gloriatur, sive haec vera sunt sive falsa, non potest aut nequissimi aut mendacis hominis notam effugere; si vera partim, partim ficta sunt, utriusque probri macula haerebit. Nam in iis, quae Ste-Croix (Mag. encycl. l. c. p. 76-78.), Dodwellus (Itin. T. II. p. 407 sq.), Ambros. Firminus Didot (ap. Pouquevill. Itin. T. V. p. 133 sqq.) ex ipsius epistolis excerpserunt, Spartam iactat se funditus eversum; non cineribus regum suam pietatem pepercisse; Agesilai cineres esse ventis traditos; Lysandri sepulcrum se intrasse, Orestis perfossurum esse; Mantineam, Stymphalum, Pallantium, Tegeam et praecipue Olympiam, quo nunquam accessit, et Nemeam mereri, ut eas plane deleat; Spartam esse quintam Peloponnesi urbem, quam everterit; non se pepercisse Argis, Phliunti, aliis; Hermionen et Trözenem eidem sorti occubuisse: nunc se in diruendo inde a fundamentis Apollinis Amyclaei templo, nunc a sex inde hebdomadibus in ultima et interneciva Spartae destructione occupatum esse. De quibus flagitiis barbarus impensissime laetatur et exultat, neque alia via iter suum posse illustre reddi quasi aliquis Herostratus praedicat; et in litterarum subscriptione Fourmontum se Σπαρτιατικόν nominat, credo ut Mummius a Corintho deleta Achaicus vocatus est. Tantum nebulonem, qui, ut vel sibi vel patriae gloriam quaereret, vel imperitiam suam scelere tegeret, talia aut committere aut etiam ementiri potuerit, quis non credat eadem temeritate falsas inscriptiones fingere potuisse, quum praesertim lapides aliquot litteratos terrae sese etiam altius immersisse iactet, quam antea conditi fuerint, atque ita succedentibus peregrinatoribus de ipsius inventis iudicandi facultatem exemptam pu-

taverit? Concedendum tamen, in his quoque epistolis plurima mendacia inesse, ex quibus obiter unum et insigne addam de columna a sese Spartae reperta, quae occasione legationis a Iudaeis ad Spartanos missae posita esset (Maccab. I, 12. Meurs. Misc. Lac. I, 7.). De ea nihil quidquam in Fourmonti schedis reperio. Sed ne ii quidem, qui Fourmontum ab immanium vastationum crimine absolvere conantur, Firminus Didot et Pouquevillius (T. V. p. 133 sqq. coll. T. IV. p. 127.), fracta ab eo vel sepulta marmora negant, et sua ipsorum defensione nihil aliud effecerunt, nisi ut pro barbaro et nequissimo homine videretur mendacissimus, nec tamen barbariei crimine plane vacuus. Neque vero omittam, et Stuartum et Villosionum (hic enim est quem Ste-Croix tecto nomine significat) in Graecia edoctos oblitterata a Fourmontio marmora testari, adeoque constantem de hac re famam mansisse, eam ut Dodwellus (T. II. p. 405.) Misithrae communem et pervulgatam esse affirmet: nisi, quod Aberdeenus (Walpol. Trav. p. 499.) coniicit, ille qui et ipsi et Dodwello haec narravit, non popularium traditionem secutus est, sed famam propagavit ex ipsius Fourmonti epistolis dispersam. Utrumcunque verum iudices, certe ex tot genuinis titulis, quos Spartae Fourmontus transcripsit, paucissimi post eum ab aliis reperti sunt; et qui in Walpolii Itineribus (Travels p. 583. n. 49.) ex Aberdeeni schedis editus est, ibi extat mutilus, quum in Fourmonti chartis sit integer: ut eum et hunc et alios fregisse vel oblitterasse probabile fiat.

Hi igitur quum Fourmonti mores fuerint usquequaque improbi, homo imperitus genuinarum inscriptionum a sese collectarum bona germana parum agnoscens, ut vanitati suae satisfaceret, potuit monumenta fingere, quae si nemo posthac reperiret, ab ipso deleta putarentur; gloriae enim cupido perversa, mala mens, malus animus, postremo libido mentiendi quidni istum eo egerint? Neque illud, quod aliquis putet, Fourmontum a suspitione liberat, quod non ipse omnia, quae spuria iudico, in lucem protulit, sed nonnulla in schedis scripta reliquit: nempe eum haec paulatim proferre voluisse probabile est; immo tum, quum haec edere inciperet, nondum confecerat omnia, quae effingere constituerat. Unde Messeniorum regum et reginarum epitaphia et tot alia desiderantur, quae omnia situ et carie in schedis deleta esse non verisimile est. Quodsi ab isto has inscriptiones posse fictas esse demonstratum est: et potuisse vel ab imperitissimo fingi, supra monuimus: superest, ut ipsas spectemus. Et plurima quidem singularum reservo tractationi, quae in unum locum colligi a prudenti lectore, si opus esse iudicet, possunt; in eaque re ita optima utar fide, ut Fourmontiana ipsa, quantum possum, defendam: hoc loco pauca praemoneto. Et primum quidem exterior monumentorum condicio de eorum veritate suspicionem movet: plurima enim tam integra sunt, quantum pauca

quae supersunt, neque ex remota ista quam simulant aetate quidquam adeo incolume perdurasse probabile est, quum praeter Fourmontiana ne ullum quidem aliud illius temporis scriptum monumentum manserit. Accedit clypeorum forma insolita iam a Knightio reprehensa, quae vix potest clypeo in nummis Boeotio defendi cum Rochetto (p. 124.). Quod vocabula magistratus designantia et primos catalogorum versus maioribus litteris exaratos videmus, Knightius iniuria reprehendit, quum talia haud raro in inscriptionibus reperiantur: sed reliqua scriptura in horum titulorum plurimis est eiusmodi, quae quantum iudicare ex certis monumentis licet, tam remotae aetati tribui nullo modo queat: ac si quis uni et alteri formae rationibus ambiguis maiorem antiquitatem assignare non dubitet, certe mirari subibit, Spartanos potissimum, prisci moris tenacissimos, primos novissimo scripturae genere uti coepisse. In plerisque autem harum inscriptionum magnus cernitur ligaturum ductuum numerus, quorum nullum non modo in vetustissimis, sed ne in iis quidem inscriptionibus, quae florentibus Graecorum rebus exaratae sunt, exemplum deprehendimus: quos lusus si quis brevitatis studio Spartanis proprio tribuere velit, videat ne Spartanis illitteratissimis et paucissima vel loquentibus, imprimis iis, qui bello priori Messeniaco vixerunt, non conveniat tam prolixorum catalogorum confectio et magistratuum aliorumque nominum non gravissimorum consignatio, quum ne leges quidem, nisi paucissimas, tum scriptas apud Spartanos esse constet: certe qui Lycurgi instituta litteris concepta antiquitus fuisse putent, pauci hodie reperientur. Nihil saltem nisi regum et regiarum familiarum catalogos (Plutarch. Agesil. 19.), oraculorum a regibus custoditorum tabulas (Plutarch. adv. Colot. 17. coll. Herodot. VI, 57.) et quattuor rhetras antiquissimas ex prisca aetate commemoratas video (cf. Müller. Dor. T. I. p. 134 sq.), in quibus rhetris ipsis inerat *μη χρηστὰς νόμους ἐγγράφαις*. Denique hae inscriptiones prope omnes sermone et argumento mirificae et singulares sunt, eaeque nec inter se satis convenientes nec cum Spartana dialecto, nec congruae priscae orationis proprietati, sed in terminationibus potissimum formis portentosis refertae: haud pauca etiam insunt ne Graeca quidem: ac si unum et alterum defendi queat, tamen tot singularium rerum concursus malam hominis fidem satis coarguit. Postremo res ipsae partim cum Spartanorum rebus aliunde cognitae dissentiunt, partim ex Meursio et Cragio, ex falsis quin etiam dubiisve lectionibus sine iudicio petitae sunt. Igitur si me audis, conclamatum est; me inquam, qui non gloriolae captandae causa neque ingenii ostentandi in convincendis his monumentis versatus sim, sed ut Fourmontum absolvere possem non optaverim minus, quam iudex aequus et bonus reum malet innocentem quam noxium inveniri.

Ex ruderibus templi Apollinis Amyclaei petiit esse titulum, qui sine loci notitia in Fourmontianis transcriptus extat, Bartholemius censet, qui edidit Mem. Acad. Inscr. T. XXIII. tab. I. ad p. 421. et explicuit. Ex Bartholemio dedit D'Hancarvill. Rech. T. II. tab. 25. Knightius tab. III. et vulgaribus litteris hanc et sequentem inscriptionem repetiit Lanzius Sagg. di ling. Etr. T. I. p. 95 sqq. cum observationibus nonnullis maximam partem ex Bartholemio ductis, et cum speciminibus scripturae tab. I.

ΟΥΔΟΤΑ ΝΟΤ ΙΑΑΝΟΘ ΙΑΘ ΖΕ ΑΞΤΑΜ
 ΝΟΘ ΚΑΙ ΕΤ ΜΑΤΕΡΟΝ
 ΑΚΑΚΑΛΙΣ ΑΚΡΑΤΟΝ ΜΑΤΕΕΡ Δ
 ΑΔΥΟΘ ΝΟΔΝΖΘΟ ΑΤΟΑΞΞΑ
 ΑΞΞΤΑΜ ΖΟΞΖΔΙΔ ΞΞΝΟΜΝΜΑ
 ΔΙΙΙ ΛΝΑΘΟ ΛΔΣΙΟΝ ΚΟΝΑΔ
 ΖΑΞ ΑΞΝΜΑ ΑΞΞΜΑ ΔΟΔ
 ΙΛΕΟΘ ΜΑΤΕΕΡ ΙΙΙΙ ΛΝΑΘΟ . . . ΣΙΟΝ
 ΑΔΥΟΘ
 ΙΙΔΔΔ ΑΞΞΤΑΜ . . . ΑΖΘΑ ΑΖ . . . Δ
 ΙΑΣΙΣ ΙΑΣΟΝ ΚΑΙ Π . . ΟΕΕ ΑΚΑΣΤΟΝ
 ΙΑΔΥΟΘ
 ΞΤΑΜ ΝΟΔΑΛΑΑ ΑΞΞΜΑ ΔΟΔ
 ΞΑ ΔΙΙ ΚΑΛΙΣΤΟ ΘΕΟΠΟΜΠΟΥ ΚΟΝΑΔ
 Π ΑΞΞΤΑΜ ΝΟΜΑΔΕΧΑΑ ΑΞ
 ΚΛΙΟ ΑΡΙΟΝΟΘ ΚΟΝΑΔ
 ΔΔΔ ΑΞΞΤΑΜ ΥΟΤΖΑΔΔΑ ΞΞΟΑΙΔΔΑΧ
 ΑΚΑΚΑΛΛΙΣ ΘΕΟΚΛΕΟΘ ΚΟΝΑΔ
 ΑΞΞΤΑΜ ΖΟΝΟΙΑΞΤΖΑ ΑΖΞΑΜΟΜΑ Δ
 ΔΔΔΔΓΙΙΙΙ ΑΝΑΤΟ ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ ΚΟΥΑΔ
 ΙΙΠΔΔΔΔ ΑΞΞΤΑΜ ΥΟΔΟΔ ΝΔΟΠ . . ΝΟΘΧ
 ΠΡΟΚΡΙΣ ΠΟΛΥΜΕΣΤΟΔΟΘ ΚΟΥΑΔ
 ΙΙΔΔΔ ΑΞΞΤΑΜ ΝΟΧΔΑΜΕΔΟΠ ΔΙΖΑ
 ΠΟΛΥΔΟΡΑ

Ματρες και κουραι του Απολλωνος και ετ[εα τον] ματε-
 ρον Ακακαλις Ακρατου ματεερ Δ Αεεροπα Οκσυλου κουρα
 Αμυμονεε Διαλκεος ματεερ ΔΙΙΙ Γναθο Λασιου κουρα
 Λαοδαμееα Αμυκλα βασιλεος ματεερ ΙΙΙΙ Γναθο Λασιου
 κουρα Α[αρι]σα Αδδα[νος] ματεερ ΔΔΔΙΙ Ιασις Ιασου
 και Π . . οεε Ακαστου κουραι Λαοδαμееα Αργαλου ματεερ
 ΔΙΙ Καλιστο Θεοπομπου κουρα εα Αρχεδαμου μα-
 τεερ Π Κλιο Αριονος κουρα Καλλιροεε Αδραστου ματεερ
 ΔΔΔ Ακακαλλις Θεοκλεος κουρα Δαμονασσα Αστε-
 ριονος ματεερ ΔΔΔΔΓΙΙΙΙ Ανατο Αριστοβουλου κουρα

ΧΘον[ια] Πολυδορου ματεερ ΔΔΔΔΓΙΙ Προκρις Πολυ-
 μεστορος κουρα Ασια Πολεμαρχου ματεερ ΔΔΔΙΙ Πο-
 λυδορα

Vs. 3. 4. Acacallidi Lanzius annos tribuit ΔΑ,
 et legit ΕΕΡΟΓΑ, male: debebat enim ΔΙ esse.
 Vs. 10. ex meo supplemento reposui Larissam
 Azanis f. Notus est Azan Arcadis f.; in eadem
 autem Pelasgica stirpe Larissae nomen occurrit, quo
 ipsius Pelasgi filia appellata. Vs. 14. nota Ε in-
 versum. Scriptura est βουστροφηδόν exarata, inci-

piens a dextera, ut num. 1. sed tertio versu post indicem tituli novus ordo incipit a sinistra, quod licet inconcinnum sit, non tamen audeo reprehendere, qui versuum rationem in veteribus inscriptionibus variari mirifice videam (num. 20. 21. 27.). Rursum vs. 5. nova series a dextera incipit, quae ex versuum ordine debuerit a sinistra progredi; itidemque deinceps novi articuli omnes a dextera ordiuntur, etiam ubi ordo versuum contrariam suadebat rationem, ut vs. 10. 13. In litterarum formis exigua discrimina non premenda sunt, ut quod K formas paululum diversas habet, ac modo V modo Y est, et Π pro Γ vs. 21. Rotandum tamen K adhuc in nullo lapideo titulo vidi; quamquam C pro K in foedere Graeco in hortis Caesaris scriptum fuisse Scavrus tradit p. 2253. Litterae Theta forma Θ, formae litterae O rotundae composita, vix ulla ratione defendi potest, quum illa conveniat formis Θ, C (pro O, Σ), quae non nisi in noviciis post Alexandrum M. titulis, immo ut arbitror non ante saeculum Christi aetatem proxime antecedens inveniuntur: nec conferri potest Θ pro Φ cum O coniunctum num. 11. cuius rei peculiaris in illo aere ratio est. Formam S pro Σ Knightius (p. 114.) per errorem ex nummo Gortynio depromptam iudicabat, in quo esset Iota (v. ad num. 3.); sed eundem litterae Sigma ductum vel simillimos et nummi (v. Rochettum p. 21 sq.) et plura marmora offerunt. Neque tamen quod haec litterae Σ forma legitima est, et primum in nummis lapidibusque iis inventa, qui post Fourmontum demum in communem notitiam prolati sint, inde pro inscriptionum Fourmontianarum fide potest argumentum desumi: Fourmontus enim ex ipsius titulis genuinis (n. 12. 13. 14. 21. 22. 23. 27. 28. 35.) hanc formam cognoverat. In consonis modo duplicatis modo non duplicatis mira inconstantia est: Απυλλωνος, Ακακαλις, Καλιστο, Καλλιροε, Ακακαλλις, Δαμονασσα; vetustior ratio est non duplicandi (vide ad num. 2.): nunc utraque ratio commista est. Aspiratae consonae insunt X et Θ. Pro compositis Z et Ξ habetur ΔΣ et ΚΣ: posterius veteris est Dorismi et Aeolismi, de quo dixi ad num. 3. 17. ΔΣ pro Z nondum repperi, quod Z longe antiquioris quam Ξ et Ψ usus est, nec tamen impugnari ΔΣ potest aut dialecti causa ΣΔ postulari. Ceterum digamma peritissimus quisque aegre desiderabit: prisci enim Lacones et remotissima aetate Graeci universi non ἔτος dicebant sed ῥέτος, neque opinor Δαμόνασσαν, sed Δαμοῤάσσαν: ἔτος enim et ἄναξ certum digamma habent, Homero, Pindaro, aliis auctoribus: quo pertinet etiam βάννας (ἄναξ), βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώταις ap. Hesych. Quid quod vel in Romanae aetatis inscriptione Laconica de C. Iulio Seimede huius uxor audit Μεμμία Εὐρυβάνασσα? At quanta tandem in longis vocalibus huius tituli inconstantia est! Etenim Ω et Η non insunt, sed pro illo O, contra pro hoc semper EE, quod nusquam videmus, nisi in suspecto num. 43. ubi vide quae dixi. Quodsi EE pro Η est, debebat certe

etiam OO pro Ω esse: sed neutrum in probis titulis Graecis inveneris, nec Latinorum usus ad Graecum pertinet. Rochettus quidem (p. 57 sqq.) adversus Knightium duplicatas has vocalium formas quattuor exemplis defendit, non tamen ullum EE vel OO afferre potuit, sed tantum Η: at haec quoque vix idonea sunt. Primum habet ex nummis Aspendiis (ap. Hunter. Numm. vet. descr. p. 46 sq.), quorum unum ipse (tab. I. fig. 6.) repraesentat: in iis inest barbara forma, non Graeca ΕΣΤΦΕΔΙΥ, ex sermone indigenarum: in qua voce cur Η pro simplici Ι positum iudicetur, nulla videtur causa esse; neque enim illius sermonis notitia ulla superest. Alterum exemplum petit ex Posidoniae nummo (tab. I. fig. 7.), quae etiam Phistulis dicta: in eo quum sit ΜΗΛΛΑ, Φίς, nullam ego rationem video, unde hoc monosyllabum esse intelligatur. Nam si alibi simplici Ι scribitur haec syllaba, possunt olim duae fuisse syllabae, quae deinde coaluerunt. Tertium vero et quartum est ex Lilybaetanis et Menarum nummis (ap. Mionnet. Descr. T. I. p. 250. et Torremuzz. Sic. vet. num. T. XLIX. 9.), ΛΙΑΥΒΑΙΤΑΝ et ΜΕΝΑΙΙΝΩΝ: sed ne in his quidem Η est pro Ι, sed prius Ι pars est diphthongi αι ex primitivis Αιλύβαιον, Μεναι retentae, ut gentilicia fuerint Αιλυβαίτης, Μεναιῖνος, quemadmodum Ἀχαιῖκος et alia haud pauca, de quibus v. Osann. Syllog. p. 111. Vides igitur nihil pro isto EE posse proferri. Praeterea pro Αεεροπα Graecitas postulabat Αεροπα, et contra Πολυμεεστορος pro Πολυμεστ. Obiter arguo dialecti intolerabiles varietates: modo enim Dorica habemus Αεεροπα, Δαμονασσα, κουρα, ματηρ, modo vulgata Αμυμονεε, Καλλιροε: nec Πολυμεστ. sive Πολυμεεστ. esse debebat, sed Πολυμαστορος. Ad quae excusanda quae Barthelmius disputavit, ea refellam num. 45. Reconditioris autem usus nihil quidquam inest nisi Λαοδαμεια (Λαοδάμη p. Λαοδάμεια), et Ἀρχεδαμος p. Ἀρχίδαμος, quamquam hoc admodum notum: Κλει p. Κλειω nonnisi orthographicum est. Illud vero credulitatem meam plane superat, quod ΟΥ scribitur constanter; quippe ΟΥ, quod in antiquissimis indubitatae fidei et certae lectionis titulis non reperitur, maxime offendit in terminationibus (v. ad num. 34.): nec κουρα Laconicum est, sed κόρα vel κώρα. Quibus in unum collectis certum fit titulum non esse priscum: superest ut aut a Fourmonto aut a recentioribus Spartanis confictus sit. Neque vero Spartani ipsi vel Imperatorum Romanorum aetate dialecti suae, quam nondum plane exuerant, adeo potuerunt imperiti esse, ut tanta vitia tantamque committerent sive inconstantiam sive negligentiam; quae ne transcribenti quidem tribui potest. Igitur Fourmonti videtur in hoc titulo fingendo fraus grassata esse: quam in rem praeterea vide quae ad num. 45. 46. disputavi ad hanc quoque inscriptionem spectantia.

Iam ut ad argumentum accedam, ex nomine Amyclae regis Spartanisque Argali, Theopompi, Polydori nominibus, item ex similitudine tituli Amyclaei num. 45. Barthelmius merito collegit, de

Amyclaei Apollinis sacerdotio in hac inscriptione agi. Igitur muliebre Amyclaei Apollinis sacerdotium fuerit: de quo aliunde non constat. Nam inscriptiones num. 51. 53. 54. suspectae sunt, genuinae vero de Lauageta et Anthusa ipsi Fourmonto non ad Apollinis ministras, sed Ongae pertinere visae sunt; quod etsi falsum est, eodem tamen iure, quo ad Apollinis, possunt ad Bacchi sacerdotes referri, quemadmodum Aberdeenus (in Walpol. Mem.) recte notavit. Sane Apollini Amyclaeo mulieres Spartae in domo cui nomen *χρῶνι* vestem texunt (Pausan. III, 16.): sed vestium confectio mulieribus propria non docet sacerdotes quoque muliebres fuisse. Nec *ματέρες* possunt hae mulieres vestis confectrices appellari, ut contra D'Hancarvillium monuit iam Rochettus (p. 42.). Sunt Spartae Leucippidum, Hilairae et Phoebe, sacerdotes virgines, et ipsae Leucippides dictae (Pausan. III, 16. init.), sunt aliae Dionysiades (ib. 13, 5.): sed quid hae ad Apollinis Amyclaei sacerdotes? Attamen mares huic sacerdotes fuisse exclusis mulieribus, non potest certo affirmari: cupidiusque id ex Pausaniae silentio Aberdeenus collegit. Sed ut ad ipsas *μητέρων* et *κουρῶν* denominationes perveniam, recte Bartholemius *μητέρα sacerdotem* interpretatur; *κόρη* putatur Camilla s. *κανηφόρος* esse: *μήτηρ* illa nupta fuisse coniicitur (Barthel. p. 411.). Haec omnino nova sunt, nec possunt idoneis exemplis illustrari. Nam quod in Phliasia inscriptione *πατήρ* et *κόρος* simili sensu reperitur (n. 46.), non potest in censum venire: si enim ulla Fourmontianarum inscriptio commenticia est, est ista Phliasia. Mithrae sacerdotem Salmasius (ad Lamprid. p. 117.) ex D. Hieronymo et Eupapio, qui *πατέρα τῆς Μιθριακῆς τελετῆς* dixit, *patrem* vocatum esse collegit; ibique notante Rochetto Boissonadus Eupapii interpretes trium meminit inscriptionum Latinarum, in quibus *pater hierophanta*, *pater propheta*, *pater sacerdos* (Marin. Fratr. Arval. p. 341. et 529. Inscr. Alb. p. 19.), et alibi (ap. Reines. p. 362.) est *Mater sacrorum*: sed haec omnia admodum recentia sunt nec satis similia dictioni *ματέρες καὶ κοῦραι τοῦ Ἀπόλλωνος*. *Filiam* etiam Romae sacerdotem dictam esse colligitur ex inscriptione hac: DINDIA. MACOLNIA. FILEA (Lanzi Sagg. di ling. Etr. T. I. p. 161.): sed haec mera Visconti coniectura est neque ea magnopere probabilis. Nec sinas te induci, ut credas Spartae sacerdotes esse *κόρας* dictas, quod Pausanias (l. c.) Leucippides sacerdotes *κόρας παρθένας* appellat, hoc est, *innuptas puellas*: haec enim Pausaniae dictio est, non Lacorum. Verum assecutus esse Knightius videtur, qui non quidem, ut ait, ex D'Hancarvillio p. 252. alia proferente, sed de suo (v. Rochett. p. 42. Letronn. l. c. 1819. p. 717.) in Galliae aliquot coenobiis memorat monachas vocatas esse *Les mères et les filles du bon Dieu*: eam formulam sibi familiarem Graece expressisse Fourmontum. Harum igitur matrum anni designantur, per quos sacerdotium gesserint:

dein quibus usae sint puellis ministrantibus, in unaquaque additur; inter quas Gnatho Lasii f. duabus ministra fuit, et Larissa Azanis f. temporis successu duas Camillas habuit. Complectitur autem hoc fragmentum annos 234: et annis quidem viginti tribus post initium temporis in hac tabula consignati sacerdos fit Amyclae regis filia; ut videas ipsam tabulam ab Amyclae aetate incipere. Ea vero Amyclae filia est Laodamia, de qua Pausanias X, 9, 3. *Ἐφεξῆς δὲ Τεγεατῶν ἀναδήματα ἀπὸ Λακεδαιμονίων Ἀπόλλων τέ ἐστι καὶ Νίκη καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἡρώων, Καλλιστώ τε ἡ Λυκάονος καὶ Ἀρκᾶς ὁ ἐπώνυμος τῆς γῆς καὶ οἱ τοῦ Ἀρκάδος παῖδες Ἑλάτος καὶ Ἀφείδας καὶ Ἀζάν· ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Τρίφυλος· τούτῳ δὲ ἦν οὐκ Ἐρατὼ Τριφύλῳ μήτηρ, ἀλλὰ Λαοδάμεια ἡ Ἀμύκλα τοῦ ἐν Λακεδαίμονι βασιλεύσαντος*. Vides Laodamiam ex Arcade Triphylum enixam dici: haec enim Pausaniae mens est: alia Arcadis uxor Erato, mater Azanis ex Arcade (Pausan. VIII, 4, 2.); huius Azanis filia Larissa succedit Laodamiae. Hanc sequitur alia Laodamia Argali f. Argalus autem Amyclae filius est (Pausan. III, 1, 3. conf. Meurs. Regn. Lac. II. III.). Continuo additae sunt filiae *Theopompi*, *Archidami*, mox etiam *Polydori*. Sunt haec regum Spartae Doricorum nomina; quae nomina in hac inscriptione ita proponuntur, ut iam ante Dores Amyclis usitata fuerint: quae res mirifica, immo absurda. Nimirum Fourmontus haec regum nomina ex Meursii commentario de regno Laconico desumpsit (v. c. XVII.), unde una cum Polydoro etiam Polemarchum postea memoratum hausit (cap. X.), eaque temporibus Doricam invasionem antecedentibus intulit. Quod nisi statueris, debet dici, vs. 14. interruptam esse seriem, et inde a Theopompi filia in belli primi Messeniaci tempora transiliri; hinc Theopompi filiam memorari et deinde Archidami filiam eius, qui Theopompo natus est et Pausania teste ante patrem obiit. Sed nulla usquam lacunae nota est, nec quidquam in titulo significatur, ex quo omissas intermedii temporis sacerdotes esse pateat; ac ne sic quidem temporum constabit probabilis ratio, quum Polydori filia Sacerdos annis post Theopompi filiam Camillam octoginta quattuor ponatur, et post tantum temporis intervallum etiam per quadraginta septem annos sacerdotio fungatur, licet Polydorus Theopompi collega fuerit. Potior igitur prior ratio, ex qua haec nomina temporis Doricum imperium antecedenti tribuuntur: atque hinc factum est, ut quum Amyclae nomini apposita sit regiae dignitatis nota, haec in Theopompo et ceteris omissa sit: non enim reges cognomines, sed alios intelligi auctor voluit. Vides opinor etiam ipsa nomina fraudem aperire: nam post Amyclae prolem quis non Tyndaridas potius et Atridas quam vacua haec et ex Doricorum regum denominationibus petita nomina expectet? Transeo ad alterum titulum; quo explicato ea proponam, quae de utroque dicenda supererunt.

45.

Ex ruderibus templi Apollinis Amyclaei, fragmentis hic illic disiectis, sed congruentibus. Ampliore forma primi ediderunt Benedictini cum explicatione insula Nov. tract. dipl. T. I. p. 615-626. contractiore dein Bartholomaeus cum num. 44. tab. II. qui etiam explicuit. Dedit D'Hancarvill. Rech. T. II. tab. 26. Knightius tab. IV. et eodem quo num. 44. modo Lanzius, loco ibi citato. Transcripsit etiam Bekkerus, cuius apographum cum Benedictinorum exemplo ut plurimum consentit.

. . . ΔΑΜΑ ΔΤ ΑΙΔΑΜΕ Μ
 ΤΕΕΡ ΕΚΑΛΙΓΡΚΗ. . . . ΤΟ ΚΑΛΙΜΑΚΟ
 ΔΑΜΙΔΑ ΔΤ ΑΙΔΑΤΜ ΑΞΕΤΑΜ
 ΜΑΤΕΕΡ Κ ΚΑΑΔΕΑΙΣ ΤΟ ΚΑΑΔΕΑΔ
 ΔΑΞΟ ΔΤ ΑΝΔΜΑ ΔΑ ΑΞΕΤΑΜ
 ΛΕΔ ΜΑΤΕΕΡ ΝΕΑΜΑΜΑ ΤΑ
 ΜΑΔΑΜΑ ΔΑ ΑΞΕΤΑΤ ΔΠΠ
 ΤΑ ΑΑΙΣΕΤΑΝΔΕΡΑ ΤΑ ΑΑΙΣΕΤΑ ΜΑΚΔΜ
 ΑΑΑΜΤΕΖΙΑΑ ΔΤ ΖΙΑΑΜ Α) ΑΞΕΤΑ
 ΜΑΤΕΕΡ ΚΕΑΓΑΙΑ ΤΟ ΚΑΛΙΚΕΑΤΑ
 ΟΑΑΜΙΔΑ ΔΤ ΑΝΔΜΑ ΔΑ ΔΑΔΑ
 ΚΟΑ ΛΑΜΔΜΟΝΑ ΤΟ ΛΕΚΕΡΑ ΜΑΤΕΕΡ Κ
 ΔΑ ΑΞΕΤΑΜ ΔΑΤΕΚΕΖ ΔΤ ΖΙΑΔΑΖ
 ΛΕΚΔΛΑ ΤΑ ΛΕΚΙΔ ΜΑΤΕΕΡ ΝΒ
 Α ΑΞΕΤΑΜ ΔΑΔΑΙΔΑ ΔΤ ΑΝΔΜΕΚΕΖ
 ΓΕΣΟΡΙΣ ΤΑ ΑΓΚΙΔΑΜΑ ΜΑΤΕΕΡ Λ
 ΔΑ ΑΞΕΤΑΜ ΔΒΕΜΑ ΕΞΟΤΑΝΕΜΟΔΕΤ
 ΓΑΛΟΚΣΑ ΤΟ ΠΙΣΑΝΔΡΑ ΜΑΤΕΕΡ ΚΔ
 ΝΟΧ ΝΔΑΔΜΑΤΖΙΑΑ ΝΟΤΑΙ ΔΒΝΔΠ
 Α ΔΑ Κ ΜΕΛΑΝΙΓΓΑ ΤΟΥ Μ ΝΑΖΑΝΔΣ
 ΝΟΧΑΜΟΤΖΙΑΑ ΝΟΤ ΖΙΑΔΑΖ Α ΑΑΟΧ
 ΚΟΑ Κ ΜΕΛΑΝΙΓΓΑ ΤΟΥ ΜΕΛΑΝΙΓΓΟΝ ΚΟΑ Κ
 Δ ΑΑΟΧ ΝΟΑΔΜ ΑΖΙΠ ΝΟΤ ΑΞΕΠΑΑΜ
 ΜΕΛΑΝΙΓΓΑ ΤΟΥ ΠΙΣΑΝΔΡΟΥ ΚΟΑ Δ
 Δ ΑΑΔΑ ΥΠΠΙΝΑ ΔΕ Μ ΥΟΤ ΑΤΖΑΚΙΖΕΔΕΜ
 ΑΓΑΙΑ ΤΟΥ ΛΥΖΙΣΤΑΤΑΝ ΚΟΑ ΚΑ

Est hoc Bartholemii exemplum, a quo Benedictinorum apographum, si minutissima quaedam omitto, in his discedit: vs. 2. extr. post Καλιμακο additur Σ (Καλιμακος). Vs. 3. littera nona Α omititur. Vs. 4. extr. ultimae tres litterae omissae. Vs. 6. litt. 11. pro Ε habetur Κ, et litt. 14. Α pro Δ, recte. Vs. 10. extr. pro Καλικερατο est ΚΑΙ.ΡΚΕ

ΠΑΤΔ. Vs. 12. ultimum Κ omittunt; sed Bekkerus habet. Vs. 18. pro Πισανδρο est Πισανδρο, quod non sperno. Vs. 21. extr. in voce Αριστομανου primae litterae obscuriores sunt. Vs. 25. Benedictini ΜΕΕ ΔΕΣΙΤΑ. Cum Benedictinis, ut dixi, Bekkerus consentit, nisi quod litterae Κ ductus hinc inde paululum differt, vs. 12. Κ illud, de quo antea dixi,

Bekkerus retinet, et vs. 15. litt. 5. M pro N habet. Tantaе autem illae inter Benedictinos et Barthelēmium varietates vix aliunde natae esse possunt nisi ex diversis Fourmonti ipsius apographis; Barthelēmium enim contra schedarum fidem illas suas lectiones suo exemplo intulisse, vix mihi persuadeo: nec Benedictinorum apographum auctoritate destitutum esse Bekkeriani consensus docet. Ex utroque optimis delectis contextum hoc est:

§. 1. ... μθ'. Εναλια το Αμοκελ[α μα]τεερ ε'. Καλιπακσ... το Καλιμακο ματεερ νγ'. Ακία το Καλιμακο ματεερ κ'. Καραδερίς το Καραδερο ματεερ κδ'. Αμομονα το Δεροσσο ματεερ νε'. Αμομονα το ..λιπο ματεερ μ'. το Αριστοανδερ Χ το Αριστομακο ματεερ λα'. Μακρίς το Αριτετμακο ματεερ κε'. Απαία το Καλικερατο κορα να'. Αμομονα το Καλιμακο κορα λ'. Αμομονα το Σεκεπρο ματεερ κ'. Σαλαμς το Σεκεπρο ματεερ κα' (Lanzius κδ'). Σεκολα το Σεκιλο ματεερ νβ'. Σεκενομα το Αλκιδοκο ματεερ α'. Πεσοπισ το Αγκιδαμο ματεερ γ'. Περομενα το Σερμεβο ματεερ κδ'. Πολοκτο το Πισανδρο ματεερ κδ'.

§. 2. Πολυβοια του Αριστανδρου κορα κ'. Μελανιππα του Μνασωνος κορα α'. Σαλαμς του Αριστομακου κορα κ'. Μελανιππα του Μελανιππου κορα κ'. Μαρπεσα του Πισανδρου κορα β'. Μελανιππα του Πισανδρου κορα ς'. Μεδεστικαστα του Μελανιππου κορα β'. Απαία του Λυσιστρατου κορα κα'.

Titulus βουστροφηδὸν scriptus, initio a dextera sumpto: litterarum forma fere ut num. 44. mediae est antiquitatis. De minutis ductuum varietatibus non dicam, ut B non omnibus locis idem est nec K. A et P in versibus a dextera progredientibus parum distincta sunt: O ut plurimum triangulare est, in secunda parte etiam rhomboides aut circulo affinius; Δ est vulgare vel vulgari proximum: denique A, P, O, Δ saepe similia sunt. Γ lin. 16. in voce Αγκιδαμο vulgare est; etsi potius Αγκιδαμο (Αρχιδαμο) scribendum. Θ lin. 1. 24. quadratum excuso, quod in hac inscriptione omnia rectis lineis incisa sunt. Ceterum haec aspirata in solis numeris assumpta est; pro consonis aspiratis tenues K, Γ habes, quod sine exemplo est in genuinis inscriptionibus, sed num. 43. in suspecta cernitur, ubi v. not. Nam ex dialecto formas Καλλίμαχος, Ἀριστόμαχος in Καλλίματος, Ἀριστόματος mutatas esse, ut δέχομαι δέκομαι, non mihi persuadeo. Nonnulla quidem eiusmodi collegit Osannus Syllog. p. 197. sed potissima ex his ipsis Fourmontianis petita sunt: solum, quod addi potest, ex nummis Lysimachi ap. Mionnet. Descr. T. I. p. 444. 445. petitur, in quibus dicitur ΛΥΣΙΜΑΚΟΥ esse. Quam causam amplio. Compositae consonae non insunt; pro ξ habes κσ, quod non reprehendendum esse docui. Pro Ω est O, pro H autem EE, ut num. 44. ubi vide nos: sed pro Μαρπεσα vitiose scriptum Μαρπεσα. Pro duplici consona §. 1. constanter simplex ponitur, ut Καλιμακος et alia; contra §. 2. novo scripturae genere incipiente duplicatur consona, ubi debet. Praeterea quibus §§. 1. et 2. differunt, sunt fere haec. Primum §. 2. Υ suis locis scribitur, sed §. 1. pro

eodem est O: quod, etsi Ypsilon recentioris originis esse alphabeti historia docet, tamen similitudine quincuncis V (Υ) et triangularis O μικροῦ (▽) vix bene defenderis cum priore interprete. Erit igitur statuendum, O non scripturā, sed pronunciationis diversitate pro Υ esse, ut μύλη mola, ὄνυμα ὄνομα (cf. Villosion. Anecd. T. II. p. 169 sqq. et p. 301.), aut pro υ fuisse ου pronunciatum, ut apud Boeotos et in certis vocibus etiam apud Lacones (Müller. Dor. T. II. p. 518.), pro ου autem vetusto usu esse o scriptum, ut Ἀμούκλας audierit Ἀμούκλας. Deinde §. 1. diphthongus ου nusquam scripta est, sed o aut pro ου aut pro ω, quod discerni non potest, quoniam Καλιμακο potest et Καλλιμάχου et Doricum Καλλιμάχου esse, et sic in ceteris: contra §. 2. ου etiam in huiusmodi terminationibus comparet, et semel in voce κούρα, quum ceteris locis κόρα (sive mavis κώρα) sit. Sed OΥ sero in scriptura receptum esse, monui ad num. 44. itaque §. 2. ac proinde universus hic titulus vel hanc ob causam non potest priscus haberi. Porro hoc inter utramque partem discrimen est, quod in sola priore inter duas consonas frequenter inseritur E, cui Schwa Semiticum comparavit Barthelēmius: quod si tantum in vocibus ΣΤ continentibus inter Σ et Τ fieret, dicerem Fourmontum ΣΣ, quod in marmore fuisset, male ΣΕ legisse (v. ad num. 25.); sed et diversa exempla sat multa insunt, nec potest duplex pro simplici Σ in hoc lapide scriptum esse, ubi ne legitima quidem consonarum duplicatio in Καλλίμαχος et talibus observata est. Iam vero istius E insolenter inserti nullum usquam in titulis exemplum reperio nisi in his Fourmontianis et suspecto Petrizzopuli num. 43. neque ex Graeco sermone multa afferri possunt, quibus miram rem defendas. Neque enim prorsus similia sunt στελεγγίς et στελεγγίς, ικτῆρ et ικέτης, τελαμών ac τλάω, quod contulit Viscontus Mus. Pio-Clem. T. II. p. 43. τέμενος ac τέμνω, a quo illud deducitur ap. Etym. M. qui τέμενος pro τέμνος esse dicit; et alia eius generis. Ne unum quidem exemplum praeter Fourmontiana affert Villosionus Anecd. T. II. p. 124 sq. et quae Rochettus p. 47. Graeca comparavit, suspecta sunt. Nam παρακαλαθεῖς p. παρακληθεῖς in Decreto adversus Timotheum Milesium prava est lectio, quod ex librorum collatione apud Knight. p. 132. facile intelligas, nec si vera esset, posset conferri, quum praesens extet παρακαλέω: ἀνισχαράτης autem an pro ἀνισχάρτης dictum sit, in etymi ambiguitate incertum est. Idem Latina quaedam paulo meliora attulit, ex quibus tamen eximendum castris p. castris in columna Duilia, in qua potius castreis est: supersunt auceta (aucta), sinisterum, arbiterio, uragum (orcum) apud Festum; cereo p. creio apud Varronem L. L. V, 8. Sed apud Fourmontum E sine etymi ratione promiscue inseritur: in his Latinis vocibus etymi ratio observata cernitur. Nam ut de urago nunc taceam, augeo facit augetum s. aucetum (c enim et g apud priscos Romanos scriptura non distinguebantur), ut deleo de-

letum, quam legitimam ab initio secundae coniugationis formationem fuisse facile demonstrari potest: *sinisterum*, *arbiterio* est a primitivis *sinister*, *arbiter*; postremo *cereo* et ipsum primitivum est, quocum cohaeret *cerus* (v. Scalig. ad Varron. T. II. p. 151. ed. Bip. Forcellin. Lex. v. *cerus*): inde per syncopen factum *creo*. Sed in Fourmontianis nullam eiusmodi analogiam video; immo quo quis melius Graece sciat, eo magis probabit Porsoni iudicium, Fourmontianis istis monstros Graecae linguae analogiam everti pronunciantis. A Latinis quidem in vocibus Graecis ante liquidam, ubi E illud etiam in ceteris exemplis potissimum comparet, aliquoties V inseritur, ut *Ἡρακλῆς Hercules*, *Ἀλκμήνη Alcumena*, *Ἀσκληπίος Aesculapius* (quod postremum contulit Viscontus l. c. T. VII. p. 98. simul de Fourmonti fide dubitans): sed singularibus huiusmodi formis quis constantem in Fourmontianis usum excusaverit? Igitur recte, opinor, E istud Fourmontiano Hebraismi studio tribuit Knightius; certe Fourmontus nomina Graeca amat ex Hebraicis Phoeniciisve derivare, ut *Thyrea*, *Thalamae*, *Calanae*, et ipsum *τέλος* talis illi originis videntur (v. Mem. Ac. T. XV. p. 397. 411.): meritoque Knightius coniecit Fourmontum absurdo de communi Laconum et Iudaeorum origine commento addictum fuisse: unde, ut supra rettuli, decretum Spartanum occasione legationis Iudaicae factum a se esse visum ementitus est. In utraque vero parte numeri sunt litterales, non ut num. 44. decadici: ε'. νγ'. κ'. κδ'. νς'. μ'. λα'. κε'. να'. λ'. κ'. κα'. νβ'. α'. γ'. κδ'. β'. θ': quod tituli antiquitati non magnopere favet, quum in vetustissima quaque inscriptione sola decadica numerorum consignatio recepta inveniatur, qua etiam Solon in legum erat tabulis usus. Mirum autem in numerando assumptas esse litteras, quas in verbis exprimendis dissimulatas videmus: nam aspiratae consonae in verborum scriptura nullae comparent; sed in numeris habetur Θ, et numeri omnino eo ordine decurrunt, ut etiam Z numeri septenarii notam esse intelligas, quum tamen num. 44. qui titulus eiusdem et loci et aetatis habendus, Z nondum in usum receptum sit. Quae res ut mihi dubitationem movet, ita poterit ab aliis sic defendi, ut numerales notae vel ante completum alphabetum Graecum ex Oriente ad Graecos translatae esse putentur: quamquam mihi hoc non probabile est. De Graecitate pauca moneo. Primum per universam inscriptionem offendit articulus τοῦ. Graeci dicere solent *Λύσανδρος ὁ Ἀριστοκρίτου*, vel *Λύσανδρος Ἀριστοκρίτου*: rara admodum ratio *Λύσανδρος τοῦ Ἀριστοκρίτου*, ut ap. Pausan. V, 3. extr. *Ἀλκιδῶκος τοῦ Σκοπίου*: quae tamen in hoc titulo constanter oblinet, atque eo insolentior est, quod remotissimae vel ante Homerum aetati tribuitur, licet constet ipsa Homericæ aetate articuli usum fuisse rarissimum. Excusavi istud τοῦ num. 43. sed peculiari de causa. *Ἀριστετανδερ* Latinus nominativus est, frequentissimus in Fourmontianis: quem hoc loco non incusabo, quum *Ἀριστετανδερο* legendum vi-

INSCR. GR. VOL. I.

deatur. Neque impugno formae *Καλικερατο*, *Καλλικράτου*, terminationem a Knightio reprehensam, in qua defendenda doleo quod Rochettus (p. 51 sqq.) miscet diversissima falsisque Deliaci lapidis et aeris Petiliensis explicationibus utitur: sufficit ad *ἐτεροκλισίαν* provocasse satis notam. *Σωκράται* enim dicitur vel Atticis (v. praeter alios Anecd. Bekk. T. III. p. 1191.); *Σωκράτου* Aeolibus tribuitur apud Gramm. Meerm. p. 662. ed. Greg. Lips. nec rara talia in inscriptionibus sunt, ut *Σωκράτου* est in Aegyptiaca insulae Bacchi inscriptione, in Attica *ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ ΘΟΡΙΚΙΟΥ*, nisi ibi Σ periit, in alia Attica Elginiana *ΕΥΦΑΝΟΥ*, item *ΣΩΚΡΑΤΟΥ*, nisi in his quoque dixeris Σ delevisse tempus; certa sunt *MENEKPA TOY*, *KALLIKPA TOY*, *EYKPA TOY* in Didymaeis titulis, *MENEKPA TOY* in Suniensi Theomnesti titulo, *KALLISTHENOY* in alio Attico, *ΕΠΙΚΡΑΤΟΥ* in Chandleriana, *KALLIKPA TOY* in Attica de metallis inscriptione, *ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟ* in locatione theatri Piraeensis; in Spartana de Tib. Cl. Montano est *KALLIKPA TOY*, et similia passim: *Εὐκράτη* bis erat in Orat. adv. Neaer. p. 1355. 12. 17. quod tamen recte mutavit Bekkerus. *Εὐμένου* ex nummo Syracusano ap. Mionnet. T. I. p. 303. a Rochetto allatum est.

De nominum ratione pauca sufficient. Vs. 2. male Lanzius *Καλίππα*: nam *κσ* et quae deinceps perierunt, ad idem illud vocabulum, quod ignoramus, pertinent. Ibid. pro *Καλιμακο* Benedictini *Καλιμακος*, qui soli potuerunt sibi persuadere, esse hoc pro *Καλλιμαχοῦς* genitivo a recto *Καλλιμαχῆς*. Vs. 3. *Ἀκία* Lanzio videtur esse *Ἀξία*: Bartholemios *AXIA* vel *ΠAXIA* et *AKPAIA* coniecit. Sequitur vs. 4. *Χάραδρις τοῦ Χαράδρου* interprete Bartholemio: *Ἀμομονα* est *Ἀμυμώνα*. *Δεροσσο* exponitur *Δρόσσω* vel *Δρύσσω*, a *Δρόσσης*, *Δρύσσης*, ut *Ὀδρύσσης*. Mox *.. λπο* est *Φιλίππου*, *Καλίππου* aut simile. Paulo post *K* inversum habetur pro *καί*, quod in titulis recentioribus solo *K* ut plurimum paulum immutato significatur; id vero nunc inversum esse dicitur, ne pro numerali haberetur nota: igitur ista femina Aristandri et Aristomachi filia est, alterius natura, alterius adoptione; vel *K* inversum in *TO* mutandum, ut Aristander sit Aristomachi filius, etsi avus in hoc titulo alibi non notatur; aut post *Ἀριστετανδερ* omissa est integra linea. *Ἀριτετ[ο]μανο* omissio *O* vitium quadratarum habetur. Dein ubi ego cum Bartholemio *Ἀπαία*, hoc est *Ἀφαία*, Lanzius legit *Ἀγρία*: *Ἀφαία* in Aegina Dianae nomen (Müller. Aegin. p. 163 sqq.). *Σεκεπρο* est *Σκέφρου* (cf. Pausan. VIII, 53.): male Knightius *Σεκεπας* legebat (p. 117.), quem sequitur Rochettus (p. 50 sq.). Deinde *Σεκολα* p. *Σκύλλα*: pro *Σεκίλο* Bartholemios corrigit *Σεκολο*, hoc est *Σκύλλου* a recte *Σκύλλης*, quod idem ac *Σκύλλης*, notum artificis nomen, esse ex Clem. Alex. Protr. p. 31. colligit. Vanum sane commentum: *Σκύλλου* potest a recto *Σκύλλος* esse: si a nominativo *Σκύλλης* vel potius *Σκύλλης* esset, scribi debebat *Σεκολο* (*Σκύλλεω*) ut *Δροσσο*, vel *Σεκολα* (*Σκύλλα*), vel potius *Σεκολίος* (*Σκύλλιος*, *Σκύλλιδος*). Paulo post

K

Σκενομα, quod Rochettus p. 51. non recte pro genitivo habet, mirum est nomen, magisque mirum varia lectio praebet Σκενομα: melius foret Εκενομα, hoc est Ἐχενόμα. In Ἀλκιδόκῃ succurrit Ἀλκιδόκος τοῦ Σκοπίου ap. Pausan. V, 3 extr. Πεσοπις est Ψῶφίς, nomen mulieris apud Pausan. Περομενα est Πρώμνα (Pausan. VIII, 14, 6.). Ubi vero Σερμεβο dedi, Bartholemius in fractura duo elementa perisse statuens corrigit Σε[ερ]αμεβο, Σεράμβου: Serambus viri nomen apud Pausan. VI, 10. Max. Tyr. Diss. IV. Πολοκσο est Πολυξώ, muliebre nomen ap. Pausan. Pro Πισανδρο Barthel. Πισανδρο habet: sed illud prisco tueare Laconismo et Aeolismo Eleorum et Eretriensium, qui vel in media voce P pro Σ pronuntiabant (v. ad 11.). Πισ. autem pro Πεισ. non offendet. §. 2. Πολυβοια est Aristandri filia, a Polyboea Hyacinthi sorore denominata, quae Apollineo cultui coniuncta in basi signi Amyclaei picta erat (Pausan. III, 19, 4.): ita quidem statues, ubi titulum genuinum esse putaveris. Medesicastae ut Priami filiae nomen notum ex Homero, Apollodoro, Pausania. Sub finem rursus est Ἀφαία, Dianae cognominis. Numerus annorum, si omnes, quae enumerantur mulieres, altera alteri successerunt, est 623.

Postremo ut de praecedentis et huius inscriptionis argumento dicam, quum Fourmontus (Hist. Ac. T. VII. p. 358.) catalogum sese sacerdotum Apollinis Amyclaei repperisse dixisset, in quo sacerdotiorum anni inde ab Amycla rege Lacedaemoniorum templique origine usque ad Romanorum imperium consignati essent, quod Freretus quoque ib. Mem. p. 297. refert; Bartholemius hos ipsos duos titulos intelligi perspexit. Hic p. 403 sqq. Amyclam, a quo prior catalogus initium capere dicitur, annis ante bellum Troianum fere ducentis et Amyclarum oppidum et templum Apollinis condidisse ex vulgari fama credit; et hac altera quidem inscriptione illarum sacerdotum recensum continuari iudicat, scriptura tamen non aequali conceptum, sed discrimina ea ostendente, quae aliquot saeculorum intervallo nasci debuerint; priorem vero inscriptionem (num. 44.) eiusdem catalogi praecedentem constituere partem: in utraque ob ipsam saeculorum successionem Sacerdotes et Camillas non eodem modo referri, quum in priore solarum matrum anni notati sint, Camillarumque sive puellarum nomina nuda addantur, in posteriore vero utraque suos annos consignatos habeant parique sint dignitate, ita ut modo mater modo puella per aliquot annos sit sacerdotio functa, quod mutatis caerimoniis alio tempore nupta mulier, alio virgo sacerdos constituta fuerit. Sed quoniam in priore numeri decadici sint, nec semper observatus Dorismus, sed pro eo vulgaria insint, ut Ἀμυμώνη, in altera autem litterales numerorum notae sint et constans Dorismus; priorem videri ante Dorum in Laconica habitationem scriptam, temporibus Lelegum vel Achaeorum, alteram posthac, imperantibus Doriensibus: utramque inde ab Amyclae ae-

tate (a. 200. ante Troica) usque ad sexti ante Christum saeculi initium ponendam esse; priorem tamen non ea, in qua versetur, aetate scriptam esse. Nam quum priori insit OY, quod in posteriore in fine demum comparet, item X aspirata, quae in posteriore nusquam scripta est, et quum in illa nullum sit scripturae discrimen, in altera progressu aetatum scribendi ratio sensim novata deprehendatur, atque in priore O constanter rotundum sit, in posteriore ex angulari paulatim rotundetur, ibique Y iam scribatur, quod in huius §. 1. deficiat et §. 2. demum redeat; colligit inde titulum priorem (num. 44.) non esse nisi ex antiquo exemplari mutatis nonnullis litteris transcriptum (ut est columnae Duiliae inscriptio). Reliqua vero patet illum iis aetatibus tribuere, quibus sacerdotes illae munere functae essent, usque ad sextum ante Christum saeculum, hoc est sex saeculis ab initio sexti retro computatis: et sexti ante Christum saeculi initio videtur etiam priorem titulum ex alio antiquiori exemplo transcriptum putasse, licet hoc non diserte pronunciaverit. Adversus quae viri docti placita monere sufficit, de titulis tam antiquis vix cogitari posse, nec sexto ante Christum saeculo OY scriptum esse: Amyclam, ut Eurotam et Lacedaemonem, non vixisse unquam, sed esse haec nomina hominum ex urbibus et flumine ficta: quo minus credibile est historicum catalogum Amyclae regis nomine insignitum tam antiquum extitisse, ut ex eo iam sexto ante Christum saeculo titulus num. 44. transcriptus esse potuerit. De Lelegum et Achaeorum ante Dore sermonem iudicare ut impeditum est, ita qui Graecae linguae origines altius rimatus fuerit, vix sibi persuadebit, Spartae ante Dore Ionicas formas, qualis Ἀμυμώνη est, usitatas fuisse. Nam ne de Lelegibus dicam fabulosis magis quam veris, Achaei Aeoles fuerunt, et Aeolica dialectus universae Peloponneso communis olim fuit (v. ad num. 11.): quodsi in Peloponneso Ionicae formae usquam auditae sunt, Ἀργιαλῶ eae tribuendae sunt, donec ibi Iones ab Achacis expulsi habitabant. Quamquam mollis ille Ionismus neque in Ἀργιαλῶ neque in Attica, sed in Ionia potius Asiana excultus videtur, Lydorum et aliarum gentium in ea parte terrarum habitantium mollitie eo deducente etiam advenas severiores, caelique natura hos ipsos mitioribus sonis assuefaciente. Licet igitur Pausanias (II, 37.) Argivos ante Dorum imperium simili atque Athenienses sermone usos contendat, praeter Ἀργιαλῶν et vix hunc universae Peloponneso Aeolica ante Dore dialectus tribuenda est, et Ionicae linguae in Fourmontiana inscriptione usus fraudis praebet indicium. Accedit nominum paucitas, quae in his titulis, ut in ceteris suspectis Fourmontianis, exiguum fingentis eruditionem prodere videatur. Postremo qui finxit, eum quidem concedo catalogum sacerdotum fingere voluisse; qualis fuit Hellanici Lesbii index ἱερείων τῆς Ἡρας: illud nego, titulo num. 45. continuari priorem num. 44. Nam uterque titulus ab eadem fere

Amyclae aetate procedit, non solum num. 44. sed etiam num. 45. ubi statim post initium Ἐναλία τοῦ Ἀμύκλα in conspectum procedit: quod Barthelimum non vidisse mireris. Nullus enim post Amyclam Lacedaemonis f. Amyclarum conditorem (Meurs. Regn. Lac. 2.) alius Amyclas fuit, neque alius facile fingi antiquitus poterat, postquam ab illo conditas Amyclas esse fictum erat: solius enim huius urbis causa heros ille compositus erat. Unus ante eum est Amyclas Lelegis f. aequae commenticius (Meurs. Regn. Lac. 1.). Quo argumento quum universa concidat Barthelimum ratio, superest ut aut diversorum sacerdotiorum his duabus inscriptioni-

bus recensu continetur, aut eundem catalogum his et vario modo finxerit qui finxit. Ceterum num. 45. sane ita compositus est, ut §. 2. sero addita videri deberet, scriptura autem eius §. similis est ei, quae num. 44. observata est: igitur num. 44. recentiore quam num. 45. litteraturam ostendit. Sed nihilominus num. 44. antiquiorem sequitur numerorum scribendorum rationem decadicam, num. 45. recentiore. Quae omnia male composita sunt: nec potuerunt tam male a Spartanis componi, potuerunt a Fourmonto. Cf. etiam ad num. 46. extr.

46.

Ex fundamentis ecclesiae S. Nicolai Templi, alias ἁγίου Νικολάου τοῦ Βωμοῦ, ad S. Georgium prope Phliuntem. Ed. Barthelimum Mem. Acad. T. XXIII. ad p. 421. tab. III. et explicuit p. 409-411. minusculis habet Lanzius l. c. p. 98. Hoc exemplum est Barthelimum, quod tamen ad Bekkeri apographum correxi.

ΜΑ ΑΞΞΤΑΓ ΔΑΔ ΔΖΑΜΔΘΔ
 ΑΚΕΔΝΤΔΖ ΤΕΕΜΕΝΔ ΤΔ ΓΕΛΕΔ
 ΜΑΑΞΞΤΑΓ ΖΟΜΔΟΜΕΝΕΜΔ ΖΞΞΤΑΑΞΖΙΔΑΖ
 ΑΚΕΔΝΤΔΖ ΒΚΞΑΤΔ ΤΔ ΤΕΕΜΕΝΔ
 ΑΞΞΤΑΓ ΔΞΑΞΓΕΔ Δ ΖΔΙΑΞΤΑΜΞΞ
 ΑΝΑΚΕΔΝΤΔΖ ΚΕΛΕΔ ΤΔ ΔΗΤΕΓΑΝΔ ΤΔ ΒΚΞΑΤΔ
 ΖΔΑΔΖ ΔΤΑΑΞΓΑ ΖΞΞΑΓΑΔ

Lege: ΑΘαμας ο Εολας πατερ ανακεοντος Τεεμενο [το] Πεγεο. Καλικερατες ο Μενεμοσος πατερ ανακεοντος Εοκερατο το Τεεμενο. Γεεματεριος ο Λεπερεο πατερ ανακεοντος Καλικλεο το Εοστεπανο το Εοκερατο. Λαπαεες ο Περατο κορος.

In voce Ἀθάμας Θ est, inconstanter, quum pro Φ sit Π: tam inconstans vix fuerit prisca aetas. Tertiae vocis Εολας duae priores litterae in monogrammum contractae sunt; Εολας est Εὐλάου: male Lanzius το Εολας pro ὁ Εολ. legebat. Spiritum omissum non culpabo, quippe qui in genuinis passim et maxime num. 11. in antiquissima inscriptione Peloponnesiaca non compareat. Τήμενος, notum Argivi regis Dorici nomen, hoc loco alius herois est: Temenus Phegei f. Psophidis in Arcadia rex intelligendus (Pausan. VIII, 24, 4.). Eius patris nomen latet in Πεγεο, quod Πεγεος esse debebat: neglexit Fourmontus duplex E, et per ἑτεροκλισίαν ipsi tanto-

pere adamatam flexit Φηγέω: nomen ipsum ex Pausania duxerat, quo eum et hic et in aliis titulis fabricandis usum esse, potest ex iis colligi, quae ipse Mem. Acad. T. XV. p. 395 sq. dicit. Ζ est Gamma, fere ut num. 11. Barthelimum hanc litteram paulo aliter delineans Lambda esse statuebat, legebatque Πελέο p. Πηλέως. Sequitur Καλλικράτης filius Μενεμοσος, hoc est Barthelimum interprete Μνήμωνος, analogia postulante Μνήμονος: praeterea recepta hic scribendi forma Μενεεμωσος scribi postulabat, vel potius Dorice et Aeolice Μενάμωσος. Confer num. 43. Quodsi vocem Μενήμων a verbo μένω deducere praetuleris, rursum debebat Μενεεμωσος scriptum esse. Dein cum monogrammo et ligatura est Εοκερατο, Εὐκράτου p. Εὐκράτους, quam terminationem defendi ad num. 45. Sequitur portentosa forma Γεεματεριος, vel ex Bekkeri lectione Γεεματεριος, etiam monstrosius: prorsus ut ματερος apud Petrizzopulum

num. 43. Non usquam Γημήτριος p. Δημήτριος reperitur, nisi in Fourmonti tabulis infra propositis, licet non obsit analogia: sed usus aliud voluit. Et quidni certe Γαμάτριος scriptum est? Haec sola, opinor, vox prudentibus posset fraudem aperire, etiamsi cetera meliora essent. Αεπερεο est Αεπρέου a recto Αέπερος, qui notus ex Pausania Eliacus heros. Mox in Καλικλεο monogramma est mirificum continens litteras ΑΛΙΚ, vel ut Barthelémus Καλικλεο legens statuit, ΑΛΙΚΕ; heterocliton Καλλικλέου ferri potest (cf. ad num. 45.). Εοστεπανο (Εύστεφάνου) recte legit Lanzius; Barthel. male Εοστεγανο. Sequitur Εύκράτου et Λαφάης, quod nomen sane Argivum et Phliasium; Laphaes enim Argivus tyrannus, et Phliasius artifex (Pausan. II, 21, 9. II, 10. VII, 26.). Is est Perati filius (Πέρατος est ap. Pausan. II, 5.), ὁ Πέρατος: nam Δ est ὁ, pro quo quod apud Barthelémium est Α, id ex Bekkeri apographo correxi. Est is κόρος, ut κόραι sunt in Amyclaeis. In universo titulo πατήρ non patrem naturalem designat, neque genitivus praecedens hinc suspensus est, sed sacerdos significatur, ut in Amyclaeis appellatione matris: hinc in fine κόρος, *Camillus*. Ἀνακέντος autem Barthelémus explicat ἀνακῶς ἔχοντος, ἐπιμελουμένου, et intelligit de sacrorum ministro patri sive summo sacerdoti aggregato; Lanzius imperite ἀναχέντος legit et exponit *simul libante*. Sed neque Barthelémii commentum ferri potest, nec probem si quis dicat ἀνακέντος esse *defuncto*, ex Hesych. ἀνακῆσαι, ἡσυχάσαι, quae glossa suspecta; (licet alia succurrat, ἀνηκέσαι, ἀναπαῦσαι, non tamen plane similis): debebat etiam ἀνακῆσαντος esse. Ne multa, ipse verborum tenor docet ἀνακέντος esse βασιλεύοντος, a nomine ἄναξ, ἄνακας: etsi ea forma plane incognita est, debebatque digamma

praefixum habere. Sic primus sacerdos *Athamas Eulai f. regnante Temeno Phegei f. munere fungitur*; qui rex Psophidis Alcmaeoni Amphiarai f. aequalis habetur: sequitur *Callicrates regnante Eucrate Temeni f. et deinceps Callicle Eustephani f. Eucratis nep. regnante succedit Demetrius*. Intelligitur Eucratis filium Eustephani ante imperium defunctum esse, avoque successisse Eustephani filium Calliclem: hinc in solo Callicle praeter patrem avus nominatus est. Quae ut apte composita sunt, ita quomodo Psophidiorum regum memoria in Phliasio monumento una cum sacerdotibus tradatur, nemo facile explicuerit. Postremo qui hanc inscriptionem monogrammatibus et ligatis litteris deformem et recentissimis similem Epigonorum aetati tribuerit, cum eo non disputabo: quae inconcinna, inconstantia, barbara insunt, denique solis Fourmontianis propria, ea in ipsa explicatione notavi, possuntque huic quoque titulo ex parte accommodari, quae ad num. 44. 45. diximus: novum est OO pro Ω, nusquam nisi in Fourmontianis infra afferendis et in Petrizzopuli lapide (num. 43.) obvium, quocum scribendi genere non confundendum illud, ex quo OO non pro Ω est, sed Ω sive ω ipsum. Quodsi, quantopere Phliasius hic titulus et in ceteris rebus et in litterarum formis, etiam in K lunato (vide ad num. 44.), cum Amyclaeis consentiat, diligenter considero; neque hunc a Phliasiiis, neque Amyclaeos a Spartanis confictos esse posse intelligo, sed ex eadem omnes Fourmonti fabrica prodisse: neque enim Phliasii et Spartani eodem litteraturae genere, eoque a recepta et ex probis monumentis cognita scribendi forma tantopere discedente, facile fuerint usi.

47.

Ara marmoris nigri in Apollinis Amyclaei templo; aeri incisam dederunt Caylus Rec. d'Ant. T. I. P. I. tab. 20. fig. 3. Raoul-Rochett. Epist. ad Aberd. tab. 3. fig. 5. Consentit apographum Bekkeri. Dedi ex Caylusio.



Ἀπόλλωνι. Litterae tales quales num. 45. 46. A inversum praestaret; ceterum praeter O triangulare nihil inest suspecti: sed ipsa haec forma mihi persuadet fictam esse aram, quam vano pror-

sus iudicio octavo vel nono ante Christum saeculo vindicabat Caylus: qua aetate an aris inscriptae dedicationes sint merito ambigas.

48.

Ara lapidis nigri, duos pedes et semissem alta, in templo Ongae. Ediderunt Caylus l. c. fig. 4. Rochettus l. c. fig. 3. Dedi Rochetti apographum.




Κλεοδάμα Ὀγγα. Caylus ONAI habet: retinui tamen absurdius ONAEI, quod ex schedis petivisse Rochettus videtur. De commenticio Ongae templo dixi in Introd. Id deae ONAI dedicasse Eurotam regem Laconum, ex fastigii inscriptione perhibet Fourmontus Mem. Acad. T. XV. p. 403. in quo titulo Lacones audiant IKETEPKEPATEES, hoc est Ἰκευκρατεῖς: prius enim P est O triangulare. Cf. ad num. 55. ubi vanum hoc de Laconum illa denominatione commentum esse doceo post Knightium. De Spartana dea Ὀγγα nemo quidquam exaudivit, sed debetur ea Fourmontiano Phoeniciarum rerum studio, quas Spartanæ historiae immiscere tenta-

bat. Thebis Minerva Ὀγγα s. Ὀγκαία dicta, cuius cultus a Cadmo allatus perhibebatur; unde Ὀγγαίαι πύλαι Thebis etiam Ὀγκαῖαι et Ὀγκαῖδες (Steph. Byz. v. Ὀγκαῖαι, Apollod. III, 6, 6.). V. Hesych. v. Ὀγγας Ἀθηᾶς c. intt. item Aeschyl. Sept. c. Theb. 149. 472. 486. cum scholiis ad duos priores locos, Schol. Eurip. Phoen. 1068. ubi vide Valck. Schol. Pind. Olymp. II, 44. 48. Hinc etiam vicus Thebanus Ὀγκαί (Tzetz. ad Lycophr. 1225. Schol. Pind. l. c. 48. Hesych. v. Ὀγγα). Eadem dea etiam Ὀγγα appellata, Hesych. v. Ὀγγα, Pausan. VIII, 9, 2. ubi haud dubie Ὀγγα scribendum, quum in codd. Mosc. et Paris. sit Cόγγα.

49.

Amyclis in templo nigro Ongae; ex Fourmonti schedis Bekkerus.




Λαμπίδω uxor est Archidami II. qui bello Peloponnesiaco incipiente regnavit (v. Meurs.): id tamen nominis Fourmontus frequentat in titulis infra positus, quos antiquiores esse voluit. Hic titulus vel ob Ongam ficticius iudicandus est, et ob ipsam ligaturam, si genuinus esset, ne Archidami II. quidem aetatem attingere posset. OO pro Ω esse Fourmontus voluit, ut passim infra, eo modo quo EE pro Η posuit: nec me movet Dodwellus, qui

Rochetto (p. 113.) narravit OO pro Ω in titulis valde antiquis sese vidisse. Nempe OO scio idem esse atque Ω vel potius ω, non tamen in antiquis sed in recentibus titulis: igitur si genuina foret inscriptio, esset recens, ex imperatorum aetate. Sed, ut dixi, Ὀγγα suspicionem movet, praesertim quum simplicis Gamma pro duplici usus satis ostendat, Fourmontum remotissimam huic inscriptioni aetatem tribuere voluisse.

50.


Ara nigri lapidis in templo Ongae, duorum pedum et semissis altitudine. Edidit Caylus l. c. fig. 5. cf. p. 65. Bekkerus praebet sine varietate.



An Δαματρία Π[ολυ]δαμία? Eiusdem haud dubie fabricae, ex qua priores prodierunt.

51.

Amyclis prope Apollinis templum, in basi. Ediderunt Benedictini Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. Rochettus l. c. tab. 3. fig. 6. Habeo etiam a Bekkero. Rochetti exemplum repetii.



Δαμωνάκα Δαμωνάκου ιέρεια. Novi quidem nomen Ἀνάκου (v. ad num. 60.), Δαμώνανον et Δαμώνανον nondum repperi, sed Δαμώναντα et Δαμώνανσαν: praeterea digamma desidero. Si genuinum foret monumentum, deberet pro basi statuae haberi, ideoque non posset antiquum iudicari, quia statua-

rum mortalibus ponendarum haud dubie non prius Sparta mos fuit: quo magis patet commentitium esse, quum fabrica antiquissimam simulet scripturam praecedentibus titulis prorsus geminam. De Benedictinorum placitis taceo.

52.

In templo Apollinis Amyclaei, ex schedis Fourmonti Bekkerus. Meminit Bartholemius Mem. Acad. T. XXIII. p. 404.

ΔΑΜΩΝΑΚΑ ΔΑΜΩΝΑΚΟΥ ΙΕΡΕΙΑ

Δαμωνάκος Λοκωργος, hoc est Δαμώνανος Λυκούργου. Mirum profecto commentum priori simile; inest praeterea O triangulare pro Υ, ut in altero Amyclaeorum sacerdotum catalogo; nota etiam K lunatum eo absurdius, quum reliqua omnia rectis lineis exarata sint. Λυκούργον frequentat Fourmontus;

sed usitatae tantum duae formae sunt, Λυκούργος (Analect. II. p. 231.), et Λυκούργος (Iliad. ζ, 130. Pythia apud Herodot. I, 65. et Epigrammata in Analect.): ut vox ab ὄργῃ, non ab ἔργῳ formata videatur, quasi *Lupanimus*. At Fourmontus ut αἰνέομεν αἰνέομεν, sic Λυκούργος Λυκούργος est.

53.

In templo Apollinis Amyclaei, fragmentum, ut ait Fourmontus. Dedit Bekkerus, memoravit Barthel. l. c.


ΔΑΜΩΝΑΚΑ ΔΑΜΩΝΑΚΟΥ ΙΕΡΕΙΑ

[Δα]ματρία Μολο ιέρεια. Fabrica summam mentitur antiquitatem, licet nihil aliud nisi basi inscriptum titulum esse statui queat: cf. ad num. 51. Μολο est Μύλου. Cogitavit Fourmontus de Mylete

Lelegis f. Eurotae patre (Meurs. Regn. Lac. I.): debebat autem Μύλητος dici. Attamen Μύλου quoque defendi potest exemplis Choerobosci ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1399.

54.


Amyclis in templo Apollinis, in columella, ex Bekkeri apographo et Rochetti exemplo (l. c. tab. 3. fig. 4.).



Δαματρία Δαματρίου ιέρεια. Poterat haec inscriptio genuina sed admodum recens haberi, nisi litterarum formae ex parte antiquitatem remotiorem simulant. Igitur pro antiqua eam venditare Fourmontus voluit; cui rei obsunt ligaturae et diphthongus ΟΥ. Demetria et Demetrio Fourmontum in fingendo pauperculum neque ulla nominum propriorum copia instructum immane quantum abusum esse infra videbimus: Demetria Demetrii filia statim redit in titulo, quem Fourmontus voluit antiquissimum videri, eaque ibi quoque sacerdos (num. 55.); ut intelligas hunc quoque num. 54. ab eodem quasi priscum confictum esse.

55.

Amyclis prope templum nigrum Ongae. Ex Fourmontianis Bekkerus.



pluribus, quas vel priusquam ab ipso confectae essent, videtur ementitus esse, quum in schedis nullum earum vestigium supersit. De his audi ipsum Mem. Acad. T. XV. p. 400. „Du tems de Sous et d'Echestratus (c'est assez haut) j'ai des Inscriptions en Boustrophédon, où ces Rois, où ces Pythii sont nommez avec les Officiers des tribunaux d'alors; un rond est au-dessous des noms de Pythii, et sur ce rond sont ces lettres ΙΚΤΕΟΚΡΑΤ abbreviation de ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΕΕΣ ou de ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΟΟΝ; mais au-dessous on lit ΠΟΙΜΕΙΤΟΡΕΣ (le Π pour le Φ), que l'on doit interpréter Φήμοι d'οὐ Εὐφήμοι, ces Prêtres qui prioient pour tout le peuple dans les sacrifices qu'il offroit aux Dieux; interprétation que l'on peut d'autant moins rejeter, qui est d'autant plus appuyée, que l'un de ces ΠΟΙΜΕΙΤΟΡΕΣ est dit l'être de Jupiter, l'autre de Junon, l'autre de Mars, l'autre d'Onga, l'autre de Clela, l'autre de Mercure etc. tous Dieux révérez par les anciens habitans de la Laconie." Mitto ista de ποιμήτορες mendacia; sed de Ἰκτευκρατεῖσι rectissime pridem iudicavit Knightius assentiente Porsono. Etenim Meursius Misc. Lac. III, 8. extr. Lacones universos putat Ἰκτευκρατεῖς vocatos, ex glossa Hesychii: Ἰκτευκρατεῖς, Λάκωνες: de qua merito dubitans Hemsterhusius, quum nihil usquam simile tradatur, corrigit ἰκτεν, κρατεῖ. Λάκωνες; ut ἰκτεν sit tene, coniunctum verbo ἰκταίνεσθαι (de quo Hesych. ἰκταίνοντο, ἡσθάνοντο), apprehensum aliquid et contactum sentire: Λάκωνες addi ad significandum idioma Laconicum. Paulo aliter Buttmannus potius ἰκτεῖς, κρατεῖς legendum putat, ut ἰκτω sit ab ἔχω, sicut τέκω τίκτω. Utut est, Laconicam glossam, qualem Hemsterhusius et Buttmannus statuunt, in Hesychianis latere vix dubites: ex qua ut Ἰκτευκρατεῖς inscriptionibus inferret, a Meursio


Infra: Δαματρία Δαματρίου ιέρεια, quae subscripta est dedicationi, sive temporis designandi causa, sive quod illa pro populo votum hoc susceperat, iudice Bartholemio Mem. Acad. T. XXIII. p. 404. qui hanc inscriptionem referens habet ΙΚΤΕΟΚΡΑΤΕΕΣ et ΘΕΟ. In subscriptis Ο est vulgare, in superioribus triangulare et idem etiam pro Υ, ut in aliis Fourmontianae fabricae. Legendum enim Ἰκτευκρατεῖς vel potius Ἰκτευκρατεῖς, quos ter Fourmontus protulit, semel in dedicatione templi Ongae ficticii ficticia, quae in schedis ne extat quidem (vide ad num. 48.), eaque ab Eurota, ut fertur, factâ, qui numquam vixit, sed ex fluvii nomine vir evaluit: deinde in hac ipsa inscriptione; postremo in aliis

inductus Fourmontus est. Fourmonto tamen patrocinari populares docti conantur. Inter quos Rochettus (p. 32–37.) Fourmontum in templi Ongae inscriptione falsum esse statuens vult legi ΕΤΕΟΚΑΡΕΣ, Caresque Lelegibus affines inter priscos fuisse Laconicae incolas studet evincere. Sed et coniectura audax est, et argumenta pro istis Caribus tenuissimae non historiae sed fabularum auctoritati insistunt: nam ut, quod sentio, libere dicam adversus virum mihi carissimum, qui Lelegum aetate scriptos titulos extare posse credat, eum non mirabor, si a Iove vel Neptuno vel eius filio Polyphemo positam inscriptionem nobis offerat: denique, quum Fourmontus ter et saepius a se reperi-
tos suos Ἰκτεονκατῆς iacet, falsae lectionis suspicio prorsus remota est. Igitur omitto aliam correctionem nimium imperitam, quam proposuit Malte-

Brun (Nouv. Ann. des Voy. T. II. p. 187.). Aliam viam iniit Letronnius (Journ. des Sav. 1819. p. 715 sq.), qui nomen magistratus latere in ea voce putat; nam si ex Meursio sumpta vox esset, non alio loco Ἰκτερονκατῆς, alio Ἰκτεονκατ[ε]ς scripturum Fourmontum fuisse. At huic argumento noli confidere. Fourmontus in altera inscriptione dedit Ἰκτεονκατ. in altera Ἰκτεονκατ. (non Ἰκτερον. vide ad num. 48.): in hac istud suum E intrusit, ut fecit toties; cetera conspirant. Sed nimium immoror isti Fourmonti commento. Sequitur ΣΙΟ pro Σεῖ: σιῶ Laconicum est; omissum Iota defendas Aeolismo, ex quo τῷ Ὀμήρῳ dativus esse dicitur (Gregor. Cor. Aeol. §. XXX. Bekker. Anecd. T. III. p. 1187.). Nempe huiusmodi est harum inscriptionum ratio, ut pleraque una et altera auctoritate possint excusari, licet nullius color vere priscus sit.

56.

Ex chartis Fourmontianis transcripsit Müllerus, loco non notato: mihi videtur aedificium hoc templum Ongae esse, licet inscriptio non conveniat. Cf. Introd.




Mirus sane titulus totus a dextera scriptus, quod necdum usquam in Graecis vidimus: litterae modulo tam minuto expressae, ut ex earum forma nolim inscriptionis fidem impugnare. Quantum video, sic legendum: [X]αριδῆμα Κλεοδαμου Τισαμενου Δαματρί αγορα κορα ανεθηκεν. An Tisamenus est

Orestis filius? Αγορα quid sit nescio. Qui finxit, voluit fortasse Δάματρί αγοραία [καὶ] κόρα, ut Minerva Spartaе αγοραία fuit teste Pausania, ut αγοραῖαι sunt Iuppiter, Mercurius, Diana. In fine scriptum ανετικεν, de quo apud lectores sit iudicium.

57.

Clypeus anaglyphus in lapide glauco nigrescente 3' 8" alto, 2' 8" lato, 6" crasso; Amyclis in templo Apollinis, prope aram. Ex Fourmonti dissertatione editus est in Hist. Acad. Inscr. T. XVI. p. 102. ex eiusdem schedis petiit Bekkerus. Hunc et duos alios clypeos (num. 58. 59.) habes etiam ap. D'Hancarvill. sur l'orig. l'esprit et les progrès des arts de la Grèce T. II. tab. 19 sqq. et ap. Knight. l. c. tab. 5. 8. 11.



Clypeus utrinque excavatus, ut posset in utroque geri brachio: in medio alius clypeus similis cernitur, qui serpentem sive draconem, in clypeis passim usitatum, pro insigni habet. Cf. Welcker. Zeitschrift f. Gesch. u. Ausleg. d. alten Kunst T. I. P. III. p. 574. adde Plutarch. Lysandr. 29. Minorem hunc clypeum maioris ornamentum esse Fourmontus dicit. Maioris haec est inscriptio: ΤΑΛΕΚΛΟΣ ΑΡΚΕΛΑΟ ΤΟ ΑΓΕΣΙΛΑΟ ΤΟ ΔΟΡΥΣΣΟ ΤΟ ΛΑΒΟΤΑΣ ΤΟ ΕΧΕΣΤΡΑΤΟ ΒΑΓΟΣ ΑΚ (ΛΑΚΩΝ); minoris: ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ ΛΑΚΩΝ. Ultima vox ita exarata, ut supra sit Λα monogrammate expressum, reliquae litterae in ceteris lateribus separatae. In priore inscriptione Λαβώτα vel Λαβώταο (Λαβώτω enim Ionicum) aspectatur; Λαβώτας ut vitiosum Fourmontus oscitanū tribuit quadratario, qui ex aereo haec clypeo transcribens erraverit: nec multum aliter iudicat Larcher, ad Herodot. T. I. p. 306. Dixeris Fourmontum aut in fingendo errantem voluisse hoc modo errorem excusare, aut, quod magis probo, de industria immisisse vitium, quo lateret fraus. Mirum vero Λαβώτας ne esse quidem vitiosum; certe in Corcyraeo titulo de donatione Aristomenis et Psyllae haud semel comparet genitivus Ψύλλας ab eodem nomina-

tivo: quod si huic clypeo fidem addere videtur, nihilo eum magis ideo genuinum iudico, propterea quod Fourmontus casu aliquid admittere potuit, quod vitiosum videretur, licet non esset vitiosum.

Clypeos vero hos Fourmontus regum putat donaria ob victorias esse; quod non convenit clypeo Anaxidami (num. 58.) ex sepulcro surgenti: nec sepulcrales esse putaverim, ut nostrorum templorum clypei sunt; frustra provocaveris ad clypeum in monumento filiorum Oedipi apud Pausan. IX, 25, 2. Vulpeculas in Anaxidami clypeo insigne Messeniae perhibet Fourmontus; et convenit fabula de omine ap. Apollod. II, 8, 5. omnino memorabilis: ex ea tamen nihil colligi posse rectissime notat Müllerus noster de Ddriensibus T. I. p. 64. Clavam insigne Spartanorum offerunt nummi; sed in serpente haeremus. Constat quidem in clypeis serpentem promiscue reperiri; sed Spartanorum regum hoc fuisse proprium insigne, neque ex Menelai clypeo apud Pausaniam X, 26, 1. neque ex oraculi voce dubia et ambigua (Plutarch. Pyth. Orac. 24. Mirab. auscult. inter Aristotelica c. 23.), neque ex eodem illo apud Apollodorum omine collegerim, quod infirmasse Müllerum modo rettuli. In num-

mis quidem serpentem non conspicio, nisi circum diotam (Mionnet. Descr. de Méd. T.I. p. 216. 222.); quod a nostris clypeis alienum est. Iam vero draconem Proclidis, clavam Eurysthenidis tribuit Fourmontus, indeque insignium explicat varietatem: igitur Teleclum et Anaxidamum (n. 58.) esse Proclidas, Archidamum (n. 59.) Eurystheniden. Rideas hominis levitatem, ex arbitrio insignia interpretantem, deinde hinc praeter historiae fidem, utriusque familiae sit, constituentem. Contra academici Parisienses Teleclum et Archidamum, quorum diversa insignia, Eurysthenidas fuisse pronunciant, Anaxidamum Procliden: igitur alterutro insigni alternis usos esse reges Spartanos, nullo familiae discrimine. Sed Archidamus Agesilai f. Proclides est s. Eurypontides (vide ad num. 59.), ut Anaxidamus (Pausan. III, 7, 5.); Eurysthenides s. Agiades solus est Teleclus (Pausan. III, 2, 6.). Attamen ne sic quidem conveniunt insignia, quum Archidamus clavam habeat, Anaxidamus et Teleclus serpentem. Sed clava omnino in antiquioribus Spartanorum regum monumentis exspectari non potest, quam quidem Pisander Camirensis demum, circa Olymp. 33. cum cetero ferociore cultu Herculi tribuerit: nec tamen, quod ea clava in Archidami clypeo (num. 59.) longo post Pisandrum tempore primum comparet, in antiquioribus autem regibus serpens habetur, inde Fourmonti fidem

firmaverim. Ceterum genealogia vitio caret: ea in minore clypeo recedit usque ad *Agin*, cuius filius *Echestratus*; ab hoc ex ordine repetuntur *Labotes*, *Doryssus*, *Agesilaus*, *Archelaus*, *Teleclus*: cf. Pausan. III, 2.

In genere scribendi suspectum est monogramma, et ludibunda tum hic tum in ceteris clypeis litterarum per varios locos dispositio: *APKEAAO* habet *K* pro *X*, licet hoc usurpatum sit in Echestrati nomine; sed in alterutro transcribendo erratum dixeris. Litterae *Lambda* formam *Λ* non incusabo: sed ligaturae non conveniunt ei aetati, quae simulatur: Teleclus enim, quo regnante Amyclae, Pharis et Geronthrae Achaeis ereptae sunt, sub finem noni ante Christum saeculi decessisse fertur. Igitur hunc clypeum aut Spartani finxerunt aut Fourmontus: sed quum reliquos illi non possint finxisse, Fourmontus solus accusandus est. Accedit quod sermo habet, in quibus haereas. Primum enim articulus *το* (*τοῦ*) post nominativum non est ex usu: debbat aut omitti aut nominativo casu *ὁ* proferri. Herodot. VII, 204. *Λεωνίδης ὁ Ἀναξανδρίδew τοῦ Λέοντος τοῦ Εὐρυκρατίδew* etc. VI, 65. *Λευτυχίδη τῷ Μενάρως τοῦ Ἁγίως*. VIII, 131. *Λευτυχίδης ὁ Μενάρως τοῦ Ἡγησίλew τοῦ Ἱπποκρατίδew* etc. Deinde *Ἁγίδος* non est antiqui et Dorici usus, sed *Ἁγίως*, ut apud Pind. *Δείνιος*, *Ψαύμιος* etc. quae enim contraria olim circumferebantur, correctae ex libris sunt.

58.

Clypeus anaglyphus lapidis prope nigri, quinque pedes et semissem altus; lapidis latitudo est pedum sex et semissis, crassitudo unius pedis: Amyclis ibidem ubi num. 57. Ed. in Mem. Acad. T. XVI. p. 104. et apud eos quos ad num. 57. posui. Dedit etiam Bekkerus.



Clypeus quasi ex sepulcro surgit in basi posito; in uno latere est pilum; in sepulcro ipso tres sunt loculi, quorum medio maiori impositus clypeus ille, infra latior, utrinque sinuatus: insigne in eo sculptum est, serpens cum binis vulpeculis Messeniis iisque cadentibus, quae subactam designant Messeniam. Cf. ad num. 57. Sepulcro inscriptum: *Ανακσιδάμος Δευκσιδάμο το Ανακτανδρο το Ευρυκρατεο βαγός*. Sed secundum Pausaniam (III, 7.) Zeuxidamus et Anaxidamus sunt Eurypontidae, illiusque pater est Archidamus Theopompi f. (Paus. I. c. et IV, 15.): pro quo nobis haec inscriptio Agiaden Anaxandrum Eurycratis f. (Pausan. III, 2.) offert. Neque in Pausaniae solius auctoritate causa versatur: Herodotus quoque (VIII, 31. VII, 204.) Theopompum Nicandri f. Eurypontiden, Anaxandrum et Eurycratem Agiadas fuisse appositis stemmatis confirmat. Manifestum hoc fraudis indicium est, quod non diluunt academici, ubi provocant ad commentationem, qua De la Barre (Mem. Acad. T. VII. p. 262.) demonstraverit, Proclidarum genealogiam a veteribus varie traditam esse: neque enim magna illa varietas est, quae, si minimos quosdam Herodoti et Pausaniae dissensus exceperis, ad solum Lycurgum pertineat; debebatque primum monstrari, confusa Proclidarum et Eurysthenidarum, sive Eurypontidarum et Agiadarum stemmata esse, alterosque in alteram familiam translatos: quod in illa cura, qua *regum sibi succedentium* stemmata haud dubie confecta vel publice vel a familiis sunt, mihi quamvis non superstitioso non est credibile. Et video Müllerum quoque (Dor. I. p. 131 sqq.) de regum catalogis honorifice iudicare. Herodotus autem stemmata Laconicorum regum haud dubie eadem secutus est, quae Spartani, sive ea ab ipsis Spartanis sciscitatus erat, sive a Charone Lampasceno acceperat: quis vero illa stemmata antiquissimis inscriptionibus in Amyclaeo templo positae contraria fuisse crediderit? Vellem igitur Rochettus (p. 109 sqq.) maluisset de hac re uberius disserere, quam ad illam academici commentationem et ad D'Hancarvillium (Recherch. sur l'orig. des arts T. II. p. 211 sqq.) provocare, quem solvisse praedicat difficultatem, quae nec sublata apud D'Hancarvillium est nihil prorsus sani afferentem, nec tolli ullo modo potest. Vituperandus tamen Knightius (p. 128.), qui Fourmontianae inscriptionis dissensum ex Meursio (Regn. Lac. XI. XVII.) male inspecto natum contendit: quam opinionem qui examinare voluerit, miram Knightii et negligentiam et audaciam deprehendet: nihil enim apud Meursium quidquam, quod eo deducat, reperiet. Mihi Fourmontus potius de industria turbasse stemmata videtur, qui quanta horum fides sit ignorans, novo commento vellet suae inscriptioni maiorem auctoritatem conciliare sibi scriptorum correctorum laudem parare: quemadmodum ex clavis suis serpentibusque contrariam stemmatis antiquitus traditis sententiam de regum origine stabilire conatus est (vide ad num. 57.). Valeat igitur hic clypeus,


qui si genuinus esset, deberet fere ad Olymp. 28, 1. referri, quo anno Anaxidamus bellum Messeniacum alterum finivit, vel certe ad proximos post id tempus annos. Ceterum in scriptura nihil magnopere offendit; ΚΣ pro ΧΣ, quod Villosionus (Anecd. T. II. p. 121.) non recte cum scriptura Καλιμακος et talibus composuit, illustratum est ad num. 3. nec audienda infelix Knightii (p. 128.) crisis, qui ΔΕΥΓΣΙΔΑΜΟ postulat, quod vox descendat a ζεύγνυμι: numquam enim ΓΣ pro Ξ scriptum est, semper aut ΧΣ, aut ΚΣ, hoc raro et nonnisi a Doribus vel Aeolibus. Sed digamma desideratur in vocibus ab ἀναξ incipientibus (v. ad num. 44.): quod circa Olymp. 28. in Laconica omissum esse nemo mihi persuaserit; in hac vero inscriptione eo id minus omitti poterat, quum βαγός id habeat. Sed Fourmontus βαγόν ex Hesychio noverat; *Φαναξίδαμον* et *Φαναξάνδρον* ibi non invenerat. Ubi Hesychium dico, Meursii intellige Miscellanea Laconica, in quae Hesychii verba translata sunt: ex eo enim libro hausisse haec Fourmontum haud immerito iudicat Knightius (p. 123.), qui Hesychii glossam βαγός, βασιλεύς, insuper corruptam iudicans negat eam vocem posse digamma habere; ἄγω enim, quocum coniunctum ἀγέομαι, non habere digamma, sed ἄγνυμι. Qua in re etsi ille se peritum grammaticum probat, nec satis refutatus a Rochetto (p. 90 sqq.) videtur: tamen eius adversario concedo, βαγός esse Laconicum. Nam ut digamma in nonnullis vocibus fere constanter et a plerisque Graeciae gentibus positum est, ut in ἔπος, ἔργον, οἶκος, licet in hoc vocabulo tabulae Heracleenses id negligant: ita in aliis singularum civitatum peculiare est, quemadmodum in iisdem tabulis est ρῖδος, prorsus contra vulgarem usum, ibidemque ρέξ (vide Oec. civ. Ath. T. II. p. 393.), et in Argiva Laconicaque dialecto pronunciatum est Βαρδαγόρας, Βαρδαγορίσκος (v. ad num. 2.), licet ἑρθός vulgo non recipiat digamma. Sic etiam βαγός apud Lacones dictum, licet ἄγω et ἀγέομαι apud ceteros Graecos littera illa non instructa reperiantur: et succurrit alia Hesychii glossa a Rochetto notata, βάζον, κατάξιον, λάκωνες: quod et ipsum est ab ἄγω. Eodem pertinent βισχύν Laconicum apud Hesych. βαδὺ (ἡδύ) Eleum apud Pausan. V, 3. Sed Fourmontus sic excusando ex Scylla in Charybdi incidimus: iam enim in his remotissimae, quam prae se ferunt, antiquitatis documentis exspectes etiam Βάγω et Βαγεσίαν, ut Spartani scripserunt Εὐρυβάνασσαν (v. ad num. 44.): sed in tot ex eo genere nominibus ne semel quidem apud Fourmontum Β praefixum inveneris. Neve mihi antiquam Laconum vocem βουαγός obiicias, in qua digamma nullum sit, notes latere id in littera Υ, βοφαγός (βοαγός). Praeterea memorabilis scriptura Δευξίδαμος p. Ζευξίδαμος, ut Δεὺς p. Ζεύς (Hesych. v. et intpp.), Δανιλε in nummis Zancleis (Eckhel. D. N. T. I. p. 219.): quod Knightius in Spartano monumento admitti posse negans merito a Rochetto (p. 110 sqq.) vapulat. Postremo in Ευρυκρατεο duplex est offensio: I pro Υ, et terminationis ratio. Prius

etiam alibi in Fourmontianis redit (v. ad num. 63.), idque defendit Rochettus: certe in diphthongo est EI pro EY, ut in decreto contra Timotheum habetur in libris Ἐλευσινίας p. Ἐλευσινίας (vide Knight. p. 132.), et λατρεῖόμενον p. λατρεῖόμενον in Eleo aere vidimus (n. 11.): sed quod Y in diphthongo patitur, non potest ad simplicem vocalem accommodari. In decreto contra Timotheum est etiam MITO vel MYΘO p. μύθου, probante Knightio p. 134. sed ex causa non idonea (vide Porsonum in censura

Knightsiani libri p. 505.): nec lectio certa est. Iam vide an meliora sint exempla ad num. 63. proposita: equidem I pro Y Laconicum esse nec certo affirmaverim nec negarim prae fracte. Superest vocis terminatio, in qua Σ non potest abiectum iudicari: igitur si genuinam inscriptionem esse putes, O debet pro Ω esse, et legendum est Εὐρυκράτωρ, p. Εὐρυκράτου, ex heteroclesia ad num. 45. illustrata. Tamen vel sic residuebit Ionica forma a Spartano monumento aliena.

59.

Clypeus anaglyphus eodem quo priores loco, ex lapide glauco subnigro, 3' 8" alt. 2' 8" lat. 6" crass. Editus est cum prioribus. Bekkeri apographum Archidamum in dextra habet, alterum nomen in sinistra.



Clypeus hic quum in sola dextera parte excavatus sit, nisi inversus non potuit in sinistro brachio geri, ubi tamen clypei geruntur. Praeter hoc discrimen quum eiusdem et formae et materiae, cuius num. 57. sit, debeat hic multis saeculis post ad illius normam factus esse; quod parum est probabile: ac Telecli sub finem noni ante Christum saeculi viventis, et Archidami Agesilai f. quarto

saeculo florentis aetatibus clypeorum formam Spartae eandem fuisse, ne in illa quidem publicae disciplinae perpetuitate facile credideris. In medio clypeo Herculis clava conspicitur. Inscriptio haec est: Αρχιδαμος Αγεσιλαου ΑΚ, et circum Λακεδαιμον. ΑΚ Fourmonto est Λάκων, recte: sed ita scriptum antiquitus esse, ut singularum syllabarum initiis ponendis decurtata vocabula sint, quis docet? Quod

circum scriptum est, absurde interpretatur *Λακεδαιμονίων*: sed etiam *Λακεδαιμών* supervacaneum est additamentum. Archidamus Agesilai f. Proclides s. Eurypontides, post XXIII annorum regnum Olymp. 108, 3. periit in Italia (Meurs. Regn. Lac. c. XIX.). Non magnam igitur antiquitatem huic titulo tributam vides; sed diversissimae aetatis litterae mirifice mistae reperiuntur. Nam P, M, N, Ν (Gamma) prisca sunt; cetera sunt recentioris scripturae, A, Λ (Lambda), et imprimis Ε et Γ, quae ipsa inter se non conveniunt, quum formae Ε respondeat C: quamquam hoc non premam, quum eiusmodi inconstantia non sit sine exemplo, sed in recentibus inscriptionibus passim Ε et Ε coniuncta reperiantur. C et Ε Knightius (p. 114.) non ante Imperatorum posteriorum aetatem usitata fuisse immerito perhibet: eius enim vestigia usque ad Alexandri Magni aevum redeunt. Tum enim vixit Aeschrio (Näk. Choeril. p. 193.), apud quem prima Sigma lunati mentio: v. Tzetz. ad Hermogen. ap. Ruhnk. ad Longin. p. 135. et Näk. Choeril. p. 189. Primam dixi apud illum lunati Sigma mentionem esse: nam Euripidis, Agathonis, Xenophontis auctoritates ab Osanno nostro Syllog. p. 121 sq. productas reiicio. Xenophon enim de hac re ne verbum quidem; Euripides *βοστρύχῳ εἰλυμένῳ*, Agathon *Σκυδικῷ τόξῳ* comparant Sigma, neuter formam C, sed eam, quae in Sigeensi inscriptione superiore extat, uterque spectantes. Et prioribus quidem temporibus, quam mature nescio, C et Ε nonnisi in scriptura cursivae simili usitata fuisse videntur. In inscriptionibus, quarum usus peculiaris, usitata sunt inde ab aetate primorum Ptolemaeorum, non tamen in Graecia, sed in Aegypto; neque in lapide, sed in metallis, quod certam ob causam annoto: Ptolemaeo Aulete regnante et in lapide scripta atramento et incisa reperiuntur. V. Letronn. Recherch. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 147 sqq. Item in Asia est antiquior illorum usus quam in Graecia, ut alibi exponam. Decretum Gelensium in Sicilia, in quo C et Σ promiscue posita sunt, ante Gelam a Phintia tyranno eversam, hoc est ante annum 282. Christi natalibus priorem, exaratum esse contendit Castellus (cf. Inscript. Panormit. p. 237.) itemque Rochettus (Epist. p. 18 sq. coll. Hist. col. Gr. T. III. p. 249.), similiterque fere D'Hancarvillius (Rech. T. II. p. 195.): sed hoc incertum, quum Gelenses vel Ciceronis aetate memorentur. Nec maiorem antiquitatem nummi demonstrant; non dico illum Ptolemaei Philadelphi ap. D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 193. tab. 19. a Rochetto citatum, in quo non Ε, sed E esse contra D'Hancarvillium notavit Letronnius (Rech. pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 12.), sed Tarentinos, Agyrienses, alios: Etruscos, in quibus est Ε (Eckhel. D. N. T. I. p. 97.), non ouro, quod Etrusca scriptura ad rotundam formam magis accedit. Alios nummos memorat Paciaudius Mon. Pelop. T. II. p. 256-261. pro Fourmonto militans: sed neque ille nec Benedictini Nov. Tract. dipl. T. I. p. 684. remotiorem quam ego statuo,

formis C et Ε aetatem vindicare potuerunt: nec quidquam amplius Paciaudio demonstravit Villosion. Anecd. T. II. p. 162 sqq. licet ille lunatum Ε omnium esse antiquissimum pronunciet. Vel sic tamen Ε in hoc clypeo defendi posset, nisi cum aliarum litterarum formis magis priscis esset compositum. Quamquam nondum ulla inscriptio ex Graecia proprie dicta prolata est, in qua illa aetate usurpatum C vel Ε sit: nam Laconica inscriptio de Anthusa quo iure a Rochetto ante Romanos Imperatores facta iudicetur, non video; ornamentorum quidem stilus id nullo modo docet. Fourmontum autem nota Ε non solum in hoc Archidami clypeo repraesentare, sed idem et C vel in primi belli Messeniaci inscriptiones intulisse: quem si D'Hancarvillius et Rochettus C et Ε inscriptionibus fingendis eo minus adhibiturum fuisse arbitrantur, quod eius aetate illae formae vulgo recentiores habitae sint; eam cogites Fourmonti fuisse audaciam, ut fingeret res opinionibus receptis contrarias, quibus receptas convelleret sententias. Vide ad num. 58. Iam ut ad formam Γ pro Σ transeam, licet haec quoque valde antiqua habeatur, mihi tamen nondum contigit titulum ullum conspiciere, in quo multo ante primum saeculum Christi tempora antecedens compareat. Neque enim valde antiqua est inscriptio apud Clark. T. II. P. II. p. 593. cui insistitur: et quae Paciaudius l. c. T. I. p. 33 sq. pro antiquitate illius formae disputavit comprobata Villosiono l. c. nec plus quam dixi demonstrarent, si vera essent, nec omnia vera sunt: ut quae de Saxiis dicit, qui Vaxii potius sunt. Igitur in eorum nummis Γ est Digamma, ut in tabulis Heraclensisibus. Eckhelius quoque D. N. Prolegg. T. I. p. CII. antiquiorem huius formae auctoritatem quam ex M. Antonii triumviri aetate in nummis non invenit. Sed in duobus nummis Italicis ap. D'Hancarv. (Rech. T. II. p. 460 sq. tab. XXX. fig. 8. 9.) conspicitur Γ. In altero capiti pelle leonina tecto adscriptum KPO, et ΓΥ in aversa parte iuxta tripodem; in altero supra proram ΓΕΙΡ, et infra diotam in aversa parte K OTON: utrumque nummum D'Hancarvillius argumentis sane speciosis, ex Crotonis cum Sybari et Siri coniunctione antiquissima desumptis, inter annos ante Christum 736-723. ponit. Quod mihi eo minus persuadet, quum eorum laudet fabricam: et suspectam esse D'Hancarvillii fidem norunt, qui hominis vita qualis fuerit sciunt. Nummum quidem illum, in quo KPO et ΓΥ, apud Eckhelium, certissimum scriptorem, non reperio. Alter est apud Eckhel. T. I. p. 160. ubi tamen diserte KOT legitur: nec apud D'Hancarvillium est KPOTON: ut adeo omnis de Crotonis et Siris coniunctione disputatio ab hoc nummo aliena sit. Non dicam ipsum Eckhelium dubium iudicasse, an Sirinus hic nummus sit: nam idem alium Sirinum agnoscit, in quo item ΓΕΙ est, sed incertae hunc quoque aetatis; et hos Sirinos nummos non ultra triumvirum Antonium repetere ausus videtur (Prolegg. T. I. p. CII.). Superest alius nummus

Siciliensis ap. D'Hancarv. T. I. tab. 22. fig. 1. cum inscriptione Μεσσανίων sic scripta: **ΠΟΙΝΥΣΣΕΜ**: quem ille T. II. p. 466 sqq. circa Olymp. 30. factum putat. Sed hic error apertissimus est; Messenii enim non illa aetate, sed post Olymp. 70. quo tempore Anaxilaus vixit, Zanclen pervenerunt, constatque hodie, Pausaniam in Anaxilai aetate ita, ut D'Hancarvillius fecit, definienda lapsum esse turpissime: immo nihil obest, quominus illum nummum multo putemus recentiorum esse, in quo quidem ne una quidem littera vetusti quidquam offerat: nam O pro Ω nihil pro vetustate demonstrat, quum talis scriptura in nummis passim retenta deprehendatur. Postremo in illo nummo vere **CC** esse ambiguum iudico: apud Eckhelium nihil de hac in Messenae nummis forma reperies (T. II. p. 220 sqq. coll.

Prolegg. T. I. p. CX.): nec D'Hancarvillio temere confidendum esse supra monui. Et haec quidem de formis C et **CC**. Praeterea in hoc clypeo est OO: id si idem est atque Ω, non potest Archidami aetati tribui; sin duo O sunt pro uno Ω, est sine exemplo praeter Fourmontiana, comprobatur licet Villosino l. c. p. 124. Cf. notam nostram ad num. 49. Postremo in voce Ἀγεσίλαος laborat dialectus, non ob simplex E pro duplici sive H (certe Ἀγεσίλαος extat in huius ipsius regis nomine apud Plutarch. Cimon. 10. νίκας δ' Ἀγεσίλα τοῦ Λακεδαιμονίου: idem est in aliis epigrammatis, ut Anthol. ed. Iac. prior. T. IV. p. 285. ubi cf. Iacobs. sic et Ἀγεσίλαος apud Callimachum, et ἡγεσίλαος apud alios): sed terminatio offendit, quae Spartano usu haud dubie illa aetate ita formabatur, ut esset Ἀγησίλα vel Ἀγεσίλα.

60.

Amyclis prope templum Ongae. Ex schedis Fourmonti Bekkerus.

ΛΥΣΑΝΔΡΕΑΛΥΣΑΝΔΡΟΥ
 ΤΟ ΔΑΜΑΧΟ ΤΟ ΔΑΜΠΙΟΥ ΤΟ
 ΤΟ ΛΥΣΑΝΔΡΟ ΤΟ ΔΑΜΑΧΟ ΤΟ
 ΚΕΟΔΑΜΟ ΤΟ ΛΥΚΕΟ ΡΟ
 ΤΟ ΣΙΟΠΟΜΠΟ ΒΑΓΟΣ

Λυσανδρὲς Λυσανδρὸς το Ἀνακὸ το Δαματρίου το
 το Λυσανδρὸ το Ἀνακὸ (vel Δαμαχὸ) το Κλεοδάμο το Λυ-
 κεοργὸ το Σιοπομπο Βαγὸς. Lysander Sparta rex quum
 nullus sit, βαγὸς nunc non rex est, ut num. 57. 58.
 sed dux, στρατηγός. Hesychio autem βαγὸς est et
 βασιλεὺς et στρατιώτης, pro quo scribendum στρατη-
 γὸς vel στρατηλάτης: etymon enim eo ducit, licet
 Larcherius ad Herodot. T. I. p. 306. hanc signi-
 ficationem neget. Hic autem dux Lysander deci-
 mus a Theopompo est, rege opinor, cuius flos in
 Olymp. 10. constitui potest: videtur enim stemma
 usque ad Theopompum deductum, quia is rex fue-
 rit, ceteri maiorum minus insignes: a quo aetati-
 bus satis largiter computatis Lysander hic incidet
 in belli Peloponnesiaci tempora; et quum βαγὸς
 dicatur, vix dubium est, quin celeberrimus intelli-
 gatur imperator, qui Athenas cepit et Olymp. 96, 3.
 apud Haliartum occubuit: excluditur certe Lysander
 minor, qui circiter Olymp. 134. vixit, unus ex illius
 posteris, Libyis filius (Pausan. III, 6, 4. Plutarch.
 Agid. 6.). Illum igitur celeberrimum hominem (quis
 enim illa aetate alium noverit ducem Lysandrum?)
 nunc edocemur Lysandri filium esse ex regia gente
 Eurypontidarum a Theopompo descendentem. Vide
 mihi fraudem et absurdissimam et impudentissimam:
 nam Lysander ille patrem habuit Aristocritum, testi-
 bus titulis ex illius ipsius aetate Atticis num. 150.
 151. 152. et Samio epigrammate, quod Lysandro ad-
 huc superstiti positum erat (ap. Pausan. VI, 3, 6.):
 idemque patris nomen Pausanias aliquoties praebet

ex libris correctus (V, 6, 4. III, 6, 4. III, 8. bis);
 olim enim apud illum praeter Ἀριστόκριτον etiam
 Ἀριστόκλειτος fuit, ut apud Plutarchum Lysandr. init.
 sed verum ex Anthologia docuit iam Palmerius
 Exercitt. p. 199. Nec Lysander fuit ex regia fa-
 milia, sed tantum Heraclides (Plutarch. c. 2.), aut
 secundum Phylarchum vel ex ignobili Mothacum
 aliqua gente (Athen. VI. p. 271. F.); utrumque ita
 concilio, ut ob virtutem in Hyllensium tribum ad-
 scitus sit. Sed Fourmontus alia plane confinxit,
 quibus corrigeret historiam (cf. ad num. 58.), Ly-
 sandri stemma ex commenticiis componens nomi-
 nibus, Anaci (quod nomen extat in Analect. Brunck.
 T. III. p. 184.), Demetrii, rursum aut Anaci aut
 Lamachi: obscura enim et ambigua vocis lectio:
 porro Cleodami, Lycurgi, quae nomina prope
 omnia nimium saepe recurrunt in Fourmontianis
 titulis et supra propositis et deinceps proferendis.
 Inauditae formae sunt et soli Fourmonto pro-
 priae Λυσάνδρη, Λυκέοργος (vide ad num. 52.); Σιό-
 πομπος est sane Laconicum: inconstans tamen Four-
 montus, qui in inscriptionibus multo antiquioribus
 etiam Θεόπομπον ponat. Postremo scripturae vide
 mistionem ridiculam: η exprimitur binis E, quod
 ne constat quidem unquam factum esse, et tamen
 insunt ligaturae usus recentissimi: articulus scribi-
 tur TO pro τοῦ, et tamen scriptum est Λυσανδρὸς,
 Δαματρίου vs. 1. 2. contra inde a vs. 3. constanter
 exaratum O pro ου in terminationibus, quasi dum
 nomina antiquiora referuntur, etiam scriptura de-

beat magis prisca fieri: rursum tamen vs. 2. *Ανακο* habes inter reliquas voces *ΟΥ* offerentes. Et ipsum *ΟΥ* ea aetate non magis videtur Laconibus usitatum fuisse quam Atticis: certe in decreto contra Timotheum ad illius aevi normam composito in terminationibus his *ο* legitur, non *ου*. Praeterea *Σ* et *Λ* prisca sunt, et tamen vs. 4. in vocis *Κλεοδαμο* ligatura comparet *Λ*: quod frustra excusaveris ea inconstantia, qua in duobus titulis Atticis paulo ante

Euclidem scriptis *Λ* et *Λ* commista videbimus: nam Attico alphabeto ad vulgarem scribendi normam paulatim inclinante talem aliquando confusionem natam esse nihil mirum. Si tamen idem de Laconica scriptura dicendo Fourmontum hac in re excusare volueris; tot in hoc titulo alia plane inepta supersunt, ut in nullo quam in hoc manifestior Fourmonti fraus sit.

61.

Prope templum Ongae effossa, ut fertur, inscriptio, a Fourmonto edita Mem. Acad. T. XV. p. 396. tab. II. Repetiit D'Hancarvill. T. II. tab. 23. Knight. tab. VI. Specimen scripturae ex Fourmonti commentatione petitum est in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. cf. p. 632.



Hic titulus et duo sequentes prorsus inter se convenientes simulant aetatem belli Messeniaci primi, quod ratione satis incerta ab Olymp. 9. usque ad Olymp. 14. computatur. Quae inscriptiones si genuinae essent, non eo possent sine positae esse, quem illis Fourmonti stupor tribuit; nihil enim continent nisi catalogos magistratuum, ex quo genere tot alii supersunt Graeci tituli et Spartani et Attici alique. Sed illo aevo Spartanos minime lit-

teratos annuos magistratus publice consignatos proposuisse, quis paulo peritior facile credet? Quid quod vel Athenis illi catalogi sero videntur lapidibus incisi esse? Certe nullus superest paulo vetustior. Antiquior enim aetas minime ambitiosa fuit; et inter omnes Graecos Spartani, licet reges suos videantur publice tabulis consignasse, tamen ab immani illa omnium magistratuum et ipsorum scribarum publice proponendorum vanitate maxime fue-

rint alieni. Quod argumentum tetigit iam Knightius (p. 124.), adversus quem quae Rochettus (p. 95 sqq.) docte disputavit, rem magis etiam confirmant, quippe quum ne epitaphia quidem cuiquam ponere nisi sacris feminis et viris bello caesis ex Lycurgeis institutis licuerit (Plutarch. Lycurg. 27.); quemadmodum trecentis annis post Olympiadum initium eorum, qui ad Thermopylas occiderant, nomina publice inscripta sunt (Pausan. III, 14.). Igitur hi catalogi non possunt prisci esse; nec a Spartanis recentiore aetate fictos esse, post ea quae deinceps dicemus, credere licet. In mediis his titulis anaglypha sunt, quae Fourmontus sigilla dicit, ineptissime de iis disputans: quis enim unquam in inscriptione sigillum expressum vidit? Negat igitur Rochettus (p. 107.) esse sigilla; rotae speciem appellat cum radiis, inscripto urbis nomine, ut in nummo Colonsi Messeniorum tali formae inscriptum ΚΟΛΩΝΑΩΝ, qui nummus post Fourmontum a. 1767. primum editus (Supplément au Recueil des médailles des peuples et des villes T. II. suppl. 3. p. 103. Eckhel. D. N. T. II. p. 276.), ut in Corcyraeis nummis Musei regii et Gosselliniani et ap. Eckhel. T. II. p. 178. in Etruscis ap. D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 240. Lanz. Sagg. T. II. p. 30. et in nummo Luce-riae, quem Rochettus in fronte libri exhibet: quae monumenta quum Fourmontus cognita non haberit, ex eorum consensu fidem his titulis accedere iudicat. Sed nec certum est Fourmontum nihil huiusmodi in nummis vidisse, nec ista quae fert sigilla rotae formam habent, sed peculiaris sunt speciei, quae vix cuiquam praeter sigillum rei conferri queat.

Ex his igitur titulis duo priores (num. 61. 62.) antiquius spectant tempus, quam num. 63. nam in illis rex est Alcamenes, in hoc Alcamenis filius Polydorus: quo argumento in aetatibus definiendis Fourmontus p. 405. non utitur, sive eam rem oblitus est sive de industria reticuit, ut lectores eâ animadversâ de veritate inscriptionum eo minus dubitarent, quod ipsius commentis hoc quoque convenire viderent. Accedit Fourmonto iudice, quod num. 63. novi magistratus instituti reperiuntur, imprimis Hippagretae, quos post num. 61. 62. demum additos reipublicae coniicit. Num. 61. autem prior est altero num. 62. nam num. 61. inter Senatores perpetuum magistratum gerentes Brasidas Cleolai f. est decimus quartus, idemque num. 62. est primus: in intervallo igitur temporis, quod inter utrumque titulum effluxit, tredecim primi et nati maximi Senatores defuncti sunt: reliqui post Brasidam num. 61. positi conspiciuntur etiam num. 63. tribus exceptis, Charilao Lycurgi f. Cleodamo Lycurgi f. Cleodamo Demetrii f. qui et ipsi interim diem supremum obisse finguntur: quumque tot interim Senatores defuncti sint, priorem titulum Fourmontus statuit initio, posteriorem in fine regni Alcamenis positum esse: Alcamenes autem regnavit annos xxxvii, et annis post reditum Heraclidarum cccxxv obisse fertur. Fuit is ex familia

Agiadarum, quae prior Eurypontidis habetur, quasi Eurysthenes ante Proctem natus sit (Pausan. II, 2. init.): igitur Alcamenem exspectes priore inter reges loco nominandum fuisse; sed quum ei in utroque titulo Theopompus praepositus sit, Fourmontus (p. 405.) Theopompum iudicat ante Alcamenem esse imperium adeptum: inde eius nomen Alcameni praemitti. Iam vero inscriptionem num. 61. exaratam putat ad conservandam memoriam belli primi Messeniaci Theopompo et Alcamene regnantibus decreti (Pausan. IV, 4, 5.): alteram scriptam esse ob novum decretum de instaurando bello tum quum iidem reges Calamis in Messenia habitarent: tertiam post Alcamenis obitum, superstite tamen Theopompo, qui sane cum Polydoro Alcamenis f. adhuc imperium tenuit (Pausan. IV, 7, 3.), itidem belli memoriae conservandae conceptam putat. Nemo tamen post Fourmontum, qui haec omnia ineptissimis commentis fucata protulit, quomodo his catalogis bellorum decretorum memoriae consuli potuerit, hucusque intellexit aut posthac intelliget.

Magistratus num. 61. praeter reges sunt Γέροντες, Ἐφοροί, Πύθιοι, Λοχαγοί, Μωραγοί, Βειδιαῖοι, Ἀρμοστῆρες, Ἀγρόσυνοι, Ἐμπέλωροι, Βουαγόρ, Γραμματεὺς, in media parte Ἀνιοκαράτηρ. Senatores pro xxviii sunt xxix; scilicet unus est extra ordinem honorarius sive veteranus. Ecce commentum Fourmonto dignissimum, sine exemplo in Graecis rebuspublicis! Bidiaei in hoc titulo quattuor sunt, et totidem Pythii: ac Pythii sane quaterni Spartae fuerunt (Crag. Rep. Lac. II, 9.), sed Bidiaei quini (Crag. ibid.); et tot Fourmontus num. 62. 63. posuit. Excusandus igitur quaternarius Bidiaeorum numerus erat; sed quae Fourmontus ea de re profert, plane sunt nugatoria; variavit ille numerum de industria, ut fecit in Senatoribus. Ceterum Bidiaeos Valckenarium (ad Herodot. VI, 57.) male confudisse cum Νομοφύλαξι recte notatum est. Eius autem magistratus nomen Pausaniae (III, 11, 2. et 12, 4.) est Βιδιαῖοι: Fourmontus semper Βειδιαῖους scribit, quocum consentit Eustathii et Phavorini auctoritas; illi βειδοί dicuntur οἱ ἐνδοξοί, huic οἱ ἀρχοντες. Igitur Rochettus (p. 136.) Fourmontiana vel ideo genuina iudicat, quod non consentiant cum notis Pausaniae locis, consentiant cum Eustathio et Phavorino, quorum illum locos ignorasse probabile est. Sed ut taceam ΕΙ pro Ι saepe scribi, ut τειμή τιμή, quod vel Fourmontus scire potuit adeoque imitari; ante omnia notandum est Cragium dare Βειδιαῖους, non Βιδιαῖους, et ex eius potissimum libro haurire Fourmontum hanc scripturam potuisse. Rem prope conficiunt genuinae Fourmonti inscriptiones, ex quibus intelligere mihi videor, Spartanos ne Βιδιαῖους quidem dixisse, ut est apud Pausaniam, sed Βιδέους: quas inscriptiones neglexit Fourmontus, neque earum ullam usquam in suis commentationibus memorat: suae enim, hoc est, quas ipse fecerat, magis illi placebant. Sunt autem in Fourmontianis praeter unum locum, in quo ΔΕΟΣ ex ΒΙΔΕΟΣ mutilatum est, haec illius scripturae documenta:

ΒΙΔΕΟΙ ἐπὶ Δαμοστράτου, **ΒΙΔΕΟΙ** οἱ περὶ τὸν ἀξιολογώτατον Μ. Αὐ. Ἐλενον, **ΒΙΔΥΟΙ** (corrige **ΒΙΔΕΟΙ**) ἐπὶ Ζ....., **ΒΙΔΕΟΣ** ἐπὶ [πατρὸν]όμου Αυσίππου, **ΒΙΔΕΟΣ** ἐπὶ Αυσίππου, item πρέσβυς **ΒΙΔΕΩΝ** P. Aelius Alexandridas: neque usquam aliter. Porro in fictis istis inscriptionibus Ἀρμοστῆρες conspiciuntur, sex num. 61. pro sex tribubus Fourmontianis ex Cragio derivatis, ut in Introd. dixi: num. 62. sunt tantum quinque: sed decem habes in Pharaea, quod tum iam etiam in Messenia Harmostae fuerint, ut ait Fourmontus. Quae ne dubita a Fourmonto ad praeceptas esse opiniones composita. Nam primum domi Harmostas ordinarios fuisse, merito negat Knightius: extra ordinem singuli reipublicae constituendae Harmostae nominati sunt in ipsa urbe Sparta (cf. Crag. II, 13.): in eo tamen errat Knightius, quod domesticos Harmostas putat ἀρμοσύνους vocatos; qui solis feminis sunt praefecti. Iam vero qui cum Rochetto (p. 97.) neget illos num. 61. 62. Harmostas esse domesticos, velitque omnes subditarum esse urbium, cogitet an verisimile sit Spartanos Theopompi aetate subditarum urbium Harmostas habuisse: qui potius aucto Spartanorum extero imperio videntur primum constituti esse. Sed ut haec mittam, ipsa forma Ἀρμοστῆρες errore ridiculo ficta est (v. Knight. p. 124.). Hesychii glossa est: Ἀρμοστής (lege ἀρμοστής ex ed. Hagen.), ὁ πεμπόμενος ἐπιμελητής εἰς ὑπήκοον πόλιν. καὶ λίθοι δύο πρὸς τῷ αὐτῷ (τῷ οὐδῷ) τῆς φλιᾶς τιθέμενοι ἀρμοστῆρες λέγονται. Patet quae de lapidibus adduntur, ad vulgatae Graecitatis vocem ἀρμοστής ἀρμοστήρος pertinere; haec autem ob soni aequalitatem addita esse glossae Laconicae ἀρμοστὰρ, quae vulgo sonat ἀρμοστής. Igitur pluralis est ἀρμοσταί, ut πολῖται πολῖται. Quod miror non vidisse Rochettum p. 96. Sed Cragius (II, 13.) ex Hesychio male intellecto ἀρμοστῆρας Harmostas dictos esse collegit: quem secutus est Fourmontus. Porro Harmosyni num. 61. 62. quini sunt, sed num. 63. in Pharaea recentiore decem; credo ut Messeniaca quoque feminae suos habebant Harmosynos: quae haud dubie habuerunt nullos, nisi etiam Helotides mulieres putas Harmosynos habuisse. Ἐμπέλωροι (ἀγορανόμοι Hesych.) num. 61. 62. iidem quini sunt; in Pharaea num. 63. nulli comparent: tum enim Spartanos occupata iam Messenia tanta abundasse annonae copia, ut rerum venalium curatoribus opus non esset: quod nemo fingere poterat nisi homo et historiae et rerum publicarum Graecarum prorsus imperitus. Ita etiam βουαγός, inventutis moderator, in solis est num. 61. 62. non in Pharaea, quod tum concilium magistratum nimio a Sparta intervallo afuerit domique officio fungi ille magistratus debuerit. At quid talibus commentis absurdus? Immo ne magistratus quidem fuit βουαγός, licet in genuinis Spartanorum titulis frequenter nominetur; puer fuit. Vide de eo Hesychium, et cf. Crag. II, 12. Meurs. Misc. Lac. II, 3. nec obsunt genuinae inscriptiones, in quibus ille βουαγός nominatur. Prope sigillum in omnibus tribus inscriptionibus est ἀνιοκαρτης; eum

INSCR. GR. VOL. I.

Fourmontus ait primum post reges exercitus praefectum esse, qui a magistratum concilio decreta haec de bello gerendo receperit; ab hoc lochagis et moragis imperia mandari. Videtur sibi illum aliquem magistrum equitum Romano more sinxisse, qui post regem tanquam dictatorem esset proximus: sed fuit potius praeceptor, qui rem equestrem edoceret equites. Fons est solus Hesychius: Ἡνιοχάρτης, διδάσκαλος ἵππικῆς τῶν νέων Λάκωνες. Sed incerta vox est et etymon ambiguum: si est ex ἡνίοχος et ἄρω, ut putant, debebat vulgato sermone ἡνιοχάρτης esse. Accedente Laconismo primum fiet ἀνιοχάρτης; et P finale assumpsit Fourmontus passim; quod non constanter assumpsit (Knight. p. 125.), potest excusari, ut in Eleo aere modo Σ modo P in terminationibus iisdem promiscue positum est. Sed quum ἄρω digamma habeat, scribendum erat HANIOXOFAPTAP vel HANIOXOBAPTAP: quod ignoravit Fourmontus; qui si spiritum simul omisit, excusari certis exemplis potest. In transcurso moneo etiam Laconibus non B, sed H esse spiritum: ubi pro spiritu est B, transiit is in digamma; quod neglexit Rochettus (p. 99 sq.). Postremo belli duces commemorantur Lochagi et Moragi, seni utrique in his titulis omnibus. Μόραι sane sex fuerunt: sed μώρας quis unquam vocavit? Scribit tamen Fourmontus μωραγοί. Quod defendit Rochettus Dissert. archaeol. p. 88. ut sit μόρα μῶρα, quemadmodum κόρος κῶρος. Sed haec conferri non possunt: κόρος Ionice est κοῦρος, Dorice κῶρος: at μόρα non transponitur in μῶρα, ideoque nec in μῶρα. Dicas esse factum ex μοῖρα μῶρα, ut Μοῦσα, Μοῖσα, Μῶσα: sed ne hoc quidem convenit, quum μοῦρα nulla sit, ut Μοῦσα. Praeterea morarum duces non sunt μωραγοί dicti sed πολέμαρχοι: sic constanter vocat auctor Xenophonteus Rep. Lac. c. XI sqq. sic Thucydides, Xenophon, Plutarchus: quos omnes pro Laconica voce usos vulgari esse quis credet Rochetto (l. c. p. 79.)? Et quorum fuerit ista vulgaris vox? An Atticorum? Attici enim sunt Thucydides et Xenophon. At horum aetate πολέμαρχος belli dux non fuit, ut aetate Marathoniae pugnae, sed archon sine bellico imperio. Quodsi illi scriptores Attico vocabulo uti voluissent, moragos debebant ταξίαρχους vocare. Nec Lochagi fuere Spartanis sex, sed in singulis moris aut quaterni aut quini (Crag. IV, 4.). Inter hos autem belli duces num. 61. 62. desiderantur Hippagretae, quos num. 63. demum additos narrat Fourmontus, quum Theopompo aetate fesso et aegroto (qualem tum fuisse ex ficticia Messeniaceorum bellorum historia Pausanias tradidit) corporis essent custodes apposit. Causa haec plane commenticia est: nec duo, ut in ista inscriptione, Hippagretae fuerunt, sed tres pro ternis equitum centuriis. Vide Xenophonti tributum libellum et Cragium II, 14. Neque tertii obitu defendi binarium numerum posse docui ad num. 69. Vides igitur turbata in his titulis omnia esse. Tot autem rebus pervertendis quis neget Fourmonti ingenium prorsus perversum suffecisse? Mihi quidem, qui ex

M

ipso historiae et titulorum horum dissensu pro eorum veritate argumentum petivit, tantum abest ut persuaserit, ut fraudis notas in his ternis titulis plane evictas esse putem. Nam, ut tamen paucula insuper addam, Fourmontus bellorum Messeniacorum res ex Pausania, potissimo earum auctore hausit, hoc est ex fido quidem narratore, sed non satis iudicioso: nulla autem re quam iudicio magis opus erat in tenui tam remotae historiae notitia: ipsi vero, quibus Pausanias usus est, fontes parum fuerunt limpidi. Nam in altero bello describendo potissimus ei auctor fuit Rhianus Benaëus poeta, Homerum aemulans; in priore Myro Priensis (IV, 6.), qui quarum rerum nonnisi exigua fama supererat, eas pragmatica rhetoricaque ratione ita proposuit, quasi illis gerendis ipse interfuisset: utriusque quanta fides fuerit, potest vel ex dissensu eorum de Aristomenis temporibus (l. c.) iudicari; Myronemque ipse Pausanias notat his verbis: Μύρωνά δὲ ἐπὶ τε ἄλλοις καταμαθεῖν ἔστιν οὐ προσημειωμένον, εἰ ψευδῆ τε καὶ οὐ πιθανὰ δόξει λέγειν, καὶ οὐχ ἥμισυ ἐν τῇδε τῇ Μεσσηνίᾳ συγγραφῇ. Nihilo tamen melius Pausanias ipse scripsit, sed rhetorem pragmaticum in universa eius Messeniacorum bellorum narratione agnosces, quae Romanensi fabulae quam historiae propior est, fucata insuper Hegesiae Magnetis, popularis sui stilo; quo nimium abutitur Pausanias. Illinc igitur quum sibi Fourmontus vagas quasdam et inconditas notiones impressisset, homo nullo antiquitatis sensu imbutus omnes sibi res etiam ineptius effinxit, et quasi de Galliarum ageretur regno, Pythios nobis imperii cancellarios et sigilli custodes proponit, provincias loquitur praesidesque provinciarum, mandata profert supremo exercitus duci sub sigillo cancellariorum a regibus data et per illum cum lochagis et moragis communicata, et id genus plura. Ea tamen somnia ita cum his conveniunt titulis, ut hi ipsi ex illis videantur somniis enati esse, quum praesertim his titulis illustrandis manifesta advocaverit mendacia, quae in Introductione a nobis notata sunt. Quodsi a Fourmonti explicatione recedens hos titulos nihil esse dixeris nisi magistratuum catalogos, rursum intelligi non poterit, cur duo ex iis non Spartaë, sed in Messenia positi sint: quod ex solis potest Fourmonti commentis cetera absurdissimis expediri. Denique quidquid pro harum inscriptionum fide Rochettus (Epist. p. 92 sqq.) dixit, redit fere eo, stultum futurum fuisse, qui eo fine, quem his monumentis Fourmontus tribuit, haec ipsa finxisset: at vero stultum fuisse Fourmontum, ex ipsius commentationibus satis superque patet.

Nomina horum trium catalogorum exponere supersedeo, quod facile et legi et corrigi possunt: haec tamen notabo. Num. 61. in Ephoris vs. 32. Βρασίδα est p. Βρασίδας, ex dialecto: inter Pythios quartus Polydorus Telecli f. Fourmonto est frater Alcamenis regis. Bidiaeorum secundus est Κλεόβουλος Λαμάχου, tertius Εὐφρων. Ἀνιοκαράτης videtur Theopompi regis frater esse, Nicander Nicandri f.


Inter Moragos paenultimus est Εὐδαμένου filius: quod nomen paulo insolentius. Ceterum universi hi catalogi ex paucissimis sunt nominibus ficti. In primo enim viri sunt LXXV, in secundo praeter eos, qui iam primo insunt, accedunt novi LVII, et in tertio novi XLVIII: in singulis autem quum patris quoque nomen accedat, sunt nomina CCCLX. Quae si lacunosa vocabula paucissima exceperis, composita sunt ex nominibus his LXIV, iisque toties repetitis, quoties numerus appositus significat. Sunt igitur: Alcamenes 4, Alcander 19, Alcidamus 2, Alcippus 6, Andromachus 2, Aristander 9, Aristippus 16, Aristobulus 2, Aristodamus 8, Aristomachus 6, Aristomenes 1, Battus 1, Brasidas 3, Callicles 2, Charidamus 1, Charilaus 8, Cleanthes 1, Clearchus 1, Cleobulus 3, Cleodamus 16, Cleolaus 13, Cleomenes 11, Cleophilus 1, Cinyras 1, Damasippus 11, Damonicus 7, Damonius 1, Damophilus 11, Demetrius 46, Doryssus 2, Eubulus 3, Eudamenus 1, Eudamidas 1, Euphron 4, Iamus 1, Labotas 1, Lamachus 18, Leo 6, Leonidas 4, Leotyches 3, Lycomachus 8, Lycostratus 1, Lycurgus 21, Lysander 5, Machanidas 7, Mnemon 2, Nicander 5, Nicocles 1, Nicodamus 1, Nicomachus 1, Pamphilus 1, Pausanias 1, Philander 4, Philocles 2, Philodamus 8, Philolaus 1, Philomachus 1, Plato 6, Plistarchus 2, Polemarchus 2, Polydorus 5, Teleclus 6, Theophilus 2, Theopompus 6. Inter haec Demetrii nomen, quod toties etiam in ceteris Fourmonti suspectis monumentis procedit, quadragies et sexies positum est: reliqua quoque nomina sunt pleraque vulgaria, in Fourmontianis istis frequentata et inter se simillima. Sane in eadem urbe et in nobilibus imprimis familiis nomina quaedam celebrata sunt: sed videat aliquis, an in ullo catalogo paulo ampliore tam quam in his frequens nomen repetitio sit. Praeterea dialectus multis in vocabulis laborat et vacillat: ex Latino sermone ficta sunt Ἀλκάνδης, Ἀριστάνδης, Πλάτω, Λέω etc. quae non ignorantia, sed per impudentiam miraculi causa Fourmontus ausus est: item Λυκέοργος, de quo supra monui. P pro Σ rarum est, ut in Ἀνιοκαράτης, Βουαγόρ. Suspecta inconstantia est in regis praesertim nomine et in monumento publico, Θεόπομπος num. 61. Σιόπομπος num. 63. et ex utroque mistum ac vix tolerabile Σεόπομπος num. 62. Defendit tamen haec Rochettus (p. 101.). Heterocliton idque Ionicum Κλεομένεω non est probabile; neque enim esse posse Κλεομένεω abiecto Σ, concedet qui Graece sciat. Pro Εὐδαμίδου, Λεωνίδου, Μαχανίδου, quis illa aetate non exspectet Εὐδαμίδα etc.? Quis non Μνάμων, et Χαρίλα (p. Χαριλάου)? Δαμώνακον nondum alibi inveni. Putes etiam Εὐβώλων p. Εὐβούλω scribendum fuisse, ut alia omittam. Postremo si palaeographiam spectes, non posse titulum num. 61. in quo nunc consistam, antiquum haberi, statim intelliges; sin fictus est, solus potest Fourmontus finxisse, quod Spartanis tanta ista rerum suarum imperitia minime convenit. Sunt autem in scriptura paucissima prisca, ut Α et fortasse Φ: Λ (Lambda), Ε, C et ligatae litterae recentis

usus sunt. De € et C dixi ad num. 59. Insunt praeterea vocalium notae H et Ω, quas etsi concedo ante Simonidem iam fuisse inventas (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 387.), tamen iure dubites ita iam pervulgatas antiquitus fuisse, ut paulo post Olympiadum initium in media Peloponneso apud homines illitteratissimos publice fuerint conspicuae: neque ullum exemplum extat illarum litterarum in Graecis civitatibus ante Simonidem usurpatarum. Certe quae Rochettus, vir doctissimus (Dissert. archaeol. p. 88. Epist. ad Aberd. p. 115-119.) attulit ex nummis, nullo modo satisfaciunt: nummorum enim plurimorum aetas haud potest certa ratione definiri; interque eos sunt nonnisi duo, quibus potissimum insisti posse putaverim: sed ii ipsi nihil evincunt. Quippe H vocalis compareret in nummis Orrhesciorum Lesbo olim, nunc Macedoniae septimoque ante Christum saeculo tributis: quorum fabrica licet rudis sit (vide Rochetti Epist. tab. 1. fig. 1.), non tamen ii possunt aetati adeo remotae tribui; Graeca enim verba Graecam demonstrant eruditionem, quae vix ante Simonidem Macedoniam invaserit. In Crotonis autem nummo sane antiquo (ib. fig. 5.) falsum est comparere litteram Ω. Formae hae sunt: ΜΩΤΩΡΩ: ubi Ω et Ω dicitur Ω esse. Sed recte Mionnetus has formas

iudicat esse Ο μικρόν. Nam quum Κρότων dicatur, non Κρώτων, Ο binis lineolis auctum non potest aliud nisi Ο μικρόν esse; quo minus Ο una notatum lineola poterit pro Ω haberi. Nempe Ο μικρόν olim eandem quam Theta formam habuit, Θ (vide ad num. 12 sqq.); alia autem litterae Theta forma fuit Θ, quam et ipsam in illo nummo Ο μικρόν tributam videmus. Sic ista pro H et Ω priscis litteris argumenta vides dilabi. Accedit ΟΥ in hoc titulo obvium, quod recentioris itidem usus est: v. ad num. 34. Unum Βασιλες p. Βασιλεῖς s. Βασιλῆς antiquitatis praebet speciem. Prorsus autem ridicule in ternis his titulis scribae nomen obliquo cursu subnotatum est, modestiā scribae, ut ait Fourmontus: quasi ille tabulas suo signaverit nomine, qui mos non est inscriptionum (Knight. p. 126.). Recte igitur Rochettus (p. 106.) scribam ideo tantum appositum dicit, quod inter eos, qui officio fungebantur, est etiam ille: sed cur scriptura est obliqua? Respondetur, antiquo more id nomen esse κιονηδὸν exaratum. Cur igitur hoc solum? Sed ne κιονηδὸν quidem est: nam in columnari scriptura litterae non obliquae iacent, sed recto stant talo altera infra alteram. Quid multa? Scribae sane ista modestia est ex absurdo Fourmonti cerebello prognata.

62.

Calamis, quae nunc Calamata, in lapide indigena duro, tres pedes et semissem longo, duos pedes et quadrantem lato. Ed. Fourmontus l. c. tab. I. Specimen scripturae inde petittum habes in Nov. tract. dipl. T. I. p. 626. cf. p. 631 sq.



M 2

Plurima exposui ad num. 61. quibus paucula addenda sunt. In Ephoris rursum est Μνεμων (p. Μνάμων), sed alius patris filius ac num. 61. Alius Ephorus est Ἀλκάνδης Δαματρίου, eiusdem nominis cuius Pythiorum alter, qui etiam num. 61. inter Pythios est; idem nomen num. 62. lochagorum quarto tribuitur. Haec male composita sunt. Porro pro Alcandro Damophili (num. 61.) nunc Alcander Damasippi primus est Pythius, et tertius Teleclus Telecli pro Teleclo Aristippi. Miror nominum consensum. Ἀνιοκαράτης est idem qui num. 61. Omitto alia, et quae corrigenda sunt, iis qui sibi in hoc

agendo placeant relinquo. Dialectus ut plurimum eadem quae in priore est, nisi quod hic habentur βασιλέες, Σέοπομπος (v. ad num. 61.), Πύσιοι; nihilominus inter Lochagos rursum est Σιόπομπος. Memorabilis forma nec tamen reprehendenda Κλεάνδης (Κλεάνδης) in Bidiaeis. Vs. 8. nunc est Πλάτων, quum num. 61. sit Πλάτω. Scripturae forma plerumque novicia est eadem quae num. 61. sed pro C, E, M, N, antiquae nunc formae conspiciuntur E, S, M, N, eadem aetate et apud eundem populum simul diversissimis formis promiscue usurpatis. Quis talibus commentis patietur sibi fraudem fieri?

63.

Prope Pharas in Messenia, hodie *σὰ Λουρά*, hunc titulum inter rudera magnifica fodiendo sese repperisse perhibet Fourmontus, qui edidit l. c. tab. III. Repraesentat D'Hancarvill. Rech. T. II. p. 22. Knight. tab. VII. Specimen scripturae comparet in Nov. tract. dipl. l. c.



In Pythiorum nominibus primum videtur regis Theopompi filium designare; reliqui quoque regum nominibus gaudent: item ἀνιοκαράτης Theopompi regis videtur filius. Cetera nomina non persequor, ne-

que emendanda emendo, nisi quod Λυκοστράτης noto in Λυκόστρατος mutandum; Γαμάτριος aliquoties reperitur, ad modum Phliasiae inscriptionis num. 46.: rursum tamen etiam Δαμάτριος habetur. Νομοφύλακες

tantum duo sunt; at in genuinis Spartanis titulis multis plures prodeunt. In palaeographicis hic quoque titulus similia atque num. 61. 62. offert; habetur tamen λ pro Λ , item ς , M , N , et pro Ω est OO , de quo supra aliquoties dixi, quae non repeto. Singulare est ι pro u in $\Delta\sigma\rho\acute{\iota}\varsigma\sigma\omicron\varsigma$ et Νομοφύλακες : hoc etiam in genuinis Fourmonti Spartanis inscriptionibus inveni, sed quum in plurimis sit $\nu\omicron\mu\omicron\phi\acute{\iota}\lambda\alpha\varsigma$, videtur transcribentis errori tribuendum. In spuria num. 58. idem ι vidimus. Quod ut Laconicum defendit Rochettus Dissert. archaeol. p. 95. Epist. p. 104. plurima tamen, quae afferre possis, exempla sunt ambigua. Certe quae Salmasius ad Inscriptt. Herod. et Reg. p. 173. attulit, $\epsilon\pi\iota\pi\epsilon\acute{\iota}\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$ et $\pi\omicron\lambda\upsilon$ -

$\sigma\tau\acute{\alpha}\phi\iota\lambda\omicron\nu$, falsis nituntur lectionibus: Maittairius autem de dial. p. 401. A. conguessit diversissima, ut Μούσα Μούσα , quod nemo linguis iudicandis idoneus huc putabit pertinere. Nec aptum exemplum Zeus p. Zeus ex nummo Syracusano (apud Torremuzz. tab. numm. 5.), quippe diphthongum offerens. Sic superest unum $\alpha\acute{\iota}\sigma\iota\mu\omega\acute{\nu}\tau\epsilon\varsigma$ in lapide Cyziceno, qui non apte potest Spartano monumento conferri. Eustathius tamen ad Iliad. p. 1913. 32. $\Delta\acute{\upsilon}\phi\rho\omicron\varsigma$ $\delta\acute{\iota}\phi\rho\omicron\varsigma$, $\mu\acute{\upsilon}\sigma\omicron\varsigma$ $\mu\acute{\upsilon}\sigma\omicron\varsigma$... $\kappa\alpha\iota$ $\tau\omicron\iota\alpha\upsilon\tau\alpha$ $\Delta\omega\rho\iota\kappa\acute{\alpha}$ $\kappa\alpha\iota$ $\Lambda\iota\omicron\lambda\iota\kappa\acute{\alpha}$: sed haec ex incerta etymologia magis quam ex accurata dialectorum notitia petita videntur. Postrémo adi dicta ad num. 58.

64.

Amyclis in Apollinis, ex schedis Fourmonti; misit Everettus Americanus.

ΤΑΠΟΛΙΣΤΑΤΟΟΝΛΑΚΕΔΙΜΟΝΙΟΝ
 ΟΟΝΠΡΕΣΒΕΥΣ

ΕΦΟΡΟΙ	ΔΜΑΡΙΟΣ ΑΙΤΑΝΒΟΥ	ΒΟΥΛΙΑΙΟΙ
ΧΑΙΔΑΜΟΣ	ΒΟΥΛΑΜΟΣ	ΧΑΙΔΑΜΟΣ
ΦΙΛΟΛΑΟΥ	ΦΙΛΑΜΟΣ	ΑΛΚΑΒΟΥ
ΔΙΣΤΙΠΤΟΥ	ΧΑΙΔΑΜΟΥ	ΚΕΦΑΝΗΣ
ΛΑΜΑΧΟΥ	ΔΜΠΑΔΕΣ	ΔΜΑΡΙΟΣ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΣ	ΔΜΡΙΟΣ	ΚΕΦΑΝΗΣ
ΑΛΚΑΒΟΥ	ΧΑΙΔΑΜΟΥ	ΚΕΦΑΝΗΣ
ΔΜΑΡΙΟΣ	ΕΥΦΡΟΝ	ΑΙΤΑΝΒΟΥ
ΦΙΛΑΜΟΥ	ΔΜΑΡΙΟΥ	ΔΜΑΡΙΟΣ
	ΛΑΜΑΡΕΥΣ	ΔΙΣΤΙΠΤΟΥ
	ΚΕΦΑΝΗΣ	ΚΕΦΑΜΟΣ
	ΚΕΦΑΜΟΥ	
ΣΑΥΤΟΟΡ	ΣΑΥΤΑΙΟΙ	ΣΑΥΤΑ
ΑΝΑΚΣΙΜΑΔΗΣ		ΚΕΟΟ
ΑΝΔΟΚΕΟ		ΑΝΑΚΣΙΜΑΝΒΟΥ

ΚΕΦΕΝΗΣΑΝΔΟΚΕΟ	ΛΥΣΙΠΤΑΝΟΥΔΟΟΡΟΥΒΑΣΙΛΕΟ
ΑΝΔΟΛΑΟΑΝΔΟΚΕΙΔΟΥ	ΑΛΚΑΝΔΑΛΥΜΑΧΟΥ
ΔΜΑΡΙΟΣΒΡΑΧΙΔΟΥ	ΜΕΝΟΦΙΛΑΜΕΝΟΦΙΛΟΥ
ΦΙΛΟΜΑΧΟΣΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥΒΑΣΙΛΕΟ	ΠΕΡΙΛΕΑΓΑΜΦΙΛΟΥ
ΚΕΦΑΜΟΣΑΥΚΑΔΟΝΟΣ	ΔΜΦΙΛΑΔΜΑΡΙΟΥ
ΛΥΣΙΜΑΧΟΣΛΥΣΙΠΤΟΥ	ΔΜΗΝΑΚΑΛΕΦΟΥΔΟΥ
ΑΝΔΟΜΑΧΟΣΚΕΟΝΟΣ	ΛΥΣΙΜΑΧΑΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
ΛΥΚΟΦΩΝΛΑΜΑΧΟΥ	ΑΛΚΑΝΔΗΑΔΜΟΦΙΛΟΥ
ΔΜΑΡΙΟΣΦΙΛΑΜΟΥ	ΚΕΦΟΥΛΑΑΛΚΙΠΤΟΥ
ΑΝΔΟΚΑΗΛΥΣΙΠΤΟΥ	ΛΥΣΙΜΑΧΑΑΛΚΑΝΒΟΥ
ΔΜΑΡΙΟΣΠΟΛΥΔΟΟΡΟΥ	ΚΕΦΟΥΛΑΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΚΕΦΑΜΟΣΔΑΜΡΙΟΥ	ΛΥΣΙΠΤΑΝΟΥΔΟΟΡΟΥ
ΝΙΚΟΛΗΣΚΕΟΝΟΣ	ΦΙΛΑΝΔΑΦΙΛΑΝΒΟΥ
ΛΥΣΙΤΑΤΕΣΛΥΣΙΠΤΟΥ	ΔΜΟΝΑΚΑΛΥΣΙΜΑΧΟΥ
ΒΑΤΤΟΣΒΑΤΤΟΥ	ΔΜΑΡΙΟΣΚΕΦΙΛΟΥ
ΑΝΔΟΜΑΧΟΣΚΕΦΕΝΕΟ	ΚΑΝΔΙΟΡΑΔΑΜΟΚΟΥ
ΛΥΚΑΝΔΗΑΒΑΤΤΟΥ	ΒΑΚΥΛΑΑΚΑΒΟΥ
ΚΕΦΑΜΟΣΠΤΟΣ	ΦΙΛΑΝΔΑΚΕΦΟΥΔΟΥ
ΚΕΦΑΛΑΚΑΝΒΟΥ	ΧΙΟΝΑΡΙΣΤΙΠΤΟΥ
ΜΑΧΑΝΙΑΔΑΛΥΚΑΝΒΟΥ	ΛΥΣΙΜΑΧΑΚΕΑΝΒΟΥ
ΕΥΒΟΥΛΟΣΚΕΟΝΟΣ	ΔΜΟΝΑΚΑΛΥΚΑΝΒΟΥ
ΔΜΡΙΟΣΜΑΧΑΝΙΔΟΥ	ΚΕΦΟΥΛΑΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΗΑΛΥΣΙΠΤΟΥ	ΧΟΙΡΙΑΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΕΡΕΝΔΟΟΝΑΛΚΙΠΤΟΥ	ΔΜΟΝΑΚΑΛΑΛΚΑΝΒΟΥ

Sex ab hoc inde numero titulos propono inter se simillimos. Primus ita legendus:

Τὰ πόλις τὰ τῶν Λακεδαιμονίων,
ὧν πρεσβεὺς Δαμάσιππος Ἀριστάνδρου.

Ἐφόροι

Χαρίδαμος Φιλολάου
Ἀριστίππος (sic leg.) Λαμάχου
Κλεόδαμος Ἀλκάνδρου (sic leg.)
Δαμάτριος Φιλοδάμου

Βουαγόρ

Φιλόδαμος Χαριδάμου
Ἄμπαιδες
Δαμάτριος Χαριλάου
Εὐφρων Δαμασίππου
Γραμματεὺς
Κλεοφάνης Κλεοδάμου

Βουλιαῖοι

Χαρίλαος Ἀλκάνδρου
[Κλεοφάνης delendus: v. num. 65.]
Δαμάτριος Κλεωνύμου (sic leg.)
Κλεοφάνης Ἀριστάνδρου
Δαμάτριος Ἀριστίππου
Κλεόδαμος Λαμάχου

Σαρσίτωρ

Ἀνακσιμάνδρη Ἀνδροκλέο

Σαρσίτα

Κλεὼ Ἀνακσιμάνδρου

Σαρσιταῖοι

Κλεομένης Ἀνδροκλέο
Ἀνδρόλαος Ἀνδροκλείδου
Δαμάσιππος Βρασιδίου
Φιλόμαχος Πολυδώρου Βασιλέο
Κλεόδαμος Λυκάονος
Λυσίμαχος Λυσίππου
Ἀνδρόμαχος Λέωνος (quidni Λέοντος?)
Λυκόφρων Λαμάχου
Δαμάτριος Φιλοδάμου
Ἀνδροκλῆς Λυσίππου
Δαμάτριος Πολυδώρου (non regis ut supra)
Κλεόδαμος Δαματρίου

Νικοκλῆς Λέωνος (immo Λέοντος)
Λυσίστρατος Λυσιστράτου
Βάττος Βάττου
Ἀνδρόμαχος Κλεομένεο
Λυσάνδρη Βάττου
Λέω Δαμασίππου (sic leg.)
Λέω Ἀλκάνδρου
Μαχανίδας Λυκάνδρου
Εὐβούλος Λέωνος (Λέοντος)
Δαμάτριος Μαχανίδου
Ἀλκάνδρη Λυσίππου
Σπένδων Ἀλκίππου

Λυσίππα Πολυδώρου Βασιλέο
Ἀλκάνδρα Λυ[σι]μάχου (vel Λυκομάχου)
Μενοφίλα Μενοφίλου (pro Μηνοφ. male)
Περιαλέα (Περίκλεια?) Παμφίλου
Δαμοφίλα Δαματρίου
Δαμώνασσα (sic leg.) Κλεοβούλου
Λυσιμάχα Λυσιμάχου
Ἀλκάνδρη Δαμοφίλου
Κλεοβούλα Ἀλκίππου
Λυσιμάχα Ἀλκάνδρου
Κλεοβούλα Δαμωνάκου (sic corr.)
Λυσίππα Πολυδώρου (idem nomen quod supra, sed
alius mulieris, non regiae: ridicule)
Φιλάνδρα Φιλάνδρου
Δαμωνάκα (sic leg.) Λυσιμάχου
Δαματρία Σεοφίλου (Σιοφίλου)
Κανδιόπα Δαμωνάκου (sic leg.)
Βακύλα (leg. Βακχύλα) Ἀλκάνδρου (sic leg.)
Φιλάνδρα Κλεοβούλου
Χιόνα Ἀριστίππου
Λυσιμάχα Κλεάνδρου
Δαμωνάκα (sic corr.) Λυσάνδρου
Κλεοβούλα Δαμοφίλου
Χοιρίλα Δαμασίππου
Δαμωνάκα (sic corr.) Ἀλκάνδρου

Agonistica haec inscriptio mentitur aetatem prioribus supparem Polydori regis, qui primo bello Messeniaco exeunte vixit; eius enim hic et filium et filiam habes. Reges tamen in hac et sequentibus non nominantur, nescio qua de causa. Supra scriptum τὰ πόλις τὰ τῶν Λακ. sine ullo nexu. Bene in genuinis est: ἡ πόλις ἡ Λακεδαιμονίων Κλαύδιον Κασσιανόν, vel ἡ πόλις Κλέωνα Σωσικράτους; sed in his falsis titulis, ubi nullus sequitur accusativus, in quo ver-

bum supplendum, ineptus est ille nominativus et prodit falsarium Fourmontum. Nec dicitur τὰ πόλις usquam: τοὶ et ται est p. οἱ et αἱ, non τὸ et τὰ p. ὁ et ἡ. Porro πρεσβεὺς nulla est forma (Schol. Aristoph. Ach. 95.), licet πρεσβῆς dicatur: incuriā hoc excidit Fourmonto, qui hac in parte genuinis suis Spartanis titulis usus est, in quibus tamen constanter πρέσβυς. Ipsa autem huius πρέσβευς mentio fraudem evincit planissime: qua de re iterum dicam,

ubi ad num. 68. pervenero, quod ibi adversus Fourmonti defensorem mihi dicendum video; quae ibi posui, conferas velim: nunc solum impugno Fourmontum. Etenim in sex his inscriptionibus quaterni tantum pro quinis Ephori sunt: patet igitur id nomen, quod post voces ὦν πρεσβευς conspicitur, primi in omnibus Ephori esse: quo annumerato sunt iam quini. Πρέσβυς enim princeps est collegii, docentibus genuinis Spartanorum inscriptionibus apud Cyriacum et Fourmontum, in quibus frequens formula ΩΝ ΠΡΕΣΒΥΣ, sed longe aliter atque in his commenticiis usurpata; praemisso magistratus nomine Ἐφοροι, vel Γέροντες, vel Νομοφύλακες. Ex una inscriptione bina exempla propono, quibus plura suppetunt genuina: Νομοφύλακες ἐπὶ Με. Σπαρτιατικοῦ (nempe πατρονόμου, ut alibi docebo), ΩΝ ΠΡΕΣΒΥΣ Δαμόνικος ἑτοῦ (ΠΟΥ) Εὐτύχου, Τιβέριος Κλαύδιος Δέκμος Σωτηρίας Εὐδαίτου, Καλλικράτης Εὐδαμίδα etc. Et dein: Ἐφοροι ἐπὶ Καλλικράτους τοῦ Ρούφου, ΩΝ ΠΡΕ. Γα. Ἰούλιος Αυσικράτης Χαριζένου, Πο. Με. Πρατόλας Δεξιμάχου, Ἀνέγκλητος Εὐπαρίστου, Λέων Φιλοθέου, Εὐτυχος Νύμφα. Vides in his magistratus nomen praecedere, eoque referri ΩΝ ΠΡ. hoc est ὦν πρεσβυς. Quod non curans Fourmontus ΩΝ ΠΡΕΣΒΕΥΣ praemisit nomini magistratus; igitur legendum ὦν πρεσβ. licet hoc absurdum sit: nam ad Λακεδαιμονίων non potest referri ΩΝ s. ὦν, quia ille non Laconum, sed Ephorum est princeps.

Βουαγὼν sequuntur ἄμπαδες bini; de his Meurs. Misc. Lac. II, 3. ex Hesychio: Ἄμπαδες οἱ τῶν παιδῶν ἐπιμελούμενοι παρὰ Λάκωσι. Γραμματεὺς uno M scriptus, quasi antiquissima aetate, quum in reliquis vocibus duplicentur consonae. Dein sunt βουλαῖοι quinque: ii quidem ignoti sunt, nec Graeca vox est. Recentibus quidem temporibus Spartaе βουλευτὰς fuisse docent genuini tituli; extra ordinem Agidi regi Olymp. 90, 3. datos esse decem συμβούλους, ἀνεὺ ὧν μὴ κύριον εἶναι ἀπάγειν στρατιὰν ἐκ τῆς πόλεως, ex Thucyd. V, 62. Diod. XII, 78. 79. constat; sed ordinarios consiliarios regis praeter Pythios domi alios fuisse non est probabile, quum praesertim ei negotio sufficeret Senatus. Cur aliter iu-

dicetur nullam causam video: dissentit tamen Rochettus Dissert. archaeol. p. 85 sq. Epist. p. 137 sq. Dein vox βουλαῖος non est ad analogiam formata; fictum videtur vocabulum a Fourmonto, ut τελαιῖος finxit (γ. Introd.). Βουλαῖος Graece est consiliarius in deorum epithetis, ut Θεοὶ βουλαῖοι, quum alii tum Iuppiter; etiam in Spartana inscriptione mutila ΔΙΑ ΒΟΥΛΑΙΟΝ agnosco; semel homo quoque Θεῶν βουλαῖος audit in decreto Epidaurio pro Basso, sed eo versibus concepto, ut conicias hanc esse poeticam licentiam. De reliquis accipe quod censeo. Meursius Misc. Lac. II, 10. haec habet ex Hesych. Σαρσίτειος χορὸς· πρὸς μύλον ποιούμενος τὴν χορείαν· Λάκωνες: hoc est, ad molam agitans choream. An Spartaе, cuius cives musica incorrupta excultissimi erant, probabile est ad molam publice actos choros esse, vel a regis pueris puellisque? Nempe Spartani ad molam non meliores atque asini ad lyram; lyraque Spartanis etiam notior quam asinis mola. Non Spartani mola exercebantur, sed Helotes: igitur Σαρσίτειος χορὸς iste servilis potius et Heloticus iudicandus est. At Fourmontus nobis publicos Σαρσιτείου χοροῦ ludos effinxit, cui praessent magistratus honoratissimi, praessent chora-gus σαρσίτωρ, pro quo certe σάρσιτωρ (σάρσιτος) esse debebat, et praesul puella σαρσίτα: et σαρσιταῖους nobiles addit chorum agentes, xxiv masculos, totidemque puellas. Nomina ipsa multum laborant, ut ad ipsa brevissime significavi: Δαμονακος et Δαμονακα semper O habent, et ipsa haec nomina suspecta esse supra diximus; formae aliquot absurdissimae sunt, ut terminatio ἀνδρ p. ἀνδρος; Ἀνδροκλέο, Κλεομένεο, βασιλέο nulla potest ratione defendi. Nam quum in hac inscriptione O non sit pro Ω vel ΟΥ, non possunt illa heteroclesia excusari: abiectum igitur Σ erit, quod ridiculum est. Quamquam nec βασιλέω nec βασιλέου heteroclitia ferri possent. De palaeographicis non est quod dicam: nihil enim novi inest; igitur quae in prioribus dicta sunt, facile possunt huic titulo accommodari: illud certum est Polydori regis aetate non ita scripsisse Graecos.

Haec scripsi fretus vulgata apud Hesychium lectione πρὸς μύλον ποιούμενος τὴν χορείαν. Eam tamen amolitur Valckenarius ad Adonias. p. 283. et pro mola ad absurdum accedente restituit *libiam*, αὐλόν; σαρσίτειον autem exponit τὸν θαρσύνοντα, *mares animos in Martia bella exacuentem*, et non tam carmen embaterium intelligere videtur, quam chorum embaterio numero compositum: quamquam sententiam suam non satis diserte pronuntiavit (cf. Müller. Dor. T. II. p. 335.). At ipsa emendatio non est verisimilis: neque enim ubi de choro agebatur, librarius facile potuit de μύλῳ cogitare, sed multo facilius de αὐλῳ; itaque non probabile est pro expedito αὐλὸν quemquam scripsisse μύλον, mutato insuper accentu, quod non negligendum esse sciunt critici. Quidni vero rustica plebs et Helotica

post messem et triturationem Cereri duxerit chorum ad molae trusatilis numeros? Quippe quum ad molam cantarent μυλωθρὸν ψόδην, etiam chorum ad molam constituere in promptu erat. Accedit quod Myles a mola denominatus priscus fuit heros indigena (v. ad n. 53.), Helotes autem indigenae sunt: ut videas molam illis rem esse haud minimam visam. Postremo etymon vocis σαρσίτειος potest esse ex σάρειν vel δέρειν et σῖτος. Ceterum si haec inscriptio et similes maturius editae essent, prius arbitror Fourmonti fraudem perspecturos doctos fuisse. Et Villoisonus certe, quem p. 62. inter Fourmonti patronos nominavi, inspectis Fourmonti schedis sero mutata sententia, editas eius inscriptiones spurias iudicavit: quod ex illius epistola (I. A. L. Z. Int. Bl. n. 50. Iul. 1804.) et ipse sero intellexi.

ΤΑΓΩΛΙΣΤΑΤΟΝΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ
 ΟΝΠΙΕΣΒΕΥΣ
 ΕΦΟΡΟΙ
 ΧΑΙΔΜΟΣ
 ΦΙΛΟΛΑΟΥ
 ΔΙΣΤΙΠΡΟΣ
 ΛΑΜΑΧΟΥ
 ΚΕΟΔΜΟΣ
 ΑΛΚΑΝΔΟΥ
 ΔΑΡΙΟΣ
 ΦΙΛΟΔΜΟΥ
 ΧΑΙΔΡΟΑ
 ΚΕΟΦΑΝΗΣ
 ΔΙΣΤΟΜΑΧΟΥ
 ΚΕΟΒΟΥΛΟΣ ΔΙΣΤΟΜΑΧΟΥ
 ΑΛΚΑΝΔΗΡ ΔΙΣΤΟΔΜΟΥ
 ΚΕΟΔΜΟΣ ΧΑΙΛΑΟΥ
 ΔΑΡΙΟΣ ΔΙΣΤΑΝΔΡΟΥ
 ΛΑΜΑΧΟΣ ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΦΙΛΟΚΛΗ ΔΙΣΤΙΠΡΟΥ
 ΔΑΡΙΟΣ ΧΑΙΔΜΟΥ
 ΜΑΧΑΝΙΑΣ ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΔΙΣΤΑΔΗΡ ΛΑΜΑΧΟΥ
 ΦΙΛΟΜΑΧΟΣ ΦΙΛΟΚΣΕΝΕΟ
 ΦΙΛΟΜΑΧΟΣ ΔΙΣΤΟΔΜΟΥ
 ΑΛΚΑΝΔΗΡΑΛΚΑΝΔΟΥ
 ΚΕΟΔΜΟΣ ΛΑΜΑΧΟΥ
 ΑΝΑΚΑΝΔΗΡΚΕΟΜΕΝΕΟ
 ΚΕΟΜΕΝΗ ΚΕΟΦΥ...
 ΒΡΑΔΙΑΣ ΚΕΟΜΕΝΕΟ
 ΒΡΑΔΙΑΣ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
 ΔΙΣΤΙΠΡΟΣ ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΔΑΡΙΟΣ ΧΑΙΔΜΟΥ
 ΛΑΜΑΧΟΣ ΔΙΣΤΟΜΑΧΟΥ
 ΔΑΜΑΡΙΟΣ
 ΔΙΣΤΑΝΔΟΥ
 ΔΟΥΔΑΛΟΑ
 ΦΙΛΟΔΜΟΣ
 ΧΑΙΔΜΟΥ
 ΔΑΜΑΡΙΟΣ
 ΧΑΙΛΑΟΥ
 ΕΥΦΡΟΝ
 ΔΑΜΑΡΙΟΥ
 ΛΑΜΜΑΤΕΥΣ ΧΟΑΔΑ
 ΚΕΟΦΑΝΗΣ
 ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΛΑΜΠΙΔΟΟ
 ΔΑΜΑΡΙΟΥ
 ΔΑΜΑΡΙΑ ΔΙΣΤΑΝΔΟΥ
 ΚΕΟΔΜΑ ΔΙΣΤΟΜΑΧΟΥ
 ΚΕΟΒΟΥΛΑ ΛΑΜΑΧΟΥ
 ΚΕΟΝΥΜΑ ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
 ΔΑΜΑΡΙΑ ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΕΛΑΙΡΑ ΜΑΧΙΔΟΥ
 ΚΕΟΜΑΧΑ ΜΑΧΑΝΙΔΟΥ
 ΦΟΙΒΑ ΚΕΟΔΜΟΥ
 ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΚΕΟΛΑΟΥ
 ΦΥΛΟΔΜΑΔΙΟΝΥΣΟΥ
 ΕΛΑΙΡΑ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
 ΚΕΟΔΑΜΑΡΙΟΥ
 ΚΕΟΔΑΜΑΡΙΟΥ
 * ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΔΜΟΚΣΕΝΟΥ
 ΦΙΛΑΝΔΡΑ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
 * ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΑΜΦΙΑΜΑΝΤΟ
 ΦΙΛΟΔΑΜΑΔΑΜΟΚΤΕΝΕΟ
 ΛΑΜΠΙΔΟΟ ΔΜΟΦΙΛΟΥ
 ΑΛΚΑΝΔΡΑ ΑΛΚΑΜΕΝΕΟ
 ΠΟΛΥΔΟΟ ΑΦΙΛΟΔΜΟΥ

In secundo versu cur bina O bis scripta sint, nescio. Magistratus iidem qui num. 64. In βουλαίοις vel idem vitium est Ἀλκάνδρου p. Ἀλκάνδρου: mire profecto. Sequuntur χοραγὸς Κλεοφάνης Ἀριστομάχου, et χοραγὰ Λαμπίδω Δαματρίου: sed χοραγὰ Graeca vox nec est nec potest esse; dicitur ἡ χορηγός. Sequuntur pueri choreutae xx totidemque puellae, quum num. 64. fuerint xxiv. Nomina haec sunt:

Κλεόβουλος Ἀριστομάχου
 Ἀλκάνδης Ἀριστοδάμου
 Κλεόδαμος Χαριλάου

Δαματρία Ἀριστάνδρου
 Κλεοδάμα Ἀριστομάχου
 Κλεοβούλα Λαμάχου

Δαμάτριος Ἀριστάνδρου
 Λάμαχος Κλεοδάμου
 Φιλοκλῆς Ἀριστίππου
 Δαμάτριος Χαριδάμου
 Μαχανίδας Κλεοδάμου
 Ἀριστάνδης (sic leg.) Λαμάχου
 Φιλόμαχος Φιλοκσένεω
 Φιλόμαχος Ἀριστοδάμου
 Ἀλκάνδης Ἀλκάνδρου
 Κλεοδαμος Λαμάχου

Κλεωνύμα Ἀλκάνδρου
 Δαματρία Κλεοδάμου
 Ἐλαίρα Μαχίδου
 Κλεομάχα Μαχανίδου
 Φοίβα Κλεοδάμου
 Λαμπίδω Κλεολάου
 Φιλοδάμα Διονύσου (Διονυσίου)
 Ἐλαίρα Δαματρίου
 Κλεὼ Δαματίππου
 * Κλεὼ Δαματρίου

Ἀνασάνδρη Κλεομένης (prae-
vae formae)
Κλεομένης Κλεοφύ[λου]
Βρασίδας Κλεομένης (in-
pte)
Βρασίδας Δαματρίου
Ἀρίστιππος Κλεοδάμου
Δαμάτριος Χαριδάμου
Λάμαχος Ἀριστομάχου
Λαμπιδῶ Δαμοκσένου
Φιλάνδρα Δαματρίου
* Λαμπιδῶ Ἀμφιδάμαντο (de-
ficiente Σ, ridicule)
Φιλοδάμα Δαμοσθένεο
Λαμπιδῶ Δαμοφίλου
Ἀλκάνδρα Ἀλκαμένεο
Πολυδώρα Φιλοδάμου

Vitia grammatica vides plura: addo Φιλοκσέ-
νῳ p. Φιλοξένου, Ionica terminatione ut Βάττω: sed
col. II. vs. 14. est Δαμοκσένου. Elairae et Phoebes
nomina ex Pausania III, 16. petita sunt, ubi Leu-
cippides heroinae, Apollinis filiae, Ἰαίρα et Φοίβη:
eadem memorantur ab Apollodoro et Hygino. Quid
asterisci velint, nescio. Scriptura est eadem quae
num. 64.

66.

Amyclis in Apollinis, ex Fourmonti schedis Everettus.

ΔΓΟΛΙΣΑΤΟΟΝΛΑΚΕΔΑΙΜΟΜΙΟΟΝ
ΟΟΝΤΡΕΥΣΑΜΔΡΟΜΑΧΟΣ
ΛΑΜΑΧΟΥ

ΕΦΟΡΟΙ
ΚΡΙΝΑΣΑΜΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΣΛΑΜΑΧΟΥ
ΔΑΙΜΑΙΤΟΣΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΕΥΒΥΜΟΣΔΑΜΟΦΙΛΟΥ

ΚΟΟΡΟΙ
ΕΥΚΥΑΣΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΡΟΣΔΑΜΟΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΑΡΙΣΤΑΜΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΛΑΟΣΛΑΜΑΧΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΣΔΑ.Τ.ΟΥ
ΧΑΡ. . . . ΔΑ. . .
ΔΑΜΟΜΑΧΟΣΔΑ.ΝΑΚ. .
ΔΑΜΑ. . . ΟΣΛΑ.ΧΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΡ. . . Λ.ΚΙ. . . Υ
ΛΙΟΣΤΡΑ.ΟΣ. . .
ΛΑ.ΑΧΟΣΑΜΔΡΟ.ΧΟΥ
ΡΟΝΙ.ΟΣΔΑΜΑΤΡ.Υ
ΛΕΥΚΙΠΡΟΣ.ΥΚΙΠΡΟΥ
Λ.ΥΕΟΡΟΣΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΛΥΣΑΜΔ.Ρ.ΥΣΑΜΔ.Ρ.Υ
ΔΑΜΟΦ.Λ.ΣΛΥΣΑΜΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΣΑΛΚΑΜΔΡΟΥ
ΑΛΚΥΔΑΜΑΣΑΛΚΙΔΑ.ΟΥ
ΑΛΚΙ. . . ΟΣΛΥΣΑ.Δ.Υ
ΦΙΛΟΔ.Μ. . . ΑΛΚΑΜΔΡΟΥ
ΔΑΜΟΣΤΡΑΤ.ΛΑΜΑΧΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΟΣΛΥΚΕΟ.ΡΟΥ
ΚΣΑΜΤΙΠΡΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΟΣΛΕΟΟΜΟΣ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΕΡΑΤΟΟΝΟΣ
ΧΑΡΙΛΑΟΣΚΛΕΟΛΑΟΥ
ΚΛΕΟΜΙΔΑΣΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΣΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΔΑΜΟΜΑΧΟΣΚΛΕΟΜΙΔΟΥ
ΛΥΚΟΜΑΧΟΣΛΥΚΟΜΑΧΟΥ

ΒΕΙΔΙΑΙΟΙ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΔΑΜΟΦΙΛΟΥ
ΔΑΜΟΜΑΧΟΣΜΟΡΜΙΟΥ
ΛΑΜΑΧΟΣΔΑΜΑΙΤΟΥ
ΛΑΒΟΟΤΑΣΔΑΜΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΡΟΣ. . . ΤΡΙΟΥ
ΜΟΜΟΜΟΙΤΟΙ
ΔΑΜΟΜΑΧΟΣΔΑΜΟΜΑΧΟΥ
ΛΕΥΚΙΠΡΟΣ. . . ΦΙΛΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΛΑΜΑΧΟΥ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΣΛΑΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΟΣΔΑΜΟΜΑΧΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΔΑΜΑΤΡΙΟΥ
ΦΙΛΟΔΑΜΟΣΦΙΛΟΔΑΜΟΥ
ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΔΑΜΟΣΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΧΑΡΙΛΑΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΟΣΧΑΡΙΔΑΜΟΥ
ΑΛΚΑΝΔΗΡΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΦΙΛΟΔΑΜΟΣΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΦΙΛΟΛΑΟΣΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ
ΔΑΜΑΤΡΙΟΣΛΥΣΙΛΙΑΧΟΥ
ΑΜΔΡΟΜΑΧΟΣΛΥΚΕΟΡΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣΛΑΜΑΧΟΥ
ΛΥΣΑΝΔΗΡΛΥΣΑΝΔΡΟΥ
ΧΑΡΙΛΑΟΣΑΜΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΦΙΛΟΚΛΗΣΛΕΟΜΙΔ.
ΛΑΜΑΧΟΣ
ΔΑΜ



Inscriptio prioribus plane similis, nisi quod sine ligaturis decurrit: aetatis notam continet nullam; haud dubie tamen Fourmontus aequae ac prioribus voluit antiquam videri. Praeter Ephoros et Bidiaeos iuventutis praesides inscripti sunt κῶροι xxxi; de iis vide Meurs. Misc. Lac. II, 4. ex Archyteis: in altera columna μονόμοιτοι comparent numero incerti. Horum sedes est ap. Meurs. II, 6. qui glossa Hesychii nititur: μονομοιτῶν, Εἰλώτων ἄρχοντας. Et haec quidem corrupta est varieque legitur; Four-

montus sequitur emendationem Meursii: μονόμοιτον, Εἰλώτων ἄρχοντα, quae nulla ex parte probabilis est. Nosti ὁμοίους Spartanorum; hinc vocati quidam μονόμοισι videntur, ut a δημιουργοῖς sunt μονοδαιμουργοί (vide Hesych.). Itaque corrigendum videtur: μονόμοισι, τῶν Εἰλώτων ἄρχοντες. Titulus hic pro agonistico videtur confictus esse, ut priores duo, et ni fallor pertinet ad κρυπτεῖαν, quam instituerint κῶροι: hinc Helotum quoque praefecti inscripti sunt.

Ephori

Ἀνδρόμαχος Λαμάχου
Κρινῆς Ἀνδρομάχου
Δαμόστρατος Λαμάχου
Δάμαχος (sic corr.) Χαριδάμου
Εὐθύμος Δαμοφίλου (nota Θ reliquae scripturae non congruum)

Κῶροι

Εὐκίας (?) Δαμοστράτου
Δαμάτριος Χαριδάμου
Λεύκιππος Δαμωνάκου (O pro Ω)
Δαμάτριος Ἀριστάνδρου
Χαρίλαος Λαμάχου
Χαριδάμος Δα[μ]α[τ]ρί[ου]
Χαρ.... ..δα....
Δαμώνανος Δα[μ]ωνάκ[ου] (O pro Ω)
Δαμά[τρι]ος Λα[μά]χου
Λεύκιπ[πος] Δ[ευ]κί[ππο]υ
...όστρα[τ]ος
Λά[μ]αχος Ἀνδρ[ο]μά[χου]
[Ἀνδ]ρόνι[κ]ος Δαματρ[ί]ου
Λεύκιππος [Λε]υκίππου (idem nomen quod κῶρου decimi)
Δ[υκ]έργος Δαματρίου
Λυσάνδ[η]ρ [Λ]υσάνδ[ρ]ος
Δαμόφ[ι]λος Λυσάνδρου
Χαριδάμος Ἀλκάνδρου
Ἀλκιδάμας (sic leg.) Ἀλκιδά[μ]ου
Ἀλκί[νο]ς Λυσά[ν]δ[ρ]ου
Φιλόδ[α]μος Ἀλκάνδρου
Δαμόστρατ[ος] Λαμάχου
Λυκέργος Λυκέ[ρ]γου
Κσάντιππος Λυκέ[ρ]γου
Λυκέργος Λέωνος (Λέοντος)
Κλεόδαμος Πλάτωνος
Χαρίλαος Κλεολάου
Κλεωνίδας (O pro Ω) Δαματρίου
Χαριδάμος Δαματρίου
Δαμώνανος Κλεωνίδου (bis O pro Ω: et debebat Κλεωνίδα Laconicum esse)
Λυκόμαχος Λυκομάχου

Bidiaei

Δαμόφιλος Δαμοφίλου
Δαμώνανος (O pro Ω, imperite) Γοργίου
Λάμαχος Δαμαίτου
Λαβώτας Δαμοστράτου
Λεύκιππος [Δαμα]τρίου

Μονόμοιτοι

Δαμώνανος Δαμωνάκου (bis O pro Ω)
Λεύκιππος φίλου
Λυκέργος Λυκέ[ρ]γου (inepte)
Δαμόφιλος Λαμάχου
Κλεόδαμος Λαμάχου
Δαμόφιλος Λυκέ[ρ]γου
Λυκέργος Δαμωνάκου (O pro Ω)
Δαμάτριος Δαματρίου
Φιλόδαμος Φιλοδάμου
Φιλόστρατος Λυκέ[ρ]γου
Ἀριστόδαμος Λυκέ[ρ]γου
Δαμόφιλος Ἀλκάνδρου
Χαριδάμος Χαριδάμου
Χαρίλαος Λυκέ[ρ]γου
Λυκέργος Χαριδάμου
Ἀλκάνδηρ Λυκέ[ρ]γου
Φιλόδαμος Ἀλκάνδρου
Φιλόλαος Φιλοστράτου
Δαμάτριος Λυσιμάχου
Ἀνδρόμαχος Λυκέ[ρ]γου
Ἀριστοκλῆς Λαμάχου
Λυσάνδηρ Λυσάνδρου
Χαρίλαος Ἀνδρομάχου
Φιλοκλῆς Λεωνίδ[ου] (O pro Ω)
Λάμαχος ...
Δαμ.....

ΤΑΓΟΝΙΣΤΑΤΟΥΝΛΑΚΕΔΙΜΟΝΙΟΥΝ
ΕΦΟΡΟΙ ΟΥΝΓΡΕΣΒΕΥΣΟΥΛΙΑΙΟΙ
ΛΕΑΝΔΡΑΜΑΧΟΥ ΤΕΡΑΝΔΗΚΛΕΟΔΟΥ ΑΛΚΙΑΜΑΣΣΕΟΦΙΛΟΥ
ΠΛΑΤΟΥΝΔΑΚΟΥΝΟΣ ΔΟΥΔΑΝΟΥ ΔΡΑΚΟΝΤΑΤΟΥΝΟΣ
ΑΛΚΙΑΜΑΣΣΕΟΝΤΟΣ ΠΙΣΙΑΜΟΣ ΔΑΜΑΡΙΟΥ ΜΑΧΑΝΙΑΣΚΛΕΑΝΔΡΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΛΥΚΟΜΑΧΟΥ ΠΑΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΔΑΜΑΡΙΟΣΧΟΜΑΧΟΥ
ΥΑΛΚΑΔΟΥΡ ΜΑΧΑΔΟΟΛΚΛΕΟΔΟΥ ΥΑΛΚΑΔΑ
ΑΛΚΙΑΜΑΣΣΕΟΝΑΚΟΥ ΥΑΛΚΑΔΙΟΙ ΛΑΜ ΠΙΔΟΟΣΕΟΦΙΛΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΑΝΟΣ ΠΛΑΤΟΝΟΣ ΛΥΚΟΡΑΚΣΔΕΥΚΛΙΔΟΣΒΑΣΙΛΕΟ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΚΛΕΑΝΔΡΟΥ ΛΥΚΟΡΙΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΠΛΑΤΟΝΑΛΥΣΙΜΑΧΟΥ ΕΥΔΑΜΙΔΕΥΔΑΜΙΔΟΥ
ΚΛΕΑΝΤΗΣΚΛΕΟ ΕΥΒΟΥΛΑ ΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΛΕΑΝΤΗΣΚΛΕΟ ΕΥΦΡΟΝΑΛΥΣΙΠΤΟΥ
ΛΕΟΝΙΔΑΣ ΛΕΟΝΙΔΟΥ ΔΑΜΑΡΙΑΑΛΚΑΝΔΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΛΥΣΙΠΤΟΥ ΛΥΣΙΠΤΑ ΛΥΣΙΠΤΟΥ
ΛΥΚΑΙΣΤΙΠΤΟΥ ΑΛΚΑΝΔΑΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΜΑΧΑΝΙΑΣΔΑΜΑΡΙΟΥ ΧΡΥΣΙΠΤΑΛΕΟΝΙΔΟΥ
ΑΛΚΙΠΤΟΣΛΥΣΑΝΔΟΥ ΑΛΚΙΟΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΛΥΚΟΜΕΔΗΣΔΑΜΑΡΙΟΥ ΑΛΚΑΜΟΝΑΔΑΜΑΡΙΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΑΛΚΙΠΤΟΥ ΝΑΥΣΙΚΛΑ ΕΥΦΡΟΝΟΣ
ΛΥΚΙΔΑΣ ΛΥΚΕΟΡΑΝΟΥ ΝΙΚΟΜΑΧΑ ΑΛΚΑΝΔΡΟΥ
ΛΥΚΕΟΡΑΝΟΣΦΙΛΙΠΠΟΥ ΔΑΜΟΝΑΚΑ ΔΑΜΟΝΑΧΟΥ
ΛΕΟΟΑΛΚΑΝΔΟΥ ΛΥΣΑΝΔΑ ΛΥΣΑΝΔΟΥ
ΛΕΟΟΛΥΣΑΝΔΟΥ ΑΛΚΙΠΤΑΔΑΜΟΝΑΚΟΥ
ΛΥΚΟΜΑΧΟΣΑΛΚΙΠΤΟΥ ΑΛΚΙΑΜΑ ΑΛΚΙΑΜΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΛΥΣΑΝΔΟΥ ΔΑΜΑΡΙΑΚΛΕΟΔΟΥ
ΔΑΜΑΡΙΟΣΔΑΜΑΡΙΟΥ ΔΑΜΑΡΙΑΑΛΚΙΠΤΟΥ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΑΛΧΙΜΑΧΑΛΕΑΝΔΟΥ
ΛΕΟΟΑΛΚΑΝΔΟΥ ΔΑΜΑΡΙΑΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΑΛΚΑΔΑΜΑΡΙΟΥ ΑΛΚΑΝΒΑΛΑΜΑΧΟΥ

Ineptissimum inscriptionis commentum, quod aetatem mentitur Zeuxidami regis, patris eius Anaxidami, qui Olymp. 28, 1. bellum Messeniācum alterum ad exitum perduxit. Vide inter *υαλκαδίους* col. II. vs. 1. Scriptura qualis priorum est, nec quidquam vere priscum conspicio; sed insanis nugis Fourmontus fucavit dialectum, in vocibus permultis ου reponeus pro ω, in aliis, ac partim in iisdem vocabulis retinens ω. Primo loco rursum prodit nota ista ex prioribus formula, sed immista pro ω diphthongo ου: τὰ πόλεις τὰ τοῦν Λακεδαιμονίου, οὐν πρεσβεῖς . . . sequuntur Ephori, Βουαγός, qui nunc Βουαγῶρ audit, in quo ω manifesto falsum, dein ignoti isti Βουλαῖοι et scriba: postremo ad modum tituli num. 64. choragus *υαλκαδούρ*, et puella praesul *υαλκάδα*, et

xxiv choreutae masculi cum totidem puellis, qui *υαλκαδίοι* audiunt. Fundus figmenti, qui priorum, Hesychius ap. Meurs. Misc. Lac. II, 10. *Υαλκάδαι, χοροὶ παίδων, Λάκωνες*. Choreutae igitur *Υαλκάδαι* dicendi erant, pro quibus Fourmonti imperitia dedit *υαλκαδίους*, contra analogiam: choragus ipsi est *υαλκαδούρ*, quod ex *υαλκάδαι* Graece formari non potest: nempe finxit barbaram formam *υαλκαδός* indeque aliam etiam deteriorem *υαλκαδῶρ*, ut *Βουαγῶρ*, tum intulit ου, *υαλκαδούρ*. Quot quaeso in una voce peccata! Dein praesulem mulierem dixit *υαλκάδαν* a masculo *υαλκαδός*, hoc quoque contra analogiam. Nunc accipe nomina vitiis absurdis scatentia et formis inter se maxime dissidentia.

Ephori	Buagus	Buliaci
Τερπάνδρ Κλεοδάμου	Ἰπσιδάμος (p. Ἰψίδαμος, cf. de i ad num. 63.) Δαματρίου	Ἀλκιδάμας Σεοφίλου (Σιοφίλου)
Λεάνδρ Λαμάχου		Δράκω Πλάτουνος (nimium inepte)
Πλάτουν Δράκουρος		Μαχανίδα Κλεάνδρου
Ἀλκιδάμας Λέοντος (alibi habet Λέωνος: quidni igitur nunc Λέωνος?)	Scriba	Δαμάτριος Ἰσχομάχου
Δαμάτριος Λυκομάχου	Μαχάων Κλεοδάμου	Λυσίμαχος Κλεομένεο (p. Κλεομένεος)
Ῥαλκιάδουρ		Ῥαλκιάδα
Ἀνακσίδαμος Δαμωνάκου (rursus O pro Ω)		Λαμπιδῶ Σεοφίλου (sic)
	Ῥαλκιάδιοι	
Λυκέοργος Πλάτωνος	Λυκορία Σδευκσιδάμου Βασιλέο!	
Δαμάτριος Λεάνδρου	Λυκορίς (?) Δαματρίου	
Πλάτων Λυσιμάχου (supra Πλάτουν, et Δράκω, et mox Λέω)	Εὐδαμίδα (qualis forma!) Εὐδαμίδου (potius Εὐδαμίδα esse debebat)	
Κλεάντης (sic) Λέω (Λέωνος p. Λέοντος)	Εὐβούλα Δαματρίου	
Ἀριστοκλῆς Λαμάχου	Εὐφρωνα (Εὐφρόνα) Λυσίππου	
Λεωνίδα Λεωνίδου (bis O pro Ω: in terminatione praestabat ἰδα)	Δαματρία Ἀλκάνδρου	
Δαμάτριος Λυσίππου	Λυσίππα Λυσίππου	
Λύκας Ἀριστίππου	Ἀλκάνδρα Δαμωνάκου (O pro Ω)	
Μαχανίδα Δαματρίου	Χρυσίππα Λεωνίδου (O pro Ω)	
Ἀλκιππος Λυσάνδρου	Ἀλκισία (p. Ἀλκιδία) Δαμωνάκου (ut supra)	
Λυκομέδης (sic) Δαματρίου	Ἀλκαμόνα (?) Δαματρίου	
Δαμάτριος Ἀλκίππου	Ναυσικάα (sic corr.) Εὐφρωνος!	
Λυκίδα Λυκέοργου	Νικομάχα Ἀλκάνδρου	
Λυκέοργος Ἀριστίππου	Δαμωνάκα Δαμωνάκου (O pro Ω)	
Λέω Ἀλκάνδρου	Λυσάνδρα Λυσάνδρου	
Λέω Λυσάνδρου	Ἀλκίππα Δαμωνάκου (ut supra)	
Λυκόμαχος Ἀλκίππου	Ἀλκιδάμα Ἀλκιδάμου	
Δαμάτριος Λυσάνδρου	Δαματρία Κλεολάου	
Δαμάτριος Δαματρίου	Δαματρία Ἀλκίππου	
Ἀριστόδαμος Χαριλάου	Ἀλκιμάχα Λεάνδρου	
Δαμάτριος Χαριλάου	Δαματρία Ἀριστίππου	
Λύκας Ἀλκίππου	Ἀλκὰ Δαματρίου	
Χαρίδαμος Χαριλάου	Κολότα (!) Ἀριστάνδρου	
Δαμωνάκος (O pro Ω) Ἀλκα....	Ἀλκάνδρα Λαμάχου	

68.

Amyclis in templo Ongas. Edidit Rochettus Epist. tab. IV. et interpretatus est p. 132 sqq. Miscrunt etiam Osannus et Everettus, cuius exemplum accurate factum secutus sum potissimum.



Tempus non definitum; quum tamen scriptura prioribus similis sit, patet eam fuisse fingentis mentem, ut hic quoque titulus ex bellorum Messeniarum aetate videretur derivatus. Litteraturae genus partim antiquum est, quo pertinent L, S, M, N, partim recens: inter ornamenta est ara sive puteal cum serpente Spartanorum insigni regum, in quo nihil vitupero (vide ad clypeos); sed reliqua, corcula maxime, novicii sunt usus. Praeter Ephoros et Bidiaeos inscripti sunt βουλαῖσι nunc sex, quum in prioribus quini sint: cuius varietatis cau-

sam nemo aperuerit, nisi Fourmonti est impudentia in fingendo ad quidvis ineptum proclivis: ante hos sunt ἱατροὶ sex totidemque ἐμπάσαντες. Nomina maxima ex parte eadem sunt quae in prioribus, formaeque nunc accedunt aliquot nugatoriae in ἀνδρῶν desinentes, quum hucusque nonnisi ἀνδρῶν in Fourmontianis viderimus. Nempe Fourmontus semper aliquid novi et mirifici comminisci studebat, neque ei sufficebat, formas in ἀνδρῶν finxisse, nisi addidisset quoque has in ἀνδρῶν desinentes. Nomina haec sunt.

Ephori

Δαμῶνας (O pro Ω) Ἀριστάνδρου
Λαμπρίδιος Δαμοφίλου
Σύμμαχος Δαμοφίλου
Χαρίλαος Λαμάχου
Φιλάνδριος Δαματρίου

Bidiaei

Λάμαχος Πλάτωνος
Δαμόφιλος Δαμοστράτου
Χαρίλαος Παμφίλου
Λαμπρίδιος Πλάτωνος
Ἀρίστιππος Λαμάχου

Ἰατροί
 Δαμόφιλος Λυσάνδρου
 Πλάτων Δαματρίου
 Λυσάνδρῳ Πλάτωνος
 Λυσάνδρῳ Δαμωνάκου (O pro Ω)
 Ἀλκιππος Δαμοφίλου
 Λαμπρίδιος Στεφάνου

Ἐμπάσαντες
 Δαμόφιλος Λαμπριδίου
 Δαμόφιλος Λαμάχου
 Δαμάτριος Λυσίππου
 Ἀριστάνδρῳ Λυκομάχου
 Λύσιππος Δαματρίου
 Ἀριστόμαχος Ἀριστομάχου

Βουλευταῖοι
 Δαμάτριος Λαμάχου
 Νικόμαχος Δαματρίου
 Λυσάνδρῳ Ἀριστοβούλου
 Δαμόφιλος Πλάτωνος
 Πλάτων Ἀριστομάχου
 Ἰαμος Δαμωνάκου (O pro Ω)

Scriba

Χαρίλαος Ἀριστάρχου

Ex paucissimis nominibus saepe repetitis totus hic catalogus confectus est; inter quae *Lampridii* nomen quater redit, quod in prioribus ne semel quidem occurrit: id tamen non negaverim Graecum esse, ut *Bassi* nomen Latinis non proprium est, sed antiquitus Doricum, unde Aeginae Bassidae. Accedit etymon a λαμπρός: et ap. Plutarch. Agesil. 1. Λαμπριδῶ est varia lectio p. Λαμπιδῶ. *Damonacus* quoque rursus comparet bis, et utroque loco littera O scriptus, ut per universos hos Fourmonti titulos: quae res vel sola poterat fraudem demonstrare; neque enim credibile est per omnes has inscriptiones quemquam locis omnibus O pro Ω legere potuisse: igitur patet hoc O constans ab imperito esse falsario profectum. Inter βουλευταῖους ultimus est Iamus Damonaci, ut inter lochagos num. 63. est Damonacus Iami. Inter Ἐμπάσαντας in voce Δαμόφιλος litterae Λ supra scriptum Α, quasi pro varia lectione.

Bis de hac inscriptione dixit Rochettus, Diss. Archaeol. p. 77 sqq. et in Epist. ad Aberd. p. 132 sqq. ubi de initio inscriptionis alia proposuit atque ego ad num. 64. Legit enim ὦν πρεσβεύς, et ὦν refert ad Λακεδαιμονίων, affertque exemplum, ut ait, plane geminum ex Cyriaco n. 260. πρεσβεύς autem, qui in Spartanis apud Fourmontum catalogis frequens reperitur, esse alibi principem, nunc vero peculiarem magistratum. Sed ad num. 64. satis mihi videor docuisse, unde formula illa ΩΝ ΠΡΕΣΒΕΥΣ nata sit; quodsi ὦν legere velis idque ad Λακεδαιμονίων referre, inauditam habebis dictionem, in qua praeterea certe ἄς, non ὦν dicendum erat; quamquam ne hoc quidem ferri poterat: nec nominativus ἂ πόλις ullum habet nexum, ususque sermonis pro ὦν πρεσβεύς desiderabat potius genitivum πρέσβews ὄντος. Notavi etiam supra, πρεσβεύς non esse Graecum, sed πρέσβυς: nec peculiarem esse magistratum, sed ephorum principem (πρύτανιν), inde liquet, quod Ephori deinceps nonnisi quattuor habentur. Rochettus quidem quintum statuebat defunctum; sed praeterquam quod defuncto substituitur alius suffectus, si sex has inscriptiones omnes vir doctus vidisset nonnisi quaternos habere Ephoros, non cogitasset de defuncto. Unde simul intelligis, ut hoc obiter observem, ne Hippagretis quidem binis num. 63. tertii obitu statuendo succurri posse. Postremo Cyriaci inscriptio nullo modo cum hac Fourmontiana convenit. Est haec: Γέροντες ἐπὶ TOT. ME. Πρατολάου τοῦ Δεξιμάχου, ὦν ΠΡΕΣΒΙΣ

(corrigere πρέσβυς) Νεικοκράτης etc. Continentur Senatotes sub Patronomo P. Memmio Pratolao Deximachi f. quorum princeps Nicocrates: corrige igitur Π ΜΕ. Idem Pratolaus alibi quoque in genuinis Spartanis inscriptionibus Patronomus audit, et in alia est Ephorus; pater eius fuit P. Memmius Deximachus Pratolai f. At quid huic Cyriaci titulo cum Fourmontiano commune? Potius Cyriaci inscriptio gemina iis exemplis, quae num. 64. retulimus, estque in ea πρέσβυς collegii princeps, ut in reliquis inscriptionibus Spartanis omnibus; ut in titulo de Tiberio Claudio Montano in fine: τοῦ πρέσβews τῆς συναρχίας τὸ Β; in alio de Tiberio Claudio Harmonico: διὰ συναρχίας ἧς πρέσβυς Ξενοκράτης: rursum alibi P. Aelius Alcandridas est πρέσβυς Βιδέων, cuius deinceps memorantur οἱ συναρχοντες; in alia inscriptione de Claudio Cassiano est: τοῦ πρέσβews τῶν Ἐφόρων. Igitur πρέσβυς semper est princeps collegii, non civitatis. Quodsi in M. Aurelii Damarchi titulo πρέσβυς τῆς Λιμναέων φυλῆς legitur, tribum cogites et ipsam collegium constituere.

Novi in hac inscriptione sunt Ἐμπάσαντες, coniuncti cum medicis (ιατροὺς enim recte agnovit Rochettus, nec ιαροὺς inferre debebat Boissonadus Class. Diar. Vol. XIX. p. 304.), item cum βουλευταῖοις, quos praeter Fourmontiana nusquam reperiri monui ad num. 64. De medicis locus est Xenoph. Rep. Lac. 13. ubi praeter alios τῶν ὁμοίων regis contubernales cum rege expeditivisse dicuntur μάντις καὶ ιατροὶ καὶ αὐληταί. Haec etiam ex vulgatis libellis cognita Fourmontio erant. Quos addidit Ἐμπάσαντας, ducti sunt ex Meursio Misc. Lac. II, 4. ubi annotatum ex Hesychio: Ἐμπασέντας, ἀρχεῖόν τι ἐν Λακεδαιμονίᾳ. In promptu erat hoc mutare in Ἐμπάσαντες: Fourmontus tamen littera E alio quoque modo transposita vocavit etiam *Empesantes*; et derivata, ut videtur, voce ab Ἐμπάσσω, *chirurgos* interpretatus est ideoque coniunxit cum medicis: finxitque hunc titulum, ut eo contineri probatio (δοκιμασία) medicorum et chirurgorum, quos absurdus homo a medicis diversos Spartae fuisse putabat, videretur legentibus. Hoc disco ex ipsius verbis Mem. Ac. T. XV. p. 416. „Les Bidiæi n'ordonnoient pas seulement les combats de jeunes Spartiates et Lacédémoniens, ils avoient encore un emploi du moins aussi honorable; eux seuls, avant la création des Ephores, jugeoient de la capacité des Medecins et des Empesantes ou Chirurgiens; mais depuis les Ephores, les Bidiæi n'ont plus été les seuls juges, il a fallu

partager ce droit avec les Ephores: nous apprenons ceci d'un grand nombre (immo ex hac una) d'Inscriptions." Haec igitur Fourmonti ipsius explicatio est, eaque sola vera: quippe hunc in finem compositus a Fourmonto absurdus hic titulus est. Sed Rochettus glossam Hesychii cum huius interpretibus refert ad ἐμπασιν, hoc est ἔγκτησιν: ἐμπάσαντας igitur dicit esse magistratus praefectos curandis possessionibus sive acquisitionibus fundorum, quos reges auctore Xenophonteo libello c. 15. habebant ἐν πολλαῖς τῶν περιόικων πόλεων, putatque hos esse eosdem, qui inter regis bellicos contubernales omnium rerum necessariorum curatores fuerunt. Xenoph. Rep. Lac. c. 13. συσκηνοῦσι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς ἄνδρες τῶν ὁμοίων· οὗτοι τοῦτοις (regi et polemarchis) ἐπιμελοῦνται πάντων τῶν ἐπιτηδείων, ὡς μηδεμία ἀσχολία ἢ αὐτοῖς τῶν πολεμικῶν ἐπιμελεῖσθαι. Sed haec non satis apte cohaerent. Fundorum quidem curatores non possunt iidem esse ac qui in bellicis expeditionibus regem comitantur; haec enim

Vs. 2. ὅσοι δὲ incipit sententiam; verbum ad ὅσοι pertinens non potest non in ἀγεγράφεται vs. 3. latere. Hinc γεγράφεται non potest a medio γράφεισθαι (accusare) esse, ut erat qui putaret: nec ἐγγεγράφεται scribi potest, de debitoribus publicis: tum enim ὅσαι esse debebat (ἔσαι, αἱ πόλεις); immo quod Müllerus servavit primum A, id docet scribendum ἀναγεγράφεται. Tenes ἀναγραφὴν tributorum, cuius exemplum posui in Actis Quaestorum (n. 143.). Illi autem ἀναγεγραμμένοι φόροι non possunt debiti esse, de quibus potius ἐγγράφεισθαι dicendum erat: sunt igitur soluti. Nam illam ἀναγραφὴν pertinere ad tributa vel soluta vel non soluta, docet residuum ΟΦΕ vs. 3. Sed si tributa soluta ἀναγεγράφεται, quorsum vs. 3. istud ὀφείλειν? Nempe dictum erat, quae tributa pensa essent, ea publice inscribenda esse; quae vero non in iis tabulis scripta essent, haec quae deberent civitates, eas populo Attico indicandas esse. Vides ex ipso hoc fragmenti initio, non de sola iurisdictione agi, sed de universa tributorum ratione. Vs. 1. ne dubita dictum esse, qui magistratus curare deberet, ut tributa publice inscriberentur. Iam illa ΒΟΛΕΝΤΕΝΕΣ exple ut feci. Ξ, quod alii omittunt, Pocockio est I: scribe Χ[Ξ]. Noli autem credere Senatū quingentorum dici, fortasse annuum, τὴν ἐνιαυσίαν: tum enim dictum esset τὴν Βουλὴν τὴν αἰεὶ Βουλευούσαν. Sic nihil superest, nisi quod dedi. Et Areopagum probabile est illi rei praefectum esse, quod sanctissimi illius concilii maxima apud externos auctoritas et fides esset: neve putes illius tum exiguam dignitatem fuisse, possem, si huius hoc loci esset, demonstrare, circa

illud tempus redditas Areopago patrias praerogativas et maxime iudicia de caede esse. Ceterum ἐπιμελεῖσθαι de Areopago usitatum. Heraclides in Politicis: Θεμιστοκλῆς καὶ Ἀριστείδης καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου Βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο. Lex ap. Andoc. de myst. p. 40. ἐπιμελεῖσθαι ἡ Βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται. Lex infra edita de ponderibus et mensuris (num. 123.): ἐπιμελεῖσθαι δὲ καὶ ἡ Βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου. Inscripta autem tributa sunt, postquam pensa erant; pensa, postquam exacta. Quae non inscripta sint, licet iam per magistratus postulata, ea debentur a civitatibus: hoc est illud quod supplevi, ὅσοι δὲ τῶν ἀπαίτηθέντων φόρων μὴ ἀνἀγεγράφεται etc. Antequam flagitarentur tributa, non debebantur: flagitata in Dionysiis magnis reddebantur plerumque (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 191.). ΙΔΕΙΧΣΑΙ superest ex ἐνδεῖξαι. Ἐνδεῖξαι quasi propria est debitorum publicorum: hinc vox ad civitates quoque debentes translata. Male nuper suppletum ἀποδεῖξαι. Sequitur: si qua civitas contendat et excipiat de solutione, affirmans sese pependisse tributum. Plane evidens supplementum vs. 5. ἐὰν δὲ τις τῶν πόλεων ἀμφισβητῇ περὶ ἀποδόσεως, nisi quod περὶ τῆς ἀποδόσεως vel τῆς ἀποδόσεως scribi potest. Post A alterum A prior pars fuit litterae M. Dicitur ἀμφισβητεῖν τινος; περὶ τινος, εἶναι ἢ μὴ εἶναι τι, et ὡς τί ἐστι; atque usitata est formula ἐὰν δὲ τις ἀμφισβητῇ. Lex ap. Demosth. Mid. ἐὰν δὲ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητῶσι. Lex ap. Demosth. adv. Macart. ἐὰν δὲ ἐπιδεδικασμένου ἀμφισβητῇ τοῦ κλήρου. Demosth. adv. Phorm. p. 908. 5. ἐὰν δὲ τις γενέσθαι μὲν ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς πάντα πεποίηκε τὰ συγκείμενα. Ἀμφισβητεῖν τινος maxime est de vindicatione, περὶ τινος de controversia universim: nostro hoc loco utrumque dici poterat. Longissime ab universa legis ratione aberravit Osannus, pro ΤΙΣΤΟΜΠΟΛΕΟΝ scribens ΕΙΣΤΟΝΠΟΛΕΜΟΝ, pro quo certe ΕΞ oportebat. Vs. 6. ΑΠ superest ex ἀποδεδωκέναι; sequebatur verbum apodosin incipiens, quod praedicatum esset accusativi τὸ κοινὸν τῆς [ἐ]μμάχιας: ex eo verbo superest ΘΑΙ vs. 7. Optimum est [ξυνάγεσθαι]; minus placuit [ἐ]γκαλεῖσθαι. Manifesto post exceptionem tributi soluti primum res ad commune sociorum concilium defertur, ne statim accusationi locus detur, de qua postea demum dicitur: eius autem concilii est non δικάζειν, sed κρίνειν, quod supplevi: nisi malis ἀνακρίνειν: hoc est rem praevia quaestione examinare, ut intelligatur, sitne accusationi locus necne, et quasi quodam praedicio aut absolvere urbem et cognoscere tributum esse solutum, aut accusationi locum dare: fere ut populus de προβολῇ praeiudicium fert. Qui vero κρίνουσι, sunt αἱ πόλεις καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, qui una τὸ κοινὸν constituunt. Ἀθηναίοις opponuntur αἱ πόλεις, ut num. 71. Nec dici poterat τὸν Ἀθηναίων δῆμον: non enim populus cognoscit rem, sed concilii synedri; de industria autem et civitates et Athenienses nominati sunt, ut utrorumque in ea re cognoscenda ius speciatim declararetur. Dum autem apud

commune sociorum concilium ea res agitur, aliquid aliud non licere vs. 9. dicitur: *Θαι δὲ μὴ ἐξεῖναι*. Quid igitur non licuerit? Nempe *γράφεισθαι*, *accusare in foro Attico*, ne invito concilio negotium faceretur innoxiae civitati: quis enim nescit *κλητῆρας νησιωτικούς* sociorum perniciem quaerentes? Supplementum hoc confirmat vs. 10. ubi HOAP superest ex *ὁ γράφόμενος*. Subiicitur enim, siquis tamen, antequam concilium potestatem accusandi dederit, accuset, *debere eum publico incertam pecuniae summam*: [τοῦ κοινοῦ δὲ μὴ εἰπόν]τος *ὀφειλέτω ὁ γράφόμενος* Putes supplendum fuisse: *ἐὰν δὲ τις γράφηται, μὴ ἐξόντος*: sed et maius spatium complementum hoc est, et in hac formula expectaverim potius *μὴ ἐξόν*. Non dubito dictum esse, quod dedi, ut intelligeretur, *γραφὴν* non esse nisi *concedente concilio*. Archonti nullus hic potest locus esse; itaque cave suppleas *ὁ ἀρχων*. Iam si accusationem admiserit concilium (quod in concinno hoc nec supervacanea admittente stilo non expressum est, quippe apertum), tum ubi accusanda civitas esset ac quando, videtur designatum esse: vs. 11. *τὴν δὲ γραφὴν εἶνα* etc. Haec formula sollemnis est. Lex ap. oratorem c. Theocr.: *ἐὰν τις τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ μὴ ἐκτίσας τὸ ὄφλημα τῇ πόλει ἐξαλειφθῇ, εἶναι κατ' αὐτοῦ τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς Δεσμοδέτας τοῦ ἀγροφίου*. Ἀθήνησιν incertum est, quamquam hoc certum, rem Athenis agendam fuisse. Mensis incertus: *Γαμηλιῶν* Osanno fuisse videtur: quidni tamen fuerit *Ἐλαφηβολιῶν* vel *Θαργηλιῶν*? Sed retineo vocem *Γαμηλιῶν*, quod *Gamelion* hibernus mensis est, et hieme agebantur αἱ ἔμμηνοι δίκαι de mercatorum peregrinorum litibus: ut non dissimile veri sit, eodem tempore has de exterorum tributis *γραφὰς* institutas fuisse. Praeterea rem agendam fuisse anno insequenti docet vs. 17. Iam vero tributa reddenda erant mense *Elaphebolione*: igitur proximus anni insequentis mensis in *λιῶν* desinens est *Γαμηλιῶν*. Huc deducta causa, quoniam sequitur *ἐὰν δὲ τις ἀ....* patet exceptionem reae civitatis designari, eamque factam, antequam res in iudicium deduceretur (v. vs. 14.): eaque exceptio talis est, de qua Senatui deliberandum sit (vs. 13.). Sed nulla exceptio apud Senatū agi poterat, nisi quae ad ipsa reae civitatis et Attici populi pacta et utriusque iura pertineret: itaque haec exceptio haud dubie ea fuit, *rem ex pacto non ad forum Atticum referendam esse, sed esse ἐκκλητον δίκην*, de qua Hudtwalcker. *Diaetet.* p. 123 sqq. Quae quum institui nisi mutuo partium consensu non possit, Senatui de ea re deliberandum est, an provocationem ad exterum iudicium utpote pactis convenientem velit accipere: *Ἐὰν δὲ τις ἀμφισβητῇ, ὡς εἰσὶν ἐκκλησεις, ἡ βουλὴ βουλευέτω, εἰ εἰσὶ ἐκκλησεις*. Vide quam simpliciter omnia restituiam. Ei scripsi *El*, non *E*, de industria. Ἀμφισβητεῖν de *exceptione fori non competentis* habes apud Demosth. adv. Apatur. p. 899. 11. *ὅτι ἡμφισβήτησεν οὗτος μὴ εἶναι ἡμᾶς διαιτητὰς αὐτῶν*. Ἐκκλησεις rara vox, habetur tamen apud Hesych. v. Ἐφεσις: *ἐκκλησις*. Sequitur: *Ἐσαγόντων δὲ οἱ [Δεσμοδέται]*. Exceptione

omissa enim transitur ad id, cui *ἡγεμονία δικαστηρίου* competat, si res in Attico iudicio agatur. *Θεσμοδέτας* fuisse *ἡγεμόνας δικαστηρίου*, multis ex causis fit probabile. Hi enim et plurimis *γραφαῖς* praesunt, et maxime iis, quae adversus debitores publicos instituuntur, cuius rei exemplum habes in lege paulo ante proposita: deinde iisdem in pactorum cum exteris civitatibus confirmatione (apud *nomothetas*) aliquid negotii datum erat; atque insuper *δίκαις ταῖς ἀπὸ συμβόλων* praesunt: quae ipsae ad peregrinos pertinent. Pollux VIII, 88. *Καὶ τὰ σύμβολα πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δίκας τὰς (sic leg.) ἀπὸ συμβόλων εἰσαγούσι*. Cf. Schömann. de comitt. p. 284. Lepidum est supplementum nuper propositum: *ἐσαγόντων δὲ οἱ [ξύνμαχοι ἐς τὸν δῆμον]*. In sequentibus etsi diu haesi, vero tamen proxima repperisse mihi videor. Etenim nunc constituendum erat, quid agendum esset, si civitas pependisse tributum videretur, quid si non pependisse. Priore loco illud definitum esse, per se probabile est; atque non solum iudicii sententia, sed etiam prius concilii sociorum arbitrio potuit cognitum esse, redditum esse tributum. Accedit quod *ἡ μῆνυσις*, vs. 16. commemorata, haud facile potest nisi ad *redditum* tributum referri, non ad *debitum*, in quo quis *μηνύσει* locus esse possit, nemo docebit. Itaque vs. 15. sic fere supplendum est: *Εἰ δὲ ἀποδεδώκασιν Ἀθηναίους τὸν φόρον*. Sed spatia cogunt, ut verbum postponamus: *Εἰ δὲ Ἀθηναίους τὸν φόρον [ἀποδεδώκασιν]*. Generalem elegi dictionem; noli expectare tale quid: *si iudicium decreverit, redditum esse tributum*: nam non solum iudicium hoc decernere potuerat, sed etiam concilium sociorum, ut paulo ante monui. Quid igitur agendum erat, si pensum tributum esset? Nempe quaerendum erat, quis id interceptisset, quum solutum quidem esset, sed reipublicae non redditum. Igitur *μῆνυσις* (delatio) proponenda est; quae ut examinari et in iudicium deferri posset, *ζητῆται* creandi erant. Vide de *μηνύσει* Schömann. de Comitt. p. 221. et observa formulam Lycurgi ab hoc enotatam, *ἐγὼ τοίνυν ὑμῖν μηνύω τὸν ἀφανίζοντα ταῦτα πάντα, monstrare μῆνυσιν potissimum fuisse τῶν ἀφανιζομένων*: quale est interceptum tributum. Iam vero difficile erat eum potissimum indicare, *qui hoc ipsum, de quo ageretur, tributum interceptisset*: itaque nihil prudentius erat, quam ut *de universo superioris anni tributo* denunciationi locus daretur: nam si causa non ante *Gamelionem* agebatur, quum tributa *Elaphebolione* mense solverentur, patet tributum, de quo agebatur, esse anni superioris (τοῦ περυσίου). Ceterum de magistratibus eligendis dici, docet vs. 20. Qui quum solerent *deni* esse, probabile est vs. 16. supplendum esse *δέκα*: ibidem in fine *El* superesse videtur ex *ἐπιμελεῖσθαι*. *Μῆνυσιν* ipsam tenes vs. 16. Sic prodit fere talis restitutio: *Εἰ δὲ Ἀθηναίους τὸν φόρον [ἀποδεδώκασιν, ἀνδρας δέκα τῆς μηνύσεως ἐπιμελεῖσθαι τοῦτου τε τοῦ φόρου καὶ τοῦ περυσίου παντός]*. Ἄνδρας in tali re haud inusitatum est, ut n. 107. in decreto pro Spartoco Eumeli f. *χειροτονῆσαι πρέσβεις τρεῖς ἀνδρας*. Mox vs. 18. aper-

tum est προβουλευσασαν: praecessit igitur tale quid: τὴν δὲ βουλὴν. Quid autem facere senatus debeat, satis docent quae supersunt: nempe de electione (περὶ τῆς αἵρέσεως vs. 20.) illorum, quos dixi, magistratum verba sunt. Sed accipe primum formulam legis ap. Demosth. in Mid. p. 517. τοὺς πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου τῇ ὑστεραίᾳ τῶν Πανδίων (ita enim scribendum videtur). ἐν δὲ ταύτῃ χρηματίζειν πρῶτον μὲν περὶ ἱερῶν etc. Anne vinco, sup-

plendum esse: [τὴν δὲ βουλὴν προβουλευσασαν ἐκκλησίαν ποιεῖν]..... περὶ τῇ ὑστεραίᾳ, ἐν δὲ ταύτῃ περὶ τῆς αἵρέσεως χρηματίζειν? Ante περί excidit nescio quid, fortasse αἵρέσεως: nec quorsum referatur τῇ ὑστεραίᾳ, scio; nisi ita intelligendum est: τῇ ὑστεραίᾳ τοῦ προβουλεύσαι. Sed reliqua mihi non ambigua sunt; et ex voce ἐκκλησίαν superest EX, quod muta in EK. Obscurum enim X est, quod certe Pocockius omiserit. Abi nunc expeditus.

76.

In loco, cui nomen Κάββατος, in Attica; ex schedis Fourmonti Bekkerianis. Edidi et interpretatus sum Oec. civ. Ath. T. II. p. 198 sqq. et Tab. II. num. 3. unde nunc repetii.

Ε Δ]ΟΧΞΕΝΤΕΙ ΒΟΛΕΙΚΑΙ ΤΟΙ ΔΕ ΜΟΙΚΕ ΚΡΟΠΙΣ ΕΡΡΥΤΑΝΕΥΕΜΝΕΞΙ Θ Ε Ο Ξ Ε Ε
Λ]Ρ Α Μ Μ Α Τ Ε Υ Ε Ε Υ Ρ Ε Ι Θ Ε Ξ Ε Ρ Ε Σ Τ Α Τ Ε Κ Α Λ Λ Ι Α Ξ Ε Ι Ρ Ε Α Ρ Ο Δ Ο Ν Α Ι Τ Ο Ι Ξ Θ Ε Ο Ι Ξ
Τ]Α Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Τ Α Ο Φ Ε Λ Ο Μ Ε Ν Α Ε Ρ Ε Ι Δ Ε Τ Ε Ι Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ι Τ Α Τ Ρ Ι Ξ Χ Ι Λ Ι Α Τ Α Λ Α Ν Τ [Α
Α Ν Ε Ν Ε Ν Ε Λ Κ Τ Α Ι Ε Σ Ρ Ο Λ Ι Ν Η Α Ε Φ Ξ Ε Φ Ι Σ Τ Ο Ν Ο Μ Ι Σ Μ Α Τ Ο Σ Η Μ Ε Δ [Α] Ρ Ο Α Ρ Ο Δ Ι [Δ
5 Ο]Ν Α Ι Δ Ε Α Ρ Ο Τ Ο Ν Χ Ρ Ε Μ Α Τ Ο Ν Α Ε Ξ Α Ρ Ο Δ Ο Σ Ι Ν Ε Σ Τ Ι Ν Τ Ο Ι Ξ Θ Ε Ο Ι Ξ Ε Φ Ξ Ε Φ Ι Ξ Μ [Ε
Ν Α Τ Α Τ Ε Π Α Ρ Α Τ Ο Ι Ξ Ε Λ Λ Ε Ν Ο Τ Α Μ Ι Α Ι Ξ Ο Ν Τ Α Ν Υ Ν Κ Α Ι Τ Α Λ Λ Α Ξ Ε Τ Ι Τ Ο Υ Τ Ο Ν [Τ
Ο Ν] Χ Ρ Ε Μ Α Τ Ο Ν Κ Α Ι Τ Α Ε Κ Τ Ε Ξ Δ Ε Κ Α Τ Ε Ξ Ε Ρ Ε Ι Δ Α Ν Π Ρ Α Θ Ε Ι Λ Ο Λ Ι Ξ Α Ξ Θ Ο Ν Δ Ε Η [Ο
Ι Λ]Ο Λ Ι Σ Τ Α Ι Η Ο Σ Τ Ρ Ι Α Κ Ο Ν Τ Α Η Ο Ι Ν Ε Ρ Ν Υ Ν Τ Α Ο Φ Ε Λ Ο Μ Ε Ν Α Τ Ο Ι Ξ Θ Ε Ο Ι Ξ Α Κ Ρ [Ι
Ξ Ξ Υ Ν Α Λ Ο Λ Ε Ξ Δ [Ε] Τ Ο Λ Λ Ο Λ Ι Σ Τ Ο Ν Ε Β Ο Λ Ε Α Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Ε Σ Τ Ο Α Ρ Ο Δ Ο Ν Τ Ο Ν [Δ Ε Τ
10 Α Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Η Ο Ι Ρ Ρ Υ Τ Α Ν Ε Ξ Μ Ε Τ Α Τ Ε Ξ Β Ο Λ Ε Ξ Κ Α Ι Ε Χ Ξ Α Λ Ε Ι Φ Ο Ν Τ Ο Ν Ε Ρ Ε Ι [Δ Α Ν
Α Ρ Ο Δ Ο Σ Ι Ν Ι Ε Τ Ε Ξ Α Ν Τ Ε Σ Τ Α Τ Ε Π Ι Ν Α Κ Ι Α Κ Α Ι Τ Α Λ Ρ Α Μ Μ Α Τ Ε Ι Α Κ Α Ι Ε Α Μ Π [Ο Α Λ
Λ]Ο Θ Ι Ε Ι Λ Ε Λ Ρ Α Μ Μ Ε Ν Α Α Ρ Ο Φ Α Ι Ν Ο Ν Τ Ο Ν Δ Ε Τ Α Λ Ε Λ Ρ Α Μ Μ Ε Ν Α Η Ο Ι Τ Ε Η Ι Ε Ρ [Ε Ι Ξ Κ
Α Ι Η Ο Ι Η Ι Ε Ρ Ο Ρ Ο Ι Ο Ι Κ Α Ι Ε Ι Τ Ι Ξ Α Λ Λ Ο Σ Ο Ι Δ Ε Ν Τ Α Μ Ι Α Ξ Δ Ε Α Ρ Ο Κ Υ Α Μ Ε Υ Ε [Ν Τ Ο
Υ Τ Ο Ν Τ Ο Ν Χ Ρ Ε Μ Α Τ Ο Ν Η Ο Τ Α Μ Π Ε Ρ Τ Α Ξ Α Λ Λ Α Ξ Α Ρ Χ Α Ξ Ε Κ Α Θ Α Ρ Ε Ρ Τ Ο Σ Τ Ο Ν Η Ι
15 Η Τ Ο Ν Τ Ε Ξ Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ξ Η Ο Υ Τ Ο Ι Δ Ε Τ Α Μ Ι Ε Υ Ο Ν Τ Ο Ν Ε Μ Ρ Ο Λ Ε Ι Ε Ν Τ Ο Ι Ο Γ Ι Ξ Θ [Ο Δ Ο
Μ Ο Ι Τ Α Τ Ο Ν Θ Ε Ο Ν Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Η Ο Ξ Α Δ Υ Ν Α Τ Ο Ν Κ Α Ι Ο Ξ Ι Ο Ν Κ Α Ι Ξ Υ Ν Α Ν Ο Ι Λ Ο Ν
Τ Ο Ν Κ Α Ι Ξ Υ Λ Κ Λ Ε Ι Ο Ν Τ Ο Ν Τ Α Ξ Θ Υ Ρ Α Σ Τ Ο Ρ Ι Ξ Θ Ο Δ Ο Μ Ο Κ Α Ι Ξ Υ Ξ Ε Μ Α Ι Ν Ε Ξ Θ Ο
Ν Τ Ο Ι Ξ Τ Ο Ν Τ Ε Ξ Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ξ Τ Α Μ Ι Α Ξ Π Α Ρ Α Δ Ε Τ Ο Ν Ν Υ Ν Τ Α Μ Ι Ο Ν Κ Α Ι Τ Ο Ν Ι Ε Ρ Ι Ξ
Τ Α Τ Ο Ν Κ Α Ι Τ Ο Ν Η Ι Ε Ρ Ο Ρ Ο Ι Ο Ν Τ Ο Ν Ε Ν Τ Ο Ι Ξ Η Ι Ε Ρ Ο Ρ Ο Ι Ξ Η Ο Ι Ν Υ Ν Δ Ι Α Χ Ε Ρ Ι Ξ Ο [Ξ Ι
20 Ν Α Ρ Α Ρ Ι Θ Μ Ε Ξ Α Ξ Θ Ο Ν Κ Α Ι Α Ρ Ο Ξ Θ Ε Ξ Α Ξ Θ Ο Ν Τ Α Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Ε Ν Α Ν Τ Ι Ο Ν Τ Ε Ξ Β Ο Λ [Ε
Ξ [Ε] Μ Ρ Ο Λ Ε Ι Κ Α Ι Π Α Ρ Α Δ Ε Χ Ξ Α Ξ Θ Ο Ν Η Ο Ι Τ Α Μ Ι Α Ι Η Ο Ι Λ Α Χ Ο Ν Τ Ε Ξ Π Α Ρ Α Τ Ο Ν Ν Υ [Ν
Α Ρ Χ Ο Ν Τ Ο Ν Κ Α Ι Ε Ν Ξ Τ Ε Λ Ε Ι Α Ν Α Λ Ρ Α Φ Ξ Α Ν Τ Ο Ν Δ Ι Α Ι Α Π Α Ν Τ Α Κ Α Θ Ε Κ Α Ξ Τ Ο Ν Τ Ε
Τ Ο Ν Θ Ε Ο Ν Τ Α Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Η Ο Ρ Ο Ξ Α Ξ Τ Ι Ν Ε Κ Α Ξ Τ Ο Ι Κ Α Ι Ξ Υ Μ Π Α Ν Τ Ο Ν Κ Ε Φ Α Λ Α Ι Ο
Ν Χ Ο Ρ Ι Σ Τ Ο Τ Ε Α Ρ Λ Υ Ρ Ι Ο Ν Κ Α Ι Τ Ο Χ Ρ Υ Ξ Ι Ο Ν Κ Α Ι Τ Ο Λ Ο Ι Ρ Ο Ν Α Ν Α Λ Ρ Α Φ Ο Ν Τ Ο Ν Η
25 Ο Ι Α Ι Ε Ι Τ Α Μ Ι Α Ι Ε Ξ Ξ Τ Ε Λ Ε Ν Κ Α Ι Λ Ο Λ Ο Ν Δ Ι Δ Ο Ν Τ Ο Ν Τ Ο Ν Τ Ε Ο Ν Τ Ο Ν Χ Ρ Ε Μ Α Τ Ο Ν
Κ Α Ι Τ Ο Ν Π Ρ Ο Ξ Ι Ο Ν Τ Ο Ν Τ Ο Ι Ξ Θ Ε Ο Ι Ξ Κ Α Ι Ε Α Ν Τ Ι Α [Ν] Α Ν Α Λ Ι Ξ Ε Κ Α Ι Κ Α Τ Α Τ Ο Ν Ε
Ν Ι Α Υ Τ Ο Ν Π Ρ Ο Ξ Τ Ο Ξ Λ Ο Λ Ι Σ Τ Α Ξ Κ Α Ι Ε Υ Θ Υ Ν Α Ξ Δ Ι Δ Ο Ν Τ Ο Ν Κ Α Ι Ε Κ Ρ Α Ν Α Θ Ε Ν Α Ι
Ο] Ν Ε Ξ Ρ Α Ν Α Θ Ε Ν Α Ι Α Τ Ο Λ Λ Ο Λ Ο Ν Δ Ι Δ Ο Ν Τ Ο Ν Κ Α Θ Α Ρ Ε Ρ Η Ο Ι Τ Α Τ Ε Ξ Α Θ Ε Ν Α Ι Α Ξ Τ [Α
Μ Ι] Ε Υ Ο Ν Τ Ε Ξ Τ Α Ξ Δ Ε Ξ Τ Ε Λ Α Ξ Ε Ν Α Ι Ξ Α Ν Α Λ Ρ Α Φ Ξ Ο Ξ Ι Τ Α Χ Ρ Ε Μ Α Τ Α Τ Α Η Ι Ε Ρ [Α Τ Ι
30 Θ Ε Ν] Τ Ο Ν Ε Μ Ρ Ο Λ Ε Ι Η Ο Ι Τ Α Μ Ι Α Ι Ε Ρ Ε Ι Δ Α Ν Δ Ε Α Ρ Ο Δ Ε Δ Ο Μ Ε Ν Α Ε Ι Τ Ο Ι Ξ Θ Ε Ο Ι Ξ [Τ Α
Χ Ρ] Ε Μ Α Τ Α Ξ Τ Ο Ν Ε Ο Ρ Ι Ο Ν Κ Α Ι Τ Α Τ Ε Ι Χ Ε Τ Ο Ι Ξ Ε Ρ Ι Ο Ξ Ι Χ Ρ Ε Ξ Θ Α Ι Χ Ρ Ε Μ Α Ξ [Ι Ν

Retinui Fourmonti lectionem omnibus fere locis, ubi uncus non apposui, nec litteras uncis seclusas mediis versibus interposui, nisi ubi lacunae signum erat, et E vs. 9. Tantum haec statim in textu mutavi, quae nunc indicabo. Vs. 2. in schedis erat ΚΑΛΛΙΑΞ, errore manifesto. Vs. 7. ap. Four. secunda in nostro exemplo littera, quae unco separata cernitur, est I: quod statim in N mutavi. Vs. 12. init. Fourm. ΟΟΙΕΙΔΕ etc. Vs. 13. Fourm. ΗΟΙΝΙΕΡΟΠ etc. Vs. 15. Fourm. ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΞ: ibid. extr. Fourm. Ο pro Θ, et vs. 16. init. litterae M praemisit T cum ea littera ligatum, et proximae litterae O inscripsit intus litteram A, ridicule. Vs. 17. extr. ΞΙΞΕΜΑΙΝΟΞΘΟ est in schedis. Vs. 20. extr. Four. ΒΟΙ pro ΒΟΛ, et vs. 27. ΔΙΔΟΝΤΟΞ, item vs. 13. init. habet ..ΥΤΟΝ. In-

scriptio haud dubie στοιχηδόν scripta erat; plurimi versus litteras habent LIV, sed LV vs. 3. 28. item vs. 1. ubi tamen paenultima littera tollenda est. Ita etiam vs. 18. ubi LV sunt, tollendum I ante ΕΡΙΞ in fine. Vs. 19. sunt LVI: unde vides, in voce ΗΙΕΡΟΡΟΙΞ tollendas esse litteras ΡΟ. Sed vs. 14. tantum LI sunt, item vs. 16. credo quod his duobus locis lapis exsectus esset, ut in muro firmiter figi posset. Postremo vs. 17. sunt LIII, sed duplicato sigma in συσ[σ]ημαινέσθω fiunt LIV. Haec scripsi, ne lapicidae imputares, qui Fourmonti errores sunt. Accipe nunc decretum integrum.

Ἐδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Κεκροπὶς ἐπρυτάνευε, Μνησίθεος ἐγραμμάτευε, Εὐπίδης ἐπεττάτει, Καλλίας εἶπε· Ἀποδοῦναι τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα τὰ ὀφειλόμενα, ἐπειδὴ τῇ Ἀθηναίᾳ τὰ τρισχίλια τάλαντα ἀνενήνεγκται ἐς πόλιν, ἃ

ἐλφίστο, νομίματος ἡμεδαποῦ. ἀποδίδναι δὲ ἀπὸ τῶν χρημάτων, ἃ ἐς ἀπόδοσιν ἔστιν τοῖς θεοῖς ἐλφισμένα, τὰ τε παρὰ τοῖς Ἑλληνοταμίαις ὄντα νῦν καὶ τὰλλα ἃ ἔστι τούτων τῶν χρημάτων, καὶ τὰ ἐκ τῆς δεκάτης, ἐπειδὴν πραδῆ. λογισάσθων δὲ οἱ λογισταὶ ὡς τριάκοντα [ἡμερῶν] τὰ ὀφειλόμενα τοῖς θεοῖς· ἄχρις συναγωγῆς δὲ τῶν λογιστῶν ἡ βουλὴ αὐτοκράτωρ ἔστω. ἀποδόντων δὲ τὰ χρήματα οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς βουλῆς καὶ ἐξαλειφόντων ἐπειδὴν ἀποδῶσιν, ζητήσαντες τὰ τε πινάκια καὶ τὰ γραμματεῖα, καὶ ἐὰν που ἄλλοθι ἢ γεγραμμένα· ἀποφανόντων δὲ τὰ γεγραμμένα οἱ τε ἱερεῖς καὶ οἱ ἱεροποιοὶ καὶ εἴτις ἄλλος οἶδεν. ταμίαις δὲ ἀποκυαμεύειν τούτων τῶν χρημάτων, ὅταν περ τὰς ἄλλας ἀρχάς, καδ᾿ ἅπερ τοὺς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀθηναίας. οὔτοι δὲ ταμιευόντων ἐμ πόλει ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ τὰ τῶν θεῶν χρήματα, ὅσα δυνατόν καὶ ὅσιον, καὶ συνανοηγόντων καὶ συγκλειόντων τὰς θύρας τοῦ ὀπισθοδόμου καὶ συσσημαίνεσθων τοῖς τῶν τῆς Ἀθηναίας ταμίαις. παρὰ δὲ τῶν νῦν ταμιῶν καὶ τῶν ἐπιστᾶτων καὶ τῶν ἱεροποιῶν τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, οἱ νῦν διαχειρίζουσιν, ἀπαριθμησάσθων καὶ ἀποστησάσθων τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς ἐμ πόλει καὶ παραδεξάσθων οἱ ταμίαι οἱ λαχόντες παρὰ τῶν νῦν ἀρχόντων, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγραφάντων δίκαια πάντα, καδ᾿ ἕκαστόν τε τῶν θεῶν τὰ χρήματα ὅποσα ἔστιν ἕκαστῳ, καὶ συμπάντων κεφάλαιον, χωρὶς τό τε ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον. καὶ τὸ λοιπὸν ἀναγραφόντων οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐς στήλην, καὶ λόγον δίδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσίοντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐάν τι ἀναλίσκῃται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστάς, καὶ εὐθύνας δίδόντων, καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον δίδόντων, καδ᾿ ἅπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας ταμιευόντες. τὰς δὲ στήλας, ἐν αἷς ἀναγράφουσι τὰ χρήματα τὰ ἱερὰ, τιθέντων ἐμ πόλει οἱ ταμίαι. ἐπειδὴν δὲ ἀποδεδομένα ἢ τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα, ἐς τὸ νεώριον καὶ τὰ τεῖχῃ τοῖς περιούσι χρῆσθαι χρήμασιν.

Annus non notatus est, quippe ut aliunde notus et in actis in tabulario repositis designatus. Decretum est de restituenda pecunia aerariis templorum debita, postquam publico aerario iam satis prospectum sit colligendis ter mille talentis Atticis. Haec Olymp. 89, 3-90, 1. collecta esse Oec. civ. Ath. T. I. p. 477 sq. conieci, ut decretum hoc circiter Olymp. 90, 2. scriptum videatur. Hellenotamiae pecuniam ex tributis conflata asservabant: quae quum nondum in aerarium publicum in arcem delata esset, decretum erat ut in debita diis solvenda converteretur. Δεκάτην ex fundis publicis intelligendam esse notavi Oec. civ. Ath. T. I. p. 326. Πραδῆ est de vendendo publicanis decimae vectigali, non fructuum, qui in decimae loco dati essent. De logistis dixi ibid. p. 204 sqq. Sed ὡς τριάκοντα [ἡμερῶν] incertum est: primum enim ὡς non commodum, neque usui sermonis congruum est: deinde HOINEPNYN vocem HEMEPON duarum litterarum spatio excedit. Retinui tamen ἡμερῶν a Bekkero mihi ministratum, quod usitata triginta dierum dies negotiis gerendis: cf. Demosth. Mid. p. 529. 18. Aesch. c. Ctesiph. p. 400. De triginta logistis cogitari non potest; logistae enim decem sunt: quodsi annumeraveris euthynos et paredros, erunt quadraginta. De βουλῇ αὐτοκράτορι v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 202. Πινάκια me iudice sunt *synggraphae mūtui*, diptychis s. codicillis inscriptae, γραμμα-

teia autem libri rationum, in quibus ut in catalogis singula, quae deberentur, capita relata sint. Καὶ ἐάν που ἄλλοθι, e. c. in columnis. De ἱεροποιοῖς dixi l. c. T. I. p. 231 sq. hoc loco intellige ἱεροποιοὺς singulorum templorum, non civitatis; paullo post dicuntur οἱ ἱεροποιοὶ οἱ ἐν τοῖς ἱεροῖς. Mox ἀποκυαμεύειν est *fabarum sortitione creare*: simile est vocabulum ἀποκυβεύειν. Quaestores aerarii Minervae deni erant, ex Pentacosimedimnis (l. c. T. I. p. 175.): eodem igitur modo creantur etiam Quaestores deorum, deni, ex Pentacosimedimnis. De his Quaestoribus tum ipsum institutis dixi l. c. p. 173 sq. Scripsi autem καδ᾿ ἅπερ τοὺς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀθηναίας, quum olim dedissem χρημάτων: nempe HIHTON in HIEPON mutandum est, χρημάτων autem ex prioribus suppleendum. Ὀπισθοδόμος est Parthenonis in arce, ubi aerarium fuisse docui l. c. T. I. p. 472 sq. quae enim in contrariam sententiam nuper disputata sunt, nullius sunt momenti. Συσσημαίνεσθαι non potest nisi ad fores aerarii sigillo obsignandas referri: de γραμματεῖοις enim consignandis nihil dictum est. Mox ἀποστησάσθων est: *sibi iubento appendi*. Prius Θ mutandum in T; mox corrigendum ΔΙΚΑΙΑ. Deinde etsi καδ᾿ ἕκαστόν τε τὸν θεὸν ferri potest, praetuli tamen τῶν θεῶν. Vs. 23. AN in ΑΝΑΛΙΣΚΕΤΑΙ videtur ipse lapicida bis posuisse. Panathenaea nec maiora nec minora speciatim intellige, sed Panathenaea generatim, quae ter in quadriennio minora sunt, semel maiora aut simpliciter aut cum minoribus coniuncta. Nam annuae sunt rationes, de quo dubitari non potest. Etenim quum constet, Quaestores Minervae ac proinde etiam hos Deorum Quaestores annuos fuisse, rationes etiam annuae esse debebant: idque apertum vel ex dictione praegressa κατὰ τὸν ἐνιαυτόν. Accedit ipsa formulae ratio: nam ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια non potest aliud significare, quam *ex quibusvis Panathenaeis ad quaevis*: quae quum quotannis redirent, si sola maiora intelligerentur, necessario dicendum erat ἐκ Παναθηναίων τῶν μεγάλων etc. ut perspiceretur, non numerari minora quotannis redeuntia, sed praeteriri haec atque usque ad magna Panathenaea differri rationes. Ceterum nota, quum in prioribus iam praeceptum fuerit, reddendas esse rationes, nunc *accuratius* definiri, ex Panathenaeis ad Panathenaea esse reddendas. De rationibus et de tabulis rationum publice proponendis dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 203 sqq. p. 211 sq. quantum satis est. In palaeographica huius decreti indole non commoror: tamen haec notanda sunt. Non iam ΧΕΥΝ scriptum est, sed ΣΥΝ; semper ΤΟΥΤΟ, non ΤΟΤΟ, quod ante Euclidem minus usitatum; ei modo E est modo EI, hoc tum in aliis vocibus tum in iis, in quibus Ionicum est ηῖ, ut γραμματεῖα, γραμματήια, etc. N ante liquidas in vocibus procliticis et aliis, quae cum sequente voce artiore nexu cohaerent, prope constanter mutatum, ut τῶν λογιστῶν, τὸν λόγον, ἐμ πόλει, ἐὰν που, ὅταν περ: sed vs. 26. est τῶν προσίοντων. Η (spiritum asperum) passim omissum vides, ut in aliis titulis.

Marm. Elgin. n. 179. Mus. Brit. Edidit Osannus Syll. I, 6. Ego habeo ex duplicibus Osanni schedis, item a Rosio et Müllero; et Rosius quoque his misit.

ΕΔΟΧΞΕΝΤΕΙΒΟ[ΛΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΗΙΠΡΟΘΟΝΤΙΞΕΠΡΥΤΑΝΕΥΕ. ΕΛΡΑΜΜΑ
 ΤΕΥΕ[Ξ]ΜΙΚΥΘΟ[ΞΕΡΕΞΤΑΤΕ. ΕΙΡΕΕΡΕΙΔΕ. ΤΟΝΑΡΧΙΤ
 ΕΚΤΟΝΑΤΟΝΕΟ
 Τ]ΟΞΑΡΧΙΤΕΚΤ[ΟΝΑΞ ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΕΙΒΟΛΕΙΚΑΙΤΟΙΔΕΜΟΙΤΟΙ
 5 ΑΘΕΝΑΙΟΝΜΙ[ΞΟΟΞΑΙ ΕΡΛΑ
 ΟΞΙΞΥΝΙΞΤΑΜ[ΕΝ ΤΟΥΤΟ
 ΞΙΑΞΗΟΑΡΧΙΤΕ[ΚΤΟΝ. ΤΟ
 ΝΤΟΜΕΝΚ[Α]ΤΕ[ΞΚΕΥΑΞΜΕΝΟΝ ΠΑΝ
 ΝΕΡΛΟΝΟΞΑΔ[Ε
 10 ΤΑΚΑΙΚΑΛΑ
 Κ . . ΑΜΠ

Varietas lectionis. Vs. 1. ultimum O solus Müll. Vs. 2. quintus locus ap. Müll. non vacuus est; ibidem Ros. non habet KY. Vs. 3. littera septima in duplicibus et Rosii et Osanni schedis est Γ, quod Os. in edito exemplo per errorem in Λ mutavit, indeque eruit ἀγωνοδότην vel ἀγωνοδότην: ego Τ restitui ex schedis Mülleri, ex qua littera illud Γ in ceteris schedis superest. Ibid. in fine Os. Ν.Ο, Ros. ΝΕΟ, Müll. ΝΕΟ. Vs. 4. Müller. ΙΟΞ, hoc est ΤΟΞ, quod restitui; ceteri primo loco nihil. Vs. 5. ultimum Ι omittit Müll. Vs. 6. ultimum Μ solus Müll. Vs. 7. ultimum Ε praebet Ros. Osannus habet Ι. Vs. 9. Osan. ΝΕΔ etc. Vs. 11. omittitur a Ros. Osannus habet litteras ΑΜ, pro quibus Müll. ΑΙ: duas reliquas addidi ex Müll.

Latitudinem scripturae ostendunt supplementa necessaria: in sinistra parte nihil deest. In nomine Smicythi supplevi Ξ ob lacunam, etsi etiam Μίκυθος dictum est. Smicythus scriba Quaestorum in actis quaestoriis huius aetatis (n. 138.) reperitur, et Smicythus Piraeensis est in locatione theatri Piraeensis (n. 102.); quem eundem esse Osannus suspicatur. Nec alium in hoc lapide agnoscit. Non obsum, quamquam qui in locatione Piraeensium nominatur, potest etiam alius ex eadem familia esse. Ceterum Osannus eum non recte pro scriba prytanum in nostro marmore habet: est nunc epistates prytanum: nam ἐγραμμάτευε ad priora pertinet. Cf. locos Oec. civ. Ath. T. II. p. 199. Nempe

epistates sorte ex prytanibus creatus potest homo minimae auctoritatis esse, ut idem alio tempore potuerit scribae munere fungi. Illa autem aetate epistates, qui ἐπιψηφίζει, est prytanis (posteriore tempore, inde ab Olymp. 109–111. ἐπιψηφίζει proëdrus ex tribu non praesidente, ut n. 90. monstrabo; interim de his rebus v. Schömann. de comitt. p. 83 sqq.): itaque si epistates Piraeensis est, Ἰπποδωντὶς ἐπρυτάνευε. Fragmentum hoc nullius quidem pretii est; quum tamen in his decretis ante Euclidem scriptis constituerim minutissima rimari, iuvat addere, quale id olim fuerit. Neutiquam enim ad rem scenicam refertur, quod ex architecti mentione et falsa lectione ἀγων[ο]Ψ collectum est, sed decretum fuit de facienda locatione operis publici, inchoati quidem sed non perfecti, haud dubie *templi*. Post sollemnia, quae supplevi, praescripta, protasis incipiebat ab ἐπειδή, ex cuius apodosi vs. 5. superest Ἀθηναίων, h. e. [δεδοχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ] Ἀθ. Ex protasi supersunt [τὸν ἀρχιτέκτονα τοῦ νεώ et τ]οὺς ἀρχιτέκτονας. Vs. 5. ex voce μισθῶσαι, locare, superest ΜΙ. Vs. 6. memorantur quidam συνιστάμενοι; *redemptorum societatem* intellige. Mox ἐργασίας ὁ ἀρχιτέκτων. Vs. 8. videtur fuisse [τούτῳ]ν vel [ἐργῶ]ν τὸ μὲν κ[α]τεσκευασμένον, *pars perfecta*. Vs. 9. fuit [τῶ]ν ἐργῶν· ὅσα δέ, credo *infecta*. Vs. 10. πάντα καὶ καλὰ est: significatur *bona omnia et pulchra* efficienda et praestanda esse. Fortasse pertinet ad aedem Poliadis, de qua n. 160.

Cantabrigiae in scala bibliothecae publicae. Edidit Clarkius *Greek Marbles* p. 52. Aliud exemplum dedit Müllerus.

Μ Μ Α Τ Ε Υ Ε
 ΕΠΡΥΤΑΝΕΥΕ
 ΤΑ—ΛΑΧΕΞΕ
 ΞΕΝΑΕΛΙΟΛΟ
 5 ΕΧ ΝΑΛΙ
 ΝΑΘΕ

Primo versu scriba nomen suum et ἐγραμμάτευε maioribus litteris inscripsit, praeter morem aliunde cognitum: ni fallor, quae maioribus litteris supra scripta erant, annum designabant, archonte et primae prytaniae scriba commemoratis, deinde vs. 2. extr. eius prytaniae scriba, quo ministerium praestante decretum factum erat, redibat cum ceteris

eius generis formulis: v. n. 74. et 81. Vs. 2. superest prytaniae mentio: vs. 3. fuit [ἐπεσ]τάται, Δάχης εἶπε. Dedi ibi Mülleri lectionem; Clark. ΤΑΞ.Λ etc. Versum 4. ex utroque composui: ΑΕ deest ap. Müll. ΛΙΟΛΟ idem habet, sed Clark. pro eo ΛΔΟΛΟ. Vs. 5. Müll. omittit ΕΧ. Vs. 6. aut Ἀθηναίων fuit aut Παναθην.

79.

Marm. Elgin. Synops. Mus. Brit. n. 194. Viscont. Mem. n. 8. Ex schedis Rosii. Duos primos versus dedit Osann. Syll. I, 62. p. 173.

ΜΟΞ
ΙΔΟΞ
ΑΣΙΟΞ
ΤΡΑΤΗ
5 ΕΜΟ
ΕΜΟΞ
Q

Vs. 2. ...ίδος [πρυτανεύουσης. Vs. 3. fortasse de- videtur *δημος* memoratus esse; sed ne hoc quidem moticum nomen fuit, ut *Ἀναγυράσιος* etc. Vs. 5. 6. certum est.

80.

Athenis „in ecclesia τῆς σωτήρας Κατάκης,” ex schedis Fourmonti. Edidi Oec. civ. Ath. tab. I. n. 4. cf. T. II. p. 206 sqq.

. ΕΗΓΡΡ . ΑΞΔ ΛΧΜΕΙΙΝΟΞ .
ΚΑΙΤΟΣΤΟΧΕΟΤΑΣΤΟΣΤΕΑΣΤ .
ΕΞΟΒΟΖΟΣΤΟΕΝΙΑ . . ΟΑΡΟΤΟ . .
ΕΚΡΡΑΤΤΟΝΤΟΝΔΕΗΟΙΔΕΜΑΡ . .
5 ΕΞΤΟΙΕΧΕΙΑΡΧΙΚΟΝΛΡΜΜΑΤ . .
ΡΟΧΕΑΡΧΟΙΠΑΡΑΤΟΝΤΟΧΕΟΞ . .
ΟΔΙΔΟΞΙΕΚΡΡΑΤΤΟΝΚΑΙ
ΡΟΔΙΔΟΑΞΙΝΠΑΡΑΤΟΥΤΟΝΕΚ . .
ΗΕΑΕΙΒΟΙΕΥΟΞΑΞΦΟΝΑΥΤΟΝ .
10 ΝΑΡΕΤΟΑΡΑΥ . . . ΟΤΟΑΡΟΛΛΟΝ .
ΤΡΟΞΧΡΕΜΑΤΟΝΑΙΡΕΤΑΙΤΟ . .
ΝΤΟΙΝΠΑΡΑΔΙΔΟΝΤΟΝΗΟΤΤΕ .
ΑΡΧΟΙΚΑΙΗΟΙΠΡΥΤΑΝΕΞΗΟΑΙ .
ΟΝΤΑΔΕΤΑΜΙΑΜΕΤΑ . . ΕΙΞ . .
15 ΜΕΝΟΞΤΟΑΡΟΛΛΟΝΟ
ΤΑΘΕΡΑΡΕΥΕΤΑΙΚΑΙ ΕΥ .
ΝΕΙΧΡΕΜΑΤΙΞΕΝΔΕΑΥΤΟΙ .
ΚΑΘΕΤΑΙΠΡΟΤΟΙΚΗΙ

In ipso exemplo mutavi haec. Vs. 4. ultima littera Fourmonti P fere; vs. 13. pro HOI habet BOI. Vs. 16. O pro Θ. Vs. 12. in Oec. civ. Ath. omisum erat H.

τοῦ]ς ἰππέας [δὲ δρ]αχμὴν οσ...
.. καὶ τοὺς τοξότας τοὺς τε ἀστ[ικούς] καὶ τοὺς ξενικούς
τρ]εῖς ὀβολοὺς τοῦ ἐνια[υ]τοῦ ἀπὸ το.....
ἐκπρ[ατ]τόντων δὲ οἱ δήμαρχοι ...
5 ἐς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματ[εῖον] ...
τόξαρχοι παρὰ τῶν τοξοτ[ῶν] ...
ἀπ[ο]δοῦσι, ἐκπρ[ατ]τ.ν καὶ ...
ἀ]ποδιδάσιν, παρὰ τούτων ἐκ[πρ]αττ....
ἢ βουλῇ] ἢ αἰτ[η] βουλευούσα σφῶν αὐτῶν ...
10 δύο ἄ]νδρες τοῦ ἀργυρίου .. τοῦ Ἀπόλλων[ος]
Δήμη]τρος χρημάτων αἰρῆται
.. ντοιν παραδιδόντων αἱ τε ...
... αρχοι καὶ οἱ πρυτάνεις ὁ[ι] αἰεῖ
... ον· τ[ῶ] δὲ ταμία μετὰ
15 .. τέ]μενος τοῦ Ἀπόλλωνος
.. τα. θεραπεύεται καὶ
.. χρηματίζειν δὲ αὐτο[ύς] ..
.. καδῆται, πρῶτο[ν]

Uberius hoc fragmentum tractavi in Oec. civ. Ath. Agitur de stipendio equitum, quae drachma est (vs. 1.), item sagittariorum, tam indigenarum quam peregrinorum, qui tres oboli fuisse videntur: cf. Oec. civ. Ath. lib. II. cap. 11. et 22. Sed hoc sti-

pendium nunc potius exigi ab illis quam praeberi videtur; vs. 4. enim *demarchi* exigunt (a civibus), vs. 6. *toxarchi* a sagittariis (peregrinis tantum, opinor). Quae exactio quum non potuerit usitata esse, conieci de singulari aliqua stipendii priore anno soluti redditione agi: et quum apud Lysiam adv. Mantith. p. 547. viderem *κατάστασιν* equitum, qui sub Trigintavirorum imperio stipendia meruerant, archonte Euclide repetitam ab illis esse, haec mihi sententia oblata est, decreto hoc id ipsum constitutum esse, ut omnia stipendia, quae Trigintaviris imperantibus pensa essent, repeterentur ab iis, qui ea acceperant. Huc rettuli vs. 5. τοῦ ἐνιαυτοῦ etc. Quodsi hoc statueris, hoc decretum ante novas leges Ionicis litteris scriptas initio archontis Euclidis exaratum fuerit. Ceterum inde a vs. 9. de cura publicarum et sacrarum pecuniarum agitur: fortasse quod pecuniae illae exactae in deorum illorum aeraria qualicunque de causa reponerentur. Et manifesto agitur de duobus eius pecuniae Quaestoribus (vs. 10. 14.), qui a senatu ex ipsis senatoribus (vs. 9.) eligendi sint. Vs. 19. vox *καδῆται* pertinet ad conventum aliquem, e. c. *ἐὰν ὁ δῆμος καδῆται*, dictione sollemni; in eo igitur conventu primum nescio quam rem proponendam esse: quo pertinet vs. 17. vox *χρηματίζειν*, et vs. 18. *πρῶτον*. Sed manum de tabula.

Marm. Elgin. Mus. Brit. n. 196. Viscont. Mem. n. 31. Ed. Osanni Syll. I, 16. Ex schedis Rosii et Osanni.

[Ε Γ Ι Α Ρ Χ Ο]
[Ν Τ Ο Σ Κ Α Ι Ε Ρ Ι Τ Η Σ Β Ο]
[Λ Η Ξ Η Ι Ρ Ρ Ω Τ Ο Σ Ε Υ Δ Ρ]
Α Μ Ω] Ν Ε Γ Ρ Α Μ Μ Α Τ [Ε Υ Ε
Ν Α Χ Ε] Ο Δ Ο Σ Ι Ο Ξ

Ε Δ Ο Ξ Ε Τ Η Ι Β Ο Λ Η Ι Π Α Ν Δ Ι Ο Ν
Ι Ξ Ε Ρ Ρ Υ] Τ Α Ν Ε Υ Ε Ν Ε Υ Σ Ι Ο Ε [Ο
5 Ξ Ε Ρ Ε Σ Τ Α] Τ Ε Ε Υ Δ Ρ Α Μ Ω Ν Ε Γ Ρ
Α Μ Μ Α Τ Ε Υ Ε] Ν Α Χ Ε Ρ Δ Ο Σ Ι Ο Ξ .
. Ε Ι] Ρ Ε Ε Γ Α Ι Ν Ε Ξ Α Ι .
. Ε . Ι Ο Ν

Primus versus maioribus litteris scriptus est: quod imprimis tenendum: id vero ex Rosii apographo cognovi. Primum N omittit Ros. Alter quoque versus litteras ceteris paulo maiores habere videtur. Post vs. 2. vacuum spatium est, quod non negligere Osannus debebat. Vs. 3. primam litteram quo loco posui, in eo habet Rosius: aliter Os. Vs. 5. Ros. ΕΥΑΡΑΜΩΝ. Vs. 7. pro primo Ε Os. lacunam habet. Inde a vs. 3. litterae στοιχηδὸν scriptae sunt.

Inscriptionem hanc primis post Euclidem annis scriptam esse non solum scripturae ratio, sed multo magis forma decreti monstrat, ei quae ante Euclidem habetur, simillima. Decretum est non Senatus et Populi, sed solius Senatus, quale est ap. auctorem vitt. X oratt. inter Plutarchea p. 225. ed. Tub. ἔδοξε τῇ βουλῇ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας. Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπεστάτει, Ἄνδρων εἶπε: quod pertinet ad Olymp. 92, 2. Formularum rationem ab Osanno perturbatam docet nostra restitutio. Primo loco annus designatus erat, quod fit archonte et primae prytaniae scriba praemittendis: ἐπὶ ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ἥ πρῶτος Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχέρδουσιος. Vide ad num. 74. In hoc autem decreto hoc singulare est, quod vox πρῶτος ante scribae nomen posita reperitur, demoticumque scribae nomen post verbum ἐγραμμάτευεν: res tamen certa est. Nam vs. 1. ex scribae Eudramonis nomine superest N, et eiusdem demoticum nomen vs. 2. comparet in ΟΔΟΞΙΟΞ, hoc est ΡΔΟΞΙΟΞ: pro quo male nuper restitutum est Θεοδόσιος. Quippe demoticum nomen postpositum eo more, quem num. 25. illustravi. Eadem ratio redit paulo post. Ceterum quod in anni designatione scriba idem qui in ipso decreto est, inde patet hoc decretum in prima prytania scriptum esse.

Post annum designatum formulae decreti vacuo spatio separatae apponuntur, ut num. 74. eaeque minoribus litteris, ut num. 78. Ipsas formulas ad amussim restitui: ἔδοξε τῇ βουλῇ Πανδίωνις ἐπρυτάνευεν, Εὐξίθεος ἐπεστάτει, Εὐδράμων ἐγραμμάτευεν Ἀχέρδουσιος, εἶπε. Male Acherdusium pro eo, qui εἶπε, dedit nobis nuperus interpretes: est demoticum nomen scribae Eudramonis; vide ad priores ver-

sus. Neque obest, quod Acherdus est Hippothontidis, non Pandionidis: neque enim ὁ γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν, qui sorte creatur, est φυλῆς τῆς πρυτανεύουσας φυλῆτος, sed debet ex alia tribu esse: quae causa est, cur in prytanum catalogis ille scriba numquam prytanibus additus sit, sed Aisitis: cuius rei rationem in Oec. civ. Ath. T. I. p. 200. desideravi. Contra ὁ γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν 8. τῆς βουλῆς, χειροτονία creatus, est in catalogis prytanibus accensitus, quippe qui semper ex φυλῇ τῇ πρυτανεύουσῃ fuerit, ideoque et ipse singulis prytaniis debuit a Senatu ex prytanibus eligi. Postremo scriba τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου est item, inter Aisitōs, quippe quum non sit φυλῆς τῆς πρυτανεύουσας φυλῆτος. Rem nondum, quantum sciam, satis annotatam exemplis demonstrabo. In decreto pro Philetaero (n. 122.) praesidet Leontis, sed ille γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν est Περίδοιδης Oeneidis (cf. Schömann. de comitt. p. 154.). In Actis Curatorum templi Poliadis (n. 160.) Cecropidis praesidentis scriba est Marathonius Leontidis; ap. Andoc. de myst. p. 47. et in Actis Quaestorum Olymp. 92, 3. (n. 147.) Aeantidi praesidenti scriba κατὰ πρυτανείαν est Cleogenes; ille vero Cleogenes Halaeensis fuit, demusque Halae non est Aeantidis. Num. 111. Antiochidis scriba est Cettius ex Leontide. In decreto pro L. Septimio Severo Imp. (v. Class. VII.) Pandionidis scriba est Marathonius; Marathon autem non est Pandionidis. Cf. etiam n. 121. Semel reperio scribam prytaniae ex eadem ex qua prytanes tribu, in decreto Archonte Dionysio scripto (n. 124.), ubi ille est Rhamnusius et tribus praesidens Aeantis: sed eius decreti aetate Rhamnus potius in aliqua ex novis tribubus censebatur. Denique nota hos scribas omnes non viles mercenarios sed senatores fuisse: v. ad num. 116. Iam ut ex catalogis Prytanum pauca addam, apud Chandl. P. II. LV, 2. γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν Acamantidi est Phylaeus Oeneidis, γραμματεὺς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου Azeniensis Hippothontidis: ib. LV, 1. Pandionidi γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου est Λαμπρεὺς Erechtheidis: et sic omnia in illis catalogis ad eundem modum. Quae cur ita instituta fuerint, facile intelligi potest. Sed epistates et in senatu et in comitiis ante Euclidem et post eum usque ad id tempus, quod ad num. 77. significavi, semper est epistates prytanum,

non proëdrorum non contribulium: in hac autem Demosthenes adv. Eubulid. dixit; illi enim Hali-
 inscriptione praesidente Pandionide epistates est Eu-
 xitheus; Euxitheus igitur Pandionidis tribulis est: musii fuerunt Leontidis. Quod superest, hoc de-
 undē patet non eum ex ea esse familia, de qua creto Senatus civem aliquem laudavit; sed nihil re-
 liquum est praeter verbum *ἐπαινεῖσαι*.

82.

Parisiis in Museo regio, Catal. Clarac. n. 638. marmor olim Choiseulianum, Catal. Dubois. n. 213. Ex schedis Mülleri.

ΑΛ]Α Ι Λ
 ΔΗΜ]ΑΡΧΩ Ι Χ
 ΤΑ]ΜΙΑΙΝΕΣΤΑΔΙΕΤΟΞΙΕΡΑΡ
 ΕΞ]ΤΟΗΡΑΚΛΕΙΟΝΡΧΧ
 5 Ε]ΞΑΦΡΟΔΙΣΙΑΧΗΗ
 Ε]ΞΑΝΑΚΙΑΧΗΗ
 Ε]ΞΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝΡ
 Ε]ΞΑΡΟΛΛΩΝΙΑΧΗ
 ΙΓΑΝΔΙΑΙΡΗ
 10 Μ]ΙΞΕΩΞΕΩΝΗΔΔΔΔΗΗΙC
 ΕΔ]ΟΞΕΝΠΛΩΘΕΙΕΝΞΑΡΙΣΤΟΤΙΜΟ[ΞΕ
 ΙΡ]ΕΤΟΞΜΕΝΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΑΡΓΥΡΙΟ[ΤΟ
 . . ΧΡΕΩΞΚΥΑΜΕΥΕΝΟΞΟΕΚΑΣΤΗΗΑΡΧ
 ΗΑ]ΡΧΕΙΤΟΥΤΟΞΔΕΤΟΑΡΓΥΡΙΟΝΞΩ[ΝΡ
 15 ΑΡ]ΕΧΕΝΡΛΩΘΕΥΞΙΠΕΡΙΜΕΝΟΤΟΕΞ[ΤΙ
 Ψ]ΗΦΙΞΜΑΔΑΝΕΙΞΜΟΗΤΟΚΟΞΕΤΕΤΑΙ[ΜΕ
 Ν]ΟΞΚΑΤΑΤΟΨΗΦΙΞΜΑΔΑΝΕΙΞΟΝΤ[ΑΞΚ
 Α]ΙΞΕΡΑΤΤΟΝΤΑΞΟΞΟ[Ν]ΔΕΚΑΤΕΝ[ΑΝΤ
 Ι]ΝΔΑΝΕΙΞΕΤΑΙΔΑΝΕΙΞ[ΟΝ]ΤΑΞΟ[ΓΩ
 20 Ξ]ΑΝΡΛΕΙΞΤΟΝΤΟΚΟΝΔΙΔΩΙΟΞΑ[ΝΡΕΙ
 Θ]ΗΙΤΟΞΔΑΝΕΙΞΟΝΤΑΞ[Α]ΡΚΟΝΤΑ[ΡΟΤ
 Ι]ΜΑΤΙΗΕΓΓΥΗΤΗΙΑΡΟΔΕΤΟΤΟΚ[ΟΚ
 Α]ΙΤΩΜΜΙΞΕΩΞΕΩΝΑΝΤΙΟΤΟΑΝΤ[ΑΤΩ
 Ν]ΑΛΑΙΩΝΩΝΗΜΑΤΑΗΙΜΙΞΕΩΞΙΝΟ[ΝΗΘΕ
 25 Ν]ΤΑΟΥΕΝΤΑΙΕΡΑΤΑ[Τ]ΕΞΕΡΛΩΘΕΙ[ΞΚ
 Ο]ΙΝΑΧΑΙΤΑΞΑΘΗΝΑΙΟΞΥΠΕΡΡΛΩΘΕ
 Ω]ΝΤΟΚΟΙΝΟΚΑΙΤΑΞΕΤΑΞΕΡΕΝΤΕΤ[ΗΡΙ
 Δ]ΑΞΚΑΙΞΕΤΑΛΛΑΙΕΡΑΟΡΟΙΑΝΔ[ΕΔΕΗΓ
 Λ]ΩΘΕΑΞΑΡΑΝΤΑΞΕΤΕΛΕΝΑΡΓΥΡΙ[ΟΝΕΞΤΑ
 30 Ι]ΕΡΑΗΕΞΕΡΛΩΘΕΑΞΗΕΞΕΡΑΚΡΕΑ[ΞΗΕΞ
 Α]ΘΗΝΑΙΟΞΕΚΤΟΚΟΙΝΟΤΟΞΑΡΧΟΝΤΑΞ
 Ο]ΙΑΝΑΡΧΩΞΙΤΟΑΡΓΥΡΙΟΤΟΞΞΤ[ΗΝΑΤ
 Ε]ΛΕΙΑΝΤΕΛΕΝΥΠΕΡΤΩΝΔΗΜΟΤΩΝ[ΚΑΙ
 Ε]ΞΑΙΕΡΑΤΑΚΟΙΝΑΕΝΟΞΟΙΞΙΝΕ[ΞΤΙ
 35 Ω]ΝΤΑΙΓΛΩΘΞΟΙΝΟΝΠΑΡΕΧΕΝΗΔ[ΥΝΕ
 ΚΤΟΚ]ΑΙΝΟΞΕΜΕΝΤΑΛΛΑΑ[Ι]ΕΡΑΜΕΧ[ΡΙ
 ΟΙΤΟΙΞΠΑΡΟΞΙΓΛΙΟ
 ΑΙΔΑΞΚΑΛΩΙΚΑ[Ι
 ΡΟΚΑΙΟΝΤΙΚ
 40 ΑΗΜ.ΟΡΙ.

Lapis quum in murum Musei insereretur, in
 marginibus damnum fecit, ut plures Choiseuliano-
 rum: igitur Köhlerus Petropolitanus, qui de eo pro
 sua humanitate ad me litteras dedit, antequam in
 Museum delatum marmor esset aliquot litteras in-
 venit, quae nunc desunt. Nam vs. 1. legit ΑΛΑΙΑ,
 vs. 2. ΜΑΡΧΩΙΧ, vs. 3. ΑΜΙΑΙΝ, vs. 4. ΞΤΟ; vs. 35.
 initio ΤΑΥ pro ΤΑΙ habet, et in fine plenius ΗΔΥ.
 Ceterorum versuum varietates nullas mecum com-
 municavit. Decem priores versus maioribus lit-
 teris scripti sunt. Decretum hoc paulo post Eu-
 INSCR. GR. VOL. I.

clidem scriptum esse scripturae ratio probabile red-
 dit: pro Ξ vide ne in marmore Ξ sit. Litterae sunt
 στοιχηδόν scriptae: non tamen par in omnibus ver-
 sibus numerus, nisi initio, ubi quod vs. 1. una in
 fine littera desideratur, hoc inde factum, quod in
 medio versu post ΠΛΩΘΕΙΕΥΞ deficit Ι.

Πλωθειά demus est Aegeidis; δημότης dicitur
 Πλωθεύς et Πλωθειεύς (cf. Cors. F. A. T. I. p. 242.):
 utraque forma in hoc lapide habetur. Qui demus
 quas impensas in sacra erogaverit, priore parte
 contineri videtur; altera pars decretum sistit de re-

Q

dituum administratione et usu. Quae intelligere mihi videor, haec sunt:

... αλαια ...
 δημ[αρχ]ω Χ
 τα[μ]ίαιν ἐς τὰ δι' ἔτος ἱερὰ Π
 ἐς τὸ Ἡρακλεῖον ΠΧΧ
 5 ἐς Ἀφροδίσια ΧΗΗ
 ἐς Ἀνάκεια ΧΗΗ
 ἐς τὴν ἀτέλειαν Π
 ἐς Ἀπολλώνια ΧΗ
 .. Πάνδια [ΤΠ]Η
 10 Μ[ι]σθώσεων ΗΔΔΔΔΗΗΗΗΗ

Initio praecessisse videtur summa pecuniae, fortasse usurae capitum mutuo datorum (v. decretum); ex qua pecunia in certos usus ea data sint, quae enumerantur: deinde vs. 10. alia summa compareret, ex *locatis*, quae est 144 dr. 2½ obol. Ex priorē summa aliquid *demarcho* (1000 dr.), reliqua *binis quaestoribus* numerata sunt. Vs. 1. quid fuerit nescio: neque illud *αλαια* ex vs. 24. interpreter. Vs. 2. exspectabas τῇ δημ. et vs. 3. τοῖν ταμίαιν. Quae sequuntur omnia videntur Quaestoribus data. Vs. 4. memorabilis est numerus ΠΧΧ (7000 dr.), pro quo usitatius ΤΧ. Vs. 6. Ἀνάκεια sunt, quae vulgo Ἀνάκεια, in Dioscurorum honorem. Vs. 7. ἀτέλειαν ἱερῶν intellige, de quo v. decretum. Vs. 9. conieccheris ἐπὶ Πάνδια: sed miror, cur non ἐς Πάνδια dictum sit. Ibidem numerus necessario corruptus est; quod reposui (1 tal. 600 dr.), incertum est, sed probabile, licet vs. 4. alia numeri exprimendi ratio cernatur. Sequitur decretum:

Ἐδοξεν Πλωθείῃσι, Ἀριστότιμος εἶπε. Τοὺς μὲν ἄρχοντας τοῦ ἀργυρίου [τοῦ]. . . χρεως κυαμεύειν, ὅτου ἐκάστη ἢ ἀρχὴ ἄρχει. τούτους δὲ τὸ ἀργύριον σῶν παρ[έ]χειν Πλωθείσι· περὶ μὲν ὅτου ἔστι ψήφισμα δανεισμοῦ ἢ τόκος τεταγμέν[ος], κατὰ τὸ ψήφισμα δανείζοντ[ας καὶ] ἐς πράττοντας· ὅτου δὲ κατεν[αντί]ον δανείζεται, δανείζοντ[ας] ὅ[πως] ἂν πλείστον τόκον διδῶν ὅς ἂν πείθῃ τοὺς δανείζοντας [ἀ]ρκούντ[ι] ἀποτιμήματι ἢ ἐγγυητῇ. ἀπὸ δὲ τοῦ τόκου καὶ τῶν μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τὰ τῶν Ἀλαιοῶν ὠνήματα ἢ μίσθωσιν [ὠνηθέν]τα, δύνει τὰ ἱερὰ, τὰ [τ]ε ἐς Πλωθεί[ας καὶ] τὰ ἐς Ἀθηναίους ὑπὲρ Πλωθεί[ων] τοῦ κοινοῦ, καὶ τὰ ἐς τὰς πεντετηρίδας καὶ ἐς ἄλλα ἱερὰ. ὅποι ἂν δὲ δὴ Πλωθείας ἅπαντας τελεῖν ἀργυρίον ἐς τὰ ἱερὰ, ἢ ἐς Πλωθείας ἢ ἐς Ἐπακρέας ἢ ἐς Ἀθηναίους, ἐκ τοῦ κοινοῦ τοὺς ἀρχοντάς, οἱ ἂν ἀρχωσι τοῦ ἀργυρίου, ἐς τὴν ἀτέλειαν τελεῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν· [καὶ] ἐς τὰ ἱερὰ τὰ κοινὰ, ἐν ὅσοισιν ἐστιῶνται Πλωθείς, οἷον παρέχειν ἢ δ[ὲ] ἐκ τοῦ κοινοῦ, ἐς μὲν τὰ ἄλλα ἱερὰ μέχ[ρι] τοῖς παρούσι, πλ[έ]ον δὲ μή. Vs. 38. videtur διδασκάλῳ latere, et vs. 40. δημιουργοί, vel inde derivatum. Pro ἐς omnibus locis potest eis substitui.

Interpretationi pauca sufficient. Initio dicitur τοὺς μὲν ἄρχοντας, quod certi et noti sunt magistratus praefecti singulis pecuniae partibus (ὅσου ἐκάστη ἢ ἀρχὴ ἄρχει). Vox .. χρεως suppleri non potest; an legendum ἐπὶ χρέως? Κυαμεύειν est *sortitione* creare, ἀποκυαμεύειν num. 76. Σῶν παρέχειν, *tutum praestare*. Mox κατεναντίον, *alio modo atque ante dictum est*, hoc est μὴ κατὰ ψήφισμα etc. Πείθῃ incer-

tum videri potest, sed convenit sententiae. Ἀποτίμημα est *pignus*: v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 158. cf. locationem Piraeensium (n. 103.): τοὺς μισθωσαμένους ὑπὲρ Δ δραχμῶν καθιστάναι ἀποτίμημα τῆς μισθώσεως ἀξιοχρεῶν, τοὺς δὲ ἐντὸς Δ δραχμῶν ἐγγυητὴν ἀποδίδόμενον τὰ ἑαυτοῦ τῆς μισθώσεως. Paulo post impeditus est locus: τῶν μισθώσεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τὰ τῶν Ἀλαιοῶν ὠνήματα ἢ μίσθωσιν [ὠνηθέν]τα. Dicitur de *locatis*; sententia igitur haec videtur: *Ex mercedibus, pro quacunque pecunia redempta fuerint, quae redemerint Halaeenses*. Nam Ἀλαιοῶν videtur ab Ἀλαεῖς esse: intellige *Halas Araphenides*, quas in Plotheae vicinia fuisse colligo: nam Halae illae haud procul ab Epacria absunt, ubi Plothea fuisse videtur. Μίσθωσιν est accusativus ab ὠνηθέντα pendens, ὠνεῖσθαι μίσθωσιν: additum est μίσθωσιν, ut de *conductione empti* dici intelligeretur, non de *ipso fundo empto*. Certe Ο... ΤΑ vix potest aliter restitui quam isto ὠνηθέντα: ego certe aliud non reperio. Pecunia vero ex usuris et locationibus suppetens in sacra facienda expenditur: ea sacra aut ad solos Plotheses pertinent (ἐς Πλωθείας), aut ad Athenienses etc. Πεντετηρίδας intellige Panathenaea maiora et alia eius generis sollemnia Attica. Mox vectigalia sacris faciendis a Plothesibus pendenda memorantur: a quibus ut *immunitatem* habeant, ex publico solvuntur ea vectigalia. Hinc vides, quae sit ἀτέλεια ἱερῶν, quam memorat Demosth. adv. Lept. §. 105. ed. F. A. Wolfii, in qua iure haesit editor Prolegg. p. LXXI. non tamen a vero plane aberrans. Neque vero, si singuli ei vectigali obnoxii sint, ex publico solvitur, sed si *omnes*. Ceterum ea vectigalia aut ad Plothesium, aut ad Ἐπακρέων, aut ad omnium Atheniensium sacra pertinent. Ἐπακρεῖς non possunt alii esse nisi *incolae Epacriae*. Atticae regio orientalis a Parnethe Brauronem usque *Διακρία* vocata est (v. Schömann. de comitt. Ath. p. 343.); cuius incolae sunt οἱ Διακρεῖς s. *Διακριοί*: altera forma notior, de priorē v. Hesych. v. et intpp. Ἐπακρεῖς vocat Herodotus (I, 59.). Ibi fuit Ἐπακρία s. Ἐπακρίς, ut etiam *Διακρία* est *Διακρίς* vocata (v. intpp. Hesych. l. c.): eam Ἐπακρίαν Strabo lib. IX. unam perhibet ex priscis Atticae duodecim urbibus fuisse. Adde Steph. Byz. v. Ἐπακρία, Lex. Seg. p. 253. Ἐπακρία γῆ, ἢ πρὸς τοῖς ἄκροις τῶν ὀρέων, ἀφ' οὗ καὶ Ἐπακρεῖς τινες ἦσαν Ἀθηναῖοι, et p. 259. Ἐπακρία, ὄνομα χώρας πλησίον τετραπόλεως κειμένης, hoc est prope Oenoen, Tricorythum, Probalinthum, Marathonem, a quibus demis prope absunt Halae Araphenides. Duodecim autem illae urbes quum fuerint Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus, accurate referente Strabone ex auctore certissimo Philochoro; patet turbare Etymologum has res, qui praeter Cecropiam duas Tetrapoles et tres Epacridas illum duodecim urbium numerum explevisse ex Lexico rhetorico scribit: Ἐπακρία χώρα Ἀθηναίους πάλαι κωμῆδον οἰκοῦντας πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκησεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ'

ἐαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε· δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλε-
σεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἐκατέραν μοῖραν καταστήσας·
τρεῖς δὲ τὰς λοιπὰς ἐπακρίδας ὠνόμασε, καὶ ἡ προσε-
χὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν ὁμωνύμως αὐταῖς ἐπακρία
ἐκαλεῖτο: quae non recte tuetur interpres Philochori
p. 17. Attamen ex hoc quoque loco aliquid lucra-
mur. Etenim duas tetrapoles fuisse non dubito:
altera fuit ea, quae vulgo hoc nomine vocatur, al-
tera alio nomine in duodecim illis urbibus latet.
Ni fallor Phaleri nomine altera illa tetrapolis com-
prehenditur: certe Phalerenses cum Piracensibus,
Xypeteonibus, Thymaetadis τετράκωμοι dicti sunt
(Poll. IV, 105.): ad quos pertinet commune tem-
plum τετράκωμον Ἡρακλεῖον (Steph. Byz. v. Ἐχελίδα).
Similiter vero Epacria ex pluribus conflata vicis

erat, si Etymologo fides, ex tribus; atque in his
fuit Semachidarum demus. Steph. v. Σημαχίδα: Φι-
λόχορος δὲ τῆς Ἐπακρίας φησὶ τὸν δῆμον. Nec dubium,
inter eosdem fuisse Plotheam. Iam vero dissoluta
posthac duodecim urbium ratione populoque At-
tico in pagos s. demos diviso antiqua societas et
communio in sacris, quae fere aeterna fuerunt,
retenta est; atque inde etiam huius inscriptionis
aetate communia supersunt Ἐπακρέων sacra, Se-
machidarum, Plotheae, et unius praeterea vel plu-
rium pagorum. Unde simul Plotheae pagi locus
prope Semachidas in Epacria definitur. Paulo post
pro ὅσοισιν malim ὅσοις ἂν. Reliqua, quantum su-
persunt, satis aperta peritis iudico.

83.

Ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 4. n. 48. p. 53.

ΣΑΕΠΙΝΑΥΣΗΝΗΚΟΙ
ΡΑΜ ΒΟΥΛΑ

NH muta in INI: est ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος τευε, et aliquid de βουλῇ; potest scribi γραμματεὺς
Olymp. 100, 3. Vs. 2. est γραμματεὺς vel ἐγγραμμά- τῆς βουλῆς: sed nihil inde lucreris.

84.

Marm. Choiseul. n. 185. Catal. Mus. Par. (ed. Clarac.) n. 576. Athenis misit Fauvel. Transcripsit Müllerus.

..... ΕΝΕΞΙ..... Ν..... ΕΝ..... ΚΑ
... ΤΟ]ΔΗΜ[ΟΦΑΝ]ΟΚ[ΡΙΤΟ]ΤΗΝΕΥΕΡΓΕΞ[ΙΑΝ
ΑΝ]ΑΓΡ[ΑΨΑΙΕΝΣΤΗΛΕΙ]ΑΙΟΞΕΝΕΝΕΙΞ[ΑΚ
Ρ]ΟΡΟ[ΥΙΝ]Κ[ΑΛΕΞΑΙ]ΔΕΑΥΤΟΝΕΡΙΞΕΝ[Ι
5 Α]ΕΙΞΤΟΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝΕΙΞΑΥΡΙΟΝ
ΝΕΦΑΛΟΞΕΙ: ΠΕΤΑΜΕΝΑΛΛΑΚΑΘΑΠΕΡ[Τ
ΗΙΒΟΛΕΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΦΑΝΟΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝΠΑΡΙΑΝΟΝΠΡΟΞΕΝΟΝΚΑΙΕΥΕΡ[ΓΕ
ΤΗΝΑΥΤΟΝΚΑΙΤΟΞΕΚΓΟΝΟΞΕΝΣΤΗΛΕ
10 Ι]ΛΙΘΙΝΕΙΚΑΙΣΤΗΞΑΙΕΝΑΚΡΟΡΟΛ[ΕΙ
Τ]ΟΓΓΡΑΜΜΑΤΕΑΤΗΣΒΟΛΗΣΕΡΙΜΕΙ[ΜΗΑ
Π]ΗΙΓΕΛΕΤΟΙΞΕΣΤΡΑΤΗΓΟΙΞΕΡΕΡ[ΙΤΩΝ
Ν]ΕΩΝΤΟΠΑΡΑΡΛΟΚΑΙΕΙΟΙΞΤΡ[ΑΤΗΓΟΙΜ
Η]ΕΡΙΘΟΝΤΟΕΑΛΩ[Ξ]ΑΝΑΝΑ[Ι]ΞΙ[ΤΗΓΟΙΩΞΕΝ
15 ΑΙΡΟΛΕΜΙΟΙΑΝΤΙΤΟΥΤΩΝΕΝΑΙ[ΑΥΤΩΙΤ
ΗΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝΚΑΙΤΗΝΕΥΕΡΓΕΞ[ΙΑΝ
Κ]ΑΙΚΑΛΕΞΑΙΑΥΤΟΝΕΡΙΞΕΝΙΑΕΙΞΤΟΠ
ΡΥΤΑΝΕΙΟΝΕΙΞΑΥΡΙΟΝΜΕΙ[ΙΞΑ[ΙΔΕΤ
ΟΑΡΓΥΡΙΟΝΤΟΕΙΡΗΜΕΝΟΝΤΟΞΑΡΟΔΕ
20 ΚΤΑΞΕΚΤΩΝΚΑΤΑΒΑΛΛΟΜΕΝΩΝΧΡΗΜΑ
ΤΩΝΕΡΕΙΔΑΝΤΑΕΚΤΩΝΝΟΜΩΝΜΕΡ[ΙΞΩΞΙ

..... τοῦ]δήμου, Φαν]οκ[ρίτου]τὴν εὐεργεσίαν ἂν]α-
γρ[άψαι] ἐν στήλῃ] λιθίνῃ εἰς [ἀκρ]όπολ[ιν,] κ[αλέσαι] δὲ
αὐτὸν ἐπὶ ξέν[ια] εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὐρίον.

Κ]έφαλος εἶπε, τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ [τ]ῇ βουλῇ,
ἀναγράψαι δὲ Φανόκριτον τὸν Παριανὸν πρόξενον καὶ εὐε-
[γέ]την αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνους ἐν στήλῃ] λιθίνῃ, καὶ στή-
σαι ἐν ἀκροπόλ[ει τ]ῷ γραμματεῖ τῆς βουλῆς· ἐπ[εῖ] εἰ [μὴ
ἀπ]ήγγειλε τοῖς στρατηγοῖς περὶ τῶν ν]εῶν τοῦ παράπλου,
καὶ εἰ οἱ στρ[ατηγοὶ μὴ] ἐπ[ύ]θοντο, ἐάλω[σ]αν ἂν α[ἰ]
σι[τηγοὶ,] ὡς εἶν[αι] πολεμί[ων]· ἀντὶ τούτων εἶναι [αὐτῶ] τὴν
προξενίαν καὶ τὴν εὐεργεσί[αν,] καὶ καλέσαι αὐτὸν ἐπὶ ξέ-
νια εἰς τὸ π]ρυτανεῖον εἰς αὐρίον. μερίστα[ι δὲ τ]ὸ ἀργύ-

ριον τὸ εἰρημένον τοὺς ἀποδέκτας ἐκ τῶν καταβαλλομένων
χρημάτων, ἐπειδὴν τὰ ἐκ τῶν νόμων μερ[ίσωσιν].

Haec quoque inscriptio haud multo post Eu-
clidem tempore scripta est, quod et scriptura do-
cet et Cephali atque Apodectarum mentio: immo
eam ad Olymp. 100, 4. pertinere mox patebit. Pro
Ξ haud dubie Ξ est. Prior pars mutilata Senatus
προβούλευμα continet, pro Phanocrito Pariano, ex
urbe Pario, non Paro insula: qui quidem qua re
de Atheniensibus bene meruerit, Cephali sententia
docet, altera inscriptionis parte comprehensa, quae
in plurimis cum Senatus auctoritate consentit, sed

in ea re videtur ab illa discedere, quod etiam posteris Phanocriti voluit προξενίαν et εὐεργεσίαν decerni, quodque causam huius beneficii diserte exponi iubet. Vs. 3. ΑΙΟΞΕΝΕΝ mutandum in ΑΙΟΘΝΕΙ. Eis ἀκρόπολιν brevius dictum pro formula prolixiore: καὶ στήσαι ἐν ἀκροπόλει, ut alias dicitur. Iam additur Cephali sententia in concione proposita. De Cephalo, oratore clarissimo et iustissimo, v. Ruhnken. Hist. crit. orat. p. 126. ed. Reisk. Is Suida auctore γέγονεν ἐπὶ τῆς ἀναρχίας; igitur Aeschini c. Ctesiph. p. 583. dicitur ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος: vitam tamen longius produxit; Demosthenes eum Callistrato, Aristophonti, Thrasybulo componit (de cor. p. 301. 19.), qui omnes etiam post Anarchiam adhuc florebant, et Callistratus quidem Callicratis f. maxime circa Olymp. 100–104. (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 246.). Formula, τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῇ βουλῇ (δοκεῖ), usitata. Decretum pro Stratone rege Sidoniorum (n. 87.): Μενέξενος εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ Κηφισόδοτος. Decretum pro Zenodoto a Troezeniis commendato (n. 106.): Ἐδοξε τῷ δήμῳ, Ἰατροκλῆς Πυθίωνος εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα καθότι ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο. Hinc explicandus Plato Gorg. p. 451. 15. καὶ εἰ ἐπανεῖροτο, ἡ περὶ τί, εἵποιμ' ἂν ὥσπερ οἱ ἐν τῷ δήμῳ συγγραφόμενοι, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ἡ ἀριθμητικὴ, ἡ λογιστικὴ ἔχει, quae nec Schol. satis accurate explicuit neque intellexerunt interpretes. De γραμματεῖ τῆς βουλῆς dixi Oec. civ. Ath. T. I. p. 200 seq. sed cf. ad num. 107. Mox scripsi ἀπήγγειλε, non ἀπήγγελε, quae forma apud Atticos suspecta: E pro ei habes paulo post in ENAI. Designatur autem, Phanocritum nunciasset hostilis classis adventum: qui si non nunciasset, captae essent αἱ σί'.... haud dubie σι-

Archontes sunt ignoti, post Olymp. 123, 2. (v. ad num. 111.). De formula τοῦ μετὰ Παράμονον dixi ad num. 113. Tempus est duodecim tribuum, quae usque ad Hadrianum perdurarunt; igitur congruunt prytaniae et menses. Prytania est septima mense septimo, Aeantidis; scriba est Rhamnusius; igitur Rhamnus ea aetate non fuit Aeantidis, sed alius tribus; v. ad num. 81. atque inde refuta Biagium p. 158. Proëdrus s. epistata Suniensis est, vel Leontidis vel Attalidis, non contribulium, v. ad n. 90. Octavam Gamelionis festam non fuisse docet Biag. c. 17. Decretum est Senatus; igitur additur βουλὴ ἐν βουλευτηρίῳ (non alio loco); cf. de hoc nominativo ad n. 111. Qui dixit, necessario Senator est, quia Senatusconsultum fit, est autem Halaeensis, sicut is pro quo decretum fit; ut dubium non sit amicitiae causa hunc potissimum pro Diodoro dixisse. Non tamen ideo quod ille Senator est, debet proëdrus haberi, sed in Senatu cuiusvis Senatori, in comitiis cuiusvis civi ἐπιτίμῃ licuit sententiam dicere, quamvis contra disputet Biag. p. 166. *Iuppiter hospitalis* satis notus est, v. Cors. et Biag. c. 25. tamen Athenis eum cultum aliunde non constat. Σύνοδος est *collegium* s. sodalitium, ἔρανος, Δίασος, maxime cultorum alicuius dei, quod ex inscriptt. satis notum; haec synodus fuit Iovis hospitalis. Quam qui deducunt *mercatores et naucleri*, ipsi aliud sodalitium constituunt; quorum *Quaestor* est *Diognetus Atheniensis*, *proxenus Diodorus* item *Atheniensis*. Utrumque ut explicari possit, Corsinus et Biagius statuunt hos mercatores et naucleros fuisse Athenienses, qui synodum Iovis hospitalis in Delum vehere soliti sint, ubi Diodorus Atheniensis Delius (nam Delii tum Athenienses fuerunt, etiam demis Atticis accensiti) ut proxenus exceperit eos. Sed haec falsa sunt. Nam Diodorus non Delius est neque in Delo habitat: erat enim *curator portus* (ἐπιμελητὴς κεχειροτονημένος ἐπὶ τὸν λιμένα) creatus; ubi quaeso nisi Athenis? Nam si in Delo, addendum fuerat ἐν Δήλῳ. Et hic ipse Athenis teneri nobis videtur n. 123. §. 5. Accedit quod a *Senatu Attico* postulatur, ut liceat in *Diodori curia* ponere imaginem: igitur Athenis eam ponere volebant, ibique eius erat curia: si in Delo, a Delio Senatu ea res postulari debebat. Nam etiam in Delo, quum eam Athenienses tenerent, Deliacus Senatus fuit, docentibus inscriptionibus. Quodsi dicas, acta Deliorum subinde a Senatu et Populo Attico confirmata esse; tamen prius a Deliaco Senatu petenda imaginis in Delo ponendae potestas fuisset, quam ab Attico confirmaretur: sed illud non factum videmus. Igitur aliter statuendum est. Et primum quidem quum ex altero loco in alterum deducatur synodus; alterum necesse est Athenas fuisse: alter probabiliter Delus est, quod sodaliti illius Quaestor est Atheniensis, Delii vero Athenienses sunt. Sed illos naucleros et mercatores cave Athenienses Atticae esse putes, quae Corsini

et Biagi sententia est, ex quibus hic potissimum sententiam de Delo multis exornavit c. 23.: potius illi naucleri et mercatores sunt ii, qui in Delo versantur, sive Attici sive peregrini, sed maxime, opinor, peregrini; nonnulli tamen etiam Athenienses sunt; ut eorum Quaestorem vides ex Atheniensibus, quippe Deliacis, delectum, Diognetum Halaeensem. Inscriptio Deliacae: Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων οἱ κατοικοῦντες ἐν Δήλῳ καὶ οἱ ἔμποροι καὶ ναύκληροι: ubi vides, non omnes hos Deliacos mercatores et naucleros fuisse Athenienses. Illi vero deducunt Iovis hospitalis synodum non Athenis in Delum, sed ex Delo Athenas. Igitur Athenis habent proxenum suum, Diodorum, virum in portu versatum: quod eo magis consentaneum, quum ea societas fuerit magna ex parte peregrinorum. Sic nulla superest difficultas: et nihil magis probabile, quam ex Delo insula de Atheniensibus incolis synodum Iovis hospitalis Athenas profectam esse, ut perpetua servaretur bonae societatis et mutuae caritatis coniunctio. Illi autem proxeno suo mercatorum et nauclerorum societas cupit εἰκόνα ἐν ὄπλῳ ponere, hoc est *imaginem pictam* non in velo navis, quae Corsini sententia a Biagio c. 26. refutata est, sed in *tabula rotunda s. clypeo*. Cf. praeter alia imprimis Cumaeorum in Asia decretum, et Köhlerum in commentatione ad n. 108. allata: adde n. 125. Imaginem illam in Diodori ἀρχαίῳ reponi volunt, hoc est in Attica curia *Curatoris portus* (τῶν ἐμπόρων λιμένος ἐπὶ τὸν λιμένα χειροτονημένου): qui magistratus similis antiquis ἐπιμεληταῖς τῶν νεωρίων. (De proxeni ἀρχαίῳ cogitari nequit: proxeni quum magistratus non sint, non habent ἀρχαίῳ. Ceterum Senatui a Populo eam fuisse auctoritatem datam, ut tales honores concederet, ex multis patet inscriptionibus (v. Class. VIII.); et rata haec decreta in perpetuum fuisse, non dubium est: ea enim lex, quae Senatus decreta non ultra annum valere praecipit, non pertinet ad ea, quae Populo mandante vel concedente Senatus decernebat, sed ad ea, quae de ordine et ratione rerum in Senatu gerendarum

constituebantur; quae non potuerunt ultra annum rata esse, quod Senatores annui sunt. Ἐπικυρῶσαι ψήφισμα intelligitur de *confirmando a Senatu Collegii decreto*. Sed in hac sententia dicendum erat τὸ ψήφισμα: nec confirmatione Senatus opus est in decretis collegiorum; nisi siquid decreverint, quod decernere non possunt: ea autem iam non *confirmatio* est, sed *concessio*. Et fit hoc Senatus-consulto concessio, quod verbo ἐπικυρῶσαι exprimitur. Volunt mercatores et naucleri imaginem in publico loco collocare: ad quod *concessione* Senatus opus est, non *confirmatione*. Immo dubitari potest, num collegium iam legitimum fecerit decretum: dicitur tantum βεβλῆσθαι τὴν σύνοδον ἀναθεῖναι; de *decreto* nihil dictum est: si decretum iam factum erat, ita erat factum, ut res fieret, si Senatus *concessisset*. Quae quum ita sint, ἐπικυρῶσαι ἑαυτῶν ψήφισμα non est: *confirmare ipsi decretum collegii mercatorum*, sed *decretum Senatus ipsi ratum facere et scribere*, quo imaginis in publico illo loco collocatio *concederetur*.

Nec scripturae forma valde antiqua est, nec mos imagines pictas dedicandi in privatorum honorem: igitur hic titulus, quem post Olymp. 123, 2. scriptum esse iam supra monui, etiam recentiore puto. Biagius autem (p. 377 sqq.) Delum post Olymp. 146. (voluit Olymp. 156. quantum ex eius calculis colligo) iam non celebrem mercatura fuisse putat, quum autem haec inscriptio exararetur, emporium fuisse frequentissimum: igitur eam ante Olymp. 146. ponit. Sed neutram earum rerum, quibus insistit, recta via demonstravit. Equidem ex litteraturae ratione, ut paulo ante dixi, colligo titulum non multum ultra primum ante Christum saeculum recedere posse: sed potest etiam recentior esse; modo ne in Imperatorum aetatem demoveatur. Omnino vero debet post Olymp. 152. scriptis censi: tum enim Delus a Romanis tradita Atheniensibus est. (Dorvill. in Obs. Misc. Vol. VII. p. 44.), qui eam etiam Antoninorum aetate teste Pansania tenuerint.

125.

Athenis in domo Graeci cuiusdam Palaeologi. Ex schēdia Fourmonti.

..... ΔΙ]ΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡΙ ΤΕ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
 ΑΝΑΓΟΡΕΥΣΑ]Ι ΔΕ ΤΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟ[Ν
 ΙΓΝΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ Ε[Ν]Ε
 ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ[ΔΕ] ΤΟ ΔΕ ΤΟ ΨΗΦΙ[ΣΜΑ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΤΟΝ ΚΑΤΑ ΠΡΥΤΑΝΕΙ
 5 Α]ΝΕΥΣΣΤΗ ΑΝΝΑΚΟΙΝΗΝ ΕΝΕΚΑΙ
 ΤΟ ΠΟΝΤΕΙΑ[Ν] ΑΘΕΣΕΙ ΤΗΣ ΟΠΛΟΘΗΚΗΣ
 Η ΒΟΥΛΗ
 Ο ΔΗΜΟΣ
 ΒΥΤΤΑΚΟΝ
 10 ΠΥΡΡΟΥ
 ΛΑΜΠΤΡΕΑ

..... δι]ατελεῖ περί τε τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον
 τὸν Ἀθηναίων·

ἀναγορεύσαι δὲ τὸν στέφανον·

..... Παναθηναίων καὶ ἐ[ν] Ἐ.....

..... ἀναγράφαι [δὲ] τὸ δὲ τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανεί-

5 α]ν ε[ἰ]ς στή[λη]ν [λι]θίνην
 τόπον τῇ ἀ[ν]αθέσει τῆς ὀπλοθήκης

Y 2

Ἡ βουλὴ,
Ὁ δῆμος
Βύττακον
Πύρρον
Λαμπρῆα.

Decretum Senatus et Populi, quo civis coronatur et imago picta (vide n. 124.) in armamentario reponenda ei decernitur. Plurima perisse do-

cent certae restitutiones. Vss. 2. 3. credo fuisse: ἀναγορεύσαι τὸν στέφανον Ἀθηναίων Διονυσίων καὶ Παναθηναίων καὶ ἔ[ν] Ε[λευσίνι].... Vss. 4. 5. facile erat corrigere; de scriba κατὰ πρωτανείαν v. ad n. 107. Post Λαδίνην sequitur ENEKAI: in quo cave quae- ras ἔνεκα. Debebat sequi: καὶ στήσαι Ante τόπον praecessit δοῦναι δὲ καὶ, ut in similibus imaginum dedicationibus. De voce Βύττακον dubitaveris.

126.

„Alopeciae in ecclesia infra montem Hymettum”; ex schedis Fourmonti.

I...NKAIT...NΔΡΟ
 AYIΦ.....OM
 ΛΗΔ.....Ο
 Λ.....ΩΡΓΗ..ΓΕΟ.
 5 ΤΙΣ....Κ.Ν.
 ΤΟΙΝΕΤΑΙΗΚΑΙ....ΟCΥΕ.....
 ΑΝΔΡΙΠΟΡΕΝΠC....ΙΤΟΥΜΟ.....
 ON
 II.ANECN.EI...ΠΕΠ.C...I...ΛIIΩ
 10ΞΑII X ΒΛΛ.OC.....
 I
ΕΦΟ.....ΕCΡΓΕΡΛΟΟ.....
 ΛΛΟ
ΓΟOCΕ.....ΟONΠΕΤΗCΦΥΕΙ..Η
 15 .Ο...ΟΥΝΟ.....ΙΛΛΙCΟΥΦΥΕΙΑΝ...
 ...ΛΙC.....ΧΩΡΟΥΘΑΡCΥΝΕΝΑΡΙC
 ..ΑΙCIIΕΞ IIΝΔΕΛΤΟΥΧΑΡΙΝΑΝΔΙΕΠΟ
 ..ΜΗΗΙ.Η.ΦΟΙΜΕΝΟΙCΚΑΙΑΜΗΛΟΥCΑΝC
ΛΝ..
 20 ..ΙCΑΝ IΕ.ΝΟΥCΝΙΑΥCΙΟΝΕ..ΟΝΟΝΟΠ

 ..ΟΙΙΔΟΙCΙCIIΟΝΤΕCΕΧΟΙΕΝΔΑIIΑCΠΙΓΥII
 Ο...
 ΑΡΧΩΝΜΕΝΤΑΥIICΚΟCΑΤΑΡΜΗΝΜΟΙ
 25 ΝΙΧΙΩΝΗΝ
 ΟΚΤ.ΚΑΙΔΕΚΑΤΗΔΕΡΑΝΟΝCΥΝΑΓΩ
 ΦΙΛΟΙΑΝΔΡΕC
 ΚΑΙΚΟΙΝΗΒΟΥΛΗΘΕCΜΟΝΦΙΛΙΗCΥΠΕ
 ΓΡΑΨΑΝ
 30 ΝΟΜΟCΕΡΑΝΕΤΩΝ
 ΛΕΝΙΕΞΕC.ΤΩΙCΓ..ΑΙΕΤΗΝCΕΜΝΟΤΑΙΗΝ
 CΥΝΟΔΟΝΤΩΝΕΡΑΝΙCΤΩΝΠΗΝΑΝΔΟΚΙ
 ΜΑCΘΗΕΙΕCΤΙΑ.ΟCΚΑΙΕΥCΕΒΗCΚΑΙΑII
 Λ.ΟΕΔΟΚΙΜΑ . . ΤΩΔΕΟΠΡΟCΤΑΤΗC
 35 ΑΡΧΙΕΡΑΙΞΙΕΤΗCΚΑΙΟΓΑΜΜΑΤΕΥCΚ.Λ
 ..ΤΑΜΙΑΙΚΑΙCΥΝΔΙΚΟΙΕCΤΩCΑΝΔΕΟ
 ΟΙΚΛΙΡΩΤΟΙΚΑΤΑΕ...CΧΩΡΙCΠΡΙCΠΡΟCΤΑΙ
 ΟΜΟΛΕΙΤΩΡΔΕΕΙCΤΩΔΒΙΟΥΛΥΤΟ
 ΟΕΠΙΗΡΩΟΥΚΑΤΑΛΙΦΘΕΙCΑΥΞΑΝΕΤΩΔ
 40 ΟΕΡΑΝΟCΕΠΙΦΙΛΟΤΕΜΙΑΙCΕΙΔΕΤΙΕΜΑ
 ΧΑCΗΘΟΥΡΙΟΥCΚΕΙΝΩΝΦΑΙΝΟΙΤΟ
 ΕΚΒΑΛΛΕCΘΩΤΟΥΕΡΑΝΟΥCΗΜΙΟΥ
 ΜΕΝΟCΤΑΙCΔΗΠΛΑΙCΠΕΤΡΑΚΡΙCΕΩC
 ΜΕΝΟCΕΑΤΤΚΑΙCΚΗΠΛΗΓΑΙCΑΙΚΑΙΚΙZ

Ubi nulla puncta sunt, nihil vel paucissimae litterae perierunt. Prior pars (vs. 1-29.) carmine concepta erat; sed pleraque restitui non possunt. Vs. 7. est ἀνδρὶ πόρρον, vs. 9. init. fortasse ἀνδρα νέον; vs. 15. οὐνομα, et extr. φύσις ἀνδρὸς vel ἀνδρὶ, vs. 16.

χώρου θάρσυνεν ἀρίσ[του], vs. 17. δέλτου χάριν. Vs. 18. 19. videtur esse:

καὶ μνήμην φθιμένοις καὶ ἀλλήλους ἀνέθηκαν.

Nam vs. 19. vix tot litterae interciderunt, quot in schedis notantur. Videntur his versibus nomina de-

functorum sodalium atque etiam superstitum praescripti fuisse, ut ex illo versu, si eum recte supplevi, potest colligi. Vs. 20. est ἐνιαύσιον, vs. 21. συνιόντες 35 ἔχοιεν δαῖτα ἐπὶ... Ultimi tres versus aperti sunt:

*Ἀρχων μὲν Ταυρίσκος, ἀτὰρ μὲν Μουνυχίων ἦν,
ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔρανον σύναγον φίλοι ἄνδρες,
καὶ κοινῇ βουλῇ δεσμὸν φιλίης ὑπέγραψαν.

Igitur hic titulus Archonte *Taurisco* exaratus est; 40 is vero circa aetatem Antoninorum vel paulo post necesse est Archon eponymus fuerit. Ceterum titulus a sodalibus s. collegio nescio quo positus est; subscribitur lex sodalium, his fere verbis concepta:

30 Νόμος ἑρανιστῶν.
Μηδενὶ ἐξέστω ἰέναι εἰς τὴν σεμνοτάτην
σύνοδον τῶν ἑρανιστῶν, πρὶν ἂν δοκι-

μασθῇ εἰ ἔστι ἀγ[γι]ος καὶ εὐσεβής καὶ ἀγ[α-
θ]ός· δοκιμα[ζέ]τω δὲ ὁ προστάτης [καὶ
ὁ] ἀρχιερανιστής καὶ ὁ γραμματεὺς κα[ὶ
οἱ] ταμίαι καὶ σύνδικοι· ἔστωσαν δὲ οἱ
τ[ο]ι κληρωτοὶ κατὰ ἑ[το]ς χωρὶς [τοῦ] προστά[του].
..... δὲ εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ...
ὁ ἐπὶ ἡρώου(?) καταληφθεὶς. αὐξανέτω δὲ
ὁ ἔρανος ἐπὶ φιλοτειμίαις. εἰ δὲ τις μά-
χας ἢ θορύβους κεινῶν φαίνοιτο,
ἐκβαλλέσθω τοῦ ἔρανου, [ζημιού-
μενος ταῖς διπλαῖς κρίσεως
..... πληγαῖς

Vs. 38. videtur dictum, praesidem collegii in tem-
pus vitae eligendum esse. Quae intacta reliqui, vi-
deant alii an emendare possint.

127.

Fragmentum lapidis non magnum ad scalam domus Com. de Guilford. Transcripsit Müllerus.

ΛΥΙ
ΑΚΕΔΑ
ΤΩΙΚΟΙΝΩΙ
ΝΕΥΕΡΓΕΤΩΝ
5 ΤΩΣΕΙΤΩΝΤΟΥΘΕ
ΝΕΛΛΗΝΩΝΜΕΤΑΔΕ
ΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΠΑΡΑΤΟΚΑΘΗΚΟΝ
ΑΕΝΤΟΙΣΕΛΛΗΣΙΝΜΗΤΕΠΡΟΣΔΕΔ
ΠΡΟΠΟΜΠΕΙΑΝΕΠΙΒΑΛΛΟΥΣΗΣΑΥΤΗΣ
10 ΠΡΑΞΕΙΣΕΝΤΩΠΡΟΣΤΟΥΣΠΕΡΣΑΣ
ΕΜΜΑΡΑΘΩΝΙΚΑΙΤΗΝΕΛΛΑΔΑΔΙΑΦΥ
ΤΕΙΑΣΓΛΕΙΣΤΑΣΜΕΝΚΑΙΑΡΙΣΤΑΑ
ΛΟΝΚΑΤΑΝΗΛΩΚΕΝΑΙΠΑΛΗΘΟΣΠΡ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣΠΡΟΣΔΕΤΟΥΤΟΙΣΔΙΑΠ
15 ΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΑΙΜΕΓΙΣΤΑΠΡΟΤΡ
ΔΡΑΚΑΙΚΑΤΑΡΟΛΙΝΠΟΤΩΝΕΛΛΗΝ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΑΚΟΛΟΥΘΟΙΣΤΗΚΑΤΕΚΕΙΝ
ΧΡΗΣΜΟΝΚΑΙΤΗΣΘΟΥΣΙΑΣΕΠΙΤΕΛΟΥΜ
ΥΕΝΜΕΤΑΔΕΤΑΥΤΑΜΟΝΗΣΕΜΟΥΠΑΡ
20 ΚΑΤΑΤΗΝΑΣΙΑΝΕΛΛΗΝΑΣΕΙΒΑΛΟΝΤΩΝ
ΚΑΣΑΝΤΩΝΣΥΝΟΗΚΑΣΠΟΙΗΣΑΣΙΠΑΣΙ
ΚΕΝΑΙΔΕΜΕΚΑΙΘΕΩΡΙΑΣΕΞΑΠΟΣΤΕΛΛΟ
ΚΕΙΣΘΑΙΠΛΑΤΑΙΑΣΚΑΙΤΟΙΕΡΟΝΚΑΙΤΟΝΒΩΜΟΝ
ΑΤΑΤΗΝΠΕΡΣΩΝΕΦΟΔΟΝΜΗΤΕΚΑΤΑΦΘΟΡ
25 ΟΜΟΙΩΣΕΜΟΙΜΗΔΕΤΗΝΙΔΙΑΝΔΥΝΑΜΙΝΛΗΤΝ
ΜΗΜΕΤΕΣΧΗΚΕΝΑΙΤΩΝΜΕΤΑΤΑΥΤΑΚΙΝΔ
ΓΕΝΟΜΕΝΑΙΣΣΥΝΟΗΚΑΙΣΣΥΜΜΑΧΙΑΝΠΡΟΣ
ΥΠΟΤΗΝΠΕΡΣΩΝΣΥΝΕΒΗΠΕΣΕΙΝΔΕΣ
ΤΕΛΕΣΘΕΙΣΩΝΠΡΟΤΗΣΑΝΑΙΡΕΣΕΩΣ
30 ΘΗΝΑΙΚΑΙΤΗΝΠΑΤΡΙΟΝΟΥΣΙΑΝΔΙΟΠΕ
ΠΕΡΠΟΥΤΩΝΕΠΟΙΗΣΑΜΗΝΤΟΥΣΔ
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝΛΕΓΟΝΤΩΝ
ΕΓΚΛΗΜΑΤΑΠΑΡΑΓΙΝΕΣΘ
ΚΑΤΑΜΑΡΤΥΡΑΜΕΝΩ
35 ΕΔΡΙΩΠΟΙΗΣΑΜ
ΤΟΥΔΙΟΣΤΟΥΓ
ΕΙΣΤΟΥΣ
ΚΑΛΛΙ

Litterae optime exaratae, praeter A, quod cum esse liquet: quapropter illam in fine decretorum A variare videtur, dicuntur vulgares esse, quales posui, quum locum commodiorem non reperirem. dedimus: locus, ubi reperta inscriptio sit, non in- Quae perspicere potui, haec sunt: dicatur; sed eam in honorem Atheniensium scriptam

... λυ ...
 ... Λ]ακεδα[μμου ...
 ... τῷ κοινῷ ...
 ... τῶν εὐεργετῶν ...
 5 ... τῇ αἰσ]τώσει τῶν τοῦ Θε[οῦ ...
 ... τῶν Ἑλλήνων. μετὰ δὲ ...
 ... εἰς τὸ ἱερὸν παρὰ τὸ καδῆκον ...
 ... ἃ ἐν τοῖς Ἑλλήσιν μήτε προσδεδ ...
 ... προπομπείαν ἐπιβαλλούσης αὐτῆς ...
 10 ... πράξεις ἐν τῷ πρὸς τοὺς Πέρσας [πολέμῳ ...
 ... ἐμ Μαραθῶνι καὶ τὴν Ἑλλάδα διαφυ[λαττ ...
 ... στρα]τείας πλείστας μὲν καὶ ἄριστα ἀ[ποβε]θηκίας ...
 ... λον κατανηλωκέναι πλήθος πρ ...
 ... ἐλευθερίας· πρὸς δὲ τούτοις διὰ π[αντὸς χρόνου ...
 15 καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ μέγιστα προτρ[εψα] ...
 ... καὶ κατ' ἀν]δρα καὶ κατὰ πόλιν [τ]ὸ τῶν Ἑλλήνων σύμφορον ...
 ... τοῖς ἄλλοις ἀκολούθοις τῇ κατ' ἐκεῖν ...
 ... τὸν] χρησμὸν καὶ τ[ᾶ]ς θυσίας ἐπιτελουμ]έν ...
 ... ψεν, μετὰ δὲ ταῦτα μόνης ἐμοῦ παρ ...
 20 ... τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνας ἐ[κ]βαλόντων ...
 ... ἀναγ]κασάντων συνθήκας ποιήσασι πᾶσι ...
 ... κέναι δέ με καὶ θεωρίας ἑξαποστελλο ...
 ... οἱ]κείσθαι Πλαταιᾶς καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸν βωμὸν ...
 ... κ]ατὰ τὴν Περσῶν ἔφεδον μήτε καταφθορ ...
 25 ... ὁμοίως ἐμοί, μηδὲ τὴν ἰδίαν διγαμιν [μ]ήτ[ε] ...
 ... μὴ μετεσχηκέναι τῶν μετὰ ταῦτα κινδ[ύνων] ...
 ... γενομένων συνθήκας, συμμαχίαν πρὸς ...
 ... ὑπὸ τὴν Περσῶν συνέθῃ πιστῶν, δεσ[ποτείαν] ...
 ... τελεσθεῖσιν πρὸς τῆς ἀναγέστας ...
 30 ... θῆναι καὶ τὴν πάτριαν [θ]υσίαν· διάπερ ...
 ... περὶ τούτων ἐπακησάμην τοὺς δ ...
 ... Λακεδαιμονίων· λεγόντων ...
 ... ἐγκλήματα παραγίνεσθ[αι] ...
 ... καταμαρτυραμένω ...
 35 ... συν]εδρῶν[ι] ποιησαμ[εν] ...
 ... τοῦ Διὸς τοῦ Ἑλευθερίου? ...
 ... εἰς τοὺς ...
 ... καλλι[στ] ...

Vss. 14. 15. docent inscriptionem tam latam Olymp. 48. ut ab illorum iniuriis vindicaretur deus. fuisse, ut de restituenda desperandum sit: id unum. Vs. 9. de *propompia* dicitur a *Pythia* Atheniensibus video, laudes Atheniensium contineri, et recte ex data, deinde de Marathonis pugna. Transitur autem a vs. 19. coniicit Müllerus mulierem loqui, fortasse Marathonis rebus ad reliquas adversus Persas expeditiones liberatosque Asianos Graecos (vs. 21.). Vs. 28. non incommode, si haec statuæ subscripta erant, est de restitutis Plataeis (cf. Pausan. IX, 1.): ara quae potuit post Alexandri aetatem posita esse, est Iovis Eleutherii (Pausan. ib. 2.). Vs. 35. forquam diu, non dixerim. Vs. 5. videtur de Pythio tasse de Amphictyonum synedrio. Sed manum de Apolline agi, ni fallor de meritis Atheniensium duce tabula. Alcmaeone adversus Cirrhaeos militantium circa

A P P E N D I X.

Tituli aliquot honorarii, quos non potui alibi commode ponere, quia neque quartae aut quintae, neque octavae vel nonae classi convenire videbantur.

128.

Olim in arce Athenarum, nunc in Museo Britannico Synops. n. 86. Visc. Mem. n. 10. Edidit Chandlerus Inscr. II, 7. p. 48. deinde Osannus Syll. p. 97. n. 22.

ΟΙΕΡΕ]ΥΣΠΑΝΔΙΟΝΟΣΑΝΤΙΣΘΕΝΗΣ
 ΑΝΤΙΦΑΤΟΥΣΚΥΘΗΡΡΙΟΣΑΝΕΘΗΚΕΝ
 ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ

Os. init. habet ΣΥΣ, et vocem Ἀντισθένης ponit post ἀνέθηκεν. Pandion eponymus heros sacerdotem habuit, ut eponymi omnes; eius sacellum memorat decretum n. 213. In eodem *Antisthenes Antiphatis f. Cytherrhius* memoratur: unde intelligimus, hunc virum paulo post Euclidem Thargelia vicisse. Immo fortasse haec ipsa n. 128. inscriptio ad eam victoriam pertinet; v. ad n. 213. Ceterum

hic titulus et ceteri eius generis omnes, quorum multos in aliis classibus posui, sunt honorarii: etenim qui honoris causa vel tripodem vel coronam vel tale quiddam accepissent, solebant eam rem, ut honor ipsis decretus palam fieret, dedicare, subscripto eius nomine, qui ipsos honorasset. Ita intellige subscriptum οἱ φυλάται, quod toties recurrit.

129.

„Athenis in templo Iovis”, ex schedis Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟ[ΔΗΝΙΟΣΚΡΙΤΩΝ
Α ΑΡΕΤ]ΗΣΕΝΕ[Κ]ΕΝ[ΚΑ
Ι ΕΥΝΟΙΑ ΣΗΣΕΧ]ΩΜΔΙΕΤΕΛΕΙΕ[ΙΣ

Perierunt prope omnia: ut tamen videres, qualis inscriptio esset, addidi supplementa. Erant haec statuæ defuncti subscripta:

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Κρίτων-
α ἀρετ]ῆς ἐνε[κ]εν [κα-
ὶ εὐνοίας ἥς ἔχ]ων διετέλει εἰς etc.

130.

In fragmento epistylī ex marmore candido. Edidit Dubois Catal. marm. Choiseul. n. 190. nos in litterarum ductibus Mülleri schedas secuti sumus, qui transcripsit Parisiis in Museo regio (Catal. Clarac. n. 662.). Ad Attica rettuli de coniectura.

ΟΔΗΜΟΣΛΥΣΙΚΛΗΝΚΑΛΛΙΣΘΕΝΟΥ
ΑΝΔΡΑΑΓΑΘΟΝΟΝΤΑΠΕΡΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙΣΩΤΗΡΑΤΟΥΔΗΜΟΥ

Ὁ δῆμος Λυσικλῆν Καλλισθένου (ne corrige Καλλισθέ-
νου), ἀνδρα ἀγαθὸν ὄντα περὶ τὸν δῆμον
καὶ εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τοῦ δήμου.

131.

Athenis super muro aquaeductus. Ex schedis Fourmonti.

. Ρ Ι . . .
Ο Δ Η Μ Ο Σ

132.

In Monasterio D. Ioannis Baptistae in monte Hymetto; ex schedis Fourmonti. Sunt novem coronae sculptae; in superioribus et inferioribus ternis haec scripta notantur:

ΗΒΟΥΛΗΗΕΡΙ ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ ΟΙΦΥΛΕΤΑΙ
ΛΥΚΕ
ΑΥΧΟΝΤΟΣ
ΟΙ ΟΙΔΗΜΟΤ.. ΟΙΣΥΜΠΥ...

Fortasse Ἀρε[σιλάου] ἄρχοντας. Si non plurium hae coronae sunt, ille cuius sunt, ut a Senatu, ita a tribulibus, ab his saepius, item a demotis coronatus est. Pro συμψι si συμφυλάται, legeris, nescias cur non, ut in reliquis, simplex φυλάται positum sit; igitur legendum puto οἱ συμπτύανεις.

133.

Ex schedis Fourmonti, Athenis. Ed. Caylus Rec. d'Ant. T. VI. P. III. p. 184. (tab. 57. 2.), cf. p. 186 sq. In duabus coronis:

ΟΙΣΤΕΦΑΝΙΣ ΟΝΦΑΛΕΤΑΙ

Caylus omittit ΟΙ, et pro ΟΝ habet ΟΜ. Nomen coronati in alia parte monumenti scriptum erat: in priore corona fuerit οἱ στεφανοῦσιν, in altera οἱ φυλάται.

134.

Athenis; ed. Pococke Inscr. P. I. cap. 5. s. 4. p. 53. n. 46.

ΟΔΑΜΟΣ
ΟΕΝΙΔΥΜΝΩ
ΤΑΝΒΟΥΛΗΝ

ΟΔΗΜΟΣ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝ

Ὁ δᾶμος
ὁ Ἐπιδαυρίων
τὰν βουλάν.
Ὁ δῆμος
τὴν βουλὴν.

Noli Ἐπιδαυρίων coniicere. Populus Epidauriorum coronat Senatū Atticū, eundem populus Atticus.

135.

Athenis in basi „in domo Σταυρωτοῦ Κουδοῦ”. Ex schedis Fourmonti.

Α]ΛΕΞΑΝΔΡΟΝ
ΦΙ]ΛΙΠΠΟΥΥΙΟΝ

Sub statua Alexandri M. Littera Ξ pro verticali linea habet obliquatas duas ap. Fourm. haud dubie falso.

136.

Athenis in gradu domus. Ex schedis Fourmonti.

Ι Α Σ Η Σ Σ Τ [Η
Σ Ε Ν Α Λ Ε Ξ Α
Ν] Δ Ρ Ο Σ Θ Ε Ι Ο Ι
Α Ρ Ι Σ Τ Ο Τ Ε Λ [Η

rum vicissitudines apertum sit: alterum donariorum in *Hecatompedo* (ἐν τῷ νεῷ τῷ ἑκατόμπεδῳ, n. 137. 140. 141.); tertium donariorum in *Parthenone* (n. 139.): et quod imprimis tenendum, duo eorundem magistratuum tituli plane diversa donaria Hecatompedi et Parthenonis continentes supersunt, qui ad eosdem annos pertinent et eodem tempore scripti sunt (n. 139. 140.). Unde quid colligatur, manifestum est. Nam licet veteres vulgo universon templum aut ἑκατόμπεδον aut Παρθενῶνα vocent, accuratus publicarum tabularum usus distinguit hos a ceteris templi partibus. Ὁ νεὺς ὁ ἑκατόμπεδος est ea templi pars, quae media est inter pronaum et opisthodomum, ipse νεὺς s. νεὺς: ea pars, quum universon templum pedes ccxxv longum sit, in longitudinem centum pedum porrigitur, et una cum columnis totidem pedes lata est, ut area sit pedum decies mille in quadrum. Ita etiam ea intellige, quae olim scripsi Gr. trag. princ. p. 203. Ex hac mensura medium templum ὁ νεὺς ὁ ἑκατόμπεδος vocatur. Sed a reliquo Hecatompedo cancellis opinor separata ea pars fuit, ubi magna deae statua: et ea sola pars tum Parthenonis nomine vocata est. Parthenon igitur adytum est, post quod opisthodomus, ut accurate Schol. Luciani ap. Osann. Syll. p. 45. ὅτι ὀπισθόδομος ἱερὸν τὸ ὀπισθεν τοῦ ἀδύτου οὕτως ἔλεγον, ἐν ᾧ καὶ δημόσια ἀπέκειτο χρήματα (ex cod. Sangerm. 345. fol. 181. a.): quod adytum etsi pars est Hecatompedi, tamen hac parte iam exempta reliquus νεὺς simpliciter dicitur ἑκατόμπεδος. Ab utroque distinguitur τὸ προνήϊον, ubi quae donaria n. 138. recensentur, ea plane alia sunt ac n. 139. 140. in Parthenone et Hecatompedo, licet hae duae inscriptiones ea contineant, quae a prioris anni magistratu accepta erant, et n. 138. ipsius illius prioris anni opes in pronao asservatas recenseat. Vides, quae de Parthenonis et Hecatompedi notione dixi, undique esse confirmata. Quodsi n. 151. partim eadem opes sunt quae n. 150., illic in Parthenone, hic in Hecatompedo: aut mutatus interim usus vocabulorum est, quod eo facilius fieri potuit, quum Parthenon omnino pars Hecatompedi sit; aut num. 151. Hecatompedi intercidit mentio, quum tituli huius maxima perierit pars. Adde quae dixi ad n. 150. §. 18. Ceterum ut diversorum locorum tabulae plane inter se diversae sunt, sic uniuscuiusque loci rationes ita cohaerent, ut succedens quaeque prioris donaria fere omnia contineat et insuper adventicia anni ipsius, quae ἐπέτεια dicuntur, ut n. 138. 142. quae Pronai sunt, et ternae Hecatompedi rationes n. 137. 140. 141. Minor quidem post Euclidem tabularum consensus, etsi ea quoque aetate in pluribus titulis eadem donaria redeunt (n. 150 sqq.): nec fortasse singulis locis post Euclidem singulae rationes tributae sunt; certe n. 150. Hecatompedus et opisthodomus eatenus coniuncti sunt, ut quaedam ex aliorum deorum opibus in opisthodomum condita post Hecatompedi supellectilem recenseantur. Item quum hae rerum traditarum rationes

INSCR. GR. VOL. I.

ante Euclidem secundum quadriennia compositae sint, post Euclidem annuae sunt: nam ante Euclidem diserte praescribitur, esse has quadriennii rationes; post Euclidem (n. 150. 151.) nihil huiusmodi praescriptum reperitur.

III. Sed in his rerum traditarum rationibus duo capita maxime desidero, *indicem partium singularum magnae imaginis Minervae Virginis a Phidia factae*, quam tamen illos Quaestores et traditam accepisse et custodisse constat (Harpocr. v. ταμία, Lex. Seg. p. 306. Philem. Lex. p. 151. Suid. Phot. v. ταμία), item *indicem pecuniarum publicarum et sacrarum in opisthodomum conditarum*. Nam etsi magna illa statua occasione basis et coronae, quam eius Victoria in capite gerebat quaeque separatim custodiebatur, memorata n. 150 sqq. est, et simili in re n. 151. vs. 26.: tamen ea ipsa nusquam in his tabulis traditur, nisi forte ebur eius n. 151. vs. 6. Sed haec difficultas ita expeditur. Ut Parthenonis donaria a reliquo Hecatompedo separata perscribebantur, ita magnae statuae, quae in ipso Parthenone fuit, recensio videtur a ceteris Parthenonis cimeliis separata et propriis tabulis inscripta esse. Opisthodomum autem pecuniae, quae non erogatae, sed successoribus traditae essent, potuerunt aut peculiaribus tabulis, quarum nulla supersit, inscriptae esse, aut annexae expensarum rationibus: posterius videtur n. 154. (cf. n. 146.) factum esse. Ceterum de opisthodomum ipso quas dubitationes Osannus movit, eae nullae sunt. Qui quum ea, quae de opisthodomum scripsi (Oec. civ. Ath. T. I. p. 473.), non legisset (non enim eum illa legisse, patet ex Syll. p. 45.), miratur me de opisthodomum non dixisse, ipse vero duos in arce opisthodomos statuit, alterum Parthenonis, alterum in vicinia Parthenonis (p. 62 sq.); quum tamen de opisthodomum, ut de uno, saepius ita dicatur, ut nulla accuratior addita definitio sit: veluti n. 76. in decreto, a me dudum in Oec. civ. Att. edito, quod ut ineditum citat auctor Sylloges p. 62. et p. 80. Illum autem opisthodomum, in quo aerarium publicum, in arce putat fuisse extra templum Minervae, quod coniecerant Britanni nonnulli: sed talis aedificii, quod haud leve esse poterat, non ullum in arce Athenarum vestigium vidit quisquam; grammaticorum autem locos Osannus male intellexit. Nam ubi hi dicunt ὀπισθόδομον fuisse ὀπισθεν τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς (Lex. Seg. p. 286. Etym. M. p. 627. 52.), non quod ille vult, aedes a Parthenone, qui vulgo dicitur, seiunctas, quae pone eum fuerint, intelligunt, sed eam partem templi, quae re vera ὀπισθεν τοῦ ναοῦ est, hoc est post ἑκατόμπεδον, qui proprie νεὺς: id quod etiam accuratius demonstrat Scholiastes Luciani, qui pone adytum fuisse opisthodomum dicit: quomodo enim potest aliud aedificium pone adytum templi esse, si pone adytum, quod certum est, ipsius templi opisthodomus fuit? Nam si alius opisthodomus in arce fuisset pone Parthenonem, fuisset is potius post Parthenonis opisthodomum, non post adytum. Sed nullus alius fuit

Z

usquam: opisthodomus est solius Parthenonis, ubi pecuniae asservabantur et sacrae et publicae, partim in cubiculis, partim sub terra in favissis: et bene clausus fuit opisthodomus, quem ab adyto seiungebat paries, a porticu postica alius et firmissimus paries, qui adhuc remanet. Nam quod auctor *Sylloges* dicit, Parthenonis posticum in porticum apertam exire, falsum est, et potest ex unaquaque Parthenonis descriptione refelli; immo quum ibi cubacula fuerint, potuit in opisthodomio etiam habitari (*Plutarch. Demetr. 23.*). Postremo ex *Schol. Aristoph. Plut. 1194.* quem constat, quae de opisthodomio templi Poliadis dixit, debuisse de opisthodomio Parthenonis dicere, colligit *Os. aerarium Atticum extra Parthenonem in media arce situm et duobus muris circumdatum fuisse: Ὀπίσω τοῦ νεῶ, inquit, τῆς καλουμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς διπλοῦς τοῦχος ἔχων θύραν.* Tu animadvertes τοῦχος non esse murum cingentem, sed parietem: etenim in aede Minervae Virginis opisthodomus ille est inter binos parietes, quorum altero separatur ab adyto, altero a porticu postica: in hoc altero est ianua etiam nunc. De muris cingentibus ne verbum quidem: quodsi duo muri cinxissent opisthodomum, duabus ianuis opus erat. Postremo quod apud *Demosthenem* opisthodomus ea aetate incensus dicitur, inde possit aliquis colligere, alium apud illum opisthodomum intelligi ac Parthenonis, qui nonnullis videtur totus lapideus fuisse: nec tamen video, quidni aut cum aliis putemus opisthodomum Parthenonis ligno tectum fuisse, aut solam tum suppellectilem incensam.

IV. Altera classis rationum quaestoriarum *expensa*, ut dixi, continebat: ex quo genere sunt n. 144–149. Sed ea sola inscripta sunt, quae ex thesauris sive aerariis sumpta sunt, non quae ex ordinariis vectigalibus. Igitur pleraque necesse est ex opisthodomio data sint, partim de iis, quae annui Quaestores ipsi intulissent (*ἐξ ὧν αὐτοὶ ξυνελέξαμεν*, quae *ἐπέτεια* sunt, n. 145. 146.), partim de iis, quae tradita accepissent (*ἐξ ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμῶν*). Aliquoties peculiares quidam thesauri memorantur, ut *Ἀθηναίως*, *Ἀθηναίως Πολιάδος*, *Νίκης* (n. 145. 146. 147. 148. cf. etiam n. 156.); sed horum ratio prorsus obscura est. Ne tamen credas Poliadis thesaurum in templo Poliadis conditum esse, sat est monuisse, Poliadis templum ea aetate nondum restitutum fuisse. Peculiarem *Ἀθηνᾶς Νίκης* thesaurum probabile est ex decimis praedarum conflatum esse. Ceterum ipsae quoque publicae thesauri pecuniae Minervae sacrae sunt, quod vel ex n. 76. patet, sed alia ratione atque ea, quae numinis propria sunt. Rursum aliae thesauri partes ex usu designantur, in quem repositae sint, vel ex origine, ut τὰ ἐς τὰς τρήρεις et quae socii contulerint (n. 145.). Certae praeterea pecuniae non ex opisthodomio, sed ex Parthenone depromptae sunt (n. 145. 146.), sive ibi nummi depositi erant, sive aurum vel argentum non signatum, ut vasa, quae in publicos sumptus converterentur. Atque

his expensarum rationibus n. 145. 146. videmus additas esse rationes summarum universarum eius pecuniae, quae tradita Quaestoribus, quae ab ipsis collecta, opinor etiam quae expensa esset, postremo earum opum, quas successoribus tradidissent. In his conicio etiam ea vasa perscripta esse, quae in rerum traditarum catalogis desiderabantur, ut quod n. 142. anno secundo deest vas aureum. Postremo has expensarum rationes non secundum quadriennia dispositas esse doceo ad num. 145. In fine tabularum quaestoriarum (num. 156.) posui simile monumentum, quod cuius generis sit, perspicere non plane potest: et num. 143. interposui tributorum descriptionem, ex lege n. 75. factam, non quod Quaestorum Minervae eam esse putem, sed quod quaestoriis inscriptionibus simillima est.

V. Subsistendum nunc in *donariorum traditum* tabulis, et de iis ea praemonenda sunt, quae sub uno conspectu poni utile et necessarium est. Quae quomodo integritati restitui queant, in libro de Oeconomia civitatis Atheniensis duobus exemplis docui (in n. 139. 141.): quod genus critices deinde *Osannus* in n. 138. et 142. exercuit non ea quam expectabam sollertia. Etenim quum quaternorum singulis tabulis annorum recensiones ex parte maxima consentientes insint; alterius anni donariorum descriptio ex altera suppleri etiam tum potest, ubi longe plurima perierunt. Immo quum eiusdem loci tabulae diversae eadem tamen donaria contineant, si pauca quae consumpta aut quae addita sint exceperis; vel diversae tabulae altera ex altera suppleri possunt, quod nunc demonstravi in tabulis *Pronai* n. 138. et 142. atque *Hecatompedi* n. 137. 140. 141. Sed hae inscriptiones ubi restitutae fuerint, longe ampliorem ostendunt latitudinem, quam lapides, in quibus pars superstes perscripta est. Nempe in arce Athenarum magnum quasi vallum inscriptionum fuit, lapidibus pluribus coniunctis; in quibus una et eadem tabula quaestoria ita inscripta fuit, ut singuli versus in alio lapide inciperent, in alio continuarentur: deinde dissoluta marmorum compage accidit, ut alterum servaretur, alterum periret. Ita n. 138. dexter tantum lapis superest, sinister periit: et quia n. 142. in averso latere eiusdem inscriptionis positus est, n. 142. superest sinistra pars, intercidit dextera. Similiter n. 148. 149. 151. ex pluribus compositi lapidibus erant, atque etiam n. 144. dexter lapis deest. Sed omnium apertissimum exemplum praebet n. 141. qui ex duobus lapidibus compositus est, quorum sinistrum *Pater Ludovicus Capucinus* scalae suae inseruit, dexterum nunc servat *Museum Britannicum*: eos enim coniungendos docui: et quoniam in aversa parte est n. 140. huius numeri sinistra tantum regio in lapide *Musei Britannici* servata est, dextera in *Capucini* scala quaerenda. Simile quiddam docui n. 160. ubi inferior periit tabula. Iam vero quum donariorum tituli quaternos singuli annos complectantur, quaeritur, singulorum annorum rationes singulisne annis finitis inscriptae sint,

an universi quadriennii in fine simul omnes: prius ego dixeram Oec. civ. Ath. T. II. p. 265. alterum contendit Osannus Syll. p. 61. et provocat ad stili aequalitatem in omnium quattuor annorum recensionibus, quae omnes simul ab eodem quadratario incisas doceat. Verum ut taceam, unum et eundem quadratarium per quattuor annos, singulis annis finitis potuisse hos titulos exarare, atque etiam plures recepto et disciplina tradito caractere uti potuisse: non mihi constat Osannum tum, quum titulos n. 138. et 142. transcriberet, ad stili formam ita attendisse, ut quaternas utriusque partes ab eadem manu exaratas esse liquido possit affirmare, quum praesertim tum harum inscriptionum rationem adeo non perspectam haberet, ut mihi eas integras esse neganti subirasceretur. Quin etiam dispar valde litterarum in singulorum annorum descriptionibus numerus potest eo deducere, ut alio tempore aliae scriptae iudicentur. Sed missis his, quum Quaestores Minervae annui fuerint, rationes constat annuas fuisse, easque intra triginta dies a magistratu abdicato redditas (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 205.): nec qui rempublicam Atticam paulo accuratius norit, credet cuiquam affirmanti, Quaestores universi quadriennii usque ad magna Panathenaea potuisse ullis vinculis υπεύθυνους teneri, aut iis post magna Panathenaea iterum rationes reddendas fuisse: unde quantum illi damnum facturi fuissent, potest ex Aeschine contra Ctesiphontem disci. Nec minus absonum et civilibus institutis contrarium est, quod idem proposuit (p. 59 sq. p. 61.), Quaestores fuisse quadraginta viros, qui per vices, deni singulis annis, magistratum gesserint et cuncti in fine quadriennii rationes reddiderint. Immo annui Quaestores deni erant annuasque reddebant rationes, quae exacto anno inscriptae sunt. Et annuos quidem fuisse omnia docent et maxime singulorum annorum in tabulis praescripta: sed insignis est auctoritas decreti n. 76. ubi de Quaestoribus deorum: ταμίας δὲ ἀποκυαμεύειν τούτων τῶν χρημάτων, ὅταν περ τὰς ἄλλας ἀρχάς (magistratus autem sorte creati ahnuī omnes sunt), καθάπερ τοὺς τῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας. Rationes autem annuas fuisse et post singulos annos publice inscriptas, ex eodem decreto constat, ubi quae de Quaestoribus deorum dicuntur, sine haesitatione Minervae Quaestoribus adaptari debent: καὶ τοιοῦτον ἀναγραφόντων οἱ αἰεὶ ταμίαι ἐς στήλην, καὶ λόγον δίδόντων τῶν τε ὄντων χρημάτων καὶ τῶν προσιόντων τοῖς θεοῖς, καὶ ἐὰν τι ἀναλίσκηται κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς τοὺς λογιστάς, καὶ εὐθύνας δίδόντων καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον δίδόντων, καθάπερ οἱ τὰ τῆς Ἀθηναίας ταμειύοντες: ubi v. not. Nam οἱ αἰεὶ ταμίαι non possunt hic alii esse quam annui, quum statim sequatur κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, cum articulo, hoc est suo illo anno: nec verba ἐκ Παναθηναίων nisi de annuis Panathenaeis intelligi posse monui illo loco. Accedit quod tabulae expensi annuae sunt. Quibus in unum collectis etiam donariorum recensiones post exactos singulos annos inscriptas pronun-

cio: sed disponebantur per quadriennia, ut facilius perspicui singularum descriptionum consensus et discrimina possent. Ut vero singuli anni Panathenaeici sunt, et ex Panathenaeis ad Panathenaea rationes redduntur (n. 76. καὶ ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια τὸν λόγον δίδόντων): ita cycli, ex quo disponuntur tabulae, est *penteteris Panathenaea*, a magnis Panathenaeis ad magna, hoc est a primo mense tertii uniuscuiusque Olympiadis anni usque ad eundem subsequentis Olympiadis. Eundem cyclum sequebatur ταμίον τῆς διοικήσεως magistratus (Oec. civ. Att. T. I. p. 178.). Horum igitur quattuor annorum magistratus vocantur αἱ τέτταρες ἀρχαί, αἱ ἐδίδσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια, hoc est *singulae a Panathenaeis annuis prioribus usque ad Panathenaea annua sequentia*, quod pertinet ad ἐδίδσαν τὸν λόγον. Haec formula omnibus ante Euclidem donariorum recensionibus praescripta est, quod nec ipse olim vidi, nec super Sylloges editor; nunc res certa est. Nam ex hac formula haec supersunt n. 137. ...δοσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐ... n. 138. ...δίδσαν τὸν λόγον... n. 139. τὰδε παρέδσαν αἱ τέτταρες ἀρχαί, αἱ ἐδίδσαν τ... n. 140. ...ε παρέδο... num. 141. A. τὰδε παρέδσαν αἱ τέτταρες ἀρχ... B. A. ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια (v. nott.), postremo n. 142. ...σαν αἱ τέτταρες ἀρχ... His verbis quae adduntur, ea modo prolixiore, modo brevior formula concepta sunt. Prolixior, quae in solo titulo 138. obtinere videtur, est haec, ut primo loco ponantur ultimi Quaestores penteteridis prioris, qui tradiderint primis Quaestoribus eius cycli, cuius hae rationes sunt; deinde hi ipsi donaria successoribus tradidisse dicantur. Ex contrariore formula autem, quam solam in reliquis titulis spatia patiuntur, ommissa prioris magistratus significatione dicitur: τοῖς ταμίαις s. ταμίαις; ut supplendum sit, οἱ πρότεροι ταμίαι τοῖς τ. et statim ponitur primi in penteteride anni magistratus, ut qui acceperit et accepta successoribus tradiderit. De qua re, quae sane aliquid offensionis habet, si quis dubitet, poterit eum titulus n. 141. convincere, ubi ne una quidem littera incerta est; olim, nondum cognita formula ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια, nec ipse huius rei rationem perspexeram, et minus recte pluribus monumentis intuleram verba οἱ πρότεροι ταμίαι, quae iam exulant. Deinde in singularum annuarum recensionum capite designantur rursum magistratus et qui tradiderint et quibus traditum sit et a quibus tradentes acceperint: quae designatio duobus modis fit. Modo enim scribae solius nomen appellatur, neque id unquam omittitur; modo unius additur Quaestoris nomen: post Euclidem aliquoties omnes Quaestores nominantur; sed haec mea disputatio ad antiquiora monumenta pertinet. Is autem Quaestor, qui solus nominatur, est primus Quaestorum prytanis, hoc est qui primum eo anno praefuit collegio: eorum autem prytania haud dubie diurna fuit, ut Praetorum (στρατηγῶν); et prytaniarum quaestoriarum ordo non ex constante

tribuum ordine, sed ex variabili, qui in Senatus prytaniis obeundis quotannis obtineret, videtur constitutus esse (v. ad n. 150.): post Euclidem demum ordo Quaestorum constantem tribuum ordinem sequitur. Postremo iis annis, quibus recens addita (*ἐπέτεια*) accesserunt, haec ipsa adscripta sunt, praemissa aut longiore formula *Ἐπέτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμίων, οἷς ὁ δαίνα ἐγραμμάτευσεν*, quae (excepto n. 138. a. 1.) usque ad n. 140. ann. 2. constans est, aut brevior *Ἐπέτεια ἐπεγένετο*, quae est n. 138. anno 1. deinde rursum a n. 140. anno 3. incipit, et deinceps constanter observatur tam n. 140. quam n. 141. 142.

VI. His expositis vellem de temporibus horum titulorum breviter disputari posset: sed eo longiore disputatione opus est, quo magis Sylloges editor universam rem perturbavit, quae inscriptionibus his nunc rectius restitutis componi potest. Tria autem indicia temporum repperi, de quibus ordine exponam. Primum in aliis est obsoleta forma *ταμίασιν*, n. 137. 138. 139. 140. in aliis vulgata *ταμίαις*, n. 141. 142. Illi tituli antiquiores, hi recentiores sunt. Deinde donariorum series et numerus in eiusdem loci tabulis temporis ordinem demonstrat. Ita n. 137. 140. 141. sunt Hecatompedi; ex quibus n. 137. tam pauca ostendit donaria, ut reliquis duobus antiquior ille titulus haud paucis annis esse intelligatur: sed n. 140. annus ultimus et n. 141. annus primus eadem donaria habent, quae deinde additiis crescunt; igitur n. 140. et 141. continuo et sine ullo intervallo sese excipiunt. Similiter n. 138. et 142. Pronai supellectilem continent: in quibus n. 142. continet omnia, quae n. 138. sed praeterea nova permulta vel ante *ἐπέτεια* eius penteteridis; igitur n. 138. multis annis antiquior est titulo 142. Tertium indicium magistratus et scribae praebent, quantum eorum nomina servata sunt vel coniectura certa indagari queunt. Quorum ope intellexi n. 139. et 140. eiusdem penteteridis esse, et n. 138. esse praecedentis penteteridis, ita ut hae duae penteterides sese continuo excipiant: quod de n. 138. 139. vidit etiam Osannus. Iam vero n. 137. antiquior est quam n. 140. docentibus donariis; neque n. 137. est eius penteteridis cuius n. 138. quod ex scribis patet: igitur n. 137. est antiquior numero 138. Porro n. 141. est eius penteteridis, quae penteteridem n. 139. 140. sequitur continuo, monstrantibus donariis; et consentit mentio scribae Cydathenaeensis n. 140. ann. 4. quae redit n. 141. ann. 1.: sed penteteridem n. 138. sine intervallo sequitur penteteris num. 139. 140. igitur continuae tres hae penteterides sunt n. 138. n. 139 et 140. n. 141. Atqui n. 142. recentior est numero 138. docente forma *ταμίασιν* et *ταμίαις* ac donariorum serie; neque ille titulus eiusdem est penteteridis, cuius n. 139 et 140. nec cuius n. 141. docentibus magistratibus cum scribis: igitur n. 142. recentior est quam n. 141.

VII. Haec omnia quum geometrica certa sint, vix opus est, ut contrarias Osanni sententias re-

moveam, qui neque omnes hos titulos novit, nec quos novit, diligenter examinavit. Ille igitur titulum 142. titulo 138. priorem iudicabat, ita quidem, ut illum hic exciperet sine intervallo, quod num. 142. ann. 4. idem scriba tradentium memoraretur, qui num. 138. ann. 1. ut scriba priorum Quaestorum nominatur: unde mirum esse neque explicari posse, qui tamen tam diversa utriusque tabulae donaria essent (Syll. p. 63.). Sed non modo eadem in utroque titulo donaria sunt, nisi quod num. 142. multo plura continet, quae interim per annos haud paucos accesserant; verum etiam quod de scriba dixit, prorsus vanissimum est. Etenim num. 138. init. Quaestorum praecedentium scriba est *Εὐκλῆς γείτονος Ἀχαρνέως*: quem Sylloges editor eundem esse perhibet qui n. 142. ann. 4. est *ἰώνος* (vel *ἰόνος*) *Εὐωνυμέως*: sed eum interim demum mutasse. Lepida profecto excusatio diversitatis demi, ex qua sola intelligere poterat rationem suam esse falsissimam. Nam etiamsi ille scriba demum mutasset, quod fieri nisi in nova populi divisione aut per adoptionem non poterat; tamen in his formulis is demus retinendus erat, cui homo, quum scriba erat, accenseretur. Sed magis culpandus is error, quod non vidit editor, omnia quae n. 138. recensentur, ipsa etiam illorum annorum *ἐπέτεια*, diserte redire n. 142. eaque multis aucta: quippe falsis supplementis utrumque titulum obscuravit: nunc hoc solum moneo, expellenda esse supplementa, quae n. 142. praescriptis anni tertii et quarti intulit. Quodsi n. 138. et 142. qui aliquot Olympiadum intervallo distant, tamen in eiusdem lapidis oppositis lateribus leguntur, hoc et aliis multis modis et simplicissima ratione hac explicari potest. Nam in illo lapidum vallo, de quo supra dixi, uniuscuiusque loci donariorum recensibus sua videtur plaga data fuisse; in qua columnis iuxta positis, iisque haud dubie a sinistra incipientibus, alterius penteteridis tituli iuxta alterius inscribentur. Iam ubi ad terminum dexterum perventum erat, transgrediebatur quadratarius in aversum valli parietem, ita ut ibi duae continuae penteterides in opposita eiusdem fere lapidis latera coniicerentur, quod in catalogis Hecatompedi contigit n. 140. et 141. Sed ubi pergebatur in averso parietem, accidere debebat, ut eae penteterides, quae pari utrinque intervallo a cardine, in quo ordo inversus erat, distarent, in eorundem fere lapidum opposita latera convenirent. Non accurate, sed fere: quoniam neque unum tantum lapidem quaeque inscriptio obtinebat, nec columnae pariter erant latae: unde nihil mirum, si inter num. 138. et 142. non duas vel quattuor, sed tres Olympiades intercessisse infra dicam. Accedit quod inter singulas columnas disparia potuerunt spatia vacua relicta esse.

VIII. Ceterum Sylloges auctor titulum n. 142. (Mus. Brit. 311. partem alteram) putat esse Olymp. 89, 3-90, 2. et titulum n. 138. (Mus. Brit. 311. in altero latere) Olymp. 90, 3-91, 2. deinde Stuar-

tianum n. 139. Olymp. 91, 3-92, 2. et Chandlerianum n. 141. A. Olymp. 93, 3-94, 2. atque inde progressus p. 64. tabulam Quaestorum inde ab Olymp. 89, 3. usque ad Olymp. 94, 2. contexuit, additis etiam posterioris aetatis Quaestoribus et scribis, quotquot certis annis assignari possunt. Sed et illa tabula prorsus falsa est, et argumenta, quibus titulorum aetatem definivit, nulla sunt; quod paucis demonstrabo. Negat enim illa marmora posse vetustiora esse, quod iis vestigia novae scripturae post Euclidem receptae insint, ut diphthongus OY et spiritus asperi H omissio: quorum neutrum comparere in foedere Regino Olymp. 86, 4. scripto (n. 74.). At in Elginianis certe duobus (311. n. 138. et 142.) spiritus H nusquam omissus est, nisi n. 138. vs. 34. in voce *οἷς*: et potest vel ibi prius N potius H esse, ut eo assumpto habeatur HOIΞ: et in dictione *ἐξ ἧς* (EXΞEEΞ), quae quum pro una voce sit, is spiritus pro intermedio censendus est, qui mature coeptus est omitti. Neque OY diphthongus in illis marmoribus usquam scripta est nisi in *οὔτος, τούτου*, etiamsi n. 142. etiam *τοτο* reperitur: et in *οὔτος* OY ante Euclidem multo frequentius est quam O. Quid vero foedus Reginum? Nempe in eo neque ullum vocabulum superest a spiritu aspero incipiens nec pronomen *οὔτος*: ut mirum fuerit, in eo vel H omitti vel OY scribi, quum neutri rei ibi locus ullus sit. Nec post Euclidem statim OY in omnibus vocibus receptum est, sed aliquot Olympiadibus post. Praeterea tria priora quadriennia n. 142. 138. 139. quae ab Olymp. 89, 3-92, 2. posuit, ideo in iis collocavit annis, quod in iis non reperiatur Callistratus Marathonius, quem constat Olymp. 92, 3. primum Quaestorem fuisse. Iam vide mihi Osanni tabulam, et reperiēs in secunda et tertia penteteride (n. 138. 139.) in ipso primo penteteridum anno, Olympiadum tertio, vacuum esse Quaestoris locum, et tantum scribae nomen expressum esse, in altero Cephisophontis, in altero Presbiae: quidni igitur alterutro loco Callistratus Marathonius reponendus fuerit, ut proinde et secunda et tertia penteteris Osanniana potuerit ab Olymp. 92, 3. computari? Chandlerianum vero n. 141. A. auctor, ut dixi, ad Olymp. 93, 3-94, 2. rettulit, nec vult in Olymp. 94-95. demovere, quod Pythodorus, qui in illo quadriennio primi anni Quaestor est, possit idem esse, qui anno Anarchiae Olymp. 94, 1. eponymus fuerit, nec idem possit simul Quaestor et Archon eponymus esse (p. 64.), deinde etiam ob genus scripturae Proeuclidean. De scriptura assentior: sed quae de Archonte Pythodoro dixit, sensu cassa sunt. Nam si lapidem in Olymp. 94-95. rettuleris, Pythodorus Quaestor fuerit Olymp. 94, 3. non eodem anno quo Archon fuit. Sed lapidem illum nec in Olymp. 93, 3-94, 2. referendum esse, ex ipsa scriptura intelligi poterat. Nam quum Ionica litteratura Olymp. 94, 2. Athenis publice recepta sit, titulus autem ille, si eorum annorum esset, ex Osanni rationibus totus Olymp. 94, 3. anno incipiente deberet

inscriptus esse, ex mea ratione eo tempore certe finitus: patet aut totam inscriptionem, si eorum annorum esset, aut certe partem ultimam debuisse Ionicis litteris scriptam esse. At secus est: nam tres priores partes Proeuclidean scripturam sequi, potuit vel ex Chandlerio conspici: neque aliter comparatam quartam partem fuisse docet XΞ n. 141. B. vs. 47. Igitur his explosis proponamus meliora.

IX. Nam quum demonstratum a nobis §. VI. sit, titulos n. 138. n. 139 et 140. ac n. 141. tres continere continuas penteterides, quibus prior sit n. 137. posterior n. 142. quaero utrum titulus n. 137. titulum n. 138. praecedat continuo an ex intervallo, item utrum titulus n. 142. titulum n. 141. sequatur continuo an ex intervallo. Et primum ex scribarum notatione patet, inter n. 141. et 142. unam minimum penteteridem intercedere: nam n. 141. ann. 4. scriba Quaestorum recipientium est XΞA ME... (*Δεξαμενός* vel tale nomen aliud): sed eorum Quaestorum, qui n. 142. ann. 1. ut tradentes memorantur, scriba est Polymedes Cephisii. Igitur hi tituli non continui sunt. Alteram temporum notam praebent *ἐπέτεια*, de quibus paulo plura dicenda sunt, ut quot fere quaque penteteride *ἐπέτεια* singulis sacrariis accesserint, possit iudicari. Nam in Hecatompodon n. 137. ann. 1. unum illatum videmus; n. 140. ann. 1. unum, ann. 2. unum, ann. 3. unum, ann. 4. duo, in tota hac penteteride quinque: n. 141. ann. 1. tria, ann. 2. unum, ann. 3. unum minimum, triennio quinque. Sed Pronao accesserunt n. 138. ann. 1. unum, ann. 2. duo, ann. 3. unum, ann. 4. tria, in tota penteteride septem; n. 142. ann. 1. unum, ann. 2. unum, ann. 3. nullum, duo per triennium. Ex quibus etsi nihil definiti statui potest, tamen conijcere licet, singulis penteteridibus tria ad octo nova donaria inferri consuevisse. Iam vero Pronai recens n. 142. a recensu n. 138. tribus minimum penteteridibus separatus est, eā quae n. 139 et 140. et eā quae n. 141. continetur, ad tertiā, ex qua nihil superest; donaria interim accesserunt XII, quibus n. 142. excedit catalogum donariorum tituli n. 138. Probabile est singulis illis tribus penteteridibus plus minus quaterna addita esse; igitur non est verisimile, plus quam unam penteteridem inter n. 141. et 142. intercessisse. Ex altera parte n. 137. ann. 1. in Hecatompodo non plura tribus donaria sunt; accessit quartum, quod num. 140. 141. primo simul comprehensum est. Sed in titulo n. 140. accesserunt iam x; et hunc titulum continuo praecedit titulus n. 138. Igitur, ubi statuas tribus posterioribus tituli 137. annis quattuor vel tria, et in penteteride tituli n. 138. quo tempore Pronao septem *ἐπέτεια* accesserunt, sex septemve addita esse Hecatompodo; n. 137. proximam occupabit penteteridem ante n. 138.: contra ubi dimidia tantum pars in illo annorum spatio addita Hecatompodo fuerit, una intercesserit penteteris inter n. 137. et 138. Sed prius probabilius est, idque unice verum esse paulo post intelligitur.

Varietas lectionis. Pro N Ros. ut plurimum M habet, quod vel in marmoribus Olymp. 100. scriptis observavi; v. ad n. 87. Vs. 1. omissus est ap. Ros. Vs. 3. prima littera Osanno est Ξ, Rosio E; ibidem pro H Ros. N. Vs. 4. primum Γ, vs. 5. ultimum A omittit Ros. Vs. 7. pro primo τ Ros. I. Vs. 12. ΛΑ addidi ex Ros. item vs. 13. primam notam, quae tamen ut incerta notatur. Vs. 15. pro ultimo ap. Osann. M dedi ex Ros. N. Post vs. 16. lapis fractus est; vs. 17. ex quo unum T superest, omittitur ab Os. In eiusdem apographo ΓΑΡ (vs. 18.) est sub ΚΕΦ (vs. 16.): mea dispositio ex Rosii apographo petita est. Vs. 18. incipit Fourmontianum fragmentum V. in quo vs. 18. tantum ΓΟ habetur. Vs. 19. init. Fourm. ΗΜ...ΙΥΟΙ, et in fine ut Os. ΙΤΑΜΙΟΙ, in quo Ros. primum I omittit. Vs. 20. Ros. nihil nisi in fine Υ.ΕΙΕ: Os. ipse litteras Μ, ΚΟ et Τ ut incertas notavit: Fourm. omittit hunc versum. Vs. 21. ex Os. et Ros. a me datur: Fourm. vitiavit lectionem, sed vestigia tamen Osannianae servat. Vs. 22. Ros. pro ΗΗΗ nihil nisi Ν; Fourmontus pro eodem nihil nisi ΗΙ. Vs. 23. Ros. Os. ΗΕΛΛΕΝΟΞ; Fourm. ΗΕΛΛΕΝΟΤ: idem init. Υ pro Τ. Vs. 24. Ros. Fourm. omittunt primum Ε; ibid. Ros. ΑΛΚΥΛΕΚΑΥΡ. Vs. 25. init. Ros. Η, Os. τ In fine dimidiatum Ο ex Ros. addidi. Fourmontus initio habet ΔΔΔΗΗΕ etc. Vs. 26. 27. ubi ex Ros.

INSCR. GR. VOL. I.

Γ dedi, Os. habet Η; Fourm. priore loco Γ habet, et omittit versum 27. In fine vs. 26. Ros. coniunctim habet ΙΙΙ. Vs. 28. Ros. ΕΡΕΤΕΟ, Fourm. ΕΝΕΤΕΙΟ, uterque omissio ΤΟ. Vs. 29. ΙΓΓΟΘ omittitur ap. Fourm. Vs. 30. ΤΟΙ omittitur ap. Ros. ΤΟ ap. Fourm. Vs. 31. Ros. omittit primum Ε; in ceteris consentit cum Os. Sed Fourm. habet ΟΜΕΛΑΡΟΝΤΟΕ. Vs. 32. extr. Os. et Fourm. ΑΔ, Ros. ΔΔ: praecedentia ap. Fourm. confusa sunt, ut alia plura, servat tamen numerum ΗΓ. Vs. 33. init. Ros. ΞΥΤΟΙΧ; Χ omittitur apud ceteros. Vs. 35. litteras ΑΙΓ ex Fourm. addidi, et Ρ ex eodem ac Ros. Littera Ο deest ap. Fourm. sine nota lacunae, neque in fine habet Α. Hoc loco desinit Fourmonti fragmentum V. Vs. 36. extr. Os. Ν...Γ, Ros. ΝΕΜΓ. Vs. 37. incipit Fourmonti fragmentum VI. in quo ultima ΕΥ omittuntur: Ros. omittit litteras ΕΓΙΞΕΥΟ; et ΕΥΟ Osanno ut incertum notatur. Vs. 38. vitiosus ap. Fourm. Vs. 39. Os. ΘΟΙΞΟΓΡΕΙΟΙΞ, ultima littera ut incerta notata, Ros. .ΟΙΚΟΓΡΕΟΙΑ, Fourm. .ΟΙΚΟΠΡΕ.ΟΥ, unde meam lectionem composui. Vs. 40. Fourm. Os. ΤΤΤ, Ros. ΗΗΗ minus bene. Ibidem Χ additum ex Fourm. qui primum Μ omittit. Vs. 41. Os. ΞΕ.ΤΤ.ΕΤΤ, Ros. pro his ΥΕΙ...ΕΤΤ; unde addidi Ι. Fourmontus integrum versum omisit. Post vs. 41. ab Os. in schedis novem versus deesse dicuntur.

Dd

[Continatur p. 212.]

	ΥΤΑΝΕΙΑΣ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΡ]ΙΤΕΣΕ[ΕΧΘΕΙΔΟΣΕΡΡ	Τ
	ΛΕΧΣΑΜΕΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΕΡ]ΕΤΕΙΟΗΘΑΥΤΟΙ[ΧΕΥΝΕ	
5	-	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΞΕΡΕΛΟ]ΓΟΝΝΕΣΟΝΑΡΛΥΡΙΟΙ.	5
	ΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΝ.....Η]ΟΝΓΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝΓΑΡΑ	
	ΝΓΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΝΕΣΤΑΣΤΡ]ΙΕΡΕΣΗΟΝΓΑΡΕΛΑΒΟ[ΜΕ	
	ΤΟΙΧΣΥΝΕΛΕΧΣΑΜΕΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	- Ε]ΡΤΟΝΕΡΕΤΕΙΟΝΗΟΝΑ[Υ	
	ΧΣΥΝΕΛΕΧΣΑΜΕΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	- ΕΚ]ΟΝΕΡΕΤΕΙΟΝΑΥΤΟΙΗΟ[Ν	
10	ΙΚΕΝΟ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΣΡΕ]ΛΟΓΟΝΝΕΣΟΝΧΡΥΣΙΟΚ[ΥΤ	10
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΡΙΤΕΣ]ΟΙΝΕΙΔΟΣΕΡΡΥΤΑΝΕΙΑΣ.	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΤΟΙΑ]ΛΟΓΕΚΕΕΙΕΡΙΚΟΡΟΙ....	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΛΑΣΙΟΙΗΕΡΜΟΑΡΟΓΡΥ[ΤΑΝ	
10		-	-	-	-	-	-	-	-	ΥΕΚΤΟΓΑΡΘΕΝΟΝΟΣΑΡ[ΛΥΡ	
15	ΝΕΝΟΧΑΣ]Ι	-	-	-	-	-	-	-	-	ΧΡΥ]ΣΙΟΗΟΗΟΙΧΣΥΜΜΑΧΟ[ΙΕΣΕ	15
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΤΧΧΧΧΑΘΕΝΑΙΑΣΕΝ[ΙΚΕΣ	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΧΣΥΜ]ΓΑΝΚΕΦΑΛΑΙ[ΟΝ.....	
		-	-	-	-	-	-	-	-	Τ.....	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΡΟΛΥ....	
20	-	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΝ.....ΗΟΝΓΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝ]ΓΑΡ[ΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟ]ΙΤΑΜΙΟΙ...	20
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΜΟΙΕΚΟ...Ε.ΕΥΤΕΙΕ....	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΝ.....ΗΟΝΓΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝΓΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕΡΟ]ΡΟΝΤΑΜΙΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟ[ΥΤΟ	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΡΗΡΤΟΥΤΟΕΔΟΘΕΡΕΡΙ....	
15		-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΡΙΤΕΣ.....ΙΔΟΣΕΡΡΥ]ΤΑΝΕΥΟΣΕΣΗΕΛΛΕΝΟΤ[ΑΜΙΑ	
25	ΙΣ]	-	-	-	-	-	-	-	-	- ΕΙΑΛΚΥΛΕΕΙΑΡΛΥΡΙ[Ο...	25
	ΣΑΥΤΟΙΣΗΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ]	-	-	-	-	-	-	-	-	Η.ΔΔΔΔΡΗΗΗΕΤΕΡC[ΝΤΟΙ	
	ΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΗΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ]	-	-	-	-	-	-	-	-	ΑΣΤΑΘΜΟΝΧΡΗΕΤΕΡC[ΕΡΟΝ	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΡΗ...]	
	ΕΛΕΧΣΑΜΕΝ	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚ]ΤΟΕΡΕΤΕΙΟΗΘΑΥΤΟΙΧ[ΣΥΝ	
30	ΟΣΕΣ]	-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΡΙΤΕΣΗ]ΠΡΟΘΟΝΤΙΔΟΣΕΡΡΥΤΑ[ΝΕΥ	30
		-	-	-	-	-	-	-	-	- ΤΟΙΑΛΟΓΕΚΕΕΙΡΟΛΥ...]	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΜΕΛΑΡΟΝΤΟΣ....	
		-	-	-	-	-	-	-	-	ΕΚΤΟΕΡΕΤΕΙΟΗΘΑΥΤΟΙΧΣΥΝ]ΕΔΕΧΣΑΜΕΝΗΓΔΔ....	

tur, in Rosianis tantum octo; et ex his vs. 45. 46. paucas litteras addidi. Fourmontus lacunam plane non annotavit, sed ante vs. 50. habet duos alios, in quibus nihil est nisi PI et ON. Quae ne perirent, interposui vs. 48. 49. neque enim probabile est ea post vs. 41. ab illo lecta esse, quum eum ipsum versum iam omittat. Vs. 50 sqq. Osanni apographum paulo perturbatius est; id correxi ex Fourm. et Ros. qui plurimis locis inter se consentiunt, nisi quod in finibus versuum locis aliquot Fourmontus plura legere potuit, quae posthac evanuerunt, contra vero in initiis pleraque omisit. Vs. 50. initio retinui Osanni ΑΡΑ, pro quo Ros. ΑΡ, Fourm. nihil: ex Fourm. autem solo addidi ΠΡΟΤ, quamquam hic id paulo ad sinistram remotius offert: nam in locis litterarum designandis negligentissimus est. Ros. eo fere loco, ubi hoc posui, solum O offert ex ΠΡΟΤ residuum, Os. nihil. Vs. 51. init. Os. ΠΟΙ, ultima littera ut incerta notata; Ros. solum O habet suo loco positum. Quarto post I spatio Os. praebet litteram O, quae irrepsit ex vs. 50. ubi eam Ros. et Fourm. habent. Eiusdem loco vs. 51. sed in ea sede, ubi Rosianae schedae habent, reposui ΑΜΙΟΙ, quod Os. vs. 52. habet: id enim vs. 51. ponendum esse docet apographorum Rosiani et Fourmontiani consensus, quorum illud ibi ΜΙΟ, hoc ΟΑΜΙΟ offert. Vs. 52. Ros. solum primum E cum Os. habet: post id solus Os. praebet haec: ...ΑΜΙΟΙ, quod ex superiore versu huc transtulit. Reposui, quod ibi Fourm. praebet, ΕΕ. ΕΔΑΝΟ, in quo numeri latent. Vs. 53. init. Ros. et Os. ΑΡΕΛΑΒΟ, quod Fourm. omittit; proximum E omittunt Fourm. et Ros., habet solus Os. Post id Os. habet ..ΠΟ, quod uno spatio ad E propius admovi. Rosius omittit litteram Π, sed eo quo posui loco habet ON, et Fourm. paulo ad sinistram propius ΟΝΠΡΟ: igitur addidi ΝΠΡΟ, quod hoc versu Os. omittit. Vs. 54. init. Os. ΔΕΚΑΣΤ, Ros. ΔΕΚΑΣ, Fourm. nihil; post haec Osannus: ...Ο..ΟΝΝ, ex quibus nihil ap. Fourm. et Ros. Retinui tamen illud separatim O: sed litteras ΟΝΝ Os. ex prioris versus litteris ΟΝΠ falso huc transtulit. Consensu Fourm. et Ros. aliud habent, quod Osannus rursum in vs. seq. reiecit. Nam Fourm. ibi habet ΙΦΟΟ, Ros. ΟΦΟΟ; Os. (vs. seq.) ΙΟΦΟΟ. Hoc ut plenius reposui, sed eo loco, ubi Fourm. et Ros. repraesentant. Vs. 55. init. Os. ΤΟΜΙ, Ros. rectius ΤΟΝΙ, Fourm. nihil. Reliqua versus pars apud Ros. vacua est; sed Fourm. quattuordecim litteras praebet, quas addidi; neque enim illae, quae Osanni sententia est, aliunde illatae sunt; contra Osannus ipse ex antecedente versu perperam intulit litteras ΙΟΦΟΟ, de quibus paulo ante dixi. Ceterum illas quattuordecim litteras ita posui, ut super iis versus sequentis elementis sitae sint, super quibus sunt in apogr. Fourm. quum ille versus melius servatus sit: si cum priore versu comparentur, alio loco positae sunt; nam ΗΗΓΔ est apud illum sub praecedentis versus litteris ΙΦΟΟ, aberrantibus ob

praecedentis versus lacunas oculis, ut videtur. Vs. 56. primum E omittit Fourm. deinde N dedi ex solo Fourm. et litteras ΚΑΙΕ ex Ros. et Fourm. et proximum Σ ultimumque ante lacunam I ex solo Fourm. postremo post lacunam ex Fourm. et Ros. litteras ΡΕΙ, sed eo loco, ubi habet Ros. Nam Fourmonto est sub ΙΟ. praecedentis versus. Haec omnia omisit Os. Vs. 57. primum A ex Ros. addidi: Fourm. legit: ΑΙΒΟΜΕΙ..ΠΑΡΑΙΟ...ΡΟΙ. Idem vs. 58. ΑΙΟΞΤΑΡΑΞΗΟΞΡΑΡΕΙ, et vs. 59. omissis ab initio ceteris ΙΤΟΙΙΞΥΝΕΙΕΧ etc. Vs. 60. primum N omittit Fourm. Mox ubi ex Ros. Η dedi, Fourm. et Os. habent Ι; Fourm. omittit unum Δ. Vs. 61. pro ΗΕΙΚΟΝΤΑΣ Fourm. ΗΞ ΚΟΙΤΑΣ, quae me lectio olim delusit, et vs. 62. litteras ΤΟ vocis ΑΥΤΟΙ in lacuna omittit, item ultimas ΞΑ. Vs. 63. Os. ΙΑΤΕ..ΔΡΥΞΙΟΚΑΙΑΙ, Ros. ΙΑΤ...ΡΥΞΙΟΚΑΙΑ, Fourm. ΟΑΙΑΤ...ΡΥΞΟ. Itaque delevi apographi Osanniani elementa E et Δ, quas nec Ros. nec Fourm. agnoscit; atque initio ex Fourm. praefixi litteras ΟΑ. Vs. ult. a solo Fourm. servatus est.

Continentur rationes expensarum a Quaestoribus Minervae factarum, maxime opinor ex Opisthodomii opibus; ibi enim aerarium publicum (v. Introd. §. III.); aliquid tamen ex ipso Parthenone desumptum fuisse docet vs. 13. Esse autem expensas potissimum pecunias, non acceptas, inde liquet, quod aliquoties (vs. 22. 23. 4. 9.) et quibus datum sit et in quem usum, annotatur: nec formula ἐκ τοῦ Παρθεωνῶνος (vs. 13.) acceptae pecuniae rationibus convenit: obiter tantum, unde fluxerit pecunia expensa, notatur. Neque vero traditarum a praecedentibus Quaestoribus opum descriptio esse potest; nam traditae res non possunt secundum prytanias describi: hoc quoque obiter tantum annotatur, ex traditis quaedam numerata esse, sed alia ex iis, quae anni Quaestores aerario intulerint. Plurima autem Hellenotamiis, qui soli in hoc fragmento nominantur, in usum belli et sacrorum numerata videntur (cf. n. 147. et Oec. civ. Ath. T. I. p. 193.). Notatio originis pecuniarum, quae n. 147. tantum initio reperitur, hoc in lapide multiplex est: alia dicuntur ἐκ τοῦ Παρθεωνῶνος esse, alia aliunde fuerunt: permulta sunt ex iis, quae a prioribus Quaestoribus tradita erant (ἐξ ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν), permulta ex annuis, quae ipsi collegerant, (ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν). Formula enim neutralis est ἐκ τοῦ ἐπετείου s. ἐκ τῶν ἐπετείων. Praepositionem ἐκ suppeditat n. 147. eamque omnibus locis supplevi. Neutralem autem dictionem esse ne dubita: nam quod nobis ex hoc marmore ὁ ἐπέτειος sc. φόρος fingitur, non est quod refutemus. Ceterum inde a vs. 34. circiter, similiterque in titulo n. 146. summae generales expensorum, et fortasse acceptorum vel a prioribus Quaestoribus vel ab iis, qui reipublicae debebant, proponuntur; postremo in fine annotatum videtur, quantum pecuniarum, quum non consumptum sit, anni huius Quaestores traderint successoribus.

Rationes Quaestorum Minervae annuas fuisse, satis supra monuisse nobis videmur: attamen tabulae cimeliorum traditorum quaternos complectuntur annos, supra adscripta generali formula: *Τὰδε παρέδσαν αἱ τέτταρες ἀρχαί, αἱ ἐδίδσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων ἐς Παναθήναια*. Et commodum hoc ita institutum est, ut rerum earum, quae servatae essent, quae novae accessissent, quae absumptae essent, ratio per integrum quadriennium Panathenaicum perspici posset. Sed in expensarum tabulis nulla causa fuit, quare quaterni anni singulis coniungerentur tabulis; neque id factum esse, docet n. 147. Qui lapis quum penteteridem quaestoriam Olymp. 92, 3-93, 2. incipiat, si singulis titulis quaterni anni comprehensi essent, deberet initio generali formula instructus esse, qua eius quadriennii fieret mentio: sed unius tantum anni mentio fit. Itaque in nostro quoque titulo noli plurium annorum rationes quaerere. Quod fecit Osannus, de cuius sententia pauca moneo. Etenim ille hunc titulum explicans pro fundamento ponit tribuum ordinem fixum, ex quo sibi succedunt *Erechtheis, Aegeis, Pandionis, Leontis, Acamantis, Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aeantis, Antiochis*; atque ex hoc ordine tituli huius prytanias iudicat. Nam quum vs. 9. *Oeneidis* prytania memoretur, inde iam colligit, praecessisse *Acamantidem*; ante hanc intercidisse quattuor prytanias, *Erechtheidis, Aegeidis, Pandionidis, Leontidis*. Iam vero quum vs. 16. lapis fractus sit, quaerit num duo haec fragmina recte coniuncta sint, et ex fabricae similitudine colligens eiusdem has tituli partes esse, tamen negat fragmenta haec continuari posse, integrique anni intervallum inter utrumque intercedere pronunciat. Quippe vs. 16. *Oeneidis* prytaniam finiri; cui succedere ex ordine debeat *Cecropis* et deinceps *Hippothontis*. Atqui vs. 29. comparere *Hippothontidem*, et vs. 23. aliam nominatam prytaniam fuisse, quae esse debeat *Cecropidis*; igitur quae post vs. 16. usque ad vs. 22. hoc est post *Oeneidem* desinentem et ante *Cecropidem* incipientem leguntur, non habere quo referantur. Itaque post vs. 16. in lapidis fractura intercidisse integrum annum, a *Cecropide* prioris anni usque ad *sequentis anni Oeneidem*, ita ut vs. 17. incipiat *alius anni Oeneis*. Postremo vs. 34. esse finem *Hippothontidis*; post quem versum tot superesse versus, ut ii duabus reliquis prytaniis *Aeantis* et *Antiochidis* expleri non potuerint: itaque tertium quoque annum in hoc titulo inscriptum fuisse. Nunc paucis accipe, quare haec omnia vana sint. Nam primum post vs. 34. ulla novae expensas notatas esse non constat; deinde vs. 23. novam prytaniam incipere unde tandem scias? Potuit prior continuari, repetito prytaniae nomine, ut fit n. 144. Sed quid in his rebus commoror? Nempe universae editoris rationes falso fundamento nituntur, qui quidem putaverit prytaniarum ordinem ex tribuum ordine fixo constitui, et ignoraverit prytanias tribubus quotannis alias sorte distribui, quod Corsinus alique dudum docuerunt. Ita uno ictu concidunt

omnia, quae ex prytaniarum ordine collecta sunt. Denique in universo titulo nihil quidquam inest, unde eum plures annos complecti pateat; neque ulla est causa, quare in fractura partem lapidis perisse putemus. Immo quis aut Elginum aut Musei Britannici praefectos tam fuisse absurdos putaverit, ut fragmina haec componerent, nisi commissuram agnoscent?

Iam hoc titulo ad unum annum revocato, quis ille annus fuerit, quaerendum est. Et primum quidem, ut a certis exordiar, non est is annus Olymp. 92, 3. quem Osannus parti huius tituli tribuit. Etenim hic p. 40. titulum ad Euclidis magistratum proxime accedere ex scriptura *ΤΟΥΤΟ* colligit, qua nihil plane demonstratur; ipsum autem annum Olymp. 92, 3. ideo eligit, quod vs. 11. et 30. Phalanthum Alopecensem et vs. 22. Periclem Chologensem Hellenotamias reperit, qui eo munere Olymp. 92, 3. functi sunt; deinde ponit etiam hoc, tituli huius anno Panathenaea maiora celebrata esse, quae Olymp. 92, 3. celebrata sunt. Sed de Panathenaeis nihil huic titulo inest, nec ulla alia ex causa, nisi ex praecepta opinione, maiora Panathenaea celebrata eo anno dicuntur, ad quem pars tituli referenda sit. Neque illi Hellenotamiae certi sunt; nec si certi essent, Sylloges editor sibi constaret. Nam quum ex illius sententia vs. 11. sit alius anni atque vs. 22. et 30. et tamen utroque loco illos Hellenotamias agnoscat; uterque annus erit Olymp. 92, 3. Sed quomodo duo anni possunt unus esse? Praeterea si hic titulus aut universus aut ex parte ad Olymp. 92, 3. pertineret, prytaniarum series convenire debebat; quae docente n. 147. illo anno haec fuit: *Aeantis, Aegeidis, Oeneidis, Acamantis, Cecropidis, Leontidis, Antiochidis, Hippothontidis, Erechtheidis, Pandionidis*. Sed in nostro titulo vs. 1. haud dubia vestigia sunt *Erechtheidis*, post quam est *Oeneis*, contra quam Olymp. 92, 3. Itaque neque universus titulus eius anni est nec prima pars: quodsi prima pars non eius anni est, multo minus possent reliquae partes esse, etiamsi plures hoc titulo anni continerentur. Nam si plurium hic titulus annorum esset, deberet penteteridem quaestoriam complecti, cuius primus annus est Olympiadis tertius: igitur non posset nisi prima pars in Olymp. 92, 3. incidere. Postremo rationes expensarum anni Olymp. 92, 3. perscriptae sunt n. 147. quomodo igitur n. 145. easdem rationes continere potest? Sed dixeris n. 147. alias eiusdem anni expensas esse ac n. 145. At n. 147. eae perscriptae sunt, quae sunt ἐκ τοῦ ἐπετείου factae: et magna pars nominum n. 145. scriptorum indidem numerata est. Igitur non potest uterque titulus eiusdem anni esse, nisi forte alia ἐπέτεια fuerint. Et video Osannum p. 44. has n. 145. factas expensas ἐκ τοῦ ἐπετείου τῶν ξυμμάχων numeratas dicere, quae verba in tituli fronte posita fuisse coniicit. Verum ea formula prorsus inaudita et sine ulla causa conficta est, eoque minus apta huius inscriptionis fronti, quod permulta non ex ἐπε-

τείσις, sed ex iis numerata sunt, quae a prioribus Quaestoribus tradita erant: atque ut illa formula concedatur, tamen ista ἐπέτεια τῶν ξυμμάχων illis n. 147. ἐπετείσις simpliciter nominatis debebant comprehensa esse; ut videas nullo modo utrumque hunc titulum eiusdem posse anni esse. Alius igitur annus quaerendus erit. Et primum ex coniectura vs. 6. proposita, quam certam iudico, colligo titulum non priorem anno Olymp. 92, 1. esse. Nec facile potest in Olymp. 92, 4-93, 3. referri. Nam in annum Olymp. 92, 4. maxime probabile est incidere titulum n. 148.; ex reliquis tribus annis duos absumit titulus n. 149. qui uterque horum Quaestorum expensas continet. Et titulus n. 149. tot rebus differt ab hoc n. 145. ut probabile non sit uno illos anno distare. Nam ne de palaeographicis dicam, in quibus vel eiusdem anni inscriptiones pro scribarum cultu et more differre possunt, alia prorsus rationum forma est, quae quo recentiores tituli sunt, eo videntur accuratiores et prolixiores fieri. Ut n. 148. 149. una cum prytaniae die mensis dies notantur, quod nondum fit n. 144. et 147. (Olymp. 92, 3.), nec videtur n. 145. factum esse, quum ne prytaniae quidem dies notatus sit vs. 23. ubi de hac re certa ratione iudicari potest: ceteros locos et lacunarum causa omitto, et quod in iis non constat, utrum de nomine singillatim numerato dicatur, an de summa prytaniae generali. Praeterea ξὺν in hoc titulo constanter scribitur, quod iam n. 147. (Olymp. 92, 3.) tantum non prorsus obsolevit, nec n. 148. usquam compareret. Itaque n. 145. omnino antiquior annis Olymp. 92, 3-93, 3. iudicandus est, nec quidquam relinquatur, nisi ut n. 145. et 146. qui plane eiusdem formae et aetatis sunt, atque continui esse videntur, in annis Olymp. 92, 1. et 92, 2. ponantur. Sic n. 145. ad Olymp. 92, 1. referendus, et n. 146. ad Olymp. 92, 2. Ceterum n. 145. aliquot in Peloponnesum expeditiones memorantur, tenentibus tum Atheniensibus Pylum, quae Olymp. 92, 3. demum amissa est (v. Haackium l. c. ad n. 147. pryt. IX.). Quodsi Olymp. 91, 4. socii defecerunt, a quibus aliquid collatum esse dicitur, nolim huic rei multum tribuas. Socii enim in solo vs. 14. memorantur, ubi si verum Osanni supplementum est (et videtur verum esse), χρυσίου, οὗ οἱ ξύμμαχοι ἐσεννόχασιν, non potest ea pecunia in ἐπετείσις censeri. Nam summa illa generalis est expensi ex tributis sociorum, quae inde ab Olymp. 91, 2. in vectigal vigesimae mutata sunt (Oec. civ. Ath. T. I. p. 348.): igitur id aurum debet prius collatum a sociis esse. Vigesimae enim vectigal non potest a sociis collatum dici, quippe quod a publicanis, qui in sociorum terris constituti ab Atheniensibus sunt, penderetur civitati. Debebat igitur potius dici ἐκ τῆς εἰκοστῆς vel simile. Quod superest, qui illo anno prytaniarum ordo fuerit, non plane constat; remanent enim haec sola tribuum nomina, hoc ordine: *Erechtheis*, *Oeneis*, post quam vs. 17. nova prytania incipit, postremo *Hippothontis*. Inter has potuerunt aliae prytaniae interpositae

fuisse: sed de hac re non liquet. Illud tamen certum videtur, initio perisse permulta, quae in lapide superius appposito perscripta erant.

In dextero lapidis angulo alia apposita inscriptio est, quam edidi n. 146. Igitur ad dexteram non multa perierunt, et quae supplenda sunt, debent in sinistram addi, ut factum vides. Illum autem titulum in dextero angulo esse, Rosianae schedae annotatum habent: eum angulum Osannus sinistrum dicit, ut anceps est harum vocum potestas: sed illum non alium intelligere, quam quem nos dexterum dicimus, inde patet, quod ipse quae n. 145. perierunt, in dexteram supplenda dicit, et tamen supplementa in sinistra apposuit (p. 42.), dexterum dicens quod nos sinistrum vocamus et vicissim (cf. p. 39.). Ceterum non dubito in sinistra lapidem alium fuisse appositum; unde tot litterae ibi perierunt. Tanta enim tituli latitudo fuit, ut nusquam fere versus versui connecti possit: vs. 56-59. tamen formularum ratio docet latitudinem esse fere eam, quam designavi.

Vs. 2. haud dubie *Erechtheis* commemoratur: Ε superest ex EP: alia prytania inferri nequit nisi Erechtheidis, si servare traditam lectionem velis. Sylloges editor quae de hoc versu iisque, quae initio perissent, dixit, falsa esse vidimus.

Vs. 3. Ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν. Ita haec formula explicanda est, praemisso ἐκ; nec ὁ legendum sed οὗ: unde vs. 7. pluralis ἐκ τῶν ἐπετείων, ὧν αὐτοὶ ξυν.

Vs. 4. Fuit haud dubie tale quiddam: στρατηγῶς ἐς Πελοπόννησον, ἀργύριον vel potius ἀργυρίου; neque aliter vs. 9. Cf. n. 144. Osanno sermo est de sociis Atheniensium Peloponnesiis tributa conferentibus: sed neque accusativus Πελοπόννησον huic sententiae aptus est, nec ulli unquam in Peloponneso ipsa Atheniensium socii tributarii fuerunt.

Vs. 5. [Ἐκ τῶν (e. c. ἱερῶν χρημάτων),] ὧν παρελάβομεν παρὰ [τῶν προτέρων ταμιῶν].

Vs. 6. [Ἐκ τῶν ἐς τὰς τριῆρεις, ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν]. De supplemento τριῆρεις non dubito: quo concessio etiam reliqua certa sunt. Hoc igitur nomen expensum est ex ea aerarii parte, quae triremibus constituta erat, et a prioribus Quaestoribus tradita. Manifesto designatur aerarium mille talentorum separatim a ceteris pecuniis et in usum centum triremium constitutum (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 311.): id Olymp. 87, 2. ex populi decreto institutum erat, neque inde quidquam ante Olymp. 92, 1. erogatum est (Thucyd. VIII, 15.): unde colligo hunc titulum hoc anno non esse priorem. Tempus ipsum, ex quo eas pecunias erogare licuit, recte in initium eius anni definivit Dodwellus Anal. Thucyd. p. 707. ed. Lips. ad Thucyd. VIII, 14. ubi ad VIII, 10. nota pro Olymp. 91, 4. legendum esse *Olymp.* 92, 1.

Vs. 7. primum † (Ros. I) muta in K: [Ἐκ] τῶν ἐπετείων, ὧν αὐτοὶ ξυνελέξαμεν. Eadem formula est vs. 8. nisi quod quadratarius inverso ordine scripsit αὐτοὶ ὧν, quod illud ὧν suo loco omiserat.

Vs. 9. [Ἐς Πελοπόννησον, χρυσίου Κ[υζικηνού] ... Excidit ante haec, quibus datum sit, e. c. στρατηγούς; deinde additur ἐς Πελοπόννησον et pecunia ipsa. Nam verba ἐς Πελοπόννησον et χρυσίου non possunt diversorum articulorum esse. Quae quum eiusdem articuli sint, non potest de summa generali cogitari; nam formula talis: [ἐς] Πελοπόννησον χρυσίου καὶ ἀργυρίου ξύμπαν κεφάλαιον, absona est. Reiicio igitur supplementum χρυσίου καὶ ἀργυρίου: nomen est certo cuidam magistratui in usum belli numeratum, cui quis mixtam pecuniam appendat? Scripsi χρυσίου Κ[υζικηνού], ut n. 144. init. Haec numerata sunt aut in Erechtheidis prytania aut in Oeneidis, quae vs. 10. nominatur, sed potuit antea iam nominata esse (cf. n. 144.), aut in aliis tribus, quae inter illas intercesserit.

Vs. 11. [Ἐπὶ τῆς Οἰνηίδος πρυτανείας] ... An Oeneidis prytania hoc demum versu incipiat, non constat. Dicitur πρυτανείας, ut n. 144. sed infra habetur πρυτανευούσης, variantibus diversarum prytaniarum formulis, ut nec n. 147. eadem in omnibus prytaniis formulae sunt. Post haec Os. addit: [Ἐλληνοταμίας παρεδόθη Φαλάνθῳ Ἀλωπεκεῖ, annexis iis, quae vs. 11. supersunt; hunc enim Hellenotamiam postulare marmoris epocham (Olymp. 92, 3.), coll. n. 147. vs. 23. 24. Immo ipsam marmoris epocham ex hac coniectura constituit, quae ferri nullo modo potest; non posse enim hunc titulum ad Olymp. 92, 3. referri, satis docui. Et vs. 30. videtur idem homo recurrere, ubi eius nomen in τῷ desinit, non in ὃ. Alius igitur potius Alopecensis nominatus erat, non Phalanthus. Accedit quod Os. supplementum suum certe ita instituere debebat, ut lacunam expleret: quod non fecit. Ἀλωπεκεὺς et paulo post Ἀγκυλεὺς est a nomine Ἀλωπεκέα, Ἀγκυλέα, contr. Ἀλωπεκῆ, Ἀγκυλῆ: veteres enim Attici passim solutis formis utuntur, ut Περικλῆς, Μεγακλῆς ap. Aristoph. et saepius talia in Marm. Sandwic. Neque haec diversa sunt: sed ut Ἀλωπεκῆ natum ex Ἀλωπεκέα (Ion. Ἀλωπεκῆ), ita Περικλῆς, Ἴπποκλῆς natum ex Περικλέης, Ἴπποκλέης (Dor. Ἴπποκλέας). Sequitur vs. 11. Ἐπικούρῳ, quem probabile est Hellenotamiam vel paredrum Hellenotamiarum fuisse.

Vs. 12. ΛΑΞΙΟΙ videtur ex demotico nomine Φυλασίῳ superesse. ΗΕΡΜΟ cave putes Ἐρμού esse: litterae PMO Osanno notante incertae sunt; coniiicio numeros esse ΗΗΗΙC. Nec quid sit ἀπὸ πρυτανία Oeneidis tantum expensum esse, quantum deinceps additum erat. Haud dubie enim summae expensarum sequuntur ex prioribus nominibus contractae; ex quadam summa vs. 13. una superest drachma (†): dein alia summa fuit ἐκ Παρθενῶνος ἀργυρίου hoc est ex adyto Minervae (v. Introd. §. II.); aliae videntur ex Opisthodomio Parthenonis esse, ubi publicum aerarium. Huius pecuniae pars videtur vs. 14. designari, ex bono Osanni supplemento: χρυσίου, οὗ (Os. ὅ) οἱ ξύμμαχοι ἐσεννόχασιν. Vs. 15. finis alicuius summae est ΤΧΧΧΧ; in Sylloge tria T ante superstes T supplentur, miro iudicio. Sequi-

tur alia summa ex peculiari Minervae Victoriae re: Ἀθηναίας Ν[ίκης] cf. n. 147. pryt. I. et not. atque Introd. §. IV. Postremo quum in praegressis summae speciales expositae fuerint, separato etiam auro et argento (cf. n. 76.), vs. 16. additur ξύμπαν κεφάλαιον expensarum eius, de quo dictum erat, temporis. Recte dicitur ξύμπαν κεφάλαιον, quum *universa* summa summis *specialibus* opponatur. Sed n. 147. extr. postulavi κεφάλαιον ἀργυρίου σύμπαντος, quod ibi de una tantum *universarum* pecuniarum summa dicitur, ut n. 144. et in decreto n. 76. ubi habes κεφάλαιον ἀναλωμάτων συμμάτων. Contra quam sententiam quae in Sylloge disputantur, ea non attingo.

Vs. 17. incipit *alia prytania*. Vs. 18. restitui non potest; quae Sylloge suppleta praebet, nihili sunt, ut satis patet ex iis, quae diximus: nec quidquam addo, nisi hoc, quod vs. 30. ante ΠΟΛΥ (nominis proprium initium) legitur τῷ Ἀλωπεκεῖ, inde non colligi, etiam vs. 18. eadem ante ΠΟΛΥ scripta fuisse. Vs. 19. manifesta verba sunt: [ἐκ τῶν ὧν παρελάβομεν] παρ[ὰ τῶν προτέρων] ταμιῶν. In fine versus I bis superest ex N. Quae nuper suppleta sunt, ea et Graecitas et sensus communis respuit. Vs. 20. nihil intelligi potest: illati nuper sine ulla causa οἱ ξύμμαχοι sunt. Vs. 21. aliud nomen est eadem qua vs. 19. formulā, et servatum h. l. est σταθμὸν τούτου vel τούτων.

Vs. 22. comparet summae finis: ††††: τούτο ἐδόθη Περικλῆϊ. Dixi olim Περικλεῖ suppleri posse, possunt et alia multa. Modo ne, si Periclem substitueris, inde colligas esse marmor anni Olymp. 92, 3. Nam etiamsi Hellenotamias in hoc marmore Pericles dictus esset, ut n. 147., nondum tamen eiusdem uterque titulus anni iudicandus esset: potuit enim idem rursus creatus esse.

Vs. 23. Aliud nomen aut eiusdem, cuius priora, prytaniae, aut alius. De Cecropide ne cogites. Vs. 24. extat finis nominis viri, qui Ἀγκυλεὺς fuit, et ἀργύριον vel ἀργυρίου. Vs. 25. novus articulus inceptat, ex cuius pecunia superest finis Η. ΔΔΔΔ††. Dictum erat quibus ea data esset; iisdem plura deinceps data sunt, haud dubie sacris bellicisque usibus; unde Hellenotamias restitui, qui fere omnibus locis in his titulis memorantur: ἕτερον τῶν αὐτῶν Ἐλληνοταμίας. Vs. 26. finis summae primo loco comparet, σταθμὸν ΧΠ, dr. 1500: deinde ἕτερον τῶν αὐτῶν Ἐλληνοταμίας etc. De dictione ἕτερον cf. n. 147. Ea non significat *rursus*, ut dicitur, sed *aliud nomen*. Vs. 27. pondus pecuniae cuiusdam, 807 dr. 3 ob. Vs. 28. redit formula ἐκ τῶν ἐπετείων etc.

Vs. 29. [Ἐπὶ τῆς Ἰποθωντίδος πρυτανείας] Hoc loco potest nova prytania incipere, potest tamen etiam prius. Vs. 30. duo nomina posita erant magistratuum, quibus pecunia numerata. Prima littera T ab Os. ut incerta notatur: retinenda tamen, certe non Phalanthi causa in Θ mutanda erit. Vs. 31. *Metapontum* infert Osannus, quae urbs Atheniensibus tributum solverit, quod ex Thucyd. VII, 57. colligit. Sed ut concedam, pro vulgari Μεταπόντιον

etiam *Μεταπόντος* dictum esse, in quem finem multa Osannus disputavit; licet n. 143. variet usus, exspectes tamen potius populare nomen *Μεταποντῖνοι*; praeterea ne ante Siciliensem cladem quidem, nedum postea, ulli in Italia tributarii Atheniensium socii fuerunt; atque ex ipso Thucydide VII, 57. coll. VII, 37. satis patet, libera et aequa societate Metapontinos Atheniensibus iunctos fuisse. Nam priore loco non inter *φόρου ὑποτελεῖς* referuntur; altero autem Athenienses dicuntur Metapontinis ex foedere *persuasisse* (κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν πείσαντες), ut *mitterent copias*. Sed subditis sociis imperantur pecuniae et auxiliarii, non persuadetur, ut militares copias mittant, quas subditi habuerunt exiguas. Ni fallor, legendum est *ἀπόντος*, et *ΕΜΕΛ* superest ex fine verbi: *ΕΜΕΝ*, e. c. *κατέθεμεν* vel *παρακατέθεμεν*, ut dicatur pecunia eo, cui numeranda erat, absente, interim deposita esse.

Vs. 33. [Ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυν]ελέξαμεν, *ΗΨΔΔ*. Secunda littera Δ mutanda in λ. Pro his quae Sylloge supplementa dat, etiamsi ea grammaticae convenirent, non possent probari.

Vs. 34. Nomen prytaniae: [ἐπὶ τῆς . . . ἰδὸς πρυτανεύουσ]ης, possis h. l. quaerere; sed hoc incertum: alia substitui posse docet vel vs. 6. Nihil patet praeter *ἀργύριον*, neque aut h. l. aut postea prytaniae ulla mentio comparet. Immo quantum ex tenuibus versuum fragmentis iudicare licet, mutari formularum ratio videtur. Nam vs. 36. est, ni fallor, *παρέδομεν ἐμ π[όλει]*, h. e. in arce; et interpositis vs. 37. verbis *ἀργύριον ἐπίσημον*, vs. 38. apertum est [καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν]; vs. 40. ingens est summa *ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν ΔΔΔ ΤΤΤΧ . . .* 33 tal. 1000 dr. Etiam vs. 41. talis latere summa videtur. Igitur eo inclino, ut circiter inde a vs. 34. summas esse generales expositas puto, posthac autem eas res, quas, quod non absumptae essent, annui Quaestores tradidissent successoribus. Immo n. 146. nonnullas res redeunt agnosco: quod me in illa sententia confirmat. Substiti tamen in iis, quae simplicissima sunt, nec volui n. 145. et 146. ita explere, ut ex altero in alterum ea transferrem, quorum vestigia in ipso titulo nulla superessent. De singulis pauca dico. Vs. 39. etsi summas hoc loco generales expositas puto, tamen agnosco virum, cui data pecunia: nam potuit summa pecuniarum illi et collegis datarum computata esse. Ultimum A incertum est: id omittit Fourmontus; Os. habet Ξ. Potest etiam K fuisse, ut fuerit κ[αὶ ξυνάρχουσιν]. Utut est, litterae ΟΟΙ ΚΟΠΡΕΙΟΙ satis certae sunt, et ex variis lectionibus collatis has veras esse iam constitueram, priusquam quid illis facerem, scirem. Scribe: Θω Κόπρῳ. *Κόπρειος* s. *Κόπριος* est nomen demoticum hucusque ignotum, nec sane suavis odoris, a demo *Κόπρος*, qui posthac nomen tuebitur. Quinque illius hucusque vestigia repperi, quae mihi hoc nomen persuaserunt. Primum est in hoc ipso marmore. Alterum praebet Demosthenes de cor. p. 249. ubi vulgo: *Εὐβουλος Μνησιθέου Κύπριος* εἶπεν. Sed de

Κύπρῳ demo Atticae nihil quidquam innotuit, nec *Κυθήριος* aut simile restitui debet. Bekkeri tres libri F. S. Q. habent *Κόπριος*, idemque Reiskius ex Aug. 2. et Bav. enotavit; et hoc verum est. Tercio loco redit hic demus in titulo Chandleriano P. II. n. 107. p. 70. post Euclidem scripto, quem ponam n. 172. ubi inter Hippothontidis demos habentur ΚΟΠΡΕΙΟΙ: scribe ΚΟΠΡΕΙΟΙ. Quid quod *Κόπριος* diserte est sub Hippothontide in Marm. Riccard. quod in Gymnasticis edam; interim id vide ap. Cors. F. A. T. I. p. 170. Postremo huc pertinet Aristophanes Eqq. 899. *νῆ τὸν Ποσειδῶν, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ Κόπρειος* (vulgo *κόπριος*): nam nisi *Κόπρειος* simul proprium nomen et adiectivum esset, ille iocus prorsus esset inficetus. Et eximie Scholiastes alter notat loci inesse significationem, qui sit *νῆσος τῆς Ἀττικῆς*; ubi si *νῆσος* verum est, insula demus fuit, ut Salamis: sed fortasse scribendum *δήμος τῆς Ἀττικῆς*. Vs. 46. apertum est *σταθμόν*; vs. 50. [*παρελάβομεν* π]αρά [τῶν] προτ[έρων] ταμιῶν]: non praemisi, ut supra, *ἐκ τῶν ὧν*, quod in hac regione aliae formulae reperiuntur, ut vs. 56. 58. Eadem formula recurrit in alio articulo vs. 51. ubi ΠΟΙ muta in POT, et ultimum I in N: item vs. 53. ubi E singillatim positum muta in P, et ΠΟΝ in ΤΟΝ. Vs. 54. habes cimelia *δέκα, σταθμόν*., et [*χρυσίου φθ[ίδας]* . . . quae eodem ordine redeunt n. 146. vs. 43 sqq. ubi de restitutione dixi, quantum satis est: *ΧΡΥΞ* quidem, quod supplevi, uno spatio lacunam superat: sed lacunas non satis certa hoc loco spatia habere, ex varietate lectionis intelligas. Vs. 55. alias vides res, *σταθμόν τούτων ΤΡΗΗΗΗΨΔ*.: ita enim numeri emendandi sunt: deinde aliam summam, *ἀργυρίου* s. *ἀργύριον*. Vs. 56. rursum aut *χρυσίον* aut *ἀργύριον ἄσημον καὶ ἐπίσημον*, ὃ *παρελάβομεν* παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, *σταθμόν τούτου*: quod supplementum haud ambiguum est. Hoc iam loco lapidis potest latitudo perspicui: nam vs. 57. ubi lacuna relicta est, ponderis numeri deficiunt, et aliquid ex sequentis articuli nomine, ex quo vs. 57. superest *παρελάβομεν* παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν. Vs. 58. tenes *χρυσίου στατήρας, οὓς παρελάβομεν* παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, *σταθμόν ἔλκοντας* . . . Duo ultima verba addidi ex similitudine vs. 61. Sequitur vs. 59. [*ἐκ τοῦ ἐπετείου*], οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν, *ἀ[ργύριον] (ἀργυρίου)*] etc. Et vs. 60. [*ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν, ΗΔΔΔΔ* (140 dr. credo argenti, quod praecesserat); deinde aliud argentum in fine vs. 60. Mox vs. 61. vix dubito vere me scripsisse [*στατήρας Αἰγινά]ιους, σταθμόν ἔλκοντας* . . . vs. 62. [*ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ξυνελέξαμεν*. Vs. 63. retinui quidem Osannianam litterarum dispositionem, ex qua inter T et P quattuor litterarum spatium est: sed Ros. non nisi trium spatium habet. Et hoc verum. Nam OAIAT mutandum in ΦΑΛΑΙ, et supplendum *κεφάλαιον χρυσίου καὶ ἀργυρίου*, idemque repetitum est vs. 64. Nempe plures designantur summae auri et argenti traditi, altera credo a prioribus Quaestoribus accepti, altera ab ipsis collecti. In fine aut nihil deest aut summa traditorum universa.

146. 2 p. 935

In angustiori latere prioris lapidis, in angulo dextero, quem Osannus sinistrum vocat (v. ad n. 145.). Ex schedis Osanni: nam eruditus Britannus, qui Rosiana apographa confecit, legere hoc latus non potuit.

Κ. ΤΑΜΙ [ΑΡΛ
 ΥΡΙΟΝΕΚ[ΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡΕΜΑΤ
 ΟΝΗΟΥΡΡ[ΡΕΛΑΒΟΜΕΝΠΑΡΑΤ
 Ο]ΝΠΡΟΤ[ΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ . . . ΤΟ
 5 Υ]ΤΟΝΕΡ
 [ΗΟΝΠΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝΓ]
 ΑΡΑ]ΤΟΝΠΡ[ΟΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ
 . . ΗΗΗΗΡΑ
 10 . Α]ΡΛΥΡΙΟΝ[ΚΑΙΧΡΥΣΙΟΝΑΣ
 ΕΜ]ΟΝΚΑΙΕΙ[ΙΞΕΜΟΝΗΟΠΑΡ
 Ε]ΑΒΟΜΕΝ[ΠΑΡΑΤΟΝΠΡΟΤΕ
 ΡΟ]ΝΤΑΜΙΟΝ[ΞΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤ
 Ο] . ΤΡΡΗΗ
 15 . Α]ΡΛΥΡΙΟΝ[ΕΚΤΟΝΗΙΕΡΟΝΧΡ
 ΕΜ]ΑΡΟΝΗΟΙ[ΠΑΡΕΛΑΒΟΜΕΝΓ
 ΑΡ]ΑΤΟΝΠΡΟ[ΤΕΡΟΝΤΑΜΙΟΝ
 . . ΤΡΡΡΗΗ . ΕΚΤΟΕΡΕΤΕΙ
 ΟΗ]ΟΑΥΤΟΙΧ[ΞΥΝΕΛΕΧΞΑΜΕ
 20 Ν]ΑΡΛΥΡΙΟΡ
 . ΗΗ ΑΘΕΝΑ[ΙΑΞ . . . ΕΚΤΟΕΡ
 Ε]ΤΕΙΟΗΟΑΥΤΟΙΧ[ΞΥΝΕΛΕΧΞ
 ΑΜ]ΕΝΑΡΛΥΡΙΟ
 . . Η[Χ]ΞΥΜ[ΠΑΝΚΕΦΑΛΑΙΟ
 25 ΝΤ]ΟΑΡΛΥΡΙΟΕΚΤΟΠΑΡΘΕΝΟ
 ΝΟ]ΞΚΑΙΤ[Ο
 . . ΗΡΔ
 . . ΦΞ
 . . ΗΡΞ
 30 . Α]ΡΛΥΡΙΟΝ
 . . ΧΧΧΡ
 . Ξ]ΤΑΤΕΡ[ΕΞ ΞΤ
 ΑΘ]ΜΟΝΤΟ[ΥΤΟΝ
 . . ΤΙΤΧΧ
 35 . ΟΙΞΤΑΤ[ΕΡΕΞ
 . . ΤΑΙΤΕ [ΞΤΑΘΜΟ
 ΝΤ]ΟΥΤΟΝΑ
 . . ΔΗΗΙ Φ[ΘΟΙΔΕΞΧΡΥΣΙΟΕΚΞ
 ΚΑ]ΓΤΕΞΥΛ[ΕΞ ΞΤΑΘΜΟΝ
 40 ΗΕ]ΛΚΟΝΤΕ[Ξ . . ΞΤΑΘΜΟΝ . . . Α
 ΡΛ]ΥΡΙΟΝΤΟ
 . . ΤΧΧΧΡΗΙ
 . Δ]ΕΚ[ΑΞΤΑ[ΘΜΟΝΗΕΛΚΟΝΤΕΞ . ΧΡ
 ΥΞ]ΙΟΦΟΟΙ[ΔΕΞ Κ
 45 ΕΡ]ΑΤΕΔΥΟ[ΑΡΛΥΡΟΞΤΑΘΜΟΝΤΟΥ
 ΤΟ]ΜΧΡΗΗΗ
 . . ΛΙΛΙ
 . . ΡΑΘΕ
 . . ΤΑΞΙΟΙ [ΕΚΤΟΝΕΡΕΤ
 50 ΕΙ]ΟΝΗΟΝ[ΑΥΤΟΙΧ[ΞΥΝΕΛΕΧΞ
 Α]ΑΕΝΦΘΟΝ[ΔΕΞΧΡΥΣΙΟΕΚΞΚΑΡ
 ΤΕ]ΞΥΦΙΚΟ[ΚΤΟΞΤΑΘΜΟΝΗΕΛΚΟΝ
 ΤΕ]ΞΗΗΗΑΙ
 . . ΜΕΤΑΙΧ
 55 . Δ]ΕΚΑΞΤΑ[ΘΜΟΝΕΛΚΟΝΤΕΞ . .
 . Ξ]ΤΑΤΕΡΕ[Ξ ΞΤΑΘΜΟ
 ΝΤ]ΟΥΤΟΝΑ
 . . ΤΟ
 . . ΡΑ

Ut incertae notatae sunt hae litterae: vs. 2. K, vs. 5. T, vs. 11. ultimum I, vs. 16. Γ, vs. 20. H, vs. 26. T, vs. 36. A, vs. 43. A, vs. 46. M, vs. 47. omnes, vs. 49. T, vs. 51. ultimum N, vs. 54. A, vs. 56. ultimum E, vs. 57. Λ. Primus versus in ea lapidis parte positus est, ubi n. 145. est vs. 11. Latitudo Os. referente (p. 39.) unius fere palmi Romani est, neque in dextera alium lapidem appositum fuisse, in quem transiret scriptura, statim intellexi. Sed superius in alio lapide maxima huius tituli pars posita erat: attamen non tam amplius videtur hic titulus fuisse quam praecedens. In fine perierunt non tot quam initio versus, sed tamen non pauci. Post vs. 5. lapis fractus est; sed si n. 145. inter vs. 16. et 17. nullus versus intercidit, ut nos statuimus, n. 146. duo tantum interciderunt (6. 7.), quoniam iuxta vs. 16. et 17. tituli n. 145. duorum versuum spatium n. 146. vacuum litteris nunc est, olim scriptura tectum. Titulus est prioris simillimus; quum in dexteram a priore positus sit, non potest facile priorem antecedere, propterea quod in scribendis columnis a sinistra incipitur. Sed si priorem sequitur, aut pars prioris esse potest, aut sequentis anni rationes continet probabiliter. At in priore nec multa deesse videntur et ex parte eadem pecuniae consignatae esse (v. n. 145. sub fin.): igitur debet hic titulus proximo post n. 145. anno tribui, Olymp. 92, 2. Ceterum in hac, quae superest, parte neque quibus numeratum sit nec prytania ulla indicata est; neque intercidit utriusque rei mentio, quod ex ipso versuum nexu iudicari potest. Itaque hoc fragmentum ei parti prioris tituli respondere videtur, in qua nullae iam prytaniae nec magistratus, quibus pecuniae numeratae sint, memorantur. Ni fallor, usque ad vs. 23. summae priorum expensarum commemorantur, quae secundum varia genera dispositae sint, prout quaeque summa ex alio thesauro petita fuerit; quae tamen ob lacunas accurate dignosci nequeunt: eae vero summae partim minores, ut vs. 5. partim maiores fuisse videntur. Deinde vs. 24. universa summarum summa exposita videtur. Postremo a vs. circiter 28. ea videntur enumerari, quae quum non absumpta sint, annui Quaestores tradiderint successoribus, ut n. 145. extr. factum conieci: hae vero pecuniae partim illis, qui tradunt, a prioribus Quaestoribus traditae fuerint, (unde vs. 43. 44. redeunt, quae n. 145. vidimus), partim ab ipsis anni Quaestoribus collectae (vs. 49 sqq.). In iisdem sunt res quaedam, quas omnino probabilius dixeris traditas esse quam expensas, ut pastilli aurei et cornua argentea: quamquam ne hoc quidem argumentum plane certum iudico. Litterarum numerus manifestus non par in singulis versibus fuit; variat is, ut in permultis titulis; immo litterae fortasse ne στοιχηδόν quidem scriptae erant. Quoniam vero connecti versus possunt, magna pars potest restitui: unde fit, ut haec inscriptio, quae levis momenti esse aliis visa est, priori longe praeferenda sit. Non tamen

eius rationem perspexit Sylloges editor, cuius pleraque supplementa sensu cassa sunt.

1) Vs. 1-5. Ἀργύριον ἐκ [τῶν ἱερῶν χρημάτων]ων, ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν, τοῦτου Η[ΓΓ] ...

ἱερῶν χρημάτων incertum est, sed commendatur vs. 16. ubi vide. Vs. 3. ΥΠΡ muta in ΝΓΑ. Vs. 5. ΗΕΡ numeros continet, ut n. 145. vs. 12. ΗΕΡΜΟ. Scripsi ΗΓΓ. Ceterum et hic et in sequentibus articulis videtur aliquid praemissum fuisse, unde pateret, ex quo eae summae thesauro petitae fuissent. Vs. 4. ante τούτου fuerit σταθμόν: spatium tamen angustum est.

2) Vs. 7-9. ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν] ... ΗΗΗΗ ...

Vs. 9. fortasse ultimum Α in Δ mutandum, numerisque addendum est. Σταθμόν τούτου modo additur modo omittitur, credo prout aut appenditur pecunia fisco inclusa, aut numeratur: quod etiam his summis expensorum generalibus accommodari potest, quatenus ea, quae inde sumpta erant, aut hoc aut illo modo expensa erant.

3) Vs. 10-14. Ἀργύριον [καὶ χρυσίον ἀσημένιον καὶ ἐπίσημον, ὃ παρελάβομεν πρὸς τῶν προτέρων ταμιῶν, [σταθμόν τούτου] .. ΤΡΡΗΗ ...

Uno pondere comprehendere aurum et argentum, non offendit in summa ex pluribus articulis contracta. Nam χρυσίον additum fuisse, ex spatiis arbitror colligi. Vs. 11. ultimum I superest ex Γ.

4) Vs. 15-18. Ἀργύριον [ἐκ τῶν ἱερῶν χρημάτων, ὧν παρελάβομεν παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν,] .. ΤΡΡΡΓΓΓ ...

Vs. 16. ΑΠΟΝ, in quo Γ incertum esse notatur, muta in ΑΤΟΝ, et ΗΟΙ in ΗΟΝ.

5) Vs. 18-21. ἐκ τοῦ ἐπετείου,] οὗ αὐτοὶ ἐξυνελέξαμεν,] ἀργυρίου Ρ ΗΙΙΙ

Vs. 20. Ρ non potest verum esse; neque enim sic expleri lacuna potest. Est summa ex pluribus nominibus contracta; igitur Ρ (50 tal.) non nimia pecunia est.

6) Vs. 21-24. Ἀθηναίως Νίκης? ἐκ τοῦ ἐπετείου, οὗ αὐτοὶ ἐξυνελέξαμεν, ἀργυρίου ΙΙ

7) Vs. 24-27. Ξύμπαν κεφάλαιον τ]οῦ ἀργυρίου ἐκ τοῦ Παρθενῶνος καὶ τ]οῦ Η[Ρ] Δ ...

Παρθενῶνος scripsi, ut n. 145. vs. 13. Post καὶ τοῦ videtur ἐπισθοδόμου fuisse. Est summa summarum, ni fallor, 160 tal. et supra. Quae sequuntur, perspicere nequeunt; conicio tamen, ut dixi, vs. circiter 28. rerum successoribus traditarum indicem incipere,

8) Vs. 30-31. ... ἀργύριον XXXΡ ...

9) Vs. 32-34. στ]ατήρ[ες] σταθμόν τούτων ...

Vs. 34. scribe ΤΤΤΧΧ; sed prioribus, quae vs. 32-34. leguntur, vix haec coniungenda.

10) Rursum α στατήρες (χρυσοῖ vel Αἰγυναῖοι vel tale quiddam), et ponderis nota σταθμόν τούτων vs. 35-37. deinde Λ, quod ex pondere reliquum, et vs. 38. finis ponderis.

11) Vs. 38-40. Φ[δοῖδες χρυσίου ἐκ Σκα]πτησύλ[ης
..... σταθμὸν ἔλκοντες].....

Aliquoties in hoc compute occurrit vox Φ continens et alios similes inter se ductus. Hoc loco solum Φ habes, vs. 44. IOΦOOI, et num. 145. vs. 54. IOΦOO, postremo n. 146. vs. 51. ΦOON. His comparatis intellexi in illo IOΦOOI latere ..ίου φδοι; mox vidi de auro agi. Nam vs. 39. haud dubium est Σκαπτησύλης, ubi aurifodinae olim Atticae (Oec. civ. Ath. T. I. p. 334.); et nota non HYLEΞ scriptum esse sed YLEΞ: quippe dudum coaluerant hae voces (cf. Poppo Thucyd. T. I. p. 320.), ideoque spiritus, ut intermedius, cessat ex usu. IO igitur superest ex χρυσίου: pro quo si ex ea observatione, quam Oec. civ. Ath. II. p. 213. posui, χρυσῷ dicendum putaveris, quod de auro ex metallis ducto neque signato neque elaborato agatur, notes illam regulam non nimis adstringendam esse. Τὸν φδοῖδα s. τοὺς φδοῖς (Aristoph. Plut. 677.) in re metallica auri quasdam formas significare, ex solo, quod sciam, Hesychio constat, cuius glossa extat: φδοῖς, πλακοῦς, καὶ τὰ πρὸς λεπτὸν ἀηλεσμένα καὶ τὸ ἀπορρέον ψῆγμα τοῦ χρυσίου. Non tamen *ramenta* intelligenda arbitror, quam significationem grammaticus ex altera illa, τὰ πρὸς λεπτὸν ἀηλεσμένα collegisse videtur, sed τροχίσκους, *pastillos*, quae vocis vis in Materia medica. Nam numerari videntur, pluraliter dicti; nostro loco post Σκαπτησύλης exciderit δώδεκα vel similis numerus. Ἐλκοντες apertum est, cui praefigendum fuit σταθμὸν, ut n. 145. vs. 61. Ceterum Scaptisula num ea aetate adhuc in Atheniensium dictione fuerit, ob Thucydidis ibi exilium dubito: neque id postulat hic titulus. Hi enim pastilli iam dudum potuerunt in aerario positi esse: et si vs. 52. conicio alios ex eodem loco aureos pastillos inter ἐπέτεια huius anni referri, quid obest quominus ii, qui illos Atheniensibus numeraverant, eosdem mercatura traditos acceperint?

12) Vs. 40-42. Ἀργυρίου το..... ΤXXXX
ΠΗ)....

13, 14) Vs. 43-44. δ[έκ]α, σταθμὸν ἔλκοντες.
χρυσίου φδοῖδες .. σταθμὸν

Periit initio nomen rei. ΕΚΕΤΑ nihil est. Non dubitavi post EK inserere Α, ut fiat δέκα, plane ut vs. 55. Sic duos articulos sese excipientes habes eosdem quos n. 145. vs. 54. mutata tantum dictione. Nam n. 145. dictum simpliciter σταθμὸν, quum nostro hoc loco priore addiderim vocem ἔλκοντες, lacunae explendae causa: et n. 145. in ea regione regnat accusativus, quum nostro loco sit nominativus, pro diversitate structurae a verbo non iam superstite pendentis. Ad verba χρυσίου φδοῖδες cf. quae paulo ante dixi: deinde videtur σταθμὸν fuisse absque ἔλκοντες; numerus pastillorum autem sigla expressus fuisse videtur: neque enim in his rebus sibi constant scribae.

15) Vs. 44-47. Κέρ[ατε] δύο [ἀργυρῷ, σταθμὸν τού-
τω]ν ΧΡΗΗΗ....

Cornua esse vidit Osannus; addidi ἀργυρῷ, ut alia argentea cornua sunt in Atticis thesauris (n. 138. 139. 142.). Vs. 46. M muta in N. Pro τούτων fuit fortasse τούτων. Mitto quae sequuntur, nisi quod ΑΙΔΙ videtur ex Αἰγυαῖοι superesse: cf. n. 145. vs. 61.

16) Vs. 49-53. Ἐκ τῶν ἐπετείων, ὧν [αὐτοὶ] συνέλεξα-
μεν, φδοῖδες χρυσίου ἐκ Σκαπτησύλ[ης] ὁκτώ,
σταθμὸν ἔλκοντες] ΗΗΗ[Δ]I....

Vs. 51. AEN muta in MEN: neque enim dubia est formula, quam restitui. In fine vs. 51. N, quod ut incertum notatur, aut I aut ΙΔ fuit. Vs. 52. ΞΥΦΙΚΟ mirum est: mutato ΦΙΚ in ΙΕΞ poterit Σκαπτησύλης restitui, ut paulo ante; et O erit ex ὁκτώ. Pastilli hi pondo 310 dr. sunt et paulo supra: ut singuli, si octo fuerunt, quadraginta prope drachmarum fuerint.

17) Vs. 55. δ[έκ]α, σταθμὸν ἔλκοντες ..

Nescio quae res decem.

18) Vs. 56. Σ[τατῆ]ρες .. σταθμὸν τ[ούτων] etc.

147. d

Lapidis Choiseuliani (Catal. Dubois. n. 180.), qui in Museo regio Parisiensi est (Catal. Clarac. n. 597. p. 233.), latus adversum. Aeri incisum titulum dedit Barthlemius (Mem. Acad. Inscr. T. XLVIII.), cum commentario erudito quidem sed magnis erroribus referto et nimium prolixo (p. 357-407.): idem singillatim editus est Paris. 1792. 4. Ipse deinde edidi Oec. civ. Ath. T. II. tab. 1. et explicui p. 161-182. unde potissima repeto. Marmor non στοιχηδόν scriptum est, numerusque litterarum in pluribus versibus valde disparprehenditur: attamen ex contiguis locis, lacunarum spatia quot litteras continerint, potest probabiliter constitui. Lapis altus secundum Barthlemium 3' 8" 4" (Dub. 3' 6" 9"). In superiore parte est anaglyphum, cuius delineationem Müllero acceptam refero: arbori, oleae ut videtur, in sinistram adstat femina, sinistra manu hastam tenens; in dextera est vir, oleam prehensens manu dextera, sinistra tenens hastam in solo fixam corporique appressam. Paulo aliter descripsit Barthlemius p. 338. Hirtio interprete repraesentantur sacerdos Minervae Poliadis et Cleomenes Lacedaemoniorum rex, quem illa Poliadis templum introire conantem arceat, qua de re constat ex Herodoto V, 72. Quod non male convenit et belli Peloponnesiaci aetati et Quaestorum Minervae personae. Haec pars lata est 1' 11"; inferior pars, in qua inscriptio habetur, lata 2' 4" 6"; lapis crassus 6" 6". Litterae altae 3½ lineas, intervalla versuum alta lineas fere duas: itaque inscriptio alta fere 18"; et infra superest spatium vacuum fere duorum pollicum. Litteras aliquot obscuriores Barthlemius non integris ductibus expressit, sed tantum punctis delineavit; equidem non dubitavi has quoque integras repraesentare. Certa supplementa uncis inclusa addidi, ut semper.

[Textum vide in pag. seq.]

Praescriptum. Ἀθηναῖοι ἀνῆλθον ἐπὶ Γλαυκίππου ἀρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς, ἥ Κλεογένης Ἀλκίμεντος πρῶτος ἐγραμμάτευε· ταμίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας, Καλίστρατος Μαραθῶνιος καὶ Ξυνάρχοντες, παρέδωκαν ἐκ τῶν ἐπετείων, ψηφισαμένου τοῦ δήμου.

Rationes esse vides Quaestorum Minervae anni Olymp. 92, 3. Hi ipsi, quae expensa sunt, numerarunt ex aerarii in arce annuis redditibus (ἐκ τῶν ἐπετείων), non quod Barthlemius putabat, Hellenotomiae: numerarunt autem illi non Theoricorum

Ee 2

[Continuatur p. 221.]

5 ΑΘΕΝΑΙΟΙ ΑΝΕΛΟΣ ΑΝΕΡΙ ΛΑΥΚΙΡ ΓΡΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΕΡΙΤΕΣ ΒΟΛΕΣ ΕΙΚΛΕΛΕΝΕΣ ΗΛΑΙΕΥΣ ΓΡΟ[ΤΟΣ
 ΕΛΡΑΜΜΑ ΤΕΥΕΤΑΜΙΑΙ ΗΙΕΡΟΛΛΧΡΕΜΑΤΟΝ ΤΕΣ ΑΘΕΝΑΙΑΣ ΚΑΛΙΣΤΡΑΤΟΣ ΜΑΡΘΟΝΙΟΣ ΚΑΙ ΣΥΝΑΡΧΟΝ
 ΤΕΣ ΓΑΡΕΔΟΣ ΑΝΕΚΤΟΝ ΕΡΕΤΙΟΝ ΦΕΦΙΣΑΜΕΝΟΤΟ ΔΕ ΜΟΕΡΙΤΕΣ ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ ΓΡΟΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣΗΕ[Υ]
 ΕΙΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΙ ΗΛΑΝΟΣΙΟΙ: ΠΡΑΣΙΤΕΙ ΔΕΙΚΑΡΙΕΙ: ΗΙΡΡΟΙΣ ΕΙΤΟΣ ΕΔΟΘΕ: ΑΘΕΝΑΙΑΣ ΓΟΙ[Α]
 ΔΙΟΣ: ΤΤΤΧΧΗΗΔΔΔΓΗΗ: ΝΙΚΕΣ: ΡΔΔΔΔΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΑΙΛΕΙΔΟΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ: ΑΟΛΟΘΕΤΑΙΣ ΓΑΡΕΔ[Ο]
 ΘΕΕΣ ΓΑΝ ΑΘΕΝΑΙΑ ΤΑ ΜΕΛΑΛΑ: ΦΙΛΟΝΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙ ΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΑΘΕΝΑΙΑΣ ΓΟΙΔΑΔΟΣ: ΡΧ: ΗΙΕΡΟΓΟΙΟΙΣ ΚΑΤΕ
 ΝΙΑΥΤΟΝ: ΔΙΥΛΛΟΙ ΗΕΡΧΕΙΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΕΣΤΕΝ ΕΚΑΤΟΜΒΕΝ: ΡΗΔΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΟΙΝΕΙΔΟΣ ΤΡΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝ[Ε]
 ΥΟΣΕΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΠΕΡΙΚΛΕΙΧΟΛΑΡΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΗΙΡΡΟΙΣ ΕΙΤΟΣ ΕΔΟΘΕ: ΤΤΗΗΗΗΔΔ[Ε]
 ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΗΙΡΡΟΙΣ ΕΙΤΟΣ ΕΔΟΘΕ: ΤΤΗΗΗΗ: ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ
 10 ΗΕΡΜΟΝΙΕΔΟΘΕ ΑΡΧΟΝΤΙ ΕΣ ΓΥΛΟΝ: ΡΤ: ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΠΕΡΙΚΛΕΙΧΟΛΑΡΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤ: ΕΡΙΤΕΣ ΑΚ
 ΑΜΑΝΤΙΔΟΣ ΤΕΤΑΡΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΠΕΡΙΚΛΕΙΧΟΛΑΡΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΣΙ
 ΤΟΣ ΗΙΡΡΟΙΣ ΕΔΟΘΕ: ΤΤΤ: ΕΤΕΡΟΝΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΡΤΤΧΗΗΗΡΡ: ΕΡΙΤ[Ε]
 ΣΚΕΗΡΟΡΙΔΟΣ ΡΕΜΠΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΠΕΡΙΚΛΕΙΧΟΛΑΡΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΕΣ
 15 ΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝ: ΤΤΤΧΧΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ ΗΕΚΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ: ΤΡΙΤΕΙ ΜΕΡΑΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ
 ΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ: ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙ ΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΧΗΗΡΔΔΔΗΗ: ΕΝΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙ
 ΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΘΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΧΡΔΔΔΗΗ: ΗΕΝΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ Η
 ΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ ΡΟΧΣΕΝΟΙΑΦΙΔΑΝΑΙΟΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΧΡΔΔΔΗΗ: ΗΕΝΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ Η
 ΕΜΑ: ΧΧΧΡΗΗΔΔΔΔ: ΤΡΙΤΕΙΚΑΙ ΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΠΕΡΙΚΛΕΙΧΟΛΑΡΕΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΧΧΧΡΗΗΗΗΡΡ: ΟΛΔΟΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ
 20 Η: ΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΤΑ ΕΧΣΑΜΟΑΝΟΜΟΛΟΕΘΕ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙ: ΑΝΑΙΤΙΟΙΣ ΦΕΤΤΙΟΚΑΙ ΓΑΡΕΔΟΙΡ
 ΟΛΥΑΡΑΤΟΙΧΟΛΑΡΕΙ: ΡΤΤΧ: ΕΡΙΤΕΣ ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ ΕΒΔΟΜΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ: ΡΕΜΠΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΓΑΡΕΔ[Ο]
 ΘΕΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙ ΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝ: Τ: ΕΒΔΟΜΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΓΑΡΕΔ[Ο]
 ΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝ: ΤΧΗΗΔΔΔΗΗ: ΤΕΙΑΥΤΕΙ ΜΕΡΑΙ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ: ΘΡ[Α]
 25 ΛΟΡΕΚΕΘΕΝ ΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ ΣΙΤΟΝ ΗΙΡΡΟΙΣ: ΤΤΤ: ΗΕΚΤΕΙΚΑΙ ΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΦΑΛΑΝΘΟΙ[Α]
 ΝΟΙΑΦΙΔΑΝΑΙΟΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΧΡΔΔΔΗΗ: ΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΡΡΟ[ΧΣΕ]
 ΦΙΔΑΝΑΙΟΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΡΗΗΗ: ΕΒΔΟΜΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΕΥΓΟΛ[ΔΙΑ]
 ΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΧΧΡΔΔΔΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΗΙΡΡΟΘΟΝΤΙΔΟΣ ΛΔΟΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ ΔΟΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΗΕΙΛΕΝΟ
 30 ΤΑΜΙΑΣ ΓΑΡΕΔΟΘΕ ΡΟΧΣΕΝΟΙΑΦΙΔΑΝΑΙΟΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΡΗΔΔΔΗΗ: ΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑ
 ΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΔΟΘΕ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙ ΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΧΧΗΗΗΔΔΓΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΕΡΕΧΘΕΙΔ[ΟΣ]
 ΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΔΟΘΕ ΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΧΧΗΗΗΔΔΓΗΗ: ΕΡΙΤΕΣ ΕΡΕΧΘΕΙΔ[ΟΣ]
 ΕΝΑΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΥΟΣ ΕΣ ΔΟΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΔΟΘΕ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΚΥΔΑΘΕΝΑΙ ΕΙΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΧΧΗΡΔΔΔΔΗΗ: ΤΡΙΤΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΔΟΘΕ ΡΑΣΟΝΙΒΟΥΤΑΔΕΙΚΑΙΣ ΥΝ
 35 . ΤΤΤΡΗΗΡΔΔΔΔΗΗ: ΗΕΚΤΕΙΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΤΑ ΕΧΣΑΜΟΑΝΟΜΟΛΟΕΣΑ[ΤΟ]..... ΜΑΧ[ΟΣΦ
 ΑΡΧΟΣΙΝ: ΤΤΧΧΡΗΗΗΡΡ: ΕΚΤΕΙΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΔΔΤΧ: ΓΑΣΙΦΟΝΤΙ ΦΡΕΑΡΡΙΟΙ: ΡΤ: ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΙ]..... Ι: Ρ:.....
 ΕΥΟΝΥΜΕΙ: ΡΧΧΧΡΗΗΗΡΡΔΔΔΔΓΗ: ΝΙΚΕΡΑΤΟΙΚΥΔΑΝΤΙΔΕΙΤΡΙΕ ΑΡΧΟΙ: ΧΧΧ: ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΙΑΝΑ.....[ΤΡΙΕ]ΡΑΡΧΟΙ:
 40 ΕΝΟΙΑΦΙΔΑΝΑΙΟΙ]ΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟΣΙΝ: ΡΗΗΗΗΔΔΔΔΗΗ: ΤΡΙΤΕΙΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ: ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ ΔΟΘΕ]ΓΡΟ[ΧΣ
 ΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧΟ]ΣΙΝ: ΤΤΡΗΗΗΔΔΔΔΗΗ: ΕΚΤΕΙΚΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣ ΓΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΗΕΙΛΕΝΟΤΑΜΙΑΣ
 ΚΑΙΣ ΥΝΑΡΧ]ΟΣΙΝ: ΡΧΧΧΧΡΗΗΡΡΗΗ: ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΡΛΥΡΙΟΣ ΜΓΑΝΟΙ' - - - - -

praefectis, qui ante Euclidem nondum fuerunt (Oec. civ. Ath. T. I. p. 193.), sed partim aliis magistratibus, partim Hellenotamiis, in usum militarem et sacrum; utriusque enim rei, et bellici apparatus et impensarum in festa faciendarum cura illa aetate Hellenotamiis commissa erat. Quae quum Bartholemius non animadvertisset, universam tituli rationem perturbavit. Cleogenes (ita enim corrigendum, nisi malis legere Κλειγένης, ut Κλειδικος) primus scriba Senatus fuit, hoc est primae prytaniae scriba, de quo cf. ad n. 81. Idem Cleogenes Aeantidis prytaniae scriba eodem anno memoratur ap. Andocid. de myst. p. 47. Is nominatur solius anni designandi causa (cf. ad n. 74.). Quaestorum primus prytanis tum fuit Callistratus Marathonius, Aeantidis (cf. ad n. 150.), idem ni fallor quem plebes in anarchia necavit (Xenoph. Hell. II, 4, 18.). Scriba Quaestorum, qui hunc titulum confecit, non nominatus est: Senatus scribas, qui secundum prytanias mutabantur, hunc titulum scripsisse, Bartholemius male censebat. Nec post singulas prytanias singulae inscriptionis partes exaratae sunt, qui eiusdem viri error est; exacto anno post rationes redditae universus titulus publice propositus est. Quae omnia quum luce clariora sint, ne monuissem quidem haec, nisi Bartholemius expeditissimam rem mire impeditam reddidisset.

Pryt. I. 'Επὶ τῆς Διαντίδος πρώτης πρυτανεύουσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Καλλιμάχῳ Ἀγνουσίῳ, Φρασιτελίδῳ Ἰκαριεῖ, ἵπποις σῖτος ἐδόθη Ἀθηναίᾳς Πολιάδος ΤΤΤ XXXHHΔΔΔΓΓΓC, Νίκης ΠΔΔΔΔΗ|||

Praetuli Phrasitelidis nomen; in apogr. Barth. est Πρασιτ. Sed Γ incertum est. Σῖτος ἵπποις est pecunia equitibus Atticis pro frumento data: v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 269 sqq. Ea ex diversis aerarii partibus, Ἀθηναίᾳς Πολιάδος et Ἀθηναίᾳς Νίκης numeratur, ex illa 3 tal. 3237 dr. $\frac{1}{2}$ ob. ex hac 91 dr. $3\frac{1}{2}$ ob. si Π certum est: sed obscuratum illud esse notatur. De Νίκη Ἀθηναῖα varia collegi Oec. civ. Ath. T. II. p. 294 sqq. Adde supra Introd. §. IV.

Pryt. II. 'Επὶ τῆς Αἰγυπιδος δευτέρας πρυτανεύουσης Ἀθλοθέταις παρεδόθη ἐς Παναθηναία τὰ μεγάλα, Φίλωνι Κυδαθηναίῃ καὶ συνάρχουσιν, Ἀθηναίᾳς Πολιάδος ΠΧ. ἱεροποιοῖς κατ' ἐνιαυτὸν, Δούλλῳ Ἐρχιεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν ἐκατόμβην ΠΗΔΓΓΓΓΓ

Panathenaea maiora anno Olympiadum tertio mense Hecatombaeone exeunte celebrata sunt; igitur quum pecunia in secunda demum prytania Athlothetis numerata sit, post expensas factas numeratam patet, atque haud dubie post rationes redditae, quae triginta post magistratum abdicatum diebus reddebantur. Athlothetae vero per quadriennium munus suum obtinebant, a magnis Panathenaeis ad magna Panathenaea; magistratus autem pecunias saepe ex suis opibus expendisse, quas aut restitutas acciperent aut reipublicae donarent, docet exemplum Demosthenis (de cor. p. 266.). Ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτὸν opponuntur ἐπιμνησίοις (Hesych. v. ἐπιμνησίοι et intt.). Hecatombe, de qua dicitur, videtur Panathenaea esse: nam etsi ἱεροποιοὶ non prae-

sunt Panathenaeis celebrandis (Etym. Phot. Lex. Seg. p. 265.), tamen Panathenaeae hecatombae ducendae et immolandae praefuisse videntur: cf. n. 157. vs. 35. ubi de minoribus Panathenaeis agitur et ἱεροποιοὶ κατ' ἐνιαυτὸν probabiliter a me restituti sunt. Ceterum haec Hecatombe emptae est; igitur huc non pertinet locus Schol. Aristoph. Nub. 385. ubi de bobus, quas coloniae Atticae ad Panathenaea dono miserint. ΔΙΥΛΟΙ in ΑΡΥΛΟΙ mutatur in Mus. crit. Cantabr. T. I. p. 369. Diog. L. II, 48. Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον ἔρχιεῖς. Sed affirmavit mihi Rosius in marmore legi ΔΙΥΛΟΙ, quod nomen Graecum etiam ap. Pausan. X, 13, 4. extat.

Pryt. III. 'Επὶ τῆς Οἰνιδος τρίτης πρυτανεύουσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, ἵπποις σῖτος ἐδόθη ΤΤΠΗΗΗΗΔΔ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις, ἵπποις σῖτος ἐδόθη ΤΤΠΗΗΗΗΗ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις, Ἐρμῶνι ἐδόθη ἄρχοντι ἐς Πύλον ΠΤ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν ΤΤ.

De Pericle Periclis f. v. Xenoph. Mem. Socr. III, 5. et intt. Hermon Olymp. 92, 1. iam copiis praefectus, nunc Pylum mittitur cum imperio. De eo v. Thucyd. VIII, 89 sqq. et Barthel. Paulo post amissa Pylus est, fine hiemis Olymp. 92, 3. (v. Haackii libellum ad Pryt. IX. citatum). Diobelia videtur duplex esse pro civibus 18000, fortasse in Eleusiniis et Oschophoriis, quae in hac prytania celebrantur: nam in Thesmophoriis, mulierum sollemnibus, datam diobeliam esse dubito.

Pryt. IV. 'Επὶ τῆς Ἀκαμαντίδος τετάρτης πρυτανεύουσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν, σῖτος ἵπποις ἐδόθη ΤΤΤ. ἕτερον τοῖς αὐτοῖς Ἑλληνοταμίαις ἐς τὴν διωβελίαν ἐδόθη ΠΤΤΤΧΗΗΗΠΓ

Quarta prytania eo anno est a Pyaneps. XVII. usque ad Maemact. XXII. In eam incidunt Apaturia trium dierum sollemnia. Sed diobelia permagna est, plus quam quadruplex: et quum haec expensa singula ex plebiscito de aerarii pecuniis facta sint, potuerunt etiam plura in diobeliam impensa sine plebiscito ex ordinariis vectigalibus esse. Quod semel annotatum etiam ad reliquas impensas pertinet.

Pryt. V. 'Επὶ τῆς Κερροπίδος πέμπτης πρυτανεύουσης Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν ΤΤΤΤΧΗΗΗ

Diobelia videtur triplex esse pro civibus 18200. Haec prytania est a Maemact. XXIII. usque ad Posid. XXVII. Mense Posideone accidunt Halóa, Posidonia, Dionysia minora, in quibus sunt Piracensia.

Pryt. VI. 'Επὶ τῆς Λεοντίδος ἑκτῆς πρυτανεύουσης, τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναίῃ καὶ συνάρχουσιν ΧΗΗΠΔΔΔΓΓΓΓ. ἐνάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Θράτωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΧΠΔΔΔΓΓΓΓ. ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν, στρατηγῷ ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ ἀνομολόγημα XXXΠΗΗ ΔΔΔΔΓ. τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Περικλεῖ Χολαργεῖ καὶ συνάρχουσιν . . . XXXXΠΗΗΗΗΠΓΓ.

ὀγδόῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Σπουδία Φλυεὶ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΧΧ.Η. τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐξ Σάμου ἀνωμολογήθη Ἑλληνοταμίαις Ἀνατίῳ Σφητίῳ καὶ παρέδωκε Πολυράτῳ Χολαργεῖ ΠΡΤΤΧ

Inde ab hac prytania dies pecuniae numeratae notatur, et dies plerumque iidem vel non longe dissiti sunt, ut dies 11, 12, 13, 23, 24, 36, quod ita iam olim explicui, ut aut eodem die, quo populi scitum factum est, aut paulo post numerata pecunia esset; expensae enim factae sunt ψηφισμένου τοῦ δήμου; et comitia habita sunt die prytaniae 11. deinde ut videtur circa diem 20. et ut de tertiis nihil dicam, quarta sub finem prytaniae. Tertia summa numerata est, ut reliquae omnes, a Quaestoribus Minervae; hi numerarunt Hellenotamiis, ex quibus unus est Proxenus, Aphidnaeus: quae noto ob Bartholemii interpretationem plane perversam. Ipsa pecunia dicitur ἀνωμολογήματα στρατηγῶν ἐξ Ἐρετρίας Εὐκλείδῃ, hoc est summa de qua ex pacto convenit cum Euclide duce copiarum ad Eretriam; id vero pactum haud dubie convenerat inter Hellenotamias et Euclidem: hoc est, Hellenotamiae illam summam promiserant Euclidi; unde nunc ex promissione numeratur ab Hellenotamiis Euclidi, ideoque primum a Quaestoribus Hellenotamiarum collegio. Euboicae urbes tum defecerant ab Atheniensibus (Diod. XIII, 52.): igitur adversus eos missus Euclides erat. Mox pro ΕΡΟΥΔΙΔΙ correxi Σπουδία, nomen aliunde notum. Deinde ἀνωμολογήθη vix potest aliud esse quam pecunia promissa est pacto convento: sed quoniam promissa haec pecunia in expensis notatur, simul eo pacto tradita quodammodo esse debet. Quod ita fuerit factum, si ea pecunia adhuc quidem in Samo fuerit, sed acriario Minervae destinata, Quaestoresque eam iusserint Hellenotamiis tradi, quasi quadam cessione pecuniarum per syngrapham facta. Itaque ἀνωμολογεῖσθαι verterim syngraphā scriptā cedi. Dictio ἐξ Σάμου non docet eas pecunias iam ex Samo asportatas esse, neque hic neque pryt. IX. sed tantum originem pecuniae designat: immo pryt. IX. apertum reddit, eas pecunias etiam tum in Samo fuisse. Paredrus est Hellenotamiarum, non Archontum. Polyaratus est idem, quem nominat Demosth. adv. Boeot. de dot. p. 1009. 25. p. 1015. 26. Anaetius potest idem esse, qui fuit inter Trigintaviros. Ceterum notabile est ἐξ Σάμου hic et pryt. IX. prorsus ut ἐξ (ἐκς).

Pryt. VII. Ἐπὶ τῆς Ἀντισχίδος ἐβδόμης πρυτανεύουσας, πέμπτῃ τῆς πρυτανείας παρεδόθη Διονυσίῳ Κυδαθηναίῃ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν Τ. ἐβδόμῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ἐς τὴν διωβελίαν ΤΧΗΗΔΔΔΗΙΙΙ. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ἑλληνοταμίαις Φαλάνθῳ Ἀλωπεκῆδεν καὶ συνάρχουσιν, σῆτον ἵπποις ΤΤΤΤ. ἔκτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΧΡΔΔΔΗΗΗΙΙΙ. τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Εὐπόλιδι Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΠΗΗΗΗ. ἐβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις, Καλλίᾳ Εὐωνυμῇ καὶ συνάρχουσιν ΤΧΗΠΡΠΗΙΙΙ

Mensis Anthesterionis d. 11-13. sunt Anthesteria, quibus destinata diobelia utraque, cuius hoc loco mentio fit: eius numeratio incidit secundum calculos meos in Anthest. d. 9. et 11. Non tamen eae summae triplici diobeliae sufficere videntur: igitur eam aliunde suppletam iudico. Σῆτον, in quo Bartholemius negligentiam vel scribae vel quadratarii agnoscit, Graecitatis est optima, p. ἐς σῆτον. Quattuor talenta pro frumento unius fere prytanii vel aliquot insuper dierum numerata videntur (cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 271.): videtur autem in Anthesteriis potissimum numerata esse, quod in iis equites pompam ducerent.

Pryt. VIII. Ἐπὶ τῆς Ἰπποθωντίδος ὀγδόῃς πρυτανεύουσας, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις παρεδόθη Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΡΗΔΔΔΗΗΗΙΙΙ. τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναίῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΧΧΧΗΗΗΗΔ ΠΗΗΗΙΙΙ. ἔκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΧΧΧΗΗΗΗΔΔ ΠΗΗΗΗΗ

Quibus usibus hae summae inservierint, non additur, et omitto coniecturas alibi propositas. Ceterum Prytaniae VIII. IX. X. dies habent 36; nam in omnibus memoratur ipse dies 36. Igitur quum annus Olymp. 92, 3. videatur vulgaris fuisse, non intercalaris, si Athenis tum cyclus Metonis receptus fuit, ut arbitror; necesse est ea aetate sex priores prytaniae dies habuerint 35, quattuor posteriores 36, contra quam Suidas et Photius v. πρυτανεία tradiderunt: cautius Harpocr. v. πρυτανείας. De ἡμέραις ἀνάρχοις explosa res.

Pryt. IX. Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος ἐνάτης πρυτανεύουσας, δωδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ..ΧΧΗΡΔΔΔΠΗΗΗ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Διονυσίῳ Κυδαθηναίῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΤΡΗΗΗΡΔΔΔΔΗΗΗΙΙΙ. ἔκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Θράσωνι Βουτάδῃ καὶ συνάρχουσιν ΤΤΧΧΧΠΗΗΗΗΠΙΙΙ. ἔκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας τὰ ἐξ Σάμου ἀνωμολογήσατομαχος Φλυεὺς στρατηγοῖς ἐς Σάμῳ, Δεξικράτει Αἰγυλιδί ΔΔΤΧ, Πασιφῶντι Φρεαζήρῳ ΠΤ, ἈριστοκράτειΡ, Ε..... Εὐωνυμῇ ΠΧΧΧΠΗΗΗΗΡ ΔΔΔΔΠΤ, Νικηράτῳ Κυδαντίδῃ τριηράρχῳ ΧΧΧ, Ἀριστοφάνει Ἀνα τριηράρχῳ

Quartus articulus Samiarum pecuniarum mentionem continet, sed aliarum ac pryt. VI. neque enim eadem bis numerari possunt, nec summa eadem est. Has, quae pryt. IX. memorantur, ἀνωμολογήσατομαχος Φλυεὺς, Cecropidis, haud dubie unus ex Quaestoribus Minervae, cui id negotium datum erat: hoc est, ille cessit has pecunias iis, qui nominantur (v. ad pryt. VI.). Qui cessas pecunias recipiunt, quattuor sunt praetores in Samo (στρατηγοὶ ἐν Σάμῳ) et duo trierarchi; ΕΞΕΑΜΟΙ est ἐν Σάμῳ, ut ἐς Σιδῶνι, ἐστὶν γλῶσσ. n. 87. ἐς Σίγγῳ infra in militaribus titulis. Illi quum in Samo sint, pecunia non praesentibus numeratur, sed absentibus ceditur; eadem quum ne Athenis quidem numeretur, sed tantum cedatur, non dubito hanc quoque pe-

cuniam, ut priorem (Pryt. VI.), in Samo depositam fuisse. Hae pecuniae ex Samo, partim Pryt. VI. partim Pryt. IX. numeratae, praeter pauca quae interciderunt sunt 95 tal. et 2896 dr. Eae non potuerunt ex Samiorum tributo collatae esse: nam et nimia argenti vis est et Samus tum sui iuris fuit nec tributaria (Thucyd. VIII, 21.); nec de multa circa Olymp. 85, 1. Samiis imposita, quae talentorum 280 fuerat (Diod. XII, 27. 28. Thucyd. I, 117.), hoc loco cogitare licet tum alias ob causas, tum quod hae Quaestorum expensae ἐκ τῶν ἐπετείων fiunt. Potius Athenienses eas pecunias in Samo, quae iis tum imprimis fida fuit, videntur depositas habuisse; quas ex vicinis locis collegerant, sive armorum vi extortas sive ex vigesima (εἰκοστή), quam illis tum subditi praestabant, a publicanis collatas. Quae quum aerario in arce competerent, a Quaestoribus recipi debebant: igitur iidem eas, etiam priusquam in arcem delatae essent, cedere iis poterant, quibus ex plebiscito numerare certas summas debebant. Haec igitur harum pecuniarum expensarum videtur ratio esse. Ex quibus quae in sexta prytania numerata sunt, ea mihi olim visa sunt classi data esse, quae ex Dodwelli temporum computatione Olymp. 92, 3. exeunte fere Anthesterione vel ineunte Elaphebolione apud Cyzicum vicit (Diod. XIII, 49.); postea Thrasyllus cum novis copiis in Samum, Atheniensium stationem missus dicitur (Diod. ib. 52. Xenoph. Hell. I, 1, 24. et I, 2, 1.), aut, ut Diodorus (ib. 64.) narrat, Olymp. 92, 4. (ineunte quidem anno), aut, ut mihi videbatur, paulo prius, exeunte anno Olymp. 92, 3. si modo pugna Cyzicena hoc anno pugnata sit. Huic tempori proximus est nonae prytaniae dies ultimus, quo summa in hac prytania memorata praetoribus trierarchisque iam in Samo constitutis cedi potuit absentibus. Et in hac sententia offendere neminem hoc potest, quod Thrasylli mentio in titulo nostro nulla fit; potue-

runt enim praetores illi eius collegae esse in administratione rerum bellicarum et sumptuum militarium magis quam Thrasyllus occupati. Sed haec ratio, ut dixi, ei temporum computationi accommodata est, quam hodie inde a Dodwello plurimi sequuntur, atque etiam Bartholemius secutus est, qui mihi illam sententiam aliqua ex parte praeiecit. Aliam tamen rationem iniiit Chr. Frid. Ferd. Haacke in docta dissertatione chronologica de postremis belli Peloponnesiaci annis secundum Xenophontis historiam Graecam recte digerendis (Stendal. 1822.) cuius ex calculis haec omnia anno priore, Olymp. 92, 2. gesta sunt. Ille igitur quum videatur verum assecutus esse, tam quae in sexta quam quae in nona prytania numerata sunt, Thrasylli copiis ceterisque in Asiae ora Atticis numerata videntur, anno post quam Thrasyllus in Samum profectus erat; ex qua statione progressi Athenienses bellum in Asia et Hellesponto gerebant. Pro ΑΛΙΛΙΕΙ corrige ΑΙΛΙΛΙΕΙ. Aristophanes aut Anaphlystius aut Anagyrasius fuit.

Pryt. X. Ἐπὶ τῆς Πανδονίδος δεκάτης πρυτανευούσης, ἐνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις ἐδόθη, Προξένῳ Ἀφιδναίῳ καὶ συνάρχουσιν ΡΗΗΗΗΔΔΔΔΗΗΗΗ. τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις [ἐδόθη] καὶ συνάρχουσιν ΤΤΡΡΔΔΔΔΗΗ ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις [ἐδόθη] καὶ συνάρχουσιν ΡΧΧΧΧΡΗΡΡΗΗΗΗ

Summa. Κεφάλαιον ἀργυρίου σύμπαν - - -

Post σύμπαν sequitur O: coniunctio fuisse σύμπαντος: vide ad n. 145. vs. 16. Sequebantur notae numerales. Universa pecunia exceptis iis nominibus, quae evanuerunt, est 178 tal. 3864 dr. 3 ob. Nec multa perierunt. Certe in IX. pryt. quod trierarcho Aristocrati datum est, vix fuerit plus quam XXXX, ut alter trierarchus accepit XXX. Omitto alias notas, quas in Oec. civ. Ath. posui.

148. 4. p. 403

In averso latere eiusdem lapidis, in parte inferiore (v. ad n. 149.), titulus στοιχηδόν scriptus. Ex schedis Mülleri et Rosii. De hac et seq. inscriptione conferri potest Catal. Mus. reg. Clarac. p. 257 sq.

[Textum vide in pag. seq.]

Müllero referente, cuius apographum nostri exempli fundus est, hae litterae vix agnosci queunt: Vs. 1. litt. 25 sqq. ΕΡΙΞΤ, quas ipsas Rosius non habet; vs. 2. litt. 37 sqq. ΥΤΑ; vs. 3. litt. 60. Ο; vs. 5. litt. 33 sqq. ΚΑΙΠΑΡΕΔΡΟΙΞ et deinceps litt. 59 sqq. ΑΔΕΙ; vs. 6. litt. 1. 3. 4. 5. Ε et ΔΟΜ. Litt. 36 sqq. Müllerus ΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙ habet, et deinceps nihil usque ad τὴν διωβελίαν; sed notat litteras ΜΕΤΑΛΕΙΤΝΙ plane obscuras esse. Igitur dedi ibi Rosianam lectionem, de qua posthac dixi. Porro Müllerus notat obscuras esse vs. 6. in fine litteras ΑΝ; vs. 7. litt. 4. Δ, et litt. 18. Η, deinde litt. 31 sqq. ΤΑΜΙΑΙΞ, et post lacunam ΡΑΡ; vs. 8. litt. 25 sqq. ΤΕΞΡΡΥΤΑΝΕΙΑΞ, et in fine ΤΕ; vs. 9. litt. 20. 21. ΤΑ, litt. 25. Ι, litt. 62. Ξ, litt. 71. Ι, pro quo ex Ros. dedi Ε; vs. 10. litt. 33. 34. ΙΞ, pro qui-

bus ex Ros. ΙΦ dedi: deinde integram vocem Μεταγεινῶνος; vs. 11. ultimum Τ; vs. 12. litt. 14. 15. ΕΝ; vs. 13. litt. 70. 73. Ν et Μ; vs. 16. litt. 43. 44. ΟΥ, litt. 60. Ξ, et quae ipsi sunt ultimae ΕΞ (ΕΚ litt. 69. 70.); vs. 17. litt. 32. 33. ΙΞ, et litt. 53. Ξ; vs. 18. ultimas inde a litt. 61. ΤΕΙ etc.; vs. 19. litt. 68 sqq. ΜΙΑΙ; vs. 20. litt. 27. 28. ΕΙ et ultimum ipsi elementum Ι (litt. 70.); vs. 22. litt. 10 sqq. ΙΞΙ, litt. 19 sqq. ΥΝΑ, litt. 67. 68. ΙΔ. Vs. 7. litt. 11. 12. ex Catal. Mus. reg. dedi ΤΤ pro Mülleriana lectione .Τ Litterarum numerum constat non in omnibus versibus prorsus eundem esse, referente Rosio, cui aliud apographum ab ipso factum sed sero a me visum debeo. Ex eius igitur schedis quaedam, quae Müllerus in lacunis apud ipsum marmor suppleverat, ut adhuc extantia

[Continuatur p. 225.]

5 ΕΡΙΤΕΣΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣΔΕ[Υ]ΤΕΡΑΣΕΡΙΣΤ[ΝΕΙ]ΑΣ[Ε]ΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑ
 Δ[Ε]ΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙ[ΤΕ]Ι[ΚΑΙ]ΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΔΕΚΑΤΕΙΦΘΙΝΟΝΤΟΣ[Μ]ΕΤΑ[Λ]ΕΙΤΝΙΟΝΟΣ
 Ε[Σ]ΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΑΘΕΝ[Α]ΙΑΣ[Ε]|||CΕΛΛΕΝΟΤ[Α]ΜΙΑΙΣΚΑΙΓ[Α]ΡΕ[Δ]ΡΟΙΣ[Ε]...Θ[Ρ]ΑΣΥ[Λ]ΟΧΟΙΘΟΡΙΚ
 5 ΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΒΔΟ[Μ]ΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΗΕΚ]ΤΕΙ[ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ]ΜΕΤΑ[Λ]ΕΙΤΝΙΟΝΟΣ[Ε]
 ΕΒΔΟΜΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕ[Σ]ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙ
 ΤΕΣΔΙΛΙΝΙ[Σ]ΤΤΡΗΗΗΗ[Δ]Α[Δ]Γ[Ρ]ΗΙΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ[ΚΑΙ]ΓΑΡ[ΕΔΡΟΙΣ]ΠΡΟΤΑΡΧΟΙΓΡΟ[Β]ΑΛΙΣΙΟΙΚΑΙΣ
 10 ΥΝΑΡΧΟΣΙ[ΟΛΔ]ΟΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΓΡ[Ε]Μ[Γ]ΤΕΙΦΘΙΝΟΙΤΟΣΜΕΤΑΛΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΕ
 ΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝ.ΗΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΠΡΟ[Υ]ΤΑΡΧΟΙ[Γ]ΡΟ[Β]ΑΛΙ[Σ]ΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΝΑ
 15 ΤΕΙΚΑΙΔΕΚΑΤ[Ε]ΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕ[Τ]ΡΑΔΙΦΘΙΝΟΝ[Τ]ΟΣΜΕΤΑΛΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΗΡ
 ΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙ[ΣΥΝΑΡΧΟΣΙ]Δ[Ε]ΥΤΕΡΑΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙ
 ΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΕΝΕΙΚΑΙ[Ν]ΕΑΙΜΕΤΑΛΛΕΙΤΝΙΟΝΟΣΕΣΤΗΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΔΡΙ...ΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣ[ΚΑΙ]
 20 ΠΑΡΕΔΡΟΙΣΘΡΑΣΥΛΟΧΟΙΘΟΡΙΚΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΝΟΥΜ[Ε]
 ΝΙΑΙΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΗΡΔΗΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙ
 25 ΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΕΤΑΡΤΕΙΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΔΕΥΤΕΡΑΙΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤ[Ε]Ν
 ΔΙΟΒΕΛΙΑΝΗΡ|||CΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΚΤΕΙ
 ΚΑΙΕΙΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕΤΡΑΔΙΣΤΑΜΕΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΗΡΔΔΓ...ΕΛ
 30 ΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝ[ΕΙ]
 ΑΣΟΛΔΟΕΙΙΣΤΑΜΕΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΑΘΕΝΑΙ[ΑΣ].ΕΧΗΡΗ[Η]ΙΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑ
 35 ΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤΑΔΕΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΟΛΔΟΕΙΙΣΤ[Α]ΜΕ
 ΝΟΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΗΡΔΔΓΗΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΠΡΟΤΑΡΧΟΙ[Γ]ΡΟ[Υ]ΤΑΡ
 40 Χ[Ο]ΙΓΡΟΒΑΛΙΣΙΟΙΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΣΙΕΚΤΕΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΕΤΡΑΔΙΕΡΙΔΕΚΑ[ΒΟΕ]
 Δ[ΡΟΜΙΟΝΟΣ]ΕΣΤΕΝΔΙΟΒΕΛΙΑΝΔΔΓΗΗΓΕΛΛΕΝΟΤΑΜΙΑΙΣΚΑΙΓΑΡΕΔΡΟΙΣΛΥΣΙΘΕΟΙΟΥΜΑΙΤ[Α]ΔΕΙ
 45 Κ[ΑΙ]ΣΥΝΑΡΧΟΣΙ[ΕΚΤΕ]ΙΚΑΙΤΡΙΑΚΟΣΤΕΙΤΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ[ΤΕ]ΤΡΑΔΙΕΡΙΔΕΚΑΒΟΕΔΡΟΜΙΟΝΟΣ...
 50 55 60 65 70 75

notavi, quippe quae Rosius agnoverit, vs. 1. litt. 35-67. vs. 2. litt. 66-70. et litt. 72. vs. 3. litt. 43-45. etsi in Rosiano apographo litterae plane aliter dispositae sunt et legitur Ἀθηναία Νύκη, qui dativus ferri non potest. Porro vs. 4. ex Rosii apographo extra uncas posui litt. 17. 19. 21. 22. 41-45. 49-51. 62. 72. 73. Ex eodem vs. 5. siglum 19. addidi, et versu eodem litt. 21. 45-58. 73. 74. vs. 6. litt. 18. 19. Sed inde a litt. 36. Rosius habet inverso verborum ordine φθίν[ον]τ[ος] Μετα]γεινιών[ος] [ἐς] τὴν διωβελίαν Ἀ- vs. 7. Ἀθηναία Νύκη ΠΗΗΗΗ Δ. Π-Γ, quod verum esse ob dativum non potest: assumpsi inde litteram Δ (vs. 7. litt. 20.), et φθίν[ον]τ[ος] Μετα]γεινιών[ος], quod usui in hac inscriptione recepto magis convenit. Vs. 7. praeterea ultimam litteram servavit Ros. idemque vs. 8. litt. 18. 19. 38. 39. Et litt. 42-44. ubi Müll. habet ΙΞ., ex Ros. adscivi ΤΕΙ, eundemque secutus extra uncas praebeo ΦΟΙΝ (litt. 45-48.) et litt. 51-53. 55-60. item vs. 9. litt. 28. 29. Mox vs. 9. litt. 39-58. Müll. Γ.....ΧΧ Ι. ΠΟ....ΙΟΙ; Ros. ut dedi, nisi quod pro ΙΟΙ habet .ΟΙ Ibidem litt. 60. 61. a Rosio servatae sunt, item vs. 10. litt. 27. 28. 32. Eodem versu litt. 34-36. Müll. ΞΟΥ, Ros. ΦΟ. Ex eodem litt. 40. 58. 59. extra uncas praebeo, item vs. 11. litt. 57. 73. 74. Vs. 12. litt. 16. Müllero est Γ, Rosio Ε; ex eodem litt. 18-20. dedi ΚΑΙ, ubi Müll. Α. Litt. 53 sqq. Müllerus .Η., Rosius ΔΓ.. Ego composui utrumque. Vs. 14. cum Ros. litteras 18. 20. 21. uncis exemi: ibidem Müllero numeri sunt ΠΗΔΙ.. quos ex Ros. correxi. Vs. 15. Ros. litteram 20. extra uncas praebeo, et vs. 16. litt. 1. Ibidem numerus Müllero est ΠΗΗC: dedi Rosianum. Extremo versu Müllerus ΕΞ..., Ros. ΕΚΤΕΙ. Vs. 17. litt. 54. cum Rosio uncis exemi: in fine Müll. ΔΙΟΒΕΛΙΑ ΝΑΘ et nihil praeterea; quod dedi, Rosianum est. Vs. 18. litt. 25. 35. cum Ros. extra uncas dedi, item litt. 57. 64-66. Vs. 19. litt. 49-59. Müllerus [ΑΞ].ΕΧΗΠΠΗΗ; Ros. [Α]Π[Ν]ΙΚΕΙΠΠΗ, cui non confido: dativus enim manifesto falsus est: retinui igitur Mülleri lectionem. Vs. 20. primum Ι Ros. habet, item litt. 49. 50. 69. 70. quae ap. Müll. desunt. Vs. 21. primum Ν Ros. legit; litt. 29. Ros. Π, Müll. Γ: litt. 49. 50. cum Ros. sine uncis praebeo. Vs. 21. litt. 60 sqq. Müllerus ..Ο-ΛΙΝΟΙ.ΠΟ... sed Ν ut incertum notans; Rosius ΠΡΟΤΑΡΧΟΙ.ΠΟ... quod recepi. Vs. 22. litt. 48-50. 54. 55. Ros. extra uncas praebeo, item vs. 23. litt. 15. 18-21. Vs. 23. litt. 24. 25. Müllerus Α, sed Α incertum esse notans: dedi Rosianum. Litteram 31. omittit Ros. idem litt. 70. extra uncas habet. Vs. 24. litt. 2. 3. ex eodem uncis exemi; item litt. 10-12. 27-30. Litt. 46-55. Müll. ΠΡΑΙ.ΚΑΙ., Ros. ΤΡΑΔΙΕΠΙΔΕ, recte.

Continentur rationes expensarum ex aerario in arce a Quaestoribus Minervae factarum; sed initio deest anni notatio et prima prytania; in fine deest, quid et cui usui expensum sit, quod vs. 24. memoratur, et plura fortasse; postremo interciderunt reliquae octo prytaniae. Quae omnia ubi perscripta fuerint, ad n. 149. perquiro. Cui titulo etsi hic

INSCR. GR. VOL. I.

n. 148. in lapide succedit, tamen illi plane diversi sunt. Nam n. 149. desinit in prima prytania, quae ibi Erechtheidis est, sed n. 148. incipit a secunda prytania, quae eiusdem Erechtheidis est; igitur hi tituli connecti non possunt. Praeterea n. 149. in media prytania desinit; sed inter n. 149. et 148. vacuum spatium relictum est: quod, etiamsi utriusque tituli prytaniae non essent diversae, tamen obesset, quominus utraque inscriptio coniungi posset. Nam in media eadem prytania non potuit vacuum intervallum admitti. Et n. 148. manifesto cum primae prytaniae ipso initio incipit, quod formularum ratio docet: neque enim verba ἐν τῇ Ἐρεχθίδος δευτέρᾳ πρυτανείᾳ plus semel posita sunt; ut pateat ea tantum initio praescripta esse. Postremo n. 149. non est στοιχηδόν scriptus, ut est n. 148. et in illo titulo scriptura ad Ionicam propius accedit, in hoc magis antiqua est: nisi quod spiritus asper omitti solet, ut n. 147. et saepius in Attica scriptura (lacunae tamen explendae causa a me admissus est vs. 4. n. 148. quemadmodum is n. 149. vs. 24. reperitur, licet in reliqua inscriptione omittatur constanter), et quod Lambda diserte affirmante Müllero modo Ι modo Λ scribitur, prout quoque loco repraesentatum a nobis est, exceptis locis ex Rosii apographo petitis, de quibus non constat. Gamma tamen semper Λ est. ΟΥ semel habes in νομισμῆς vs. 13. Titulum esse anni Olymp. 92, 4. ac proinde initio Olymp. 93, 1. exapatum, probabilibus argumentis doceo ad n. 149. Est igitur uno anno recentior, quam n. 160. nec differt scriptura, nisi in littera Α, quae n. 160. est Α, et in iis quae dixi: ea autem diversitas ex scribarum et lapicidarum diversitate satis explicari potest. Ceterum ex n. 160. anni Olymp. 92, 4. primam prytaniam fuisse Cecropidis intelligimus: secunda iam Erechtheidis est, ex qua hoc fragmentum reliquum habemus. Quod universum versatur in diobeliae pecuniis ex aerario numeratis. Eam vero diobeliam notum est civibus Atticis omnibus, qui non nollent accipere, pensam esse, ut in reipublicae festis lautiore uti victu possent: et imperita eius sententia est, qui hanc diobeliam partim festis demorum Erechtheidis tribus celebrandis inservisse putat: quod enim in Erechtheidis prytania haec expensa fiunt, inde quis collegerit, Erechtheidis ea sumptibus praestandis erogata esse? Pecunia numerata est Hellenotamiis in usum diobeliae: quippe ea aetate theorica erogabant Hellenotamiae, ut supra iam diximus: igitur si Hellenotamiarum aerarium non sufficiebat, ex aerario in arce sumptui subveniebatur. In alios usus nihil tum impensum est, sufficientibus ordinariis vectigalibus. Praeter Hellenotamias horum paredri memorantur, ut in praegressis inscriptionibus. Nomina Hellenotamiarum supersunt vs. 3. 13. Thrasylochus Thoricius (in Catal. Mus. reg. audit Thrasybulus), vs. 5. 11. 14. 16. 18. 20. 23. Lysitheus Thymaetades, vs. 7. 9. 21-22. Protarchus Probasisius: in Catal. Mus. reg. p. 238. etiam Phyle demus inde memoratur, quem non reperio. Hos de-

F f

mos non esse Erechtheidis, est cuidam memorabile visum, qui rerum imperitiâ quid sit notabile, quid non, nescit. Memorabilius est Hellenotamias hos omnes diversarum esse tribuum, quum in Glaukippea (n. 147.) aliquot eiusdem tribus sint (v. Oec. civ. Ath. T. I. p. 191.), duo vel ex eodem pago, Aphidnaei Proxenus et Eupolis, ex Aeantide (non Leontide; vide ad n. 172.). Desumptae pecuniae sunt partim ex communi aerario, partim ex eo, quod Minervae dictum est, ut in praecedentibus inscriptionibus habes pecunias Ἀθηναίως Πολιάδης, Νίκαης. Sic igitur vs. 3. 19. supplevi Ἀθηναίως. Nam ne quis credat legendum εἰς τὴν διωβελίαν Ἀθηναίων, notet diobeliam, ubi Atheniensibus datur, simpliciter διωβελίαν dici, ut toties hic et n. 147. nec potest inter diobeliam Atheniensium universorum et demorum distingui, quod singulis demis diobelia peculiaris non unquam data est. Tantum ubi cleruchis extra Atticam constitutis diobelia datur, quod factum esse probabiliter docebo, additur cuius terrae incolis ea diobelia destinata sit.

Nunc priusquam ad singula accedam, de prytaniae mensiumque diebus paucula monenda sunt. Decem enim dies nominati sunt; ex quibus plurimi aperti sunt: ceteros observatis lacunarum spatiis et iis, quae supersunt, probe examinatis ita constitui, ut nullus dubitationi locus relictus sit. Sunt igitur dies hi:

Pryt. II. dies 13.	Μεταγχιτνίωνος φθίνοντος 10.
17.	φθίνοντος 6.
18.	φθίνοντος 5.
19.	φθίνοντος 4.
22.	ἐν καὶ νῆα.
23.	Βοηδρομιώνος νοσηνίας.
24.	ἰσταμένου 2.
26.	ἰσταμένου 4.
30.	ἰσταμένου 8.
36.	ἐπὶ δέκα 4.

Non verum igitur, quod Plutarcho (Symp. Qu. IX, 6. de frat. amor. 18.) creditur, Βοηδρομιώνος δευτέραν (ἰσταμένου) fuisse exemptilem: haec enim in hoc marmore diserte scripta extat. Est autem δεκάτη φθίνοντος Metagitnionis (mensis d. 21.) prytaniae secundae dies 13, et ἕκτη, πέμπτη, τετάρτη φθίνοντος eiusdem prytaniae dies 17. 18. 19. Igitur quum Metagitnionis dies 21. 25. 26. 27. incidant in secundae prytaniae dies 13. 17. 18. 19. manifestum est secundae prytaniae diem primum esse Metagitn. 9. Iam vero Boedromionis novilunium sive primus dies incidit in eiusdem prytaniae diem 23: igitur Metagitnio hoc anno dies habuit triginta; quod cycli causa tenendum est. Sciens autem alio argumento abstinui. Etenim dicas idem colligi inde, quod δεκάτη φθίνοντος commemoretur; patere enim inde, tertiam decadem fuisse decem dierum. At non constat, δεκάτην φθίνοντος in solis iis mensibus statutam esse, qui plenam tertiam decadem haberent: Proclus enim (ad Hesiod. Opp. et D. 766.), quem olim secutus sum in Commentatione de Dionysiis, δευτέραν φθίνοντος in cavis mensibus omissam perhibet: ut adeo in his ipsis, ut in plenis, dies mensis 21. fuerit δεκάτη φθίνοντος appellata. Igitur tutior illa ratio, quae paulo ante usus sum. Nec tamen Proclo,

ut hoc obiter addam, fidem habeo, sed nunc cum Idelero ex Polluce VIII, 117. colligo, δευτέραν φθίνοντος non fuisse exemptilem: nisi quod illam omissam mense Boedromione statuo. Nam quum Plutarchus (de frat. amor. 18.) diserte dicat: τὴν γὰρ δευτέραν ἐξαίρουσιν ἀεὶ τοῦ Βοηδρομιώνος, quod nostrae inscriptioni prorsus contrarium est; Plutarchum arbitror rem ex alio scriptore petitam non accurate cepisse, et quod ille scriptor de δευτέρᾳ φθίνοντος dixisset, rettulisse ad δευτέραν simpliciter, quae est ἰσταμένου: ceterum φθίνοντος δευτέραν in solo Boedromione omissam esse: qua de re quum aliquid innotuisset Proclo, transtulisse hunc ad omnes menses, quod Boedromionis fuisset proprium. Superest, ut de prytaniarum spatiis et de mense Hecatombaeone dicam. Prytaniae enim in vulgari anno dierum 354 sex sunt dierum 35, quattuor 36: et has maiores Olymp. 92, 3. fuisse ultimas, videmus n. 147. si is annus vulgaris est; de quo non dubito. Unde conicias in intercalari anno priores prytanias dies 38, posteriores dies 39 habuisse. Iam quum in titulo hoc secunda prytania incipiat Metagitn. d. 9, si Hecatombaeon dies 29 habuisset, prima prytania fuisset dierum 37: quod fieri nullo modo potuit: igitur Hecatombaeon habuit dies 30, et prytania prima dies 38, annusque fuit intercalaris. Accedit, quod secundae prytaniae dies sextus et tricesimus commemoratur; quodsi annus vulgaris esset, secundum n. 147. expectares primam prytaniam non plus quam 35 dies habuisse. Igitur iis, quae dixi, in unum collectis, intelligitur annum huius inscriptionis intercalarem fuisse eiusmodi, in quo duo primi menses, Hecatombaeon et Metagitnion, tricenos dies haberent. Unde quid colligam, vide ad n. 149. Percenseamus nunc singulos articulos.

§. 1. vs. 1-3. Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος δευτέρας πρυτανείας Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσικλέμῃ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσιν, τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, δεκάτῃ φθίνοντος Μεταγχιτνίωνος, εἰς τὴν διωβελίαν, Ἀθηναίως ΗΗC.

Litterae ΕΠΙΞΤ, quae incertae, necessario mutandae in ΠΡΥΤΑ. Formula ipsa docet, incipere rationes huius prytaniae: igitur prioribus duodecim diebus nihil ex aerario numeratum est, sed coeperunt expensae post prima comitia, quae undecimo prytaniae die haberi solebant. Ceterum aut δευτέρας πρυτανείας aut δευτέρας πρυτανευούσης dici supra vidimus. Θυμαϊτάδης novum est sed constans in hoc titulo: vulgo scribitur Θυμοιτάδης. Illud non dubito verum esse; etiam rex Atticus iam debebit Θυμότης scribi. Diobeliae summa, sive tantum 4½ ob. est, sive corrigendum ΗΗC (200 dr. ½ ob.), tantum complendis expensis inservit: nunquam enim dimidius obolus, numquam solae ducentae drachmae possunt in diobelia numeratae esse. Potuit autem hoc pecuniae complementum aut ad restituendam Hellenotamiis diobeliam iam prius expensam, aut ad praebendam paulo post, ministrari nunc a Quaestoribus. Omnino vero in quae sollemnia multae hae pecuniae numeratae sint, non iuvat exquirere, propterea quod non constat, utrum eodem die, quo

Hellenotamiae erogabant diobeliam, an ante illum diem vel paulo post Quaestores pecuniam Hellenotamiis numeraverint. Sufficit annotasse, mense Boedromione praeter Charisteria et Magna Mysteria, ipso mensis initio Boedromia, Eleutheria, Marathoniam celebrata esse: quibus haud dubie inservierunt hae pecuniae.

§. 2. vs. 3-5. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Θρασυλόχῳ Θορικίῳ καὶ συνάρχουσι, ἐβδόμη καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἕκτῃ φθίνοντος Μεταγεινιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΔΤΤ

Post παρέδροις ex Mülleri lectione lacuna est, quae nescio quomodo expleri possit. Fortasse litterae falso scriptae et de industria erasae sunt; quod etiam vs. 21. extr. 22. init. accidisse videtur. Thrasyllochum restitui e vs. 13. In voce ἕκτῃ lacunae explendae spiritus assumendus erat alias omissus (v. supra): nisi me fallit Mülleri mei apographum. Nam Ros. quantam lacunam statuatur, non mihi constat. Summa exigua integram diobeliam non efficit.

§. 3. vs. 5-7. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, ἐβδόμη καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἕκτῃ φθίνοντος Μεταγεινιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν τῆς Αἰγίνης ΤΤΡΗΗΗΗΡΔΔΔΡΗ

In summae correctione plurima certa sunt; ultima drachma pro obolo a me addita est, duce Catalogo Musei regii, in quo haec summa dicitur esse 2 tal. et 947 dr. ut proinde in fine ΤΤ, non ΤΙ vel ΤC legerit eius scripti auctor; idque Mülleri et Rosii lectione probabilis est. Sed quod ex Catalogi auctoritate Δ[ΔΔΔ] legitur, haud dubie falsum est. Nam pro primo Δ Müllerus habet Π: compone utramque lectionem, et habebis ΙΔΙ, hoc est Ρ. Sic oritur summa 2 tal. 987 dr. Sunt igitur drachmae 12987, hoc est 38961 ratae portiones diobeliae. Alia haec diobelia est atque ea quae §. 2. ut eodem die numerata proponitur, latetque hoc loco aliquid, quod ex eo ipso primum eruo. Etenim post vs. 6. in cuius fine nihil periit (ut nec vs. 8.), vocis διωβελίαν initio vs. 7. additur ΤΕΞ ΔΙΑΙΝΙ. et deinde summa diobeliae. In quo cave quaeras Ἀθηναίαις, cui vocis nec litterarum ductus nec articulus τῆς conveniunt. Ne multa, quum Δ ut incertum notetur, legendum ΤΕΞΑΙΛΙΝΕΞ. Aegina tum habuit cleruchos Atticos, qui post pugnam ad Aegospotamos expulsi sunt: his igitur, et omnibus opinor cleruchis Atticis, diobelia ex Atticis redditibus pensa est, utpote civibus Atheniensibus. Nam etiamsi eos ut Aeginetas vigesimae rerum exportandarum et importandarum obnoxios fuisse alibi docui: tamen ut cives Attici debebant diobeliam accipere, quae civibus omnibus competit. Haud dubie autem haec pecunia una missione in Aeginam translata est, ut inde diobelia unius anni distribui posset. Portiones sunt, ut dixi, 38961: hae sufficient viris 1443 pro diebus 27, vel viris 481 pro diebus 81. Quot vero dierum diobelia numerata sit, non constat; nec satis certa coniectura mea de diebus 25-30 alibi proposita (Oec. civ. Ath. T. I. p. 241.): convenit tamen ea priori calculo,

nec dissimile vero, colonos circiter 1400-1500 in Aegina fuisse. Ceterum Rosius longe aliter legit: sed a Mülleri apographo decedere hoc in loco intutum. Vide quae in var. lect. dixi, et cf. ad §. 10.

§. 4. vs. 7-9. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ὀγδὴ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, πέμπτῃ φθίνοντος Μεταγεινιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΤ

Nomen Protarchi ex vs. 9. 21. restitui. Vs. 8. ΦΘΙΝΟΙΤΟΞ muta in ΦΘΙΝΟΝΤΟΞ.

§. 5. vs. 9-10. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ἐνάτῃ καὶ δεκάτῃ τῆς πρυτανείας, τετράδι φθίνοντος Μεταγεινιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΠ

§. 6. vs. 11-12. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἕνῃ καὶ νέᾳ Μεταγεινιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΔΡΗ...

Dedi Τ pro Ι.

§. 7. vs. 12-14. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Θρασυλόχῳ Θορικίῳ καὶ συνάρχουσι, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, νομηνίᾳ Βοηδρομιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΗΡ ΔΗΗ

§. 8. vs. 14-16. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τετάρτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, δευτέρᾳ Βοηδρομιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΡΗΙΙC

Sunt dr. 6. ob. 3½: quae inserviunt complendae diobeliae.

§. 9. vs. 16-17. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἱσταμένου Βοηδρομιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΡΔΔΔΡ...

§. 10. vs. 17-19. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, ὀγδὴ ἱσταμένου Βοηδρομιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν, Ἀθηναίαις ΤΤΧΗΗΡΡΗ

Numerus, ut videtur, est novem notarum; tertia est X: igitur secunda E fuit aut X aut T, ex quibus posterius est probabilis. Quod si posueris, prima debet T fuisse. Octavam et nonam notam retinui, prout est in Mülleri apographo. Supersunt intermediae hae: ΗΡΡΗ. Ultima ex his vix potest in aliud mutari quam Ρ: quo posito duae praecedentes erunt aut ΗΗ aut ΗΡ; sed alterum est probabilis. Sic oritur summa 2 tal. 1256 dr. 1 ob. quae fere paulo plus quam duplex diobelia est, credo ad Eleusinia. Rosius quidem plane aliter legit: sed in eius lectione, quam duobus locis habet, Ἀθηναίᾳ Νίκη datus sensu cassus, et illud ΝΙΚΕΙ neutro loco satis firmum est.

§. 11. vs. 19-21. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Λυσισθέῳ Θυμαϊτάδῃ καὶ συνάρχουσι, τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, ὀγδὴ ἱσταμένου Βοηδρομιώνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΡΔΔΔΗΤ

Haec eodem quo priora die in eundem usum numerata sunt, sed ex aliis loculis. Priora enim ex Minervae thesauro separato sumpta sunt.

§. 12. vs. 21-23. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις, Πρωτάρχῳ Προβαλισίῳ καὶ συνάρχουσι, ἕκτῃ καὶ τρια-

κοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἐπὶ δέκα βοηδρομίωνος, ἐς τὴν διωβελίαν ΔΔΠΗΗΗ

Vox Πρωτάρχῳ bis scripta erat. Pro duobus in fine obolis, qui duo spatia complent, vide ne quattuor vel tres fuerint.

§. 13. vs. 23-24. Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις,

Λυσιδέῳ θυματᾷ καὶ συνάρχουσιν, ἕκτη καὶ τριακοστῇ τῆς πρυτανείας, τετράδι ἐπὶ δέκα βοηδρομίωνος

EKTEIKAITPIAKOΞTEI accurate explet lacunam. Summa eodem quo prior die numerata est, ut bis in praecedentibus.

149.

In averso latere lapidis Choiseuliani, in parte superiore, litteris non ex serie dispositis. Transcripsit Müllerus, quae potuit: vix enim, ait, umbra litterarum superest. Idem etiam supplementorum partem occupavit.

[Textum vide in pag. seq.]

De lapidis forma et mensura quum ad n. 147. expositum sit, dicam nunc de situ huius et praecedentis tituli. In quo primum tenendum, tergum eius partis, in qua est anaglyphum, rude atque impolitum nec perscriptum esse: in tergo autem tituli n. 147. superius exaratus est titulus n. 149. et primus versus est is, qui incipit a voce λογισται: supra quem nullum alium versum scriptum fuisse Müllerus notat. Post vs. 27. vacuum spatium conspicitur duorum vel trium versuum altitudine; subsequitur titulus n. 148. in cuius fine lapis accurate sectus est, nec infra vs. 24. vestigium scripturae ullum comparet; immo is versus in imo est margine. Iam vero quum tituli utriusque (148. 149.) initia finesque desint, patet eosdem titulos et coeptos et continuatos in aliis lapidibus esse. Et primum quidem n. 149. potuit aut in lapide ad sinistram appposito incipere, aut, quod mihi probabilius, in tabula tenuiore, quae anaglyphi tergum impolitum tegeret: eiusdem finis continebatur lapide in dextera adiuncto. Sed n. 148. non potuit alibi initium habere nisi in marmore in sinistra appposito in eadem altitudine, in qua est fragmentum superstes; ut singulae prytaniae iuxta essent positae: idem continuabatur aut in marmore infra addito aut in eadem altitudine lapidis in dextera apppositi, in quo altius posita erat continuatio tituli n. 149. Nunc quaerimus uter titulus antiquior sit. Respondeo n. 148. esse antiquiorem. Nam quis tandem in exarando titulo n. 149. in media prima anni secundi prytania eo loco, ubi vs. 27. scriptus est, scribere desisset, quum spatium versuum fere viginti sex vel septem superesset, nisi alter locus, ubi titulus n. 148. legitur, iam occupatus fuisset? Contra, si titulus n. 148. antiquior est, potest sane causa indagari, quare hic non in superiorem lapidis partem, ubi n. 149. posthac scriptus est, sed in inferiorem coniectus sit. Nam in sinistra parte alius fuit lapis: is superius continuerit inscriptionem antiquiorem, relicto tamen infra spatio, quod perscribendae primae prytaniae tituli n. 148. suffecerit: ita lapicida hoc ipsum sinistri lapidis spatium occupare potuit, et deinde in dexterum lapidem transire, sed ita, ut secundam prytaniam in eadem altitudine inciperet, in qua primae prytaniae initium in sinistro lapide positum erat. Tum vero qui titulum n. 149. exaravit, occupavit eam lapidis superstis partem, quae superius relicta erat. Praeterea stilus tituli n. 149.

magis ad Ionicam litterarum formam accedit quam tituli n. 148. Igitur n. 148. ut dixi, antiquior indicandus est titulo n. 149. Sed ipsos harum inscriptionum annos indagare difficile est. Nam quod earum partes superstites in eodem quo n. 147. lapide scriptae sunt, inde non colligitur, esse has anno Olymp. 92, 3. contiguas: nam n. 138. et 142. in eodem lapide scripti tamen aliquot distant Olympiadibus. Attamen n. 148. 149. vicinorum haud dubie annorum sunt, quod in eadem conspiciuntur plaga tabularum quaestoriarum positi. Sed n. 149. duos annos complectitur, quos litteris A. B. distinxi: utriusque vero anni rationes ita iunctim scriptae sunt, ut dubitari nequeat, duos hos n. 149. annos esse continuos. Itaque tres anni quaerendi sunt. Ex quibus primus anno Olymp. 92, 4. prior esse nequit. Nam marmor, in quo superstites particulae positae sunt, ab ipsis anni Olymp. 92, 3. Quaestoribus in suum usum comparatum et publice propositum esse, inde colligo, quod eorum titulo (n. 147.) anaglyphum insculptum est: itaque in eo lapide non potuerunt alii ante illos rationes suas consignare. Neque aut n. 148. aut n. 149. ad ipsum annum Olymp. 92, 3. referri potest. Nam utroque expensa ex aerario Quaestorum Minervae contineri manifestum est; sed quae ab illis anno Olymp. 92, 3. expensa erant, insunt iam titulo n. 147. quo excluduntur ceteri tituli. Praeterea Olymp. 92, 3. prima prytania est Aeantidis, et secunda Aegeidis; sed n. 148. secunda est Erechtheidis, et n. 149. B. prima Erechtheidis. Ac si pars A. n. 149. ad Olymp. 92, 3. referretur, deberet n. 149. B. anni Olymp. 92, 4. esse; quod fieri non potest, quia n. 149. B. prima prytania est Erechtheidis, et Olymp. 92, 4. Cecropidis (vide n. 160.). Igitur, quod dixi, et n. 148. et n. 149. recentior est anno Olymp. 92, 3. Idem vero Euclide priores sunt, quum in utroque pecuniae Hellenotamiis tum ipsum numeratae commoventur: Hellenotamiae enim, quod iam olim monui (Oec. civ. Ath. T. I. p. 190.), inde ab Euclide nulli fuerunt, sed in eorum locum creati sunt Magistratus Theoricorum et Quaestor aerarii militaris; haud dubie vero Trigintaviri iam ante Euclidem aboleverant Hellenotamiarum magistratum, qui sublato imperio Attico retineri non poterat, neque a Spartanis victoribus tolerari. Igitur etiam annus anarchiae (Olymp. 94, 1.) excluditur: neque eo anno Senatus Quingentorum nec prytaniae fuerunt, nec in optimatum imperio diobelia ulla numerata esse

[Continuatur p. 230.]

[illegible]

potest; et n. 148. anarchiâ prior habendus etiam ob diobeliam Aeginae, si in ea restituenda verum vidi: Aeginam enim Atheniensibus Lysander eripuit aliquot mensibus antequam Athenae captae sunt (v. ll. cc. ap. Müller. Aeg. p. 186.). Athenae autem quum vere anni Olymp. 93, 4. mense decimo Munychione captae sint (Plutarch. Lysandr. 15.), et n. 149. B. tantum Hecatombaeonis rationes supersint, dixeris ultimum trium illorum annorum, quos hi tituli complectuntur, posse Olymp. 93, 4. esse: quo anno usque ad Munychionem Athenae liberae fuerunt. At hunc quoque annum eximendum censeo, quod eius rationes redditae esse non probabile est. Nam sublato populari imperio, in tantis praesertim turbis, rationes exactas esse Trigintaviris dominantibus, verisimile non videtur; nec abolita Trigintavirorum potestate (Olymp. 94, 2.) anni ante anarchiam ultimi (Olymp. 93, 4.) rationes reddendas fuisse, vel inde colligas, quod ii ipsi, qui ante anarchiam apud Logistas et Euthynos repetundarum accusati erant, tum non tenebantur amplius (vide legem ap. Andoc. de myst. quam explicui Oec. civ. Ath. T. I. p. 206.). Relinquuntur igitur anni Olymp. 92, 4-93, 3. Iam vero quum tituli n. 148. annus intercalaris sit, isque talis, in quo duo primi menses pleni fuerint; si Metonis cycli tum Athenis receptus fuit, de quo post Idelerum (Diss. de cyclo Metonis et Callippi, et in libro de Chronol.) non dubito, ille titulus in annum Olymp. 92, 4. referendus est, qui solus in illorum quattuor annorum spatio et intercalaris est et duos primos menses plenos habet, utpote cycli secundi annus quintus; contra ii anni, qui ex proximis intercalares sunt, Olymp. 91, 3. 92, 2. 93, 3. 94, 2. non ambos illos menses plenos habent. Sequor enim cyclum, qualis ab Idelero in libro chronologico optime descriptus est. Postremo quum non liqueat, utrum titulus n. 149. titulum n. 148. continuo an ex intervallo sequatur, titulus n. 149. aut in Olymp. 93, 1-2. aut in Olymp. 93, 2-3. referri debet. Ceterum in hoc titulo ante legem Archini, Euclide archonte latam, qua Ionica litteratura in actis Atticis recepta est, ex usu tum vulgo iam percrebesciente quadratarius vel scriba Ionicas aliquot litteras occupavit, sed rursum etiam Atticam scripturae formam admiscuit. Nam Lambda modo λ modo Λ est, et Gamma nunc Λ nunc Γ ; H modo vocalem Eta designat modo spiritum (vs. 24.), retenta insuper aliquoties littera E pro Eta, si modo lectio tam oblitterati lapidis certa haberi potest; Ω nusquam compareret, sed Ξ (ita corrige pro Ξ); contra Ψ vs. 18. haud dubie corruptum est.

Prior tituli annus terminatur, quantum video, vs. 16. Initium periiit. Nam voce λογισται titulus non potuit incipere; et quum vs. 16-20. ea sola contineantur, quae inde a Scirophorionis ultimi mensis die quinto numerata erant, non videtur prior anni pars longe maxima vs. 1-15. comprehendi potuisse. Supplementa in inscriptione adeo mutila non multa tentavi; nec diu morabor legentes. Vs. 1. 11.

13. et opinor 20. Logistarum mentio fit, quibus pecunias numeratas esse quis credat? Nec dativo casu nominati videntur, sed nominativo. Igitur notas Logistarum vel comprobationem memoratas iudico. Vs. 2. OONIO. fuit fortasse Μαγαθωνίω; mox OΞΙ superfuerit ex tali dictione: ... φθίνοντες Ἑλληνοταμίαις, sequente deinceps nomine ... μὲν Παιονίδη, quod ex vs. 15. suppletum dedimus. Vs. 3-4. agnosco ex mensis notatione ... ἰῶνος ἱσταμένου, addita summa .ΤΧΧ etc. Vs. 5. comparet ἔκτη καὶ ... τη τῆς πρυτανείας, vs. 6. Ἑλληνοταμίαις. Vs. 7. praecesserat dies τῆς] πρυτανείας; sequebatur ἔκτη, et mensis nomen, veluti [Ἐλαφηβο]λιῶ[νος, mox nomen proprium, ut Πολυξένω vel Δορυξένω. Vs. 8. restitui certa via: ... οὐδὲν Μελιτεῖ καὶ συνάρχουσι; sequitur non opinor ἔκτη, sed ἐς τὴν ... ni fallor διωβελίαν, ut vs. 9. KIAN arbitror fuisse [ΔΙΟΒΕ]ΛΙΑΝ. Vs. 10. patet dies prytaniae: ὀγδόη τῆς πρυτανείας, vs. 12. τετάρτη καὶ δεκάτη. Vs. 13. an est: ὡς λογισται εἶπον? Deinde habes ... ἰῶνος ἱσταμένου. Vs. 14. notatus erat dies τῆς πρυτανείας; sequebatur, ut videtur, dies mensis Scirophorionis non posterior quinto. Vs. 15. apertum ... μὲν Παιονίδη καὶ συνάρχουσι; nec dubius vs. 6. dies: πέμπτη ἱσταμένου Σκίροφοριῶνος. Vs. 17. videtur nomen demi latere, et ΠΑΙ:Υ vide ne sit ΚΑΙ[Ξ]Υ[ΝΑΡΧΟΞΙ]. Vs. 18. agnosco: Ἑλληνοταμίαις καὶ παρέδροις. Vox παρέδροις latet in ΑΡΚΑ (ΠΑΡΕΔ) etc. Sequebatur nomen, et καὶ συνάρχουσι. Idem vides vs. 19. et apertius. Vs. 20. fuit φθίνοντες Σκίροφοριῶνος. Viri, qui in hac tituli parte memorantur, Paeonides alter, alter Melitensis, videntur Hellenotamiae esse, ex tribus diversis.

Ubi prior annus terminatus erat, ibi alterius anni rationes coepit quadratarius, ut annus anno ex ordine adderetur. Videtur autem vs. 21. 22. index generalis rationum contineri, quo anno, quibus magistratibus expensae pecuniae sint; sed omnia ita oblitterata sunt, ut coniectando nihil proficias; vs. 22. tamen ἐκ τῶν [ἐπετείων] fuisse videtur, ut n. 147. Post haec praescripta inferri debebat prytaniae designatio: Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος πρώτης πρυτανείας (vide vs. 27.). Deinde vs. 23. καὶ συνάρχουσι patet; praecesserat igitur nomen, Hellenotamiae ut videtur. Post συνάρχουσι inferebatur dies prytaniae et mensis. Nomen mensis supplevi; ex numero diei prytaniae supersunt corruptae litterae ΠΕΡΙ...ΚΑΙΓΙΑΙ. Iam quum ex vs. 27. liqueat, prytaniae designationem in singulis capitibus repetitam esse ut n. 144.; vs. 23. in fine, ubi novum caput incipiebat, repetita fuerunt verba: ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος πρώτης πρυτανείας; deinde sequitur Ἑλληνοταμίαις, Hellenotamiae nomen et καὶ συνάρχουσι, dies τῆς πρυτανείας, dies τοῦ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος (vs. 25.). Vs. 24. superest πρυτανείας et vestigia vocis Ἑλληνοταμίαις; et patet inde, in hoc titulo non πρυτανεύουσης dictum esse, sed πρυτανείας (ut n. 144. 148. et ex parte n. 145.). Nam πρυτανείας hic non ex diei notatione superesse potest, sed tantum ex prytaniae ipsius designatione; sequitur enim Ἑλληνοτα-

μία, quum, si dies prytaniae ibi designaretur, deberet iam mensis dies inferri. Postremo vs. 25. post vocem Ἐκατομβαιῶνος scriptum erat, in quem usum data pecunia esset, credo ἐς τὴν δι[ω]βελίαν. Tum aliud caput incipit, cuius dies vs. 26. servatus est, vigesimus Hecatombaeonis. Restitui igitur: Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος πρώτης πρυτανείας, εἰκοστῇ τῆς πρυ-

τανείας, εἰκοστῇ τοῦ μηνὸς Ἐκατομβαιῶνος. Quibus numeratum esset, videtur post diei notationem additum fuisse: modo enim hoc ante diem notatur, modo post diem designatum. Ultimo loco vs. 27. novum caput incipit, ex quo prytaniam ipsam cognoscimus: ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος πρώτης πρυτανείας.

150. 2. p. 905

Athenis in arce, inter rudera magni Minervae templi, quem Parthenonem et Hecatompedum vocant, repperit Chandlerus et edidit Inscr. II, 4. p. 42-45. unde repetit Oec. civ. Ath. tab. IV. V. et explicui T. II. p. 287-310. Duo sunt latera A, B: in quibus quum nihil redeat, non diversorum annorum diversae ἀναγραφῆς esse videntur, sed eiusdem inscriptionis duae columnae, ut in Marmore Sandwicensi. Titulus est στοιχηδόν scriptus, non tamen totidem singulorum versuum litteris, diserte testante Chandlerō. Nunc est in Mus. Brit. Synops. n. 305. ex Elginianis, apud Viscont. n. 42. 43. Varias lectiones haud contemnendas mecum communicavit Rosius; unde lectionem melius constitui.

[Textum vide pag. 232. 233. interpositum.]

Quae Rosius ex marmore enotavit, recepi omnia; sunt autem haec. Col. A. primum O supra scriptum non super primia vs. 1. littera N, ubi Chandl. habet, sed in medio versu ponendum esse Ros. monet: igitur id aliquot spatiis in dexteram movi. Vs. 1. Chandl. ΑΘΗΝΑΞ: Ros. diserte ΑΘΗΝΑΑΞ. Vs. 4. extr. Chandl. habet ΧΑΡΙΑΞ sub iisdem litteris prioris versus; id ex marmoris fide delevi. Vs. 6. Chandl. ΔΙΕΜΝΗΞ etc. lapis habet ΟΙΕΜΝΗΞ etc. quod olim coniecturā repperi. Vs. 7. Chandl. ΞΥΝΙΑΔΟ, Ros. ΞΟΝΙΑΔΟ Vs. 9. Chandl. ΕΙΕΥΩΝΥΜΕΙ, Ros. ΙΕΙΕΥΒΙΩΙ; hinc concinnatum ΕΙΕΙΕΥΒΙΩΙ Vs. 13. Ros. ΛΑΜ, Chandl. ΔΑΜ. Vs. 16. Chandl. ΕΝΩΙΔ.Ο, Ros. ΕΝΩΙΔ.Ω Vs. 17. in lacuna binas interpunctiones ex Ros. addidi. Vs. 20. Chandl. ΧΡΗ: quod olim correxi ΧΡΗ, praebet lapis. Vs. 21. Chandl. ΚΑΤΩΡΕΔΕ, et vs. 22. ΑΚΡΟ., vs. 24. ΧΑ..Α, pro quibus Rosiana dedi. Vs. 25. med. Chandl. ΤΟΥΤΩΝ: ΗΗΗ: sed Ros. ΤΟΥΤΟ:ΧΗΗ: quod recepi, etsi vacuum spatium unius litterae superest, nisi velis ΧΗΗΗ scribere. Vs. 38. Chandl. ΑΠΕΡΟΝ, Ros. ΑΠΕΡΩΝ. Litterarum in utroque fine dispositio olim a me non recte instituta nunc emendata est. Col. B. vss. 1. 2. ex Ros. addidi. Vs. 3. Ros. omittit ΕΛΕ, quod retinui, et habet ΥΕΙΝΟ pro Chandl. ΥΕΙΝΙ: reliqua in eo versu ex Ros. sunt, praeter supplementa, quae omnibus locis a me addita sunt: qua de re non soleo monere. Vs. 4. primum ΑΤ, vs. 5. primum Ρ' omittit Ros. Ibidem quae post vocem Τηλεμάχου, et vs. 6. quae post vocem χρυσούς leguntur, addidi ex Ros. Vs. 11. Chandl. ΜΕΤΑΞ, Ros. ΜΕΓΑΞ Vs. 15: Chandl. ΕΥΡΕΟΗ, Ros. ΗΥΡΕΟΗ diserte. Vs. 19: Chandl. ΧΡΥΞΟΝΟΞΤΑ, Ros. diserte ΧΡΥΞΟΝ:ΟΙΞΤΑ Vs. 40. omissus ap. Chandl. erat. Vs. 42. ex Ros. additus est. In scriptura nihil memorabile est, nisi quod Ε, negante licet Viscontō, aliquoties pro ΕΙ est, sed magna ex parte tantum in certis formis, σκέλει, ζεύγει (p. σκέλεε, ζεύγει), χειρός, fortasse etiam ἀπείρων. Nempe in his ei non videtur plane distinctum ab ε fuisse, quod ex forma χειρός, πέρας etc. intelligi potest. Una vox superest ex alio genere ΑΛΥΞΕΞ p. ἀλύσεις col. B. vs. 35.

Continetur recensensus donariorum eorum, quae in Hecatompedo fuerunt, partim a prioribus Quaestoribus tradita, partim ipso Quaestorum tradentium anno illata (ἐπέτετα): illa, nisi aliud caput in fine col. A. vel initio col. B. incipiebat, pertinent usque ad B. vs. 12. haec inde a vs. 13. usque ad vs. 22. Deinde adduntur ea, quae in Opisthodomio fuerunt ex arca Brauronia. Opisthodomum intellige Parthenoni adhaerentem; Opisthodomum vero ab Hecatompedo diversum esse docui in Introductione huius classis. Et retracto quae olim de locis, ubi haec donaria, scripsi Oec. civ. Ath. T. II. p. 287. 302. 307. Ceterum quum haec inscriptio ad annum Olymp. 95, 3. referatur, nec solum Minervae Quaestorum sit, sed etiam deorum ceterorum; nihil mirum est donaria inde a n. 141. magno opere mutata reperiri.

Praescriptum. Θεοῖς. Τὰδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηνάας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν οἱ ἐπὶ Ἰδουκλήους ἀρχοντος,

Ἐπιχάρης Εὐωνυμεύς,

..... εὖς,

Κηφισοφῶν Παιανιεύς,

Χαρίας Π.....

.....θεν,

Διογεῖτων Ἀχαρνεύς,

.....

....στοκλῆς Ἀμαξαστειεύς, 5

Φιλοκράτης

.....Ἀναφλύστιος,

οἱς Μνήσιεργος Ἀθρονεύς ἐγραμμάτευε, παρέδωκεν τοῖς ταμίαις τοῖς ἐπὶ Σουινιάδου ἀρχοντος,

.....ἀτῶ Εὐωνυμεῖ,

Χαρίας Ἀραφηνίῳ,

Δι.....ειεῖ,

Εὐβίῳ Ἀιθαλίῳ,

Εὐάδῳ ἐκ Κεραμείων,

* * * *

.....μεῖ,

Φιλωτάδῃ Δεκελεῖ,

Ε.....

.....Ἀναφλυστίῳ,

οἱς Μόρυχος Βουτάδης ἐγραμμάτευε, παραδέξαμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν τῶν ἐπὶ Ἀριστοκράτους ἀρχοντος,

[Continuatur p. 234.]

B.

. . . ΑΙΑ.ΡΑ.ΛΓΑΡ. ΝΚΑΙΗΟΙΑ.Α. . .
 .ΥΡΑΡΓΥΡΟΝ.ΡΟ. ΞΑΝΟ. . .
 .ΕΛΕΥΞΙΝΟ[Ξ]. .ΔΔΓΒΟΙ[Δ]ΙΟΝ[ΕΛΕ]ΦΑΝ[ΤΙΝΟΝ]. ΚΡ
 ΑΤΗΞΑΙΞΧΡΩΝΟΞΦΑΛΗΡΕΥ[ΞΑΝΕΘΗΚΕΞΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ;ΗΔ;. ΑΡΓΥ
 5 ΡΑΗΝΛΥΞΙΜΑΧΗΤΗΛΕΜΑΧΟΜΗΤΗΡ[ΕΦ]ΗΙΤΙ[ΓΟΡΓΟΝΕΙΟΝΞΤΑΘΜΟΝ. . .
 . ΗΔΑΚΤΥΛΙΟΞΧΡΥΞΟΞΗΡΙΝΑΚΙΩΙΟΝΚ. [ΑΝΕΘΗΚΕΝΑΡΤΕΜ
 ΙΔΙΒΡΑΥΡΩΝΙΑΙΔΑΚΤΥΛΙΟΞΧΡΥΞΟΞΚΑΙΧΡΥΞΙΟΝΑΡΓΥΡΟΝΠΡΟΞΕΞΤ
 Ι]ΔΕΔΕΜΕΝΟΝΟΝΦΡΥΝΙΞΚΟΞΘΕΤΤΑΛΟΞΑΝΕΘ[ΗΚΕΞΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ;. .
 ΗΔΕΝΩΙΔΙΩΧΡΥΞΩ;ΙΙ:ΑΡΤΕΜΙΔΟΞΒΡΑΥΡΩΝΙΑΞ.
 10 ΟΞΑΝΕΘΗΚΕΞΤΑΘΜΟΝ;ΙΙΙ:ΞΤΑΤΗΡΕΞΚΙΒΔΗΛΟΙ. [ΚΑΤΑΚΕΧΡΥΞΩ
 ΜΕΝΟΙΟΙΠΑΡΑΛΑΚΩΝΟΞΟΝΥΞΜΕΓΑΞΤΡΑΓΕΛΑΦΟΡΡΙΑ[ΡΙ]ΣΟΝΤΟΞΞΤΑ
 ΘΜΟΝ;ΔΔΔΗ:ΧΡΥΞΙΑΞΥΜΜΕΙΚΤΑΔΙΑΛΙΘΑΚΑΙΕΝΩΙΔ[Ι]ΩΞΤΑΘΜΟΝ. . .
 ΤΑΔΕΕΡΕΤΕΙΑΠΑΡΕΔΟΜΕΝΧΡΥΞΙΟΝΟΑΡΙΞΤΟΚΛΗΞΟΑΡΟ.
 ΗΞΑΡΗΝΕΓΚΕΝΤΟΑΡΟΤΟΒΑΘΡΟΤΟΑΓΑΛΜΑΤΟΞΞΤΑΘΜΟΝ;Η. [ΕΤΕΡΟ
 15 ΝΧΡΥΞΙΟΝΟΠΑΡΑΤΩΙΧΡΥΞΟΧΩΙΗΥΡΕΘΗΞΤΑΘΜΟΝ;ΙΙΙ:ΞΤΕΦ[ΑΝΟΞΧΡΥ
 ΞΟΞΑΡΙΞΤΕΙΑΤΗΞΘΕΟΞΤΑΘΜΟΝ;ΗΗΔΔΔΓΡΙ:ΠΑΛΛΑΔΙΟΝΕΛΕ[ΦΑΝΤΙΝ
 ΟΝΠΕΡΙΧΡΥΞΟΝΚΑΙΗΑΞΡΙΞΕΡΙΧΡΥΞΟΞΟΑΡΧΙΑΞΕΜΠΕΙΡΑΙ[ΕΙ]ΡΟΙΩ
 ΝΑΝΕΘΗΚΕΑΝΔΡΩΝΕΛΑΙΟΞΙΟΞΑΡΗΡΞΑΤΟΧΡΥΞΑΣ;Η:ΘΡΑΞΥΛΛΟ[ΞΕΥΩ
 ΝΥΜΕΥΞΧΡΥΞΟΝ;ΟΙΞΤΑΤΗΡΕ;ΙΙ:ΑΙΓΙΝΑΙΩΑΡΤΕΜΙΔΟΞΒΡΑΥΡΩΝΙΑΞ[ΧΡΥ
 20 ΞΟΞΔΑΚΤΥΛΙΟΞΟΝΑΞΙΟΘΕΑΞΩΚΛΕΟΞΓΥΝΗΑΝΕΘΗΚΕΞΤΑΘΜΟΝ;ΗΙΙ:[Α
 ΡΓΥΡΙΟΝΞΥΜΜΕΙΚΤΟΝΑΞΗΜΟΝΞΤΑΘΜΟΝ;ΓΗΗΗΙΙ:ΧΡΥΞΙΟΝΑΞΗΜΟΝ[ΞΤΑ
 ΘΜΟΝ;ΗΗΗ:ΤΑΔΕΕΝΤΩΙΟΡΙΞΘΟΔΟΜΩΙΕΚΤΗΞΚΙΒΩΤΟΤΗΞΒΡΑΥΡΩΝΙ[ΑΞΗ
 ΝΙΓΡΙΚΟΞΚΕΚΡΥΦΑΛΟΞΕΧΗΝΙΑΞΕΝΟΤΙΜΟΞΚΑΡΚΙΝΟΑΝΕΘΗΚΕΕ[ΝΕΤ
 ΕΡΩΙΚΙΒΩΤΙΩΙΞΙΡΗΝΗΕΛΕΦΑΝΤΙΝΗΚΑΤΑΧΡΥΞΟΞΕΝΚΙΒΩΤΙ[ΩΙΗΛ
 25 ΩΔΥΟΥΡΟΔΕΡΙΞΔΙΟΡΩΝΔΥΟΙΕΥΓΕΤΑΥΤΑΥΡΟΞΥΛΑΚΑΤΑΚΕΧ[ΡΥΞΩΜΕ
 ΝΑΦΥΞΗΤΟΝΜΗΛΩΔΥΟΥΡΟΞΥΛΩΚΑΤΑΚΕΧΡΥΞΩΜΕΝΩΔΑΚΤΥ[ΛΙΟΙΑΡΓΥ
 ΡΟΙΟΚΤΩΡΟΞΕΝΙΧΡΥΞΙΟΝΑΡΓΥΡΟΝΠΡΟΞΕΞΤΙΝΞΦΡΑΓΙ[Ξ. ΚΑ
 ΤΤΙΤΕΡΙΝΑΕΝΩΙΔΙΑΡΕΝΤΕΤΑΥΤΑΘΑΥΜΑΡΕΤΗΑΝΕΘΗΚ[Ε. Γ
 ΥΝΗΕΓΚΙΒΩΤΙΩΙΛΥΡΙΟΝΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΝΚΑΙΓΛΗΚΤΡΟΝ.
 30 ΝΟΝΞΥΛΙΝΟΝΕΓΚΙΒΩΤΙΩΙΡΟΙΚΙΛΩΙΟΚΛΕΙΤΩΑΡΙΞΤΟ.
 ΙΟΚΙΜΩΝΟΞΓΥΝΗΑΝΕΘΗΚΕΕΝΤΩΙΚΙΒΩΤΙΩΙΕΝΙΕΓΚΥΛ[ΙΟΜΕΝΑΞΦΡΑ
 ΕΙΞΧΡΥΞΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΟΞΑΔΕΞΙΛΛΑΑΝΕΘΗΚΕΟΧΘΟΙ[ΒΟΞΧΡΥΞΙΑ
 ΕΧΩΝΔΩΔΕΚΑΕΤΕΡΟΞΟΧΘΟΙΒΟΞΧΡΥΞΙΑΕΧΩΝ;ΔΙΙ:ΟΧΘΟΙΒΟΞΧΡΥΞΙΑΕ
 ΧΩΝ;ΓΙΙ:ΧΛΙΔΩΝΧΡΥΞΙΑΕΧΩΝ;Δ:ΞΥΝΤΩΙΑΡΓΥΡΩΙΞΦΡΑΓΙΔΕΥΑ[ΛΙΝΑΡΟΙ
 35 ΚΙΛΑ;ΙΙ:ΠΕΡΙΚΕΧΡΥΞΩΜΕΝΑΙΑΛΥΞΕΞΧΡΥΞΑΣΕΧΟΞΑΙΟΝΥΞ[ΞΦΡΑΓΙΞΧ
 ΡΥΞΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΩΝΞΦΡΑΓΙΞΙΑΞΠΙΞΧΡΥΞΟΝΔΑΚΤΥΛ[ΙΟΝΕΧΟΞΑ
 ΞΦΡΑΓΙΞΙΑΞΠΙΞΠΕΡΙΚΕΧΡΥΞΩΜΕΝΗΞΦΡΑΓΙΞΙΥΑΛΙΝΗΓ[ΕΡΙΚΕΧΡΥΞ
 ΩΜΕΝΗΧΡΥΞΟΝΔΑΚΤΥΛΙΟΝΕΧΟΞΑΞΦΡΑΓΙΔΕΞΔΥΟΑΡΓΥΡΟΞΔΑΚΤΥΛΙ
 ΟΞΕΧΟΞΑΙΞΦΡΑΓΙΔΕΞΥΑΛΙΝΑΙ;ΓΙΙ:ΡΟΙΚΙΛΑΙΠΕΡΙΚΕ[ΧΡΥΞΩΜΕΝΑΙ
 40 ΞΦΡΑΓΙΞΠΕΡΙΧΡΥΞΟΞΡΟΔΕΡΙΞ. ΠΡΟΞ. . . ΙΩΙΕΧΟΞΑ.
 .ΕΝΤΩΙΜΕΞΩΙΑΡΓΥΡΟΝΧΡΥΞΙΟΝΚΑΙΑΜΦΙ.
 ΩΝ.Κ.

Σωκράτους Λαμπτήρος καὶ συναρχόντων οἷς ὡν ἔλευσίνιος ἐγγραμμάτευε, ἐν τῷ νεῷ τῷ ἑκατομπεδῷ, ἀριθμῶ καὶ σταθμῶ.

Initio nihil nisi Θεοῖς videtur scriptum fuisse; n. 139. fuit Θεοῖς ἔ..... idemque credo n. 151. cf. etiam ad marmor Sandwic. (n. 158.). Deinde memorabile Ἀθηναίος ex Ἀθηναίος factum, ut ἐλάα ἐλάα: ante Euclidem semper Ἀθηναίος reperies. Archontes supplevi, ut debent, *Aristocratem* (Olymp. 95, 2.), *Ithychem* (Olymp. 95, 3.); *Suniades* (Olymp. 95, 4.) diserte et hic et ap. Lys. Or. Areop. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ p. 271. servatus est, pro quo Diodorus et ex eo Scaliger in Olymp. descr. male offerunt Lysiadem. De Quaestorum nominibus, qui Ithyche et Suniade archontibus fuerunt, postquam ex Rosii variis lectionibus plurima emendata sunt, paucis nunc dici potest. Singulos quippe denorum Quaestorum ex alia esse tribu quum iam olim notassem, praeclare nuper Osannus Syll. p. 64. animadvertit, ex constanti tribuum ordine eorum nomina disposita esse, quod in proëdris docui ad n. 111. Ex eo autem ordine tribus hae sunt: *Erechtheis*, *Aegeis*, *Pandionis*, *Leontis*, *Acamantis*, *Oeneis*, *Cecropis*, *Hippothontis*, *Aeantis*, *Antiochis*. Et sic Ithyche archonte hi Quaestores enumerantur: Epichares Euonymiensis *Erechtheidis*, alter *Aegeidis*, Cephisophon Paeaniensis *Pandionidis*, Charias (Πήληξ, Ποτάμιος, Παιονίδης) *Leontidis*, quintus (Κεφαλήθεν, Κικυννίδης) *Acamantis*, Diogiton Acharnensis *Oeneidis*, septimus *Cecropidis*, non ille Charias nominatus, quem expuli, octavus Hamaxastensis *Hippothontidis*, nonus Philocrates *Aeantis*, decimus Anaphlystius *Antiochidis*. Pariterque Suniade archonte primus est Euonymiensis *Erechtheidis*, alter Charias Araphenius *Aegeidis*, tertius *Pandionidis*, cuius nomen excidit, sed eius solius, non etiam alius cuiusdam, ut olim putabam, hoc quidem loco; quartus Eubius Aethalides *Leontidis*, quintus Euathlus Ceramensis *Acamantis*; sequebatur sextus *Oeneidis* vel septimus *Cecropidis*, alteruter autem hoc loco a quadratario omissus est, quum duobus restituendis non sufficiat spatium; qui vero omissus erat, eius nomen in vacuo spatium post vs. 10. suppletum esse, probabiliter statuit Osannus. Infertur octavus Philotades Decelensis *Hippothontidis*; Philotadis nomen notum ex Aeschine c. Timarch. p. 127 sqq. Dionys. Halicarnass. in vit. Dinarchi. Nonus fuit *Aeantis*; eius nomen a littera E incipiebat, et vs. 10. extr. scriptum erat. Decimus est Anaphlystius *Antiochidis*. Anni Olymp. 95, 2. primus tantum Quaestor Socrates nominatur: eius demi nomen latet in lectione ΛΑΜΙ. ΤΕΩΞ; correxi ΛΑΜΠ[Τ]ΡΕΩΞ. Lampra est *Erechtheidis*; itaque hic quoque incipiebatur ab Erechtheide. Post Euclidem igitur Quaestorum ordo secundum tribuum seriem fixam disponebatur, longe aliter atque ante Euclidem; nam qui Quaestor in titulis ante Euclidem scriptis ut princeps solus nominatur, modo huius, modo illius tribus est. Ante Euclidem autem princeps

videtur Quaestor fuisse, qui esset ex primae prytaniae tribu: nam n. 147. Olymp. 92, 3. prima prytania est Aeantis, et Quaestor primarius est Callistratus Marathonijs, Aeantis: Marathon enim et antiquis et recentioribus temporibus Aeantis fuit, non Leontidis: v. Corsin. F. A. T. I. p. 237. Constat vero eiusmodi magistratus, ut Strategos, Poletas, alios, eadem ratione qua Senatores in Senatu, per vices sub alio fuisse praeside; ut in bello Marathonio alio die alius Strategus prytanis collegii fuit (Herodot. VI, 110). Hic igitur prytaniarum quaestoriarum, quae cum prytaniis Senatus non confundendae sunt, ordo ex prytaniarum, quas tribus sortitae essent, ordine definitus ante Euclidem videtur. Dixeris quidem potuisse etiam ipsos Quaestores suas prytanias sortiri, et casu posse accidis, ut Olymp. 92, 3. Aeantis, quae primam prytaniam nacta erat, civis in sortitione Quaestorum principem locum obtineret; sed quum post Euclidem ordo Quaestorum ex ordine tribuum constitutus sit, probabile est, etiam prius ordinem tribuum in Quaestorum ordine constituendo observatum esse, nec quidquam mutatum, nisi quod pro variabili tribuum in prytaniis senatoriis obeundis ordine, qui sortitione constitutus est, iam constans valeret tribuum ordo. Quae de hac re Osannus p. 65 sq. disputavit, non recte disputata sunt. Nostram rationem longe verisimillimam ubi amplexus fueris, ex primorum Quaestorum, qui singulis annis fuerint, demis potest primae prytaniae tribus inveniri. Igitur, ut tabulam p. 182. propositam et sufficientibus argumentis munitam sequar, Olymp. 87, 4. ubi Quaestor ἐξ Οἴου, prima prytania fuit Leontidis aut Hippothontidis; Olymp. 88, 4. ubi Κολλυτεύς, Aegeidis (vide num. 115. et Corsinum F. A. T. I. p. 233.); Olymp. 89, 3. ubi Ἀλαιεύς, Cecropidis vel Aegeidis; Olymp. 89, 4. si Λαιεύς verum est, Oeneidis; Olymp. 91, 3. ubi Παιανεύς, Pandionidis; Olymp. 91, 4. ubi Ἀχαρνεύς, Oeneidis; Olymp. 92, 1. ubi Εὐπυρίδης, Leontidis. Quae hoc loco exposui ut, si quando plura monumenta, ex quibus aliquid de tribuum ordine constitui possit, in lucem proferrentur, inquiri facilius queat, verene an falso iudicaverim. Vs. 11. scribae nomen est *Morychus*, ex Aristophane, Platone, Grammaticis notissimum. Ibid. extr. duplex Γ vitio quadratarii irrepsit.

Sequitur recensensus donariorum, quorum pars reddit n. 151. unde utraque inscriptio altera ex altera suppleri potest. Initio describitur aurea Victoria partibus (θύμοις s. τάξεσι) separatis appensa: plures autem aureas Victorias habuerunt Athenienses, quarum partem in nummos vertebant Olymp. 93, 2. cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 24. Νίκη ἄπτερος fuit ad propylaea arcis; sed haec intelligi nostro loco nequit; nec reliquas, quarum notitia superest, nunc congeram. Si huius, quae nunc describitur, apud scriptores mentio fit, erit potissimum ea, quam memorat Demosthenes c. Timocrat. p. 739. 14. ubi v. Ulpian. Erat vero Ἀθηνα Νίκη: quacum non confundendae aliae Athenis Minervae statuae,

Lemnia Phidiae aerea, Poliadis, Προμάχου Ἀθηνᾶς, Παρθένου (nam Cliduchus ap. Plin. XXXIV, 19, 1. dubium est an Minerva fuerit atque an Athenis posita). Et illa Virginis Minervae statua in manu habet Victoriā quattuor cubitos altam; sed ne hanc quidem Victoriā hoc loco designatam esse inde patet, quod si ea nunc tradita memoraretur, intelligi non posset, quare ipsius magni simulacri aurum non traderetur, quum id Lachares demum abstulerit (Pausan. I, 25. Plutarch. de Is. et Osir. c. 71.). Igitur alia haec nostra Victoria est, fortasse eadem, quae n. 140. 141. e) in donariis Hecatompedi proprie dicti refertur, hoc est in ea templi parte, quae inter Pronaum et Parthenonem proprie dictum est. Alia memoratur §. 18. de qua suo loco dixi. Plura de his statuīs v. Oec. civ. Ath. T. II. p. 295 sq.

§. 1. Νίκης χρυσῆς πρῶτος ῥυμός· κεφαλῇ, στεφάνῃ, ἐνὸς ὄρους, ὑποδερὶς, ἥλω δύο χρυσῶ, παρ' ἀριστερὰ ἀμφιδεῖα, χρυσῖδια μικρὰ., σταθμὸν τούτων· XX ΔΔΔΔΗΗΗΗ

Στεφάνῃ grammaticis est προκόσμημα γυναικείον; cf. Athen. V. p. 201. 202. c. nott. Casaub. De aurea in arce στεφάνῃ vide n. 140. 141. k). Vit. Sophocl. et Tertullian. de anima 46. De ea scripserat Hieronymus librum περὶ τῆς χρυσῆς στεφάνης. Ponderis primum X addidi collatis ceteris §. 2 sqq. ponderibus; nam T nimium haud dubie pro rerum appensarum ratione pondus est. Nempe caput cavum fuisse non ambigo. Plura v. in Oec. civ. Ath.

§. 2. Δεύτερος ῥυμός· θώραξ, στρόφιον, σταθμὸν τούτων· XXΔ

N. 151. additur περιτραχήλιον. Θώραξ hoc loco non armorum partem significat, sed corporis.

§. 3. Τρίτος ῥυμός· ἀπόπτυγμα, περόναι δύο, ποδῆς, σταθμὸν τούτων· ΧΡΗΗΗΗΔΔΔΓΗΗΗ

Ἀπόπτυγμα videtur plicatura de zona dependens esse; Müllerus de aede Min. Poliad. p. 42. interpretatur lacinias diligenter sinuatas e latere ad suras pendulas. Res omnino ambigua est. De περόναις vide eundem Dor. T. II. p. 264. Ποδῆς est vestis pars de zona ad pedes descendens.

§. 4. Τέταρτος ῥυμός· παρὰ δεξιὰ ἀμφιδεῖα, στέφανος, κατωρίδε δύο, σταθμὸν τούτων· ΧΡΗΗΗΗΗΗΓΗΗΗ

Coronam Victoria haud dubie dextera tenet, quum haec una cum dexteri brachii armilla commemoretur. De coronis Victoriae cf. ad n. 141. e). Κατωρίς mihi videtur femininum substantivum a voce κατώρης, κάτω ῥέπων (Hesych.), et intelligo duos lemniscos ex corona utrinque demissos. Ad formam cf. vocem ἀντηρίς ap. Schneider. Lex. c. Suppl.

§. 5. Πέμπτος ῥυμός· ἀκρωτήριον χρυσοῦν ὀπίσθιον, σκέλει δύο, σταθμὸν τούτων· XXXXΗΗΗ

Ὀπίσθιον supplevi ex n. 151. Ante id hic legitur ΧΡΥΞΙΟΝ, quod quum n. 151. omittatur, patet id esse additamentum non necessarium: igitur arbitror I vacare, et χρυσοῦν adiectivum reponendum esse. Iunge omnia: ἀκρωτήριον χρυσοῦν ὀπίσθιον, pars postica prominens aurea, hoc est alae binae cum earum ligatura. Demosth. c. Timocr.

p. 739. 14. οἱ τὰ ἀκρωτήρια τῆς Νίκης περικόψαντες, ubi Ulpianus alas interpretatur. Plura de hac re disputavi Oec. civ. Ath. T. II. p. 294 sq.

§. 6. Θυματήριον ἀργυροῦν, ὃ Κλεοστράτη ἀνέθηκε Νικηράτου, χαλκὰ διερείσματα ἔχον, σταθμὸν τούτου· ΧΗΗ

Hoc quoque redit n. 151. vs. 11. Διερείσματα sunt laminae, ex quibus craticula suffimento imponendo inserviens formata erat, a voce διερεῖδεν. Ponderus fortasse ΧΗΗΗ fuit; v. var. lect.

§. 7. Χρυσίον ἄπυρον, σταθμὸν τούτου· IC

§. 8. Ἀμφιδεῖα χρυσαῖ λεπταὶ II, Πολυίππῃ Μελετεῶνι, ἕως ἀνέθηκεν· σταθμὸν τούτου· ΗΗ

Polyippe Meleteonis filia est; si uxor significatur, additur γυνή, ut aliquoties col. B. Si Meleteon idem est, qui in agonistica inscriptione ut pater Eurymenis ex tribu Oeneide memoratur, Ἀχαρνέως vel alius Oeneidis demus h. l. restituendus est. n. 212

§. 9. Στρεπτὸν περὶ χρυσῶν ὑπάργυρον, σταθμὸν τούτου· ΓΗΗΗΗ

Στρεπτὸν est catena.

§. 10. Στέφανος χρυσοῦς, ἀριστεῖα τῆς Θεοῦ, σταθμὸν τούτου· ΗΗΓΔΔΗΗΗC

Haec corona haud dubie prioribus Panathenaeis magnis (Olymp. 94, 3.) oblata erat, ut infra in ἐπετείαις huius anni (Olymp. 95, 3.) alia redit, eodem nomine insignita. Cf. etiam n. 158. §. 5.

§. 11. Οἶνοχοαῖ ἀργυραῖ III, σταθμὸν τούτων· ΧΗΗΗ ΓΔΔΔΗΗΗ

Eadem habes n. 151. vs. 21.

§. 12. Στέφανος χρυσοῦς, ὃν Λύσανδρος Ἀριστοκρίτου Λακεδαιμόνιος ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου· ΓΔΓΗΗΗΗ

Dedicavit Lysander captis Athenis. De patre Lysandri v. ad n. 60. Redit haec corona n. 151. 152.

§. 13. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Γέλων Τλησωνίδου Πελληνεὺς ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου· ΔΓΗΗΗ

Τλησωνίδου correxit Chandlerus ex n. 151. vs. 32. Paulo ante non θαλλόχρυσος scribendum, sed θαλλοῦ χρυσοῦς; v. ad n. 151. 153.

§. 14. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Ἰεροκλῆς Φασηλῆς ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου· ΓΗΗΗΗ

§. 15. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε, τὰ νικητήρια τοῦ κισσαῖου, σταθμὸν τούτου· ΓΔΔΔΓ

Articulus τὰ deest n. 151. vs. 33. ΚΙΘΑΡΩΙ ΔΟΞ pro ΚΙΘΑΡΩΙΔΟ vitium quadratarii est. Cur citharoedus non nominatus est? cur victor ipse coronam non accepit? In hoc olim haesi, neque expedit rem locus Aeschinis c. Ctesiph. p. 436. Sed res est simplicissima: corona illa vincenti destinata erat, sed vicit nemo; igitur deae dedicata est.

§. 16. Στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν Ἀριστομάχη Ἀριστοκλέους ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου· ΔΔΓΗΗΗ

§. 17. Δακτύλιος ἀπείρων χρυσοῦς, ὃν Πλαθὸς Ἀργινῆς ἀνέθηκε, σταθμὸν τούτου· IC

ΑΠΕΡΩΝ, ἀπείρων, ut ΙΕΥΓΕ ζεύγει, ΕΚΕΛΕ σκέλει, quae forma dualis p. ζεύγεε, σκέλεε hodie ex grammaticis nota. Ἀπείρων δακτύλιος quid sit, discas ex Schol. Ven. Iliad. ξ, 200. Schol. Odys. α, 98. Mai. Apud Polluc. VII, 79. lege ἀπείρονα, etsi ex Aristotelis auctoritate talis anulus etiam ἀπείρος vo-

catus est (v. intt. Polluc.). Hesychius tamen habet etiam ἀπέρονα, πέρας μὴ ἔχοντα.

§. 18. Στέφανος χρυσοῦς, ὃν ἡ Νίκη ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ, ἄσταδμος.

Haec corona redit n. 151. vs. 30. et n. 153. ubi tamen ponderata est; neque haec diversitas magni mihi momenti videtur. Victoria haec alia manifesto, atque ea quae §. 1-5. describitur: est enim ea, quam in manu tenet magna Minervae statua aurea. Sed in hac re difficultas posita est; cur enim corona Victoriae traditur, nec Victoria ipsa et ipsum magnum Minervae signum? Quod non plane expedit ea ratio, quam Introductio huius classis ministrat, ubi conieci, magnum Minervae signum, quod in nulla superstitione tabularum describitur, peculiaribus tabulis consignari solitum esse: nam si aliis tabulis magnae statuae partes consignatae sunt, cur corona de capite Victoriae in his tabulis recensetur, non in illis, in quibus magnae statuae reliqua? Immo quum demonstratum supra sit, in tabulis ante Euclidem consignatis distingui Hecatompedium et Parthenonem; si Olymp. 95. idem qui antea horum vocabulorum usus fuit, quaeritur, quomodo corona Victoriae in manu magni signi, quod in ipso Parthenone fuit, inter opes Hecatompedi recenseri potuerit? Dixeris, detractam Victoriae eam coronam esse et in Hecatompedo suspensam, nec nisi in certis quibusdam sollemnibus impositam Victoriae capiti esse. Quod ut concedam, tamen non video, cur ea corona, nisi in capite Victoriae fixa fuerit, non ponderetur, sed sit ἄσταδμος. Nihilominus omnibus consideratis eo inclino, ut hanc coronam capiti detractam et in Hecatompedo servatam putem, unde separatim tradatur, quum ipsum magnum simulacrum cum Victoria sua in Parthenone s. adyto templi positum non possit in his Hecatompedi tabulis recenseri, manente etiam utriusque vocabuli veteri discrimine: sed cur ea corona, quae tamen n. 153. iam ponderata videtur, hac aetate fuerit ἄσταδμος, nescire me fateor. Ea vero, quam proposui, sententia inde aliquam lucratur confirmationem, quod n. 151. vs. 26. diserte memoratur aliquid ἀπὸ τῆς χειρὸς τῆς Νίκης, ut videas, id demptum de manu et separatim asservatum esse.

§. 19. Φωκαϊκὴ στατῆρς II. ἔκται Φωκαῖδες..

Phocaici stateres aurei fuerunt: ἔκται alibi non reperiuntur nisi in hoc ipso titulo §. 22. Quae quum sextam stateris partem constituisse videantur, argenteae fuerint.

§. 20. - - - λοι Μηδικοὶ ἀργυροὶ ΔΙ

Fortasse φάλοι.

§. 21. Ὑπόστατον χρυσοῦν, ἄσταδμον· κρατὴρ ὑπάργυρος ἐπίτηκτος, ἄσταδμος.

De ὑποστάτῳ dixi ad Sig. inscr. (n. 8.). Crater dicitur ὑπάργυρος: igitur alia materia superinducta erat. Nempe fuit ἐπίχρυσος (cf. n. 151. vs. 25.), quod non dictum est, sed latet quodammodo in voce ἐπίτηκτος. Neque enim dubito ἐπίτηκτον esse

sigillis s. emblematis inductum, quae agglutinabantur ferrumine: ea vero sigilla aurata fuerunt. Cf. etiam n. 151. vs. 44. ubi rursum ἐπίτηκτος. et ὑπάργυρος coniunguntur.

§. 22. Ἐκτὴ Φωκαῖς καὶ δύο σφραγιδε λιθίνω χρυσοῦν ἐχούσα τὸν δακτύλιον, ἠδὲλ ον.

Supplevi aliquid ex n. 151. vs. 39. sed reliqua suppleri non possunt.

§. 23. Σκάφαι χαλκαῖ H

Sunt centum pelves aereae, quas portabant μέτοικοι σκαφηφόροι. Eaedem redeunt n. 151. vs. 26.

§. 24. Σταδμα χαλκᾶ ΔII

Non undecim, sed duodecim esse docet n. 151. vs. 40. Sunt ponderum normae (vide n. 123. §. 8.), ex plebiscito in arce repositae. Similiter στάδμα χαλκᾶ in ἀναγραφῇ ἀναθημάτων Archonte (immo Quae-store) Alcibiade descripta erant: v. Polluc. X, 126.

§. 25. Μάχαιρα ἀργυρᾶ κολεὸν ἀργυροῦν ἐχούσα· ταύτην ἡ βουλή ἀνέθηκε· σταδμὸν ταύτης

Plurima de coniectura dedi, quam tamen spatiorum ratio satis evincit.

§. 26. Καρχήσιον Διὸς Πολιῶς ἀργυροῦν, σταδμὸν τούτου HH

Supplevi pondus: haud dubie enim idem vas est atque n. 140. 141. litt. h).

§. 27. Ἀρτέμιδος Βραυρωνίας χρυσ - -

Haec quoque in Hecatompedo fuisse vix dubito, etsi Brauroniae Dianae templum in arce fuit (Pausan. I, 23, 9.): nam ex quo uno collegio coniuncti Quaestores Minervae et ceterorum deorum sunt, praecipua Deorum cimelia videntur in Hecatompedium delata esse. De Opisthodomus certe non cogitarim, qui col. B. demum commemoratur: licet non negem me offendi hac re, quod in ipso Hecatompedo Dianae res reperiuntur: idem tamen vides in Iove Polieo tum in hac inscriptione §. 26. tum n. 140. 141. Neque unquam Opisthodomus potuit Hecatompedi nomine comprehensus esse, quum Hecatompedus sit solum medium templum. Ante Ἀρτέμιδος suppleri potest τὰδε ἐστί.

§. 28. Post lacunam: χρυσίδες III, σταδμὸν τούτων - - -

Col. B. §. 29. Post lacunam aliquot litterae (vs. 1.) dein vs. 2. ὑπάργυρον etc. mox Ἐλευσίνω[s] .. ΔΔΓ Hoc non fuit Brauroniae Dianae, ut colligo ex Eleusinis mentione.

§. 30. Βοίδιον ἐλεφάντινον - -

Hoc redit n. 151. vs. 42.

§. 31. - - - Κράτης Αἰσχρωνος Φαληρεὺς ἀνέθηκε, σταδμὸν τούτου HΔ

Supplevi ex n. 151. vs. 35. assumpto spatii causa pronomine τούτου. Nomen viri Κράτης, Φαληρεὺς etc. esse potuit.

§. 32. ἀργυρᾶ, ἣν Λυσιμάχῃ Τηλεμάχου μήτηρ [ἀνέθηκεν], ἐφ' ἣ τὸ Γοργόνειον, σταδμὸν H+

Non recte olim de hoc capite iudicare licebat, nondum allatis tum lectionibus Rosianis; putabam enim n. 151. vs. 35. vocem φι[άλη] eiusdem esse articuli, quod illa n. 151. est post Phalerensis donarium §. 31. relatum. Nunc video n. 151. vs. 35.

illam φιάλην esse aliam, quae n. 150. nondum extat: n. 150. autem intelligo id perscriptum esse, cuius n. 151. vs. 36. init. superest finis: *τηρ ἀνέθηκε, ἐφ' ἣ τὸ Γοργόνειον*. Manifesto est μήτηρ ἀνέθηκε, ut *Λυσιμάχη Τηλεμάχου μήτηρ* n. 150. Post haec n. 150. est: .. *ΗΙΤΙ*, hoc est [ἐφ'] ἣ τὸ [Γοργόνειον]. Patet igitur quadratarium n. 150. post vocem μήτηρ incuria omisisse verbum ἀνέθηκεν, quasi id iam post nomen *Λυσιμάχη* posuisset. Quale donarium fuerit, nescio: aut ἀσπίς aut φιάλη fuit, eaque argentea. De Gorgoneo v. ad n. 151. vs. 36. id vero verisimile reddit Minervae hoc donarium esse oblatum, non Dianae Brauroniae.

§. 33. Δακτύλιος χρυσοῦς ... πινάκιω, ὃν Κ..... ἀνέθηκεν Ἀρτέμιδι Βραυρωνία.

H quid sit, nemo facile dixerit. Expectaveris σὺν πινάκιω. Πινάκιον exiguam puto tabellam operis tessellati esse, quales nos quoque in anulis gestamus.

§. 34. Δακτύλιος χρυσοῦς, καὶ χρυσίον πρόσεστι δεδεμένον· ὃν Φρυνίσκος Θετταλὸς ἀνέθηκε· σταθμὸν τούτων .. *††*

Supplementi formulam petii ex vs. 27.

§. 35. Ἐνψιδίω χρυσῷ || Ἀρτέμιδος Βραυρωνίας, ἰος ἀνέθηκε, σταθμὸν *||C*

§. 36. Στατήρες κιβδηλοὶ κατακεχρυσωμένοι, οἱ παρὰ Λάκωνος.

Post κιβδηλοὶ videtur numerus perisse. Plumbeis stateribus auratis Lacones decepsisse Polycrates Samius ferebatur (Herod. III, 56.).

§. 37. Ὀνυξ μέγας, τραγελάφου πριαπίζοντος, σταθμὸν *ΔΔΔ††*

Genitivus designat imaginem, quae in onyche scalpta. De tragelapho uberius exposui Oec. civ. Ath. T. II. p. 305. eum esse salacem fictum quid obest quo minus statuas? Igitur supplevi πριαπίζοντος.

§. 38. Χρυσία σύμμεικτα διάλυθα καὶ ἐνψιδίω, σταθμὸν ...

§. 39. Τάδε ἐπέτεια παρέδομεν· χρυσίον δ' Ἀριστοκλῆς ὁ ἀπο..... ἦς ἀπήνεγκεν, τὸ ἀπὸ τοῦ βιάθρου τοῦ ἀγάλματος,

Statuam intellige magnam Minervae Virginis, quam Phidias fecit. Eius basin Olymp. 95, 3. refecerat hic *Aristocles*. De variis hoc nomine artificibus dixi ad n. 23. ubi duos Atticos docui *Aristocles* fuisse, alterum patrem, alterum filium *Cleoetae*, qui *Phidiae* videtur adiutor fuisse. Et minor ille *Aristocles* potuit Olymp. 95, 3. superstes esse, si non iuvenis, certe senex. Igitur vide ne, ut Olympiae *Phidiae* posteris *Phaedryntae* dicti habuerunt ius statuae Iovis purgandae (τὸ ἀγαλμα ἀπὸ τῶν προσζιζανόντων καθαίρειν, Pausan. V, 14, 5. coll. Hesych. v. *φαιδρυντής*), ita hoc negotii *Phidiae* et *Cleoetae* posteris Athenis datum fuerit, ut purgarent Parthenonis statuam et reficerent. Et negotii illius designatio inesse videtur illi additamento: ὁ ἀπο..... ἦς. Coniiciebam ὁ ἀποφαιδρυντής: etsi una littera brevius hoc supplementum est. Patriam *Aristoclis* significatam esse nunc non credo: solet

enim in patriae notatione articulus in his titulis omitti.

§. 40. Ἐτερον χρυσίον, ὃ παρὰ τῷ χρυσοσχῷ κίρβει, σταθμὸν *||C*

Cf. Demosth. c. Androt. p. 615.

§. 41. Στέφανος χρυσοῦς, ἀριστεῖα τῆς Θεοῦ, σταθμὸν *ΗΗΔΔΔΔΓΙC*

Haec corona dedicata in magnis Panathenaeis Olymp. 95, 3.

§. 42. Παλλάδιον ἐλεφάντινον περὶ χρυστον καὶ ἡ ἀσπίς ἐπὶ χρυστος, ὃ Ἀρχίας ἐμ Πειραιεὶ ποίων ἀνέθηκε.

Ποίων p. ποιήσας modestiae causa, ut ἐποίει p. ἐποίησε. V. Plin. Hist. nat. Praefat.

§. 43. Ἀνδρῶν Ἐλαιούσιος ἀπήρξατο χρυσῶς *††*, Θράσυλλος Εὐωνυμεὺς χρυσῷ στατήρῃ || *Δῖγναιῶ*.

ΧΡΥΞΟΝ: OI nihil est; videtur lapicida errasse, ut aliquoties.

§. 44. Ἀρτέμιδος Βραυρωνίας· χρυσοῦς δακτύλιος, ὃν Ἀξιοθέα Σωκλέους γυνὴ ἀνέθηκε, σταθμὸν *†|||*

§. 45. Ἀργύριον σύμμεικταν ἄσσημον, σταθμὸν *Γ††|||* χρυσίον ἄσσημον, σταθμὸν *†††*

§. 46. Τάδε ἐν τῷ Ὀπισθοδόμῳ ἐκ τῆς κιβωτοῦ τῆς Βραυρωνίας ἦν· ἵππικὸς κεκρύφαλος, ἐχθρῖνα· Ξενοτίμος Καρκίνου ἀνέθηκε.

Ex Brauronia cista haec in Opisthodomum Parthenonis delata sunt. Ἐχθρῖνα idem est quod ἐχῖνοι in fraenis equestribus: vide de ἐχῖνοις Polluc. I, 184. Carcinum Xenotimi f. memorat Thucyd. II, 23. cuius filius hic Xenotimus videtur.

§. 47. Ἐν ἐτέρῳ κιβωτίῳ Εἰρήνῃ ἐλεφαντίνῃ κατάχρυσος.

§. 48. Ἐν κιβωτίῳ ἦλω δύο, ὑποδερίς, διόπων δύο ζεύγῃ, ταῦτα ὑπόξυλα κατακεχρυσωμένα, φυσητὸν, μήλω δύο ὑπόξυλῳ κατακεχρυσωμένῳ, δακτύλιοι ἀργυροὶ ὀκτώ, προσέτι χρυσίον ἄπυρον, πρόσεστιν σφραγίς καττιτερινὰ ἐνψυδία πέντε· ταῦτα Θαυμαρέτῃ ἀνέθηκε γυνή.

De clavis et ὑποδερίδι cf. §. 1. Ὑποδερίδα et ibi et hic intellige tegumentum pectoris collo proximi. Δίοποι Hesychio auctore sunt *inaures*: quas ligneas fuisse mireris. Φυσητὸν haud dubie φυσητήριον est, *flabellum*. Προσέτι significat, in argenteis anulis infixum esse aurum; adiectum erat sigillum, σφραγίς λιθίνη vel ὑαλίνη aut σφραγίς ἱασπίς (cf. §. 50.), aut tale quiddam.

§. 49. Ἐν κιβωτίῳ λύριον ἐλεφάντινον καὶ πλῆκτρον νον ξύλινον.


In lacuna fortasse ἐπηργυρωμένον fuit; plectrum in utroque fine videtur argenteo tegumento munitum.

§. 50. Ἐγ κιβωτίῳ ποικίλῳ, ὃ Κλειτῷ Ἀριστο..... ἰου, Κίμωνος γυνὴ ἀνέθηκεν· ἐν τῷ κιβωτίῳ ἐνὶ ἐγκυλιόμενα· σφραγίς χρυσοῦν δακτύλιον ἔχουσα, Δέξιλλα ἀνέθηκε· ὅχθοιβος χρυσία ἔχων δώδεκα· ἕτερος ὅχθοιβος χρυσία ἔχων *Δ||*· ὅχθοιβος χρυσία ἔχων *Γ||*· χλιδῶν χρυσία ἔχων *Δ* σὺν τῷ ἀπύρῳ· σφραγίς ὑαλίνη ποιήλα *||*, περικεχρυσωμένα, ἀλύσεις χρυσῶς ἔχουσαι· ὄνυξ σφραγίς χρυσοῦν δακτύλιον ἔχων· σφραγίς ἱασπίς χρυσοῦν δακτύλιον ἔχουσα· σφραγίς ἱασπίς περικεχρυσωμένη· σφραγίς ὑαλίνη περικεχρυσωμένη, χρυσοῦν δακτύλιον ἔχουσα· σφραγίδες δύο ἀργυροῦς δακτυλίου ἔχουσαι· σφραγίδες ὑα-

λναι Π||, ποικίλαι, περιεχρυσωμένοι σφραγίς περιχρυσ-
 ος: ὑποδερίς, προς..... ἔχουσα ἐν τῷ
 μέσῳ ἄπυρον χρυσίον καὶ ἀμφι.....

Cimon hic qui sit, ignōratur. Verba ἐν τῷ κι-
 βωτίῳ negligenter ex prioribus repetita sunt. Χρυσ-
 σία sunt parvae ex auro laminae vel bracteae; de
 nummis me cogitasse falso tradidit Osannus Syll.
 p. 100. Verba σὺν τῷ ἀπύρῳ docent, annumerato

hoc decem esse χρυσία. Vs. 35. περιεχρυσωμένοι et
 ἔχουσαι pro duali est. Ibidem post vocem ὄνυξ ad-
 didi σφραγίς: adiectum tamen ἔχων sequitur vocem
 primo loco positam ὄνυξ. Vs. 37. post alterum σφρα-
 γίς dele ductum I. Vs. 40. correxi ὑποδερίς, post
 quod annotatum vacuum spatium est: sed ni fallor,
 id ipsum occupavit vox ὑποδερίς. Quod sequitur
 ΠΡΟΞ..ΙΩ! nescio quid sit.

151. 

In pavimento casae in arce repperit Chandlerus, et misit Societati, qui dicuntur *Dilettanti*. Ipse edidit Inscr. II, 5. p. 46. 47. dein
 ego Oec. civ. Ath. tab. VI. et explicui T. II. p. 309-323. Marmor est στοιχηδόν scriptum.

[Textum vide p. 240. 241. interpositum.]

Quum lapis, qui superest, ne tertiam quidem
 partem latitudinis huius tituli complectatur, quod
 certis argumentis iam olim docui; patet in dexte-
 ram appositum fuisse longe maiorem lapidem vel
 plures lapides. Titulus comprehendit descriptionem
 donariorum, quae Quaestores Minervae archonte
 Dexitheo (Olymp. 98, 4.) tradiderant successoribus
 (Olymp. 99, 1.); igitur praecedente recentior est annis
 tredecim. Quare nova multa, quae n. 150. deside-
 rantur, donaria inscripta, alia opinor omissa sunt,
 quum non superessent; haud pauca tamen redeunt,
 sed ordine magnopere immutato. Praeterea quae-
 dam, quae in hoc titulo habentur, etiam n. 152.
 invenies: atque illa inscriptio hac n. 151. videtur
 antiquior esse, de quo suo dicam loco.

Supra scriptum fuisse videtur Θεοῖς ἐπικουρίοις
 vel simile, ut n. 139. Cf. etiam ad Marm. Sandw.
 Dein sequuntur praescripta usitata, vs. 1-4. Τάδε
 παρέδσαν οἱ ταμίαι τῆς Θεοῦ οἱ ἐπὶ Δεξιθέου ἀρχοντος,
 quattuor Quaestorum nomina,] της Κεφαλῆθεν,
 Νικόμαχος Ἀχαρνέως, Λι...αλ..... [praeter antece-
 dentis Quaestoris nomen mutilatum trium Quaestorum
 nomina, οἷς ὁ δεῖνα ἐγγραμμάτευε, τοῖς ταμίαις τοῖς τῆς
 Θεοῦ, τοῖς ἐπὶ Δι[ε]ιτρέφους ἀρχοντος, quinque Quae-
 storum nomina,] Θεορίππῳ Κοθωκίδῃ, Α..... Πιδεῖ,
 Δε[ξ]ιδε[φ]..... duorum Quaestorum nomina, οἷς
 ὁ δεῖνα ἐγγραμμάτευε]..... Quae vulgo addita re-
 periuntur, παραδεξάμενοι παρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν κ.
 τ. λ. non videntur addita fuisse. ΔΙΕΙΤΡΕΦΟΞ Osan-
 nus Syll. p. 143. bene monuit in ΔΙΕΙΤΡΕΦΟΞ
 mutandum esse; vulgaris forma est Διοτρέφης, quo
 nomine hic archon venit ap. Diod. XV, 14. Apud
 Atticos dicitur usitatius Διοτρέφης, et ex recondi-
 tiore forma Δειτρέφης, quam praebet titulus milita-
 ris Atticus. De Quaestorum nominibus et ordine
 optime disputavit Osannus Syll. p. 65. docens illos
 ex serie tribuum ordinaria descriptos esse. Eorum,
 qui archonte Dexitheo fuerunt, Cephalensis et Achar-
 nensis sunt tribuum quintae Acamantidis et sextae
 Oeneidis: igitur ante illos interciderunt quattuor.
 Sed eorum, qui Diitrephe archonte Quaestura functi
 sunt, unus est Cothocides, alius continuo additus
 Pithensis. Pithensis est septimae tribus Cecropidis;
 igitur Cothocides debet sextae Oeneidis esse: unde
 patet Cothocidas demum fuisse Oeneidis tribus, et
 ante Thersippum quinque nomina perisse. Cf. de
 Quaestorum ordine ad n. 150.

Sequitur vs. 5. 6. χαλκῆν τὴν ἐν τῷ Παρθενῶνι
 ὁμολογούμενον - - - ἐλέφαντα παρέδομεν πρὸς ἀριθμὸν καὶ
 σταθμὸν. Neutrum intelligi potest; nisi quod pri-
 mum de ahenea Parthenonis statua, deinde de ebore
 agitur. Prior non est Ἀθηνᾶς Προμάχου, quae non
 in Parthenone, sed sub dio fuit: at fuerunt etiam
 alia ahenea in arce signa, ut Lemnia Phidiae καλ-
 λυμορφος (Pausan. I, 28. Plin. XXXIV, 1.) et aliud
 signum auratum, quod dedicaverat Nicias (Plutarch.
 Vit.). Ebur an sit magni in Parthenone signi, ne-
 scio. Post vs. 6. relicto spatio incipit iam vs. 7.
 descriptio eiusdem Victoriae aureae, quam n. 150.
 vidimus, sed verbis variata, addita vel detracta hinc
 inde una et altera voce. Quae restitui possunt,
 sunt fere haec:

- (7) Νίκης χρυσῆς πρῶτος ῥυμός· κεφαλῇ, στεφάνῃ, ἐνψ-
 δίῳ, ὄρμος, ὑποδερίς, ἥλω δύο χρυσῶ, παρ' ἀρι-
 στερά ἀμφιδεᾶ, χρυσίδια μικρὰ .. σταθμὸν τού-
 των ΧΧΔΔΔΔΗΗΗΗ]
- 8) δεύτερος ῥυμός· θώραξ, στρόφιον, περιτρα[χήλιον,
 σταθμὸν τούτων ΧΧΔ τρίτος ῥυμός· ἀπόπτγμα,
 περόναι δύο, ποδήρης - - χρυσῶ]
- (9) σί[δ]ια μικ[ρ]ὰ, σταθμὸν τούτων ΧΡΗΗΗΗΔΔΔΓ
 [ΗΗΗΗ τέταρτος ῥυμός· παρὰ δεξιὰ ἀμφιδεᾶ, στέ-
 φανος, κατωρίδε δύο - - σταθμὸν τούτων ΧΡΗΗΗΗ
 ΡΔΓΗΗΗ]
- (10) πέμπτος ῥυμός· ἀκρωτήριον ὀπίσ[θ]ιον, σκέ[λει] δύο
 - - σταθμὸν τούτων ΧΧΧΗΗΗΗ]

Vs. 8. περιτραχήλιον additum est, item vs. 8.
 extr. 9. init. χρυσίδια μικρὰ, quae cave putes eadem
 esse quae n. 150. in primo ῥυμῷ sunt. Potius haec
 sunt in hoc titulo addita, quum in priore, singu-
 lis minus accurate enumeratis, uno vel altero ce-
 terorum vocabulorum comprehendantur: certe pon-
 dera eadem fuisse potest ex vs. 9. colligi. Vs. 10.
 post ἀκρωτήριον omissa vox χρυσῶν. In aliis locis
 plura videntur addita esse, pro quibus lacunas re-
 liqui, quae tamen etiam in aliis sedibus notari po-
 terant, quod ubi quodque vocabulum exciderit,
 non constat. Eam quidem, quam statuo, latitudi-
 nem tituli fuisse, docent maxime vs. 14sq. Se-
 quitur vs. 10. 11. (coll. n. 150. §. 6.):

[Θυματήριον ἀργυροῦν, ὃ Κλεοστράτη ἀνέθηκε Νικηρά-
 του, χαλ[κ]ῶ διερείσματα ἔχον, σταθμὸν σὺν τῷ χαλ-
 κῷ ΧΗΗ].

Inde a vs. 12. in plurimis discedit hic titulus
 a n. 151. Primum est: - - ἀργυροῦν ὑπόξυλον, ἵνα ἡ

ciderunt Quaestorum quattuor priorum nomina propria cum nominibus demorum

Quaestorum nomina cum nominibus demorum [ΟΙΞ. ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕΤΟΙΞ

storum quinque priorum nomina propria cum nominibus demorum

rum postremorum Quaestorum nomina ΟΙΞ. ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ.

5

ΩΔΥΟΧΡΥΞΩΠΑΡΑΡΙΞΕΤΕΡΑΑΜΦΙΔΕΑΧΡΥΞΙΔΙΑΜΙΚΡΑ. ΕΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ ΧΧΔΔΔΔΙΙΙΙΙ
ΤΡΙΤΟΞΡΥΜΟΞΑΡΟΠΤΥΓΜΑΠΕΡΟΝΑΙΔΥΟΡΟΔΗΡΗΞ. ΧΡΥ
ΕΞΙΑΑΜΦΙΔΕΑΞΕΤΕΦΑΝΟΞΚΑΤΩΡΙΔΕΔΥΟ. ΕΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ ΡΗΗΗΗΡΔΓΙΙΙ
ΟΜΟΝΤΟΥΤΩΝ ΧΧΧΧΙΙΙ ΘΥΜΙΑΤΗΡΙΟΝΑΡΓΥΡΟΝΟΚΛΕΟΞΤΡΑΤΗΑΝΕΘΗΚΕΝΙΚΗΡΑΤΟΧΑΛ 10
- - - - - ΑΡ

- - - - - [ΕΤΑΘΜΟΝΠΡΩΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡ
ΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ. ΡΕΜΠΤΗΣ ΧΙΙΙΙΙ ΕΚΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ. ΕΒΔΟΜΗΣ ΡΗΗ
. ΕΝΔΕΚΑΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ. ΔΩΔΕΚΑΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ. ΤΡΙΤΗΣΚΑΙΔΕΚΑ 15
ΤΗΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ. ΕΚΤΗΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.
. ΕΝΑΤΗΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔΙ. ΕΙΚΟΣΤΗΣ ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.
ΤΗΣΚΑΙΕΙΚΟΣΤΗΣ Χ. ΤΕΤΑΡΤΗΣΚΑΙΕΙΚΟΣΤΗΣ Χ. ΡΕΜΠΤΗΣΚΑΙ

20

- - - - - ΟΙΝΟΧΟΗΚΑΤΑΚΕΧΡΥΞΩΜΕΝΗΥΓΑΡΓΥ
- - - - - ΟΙΝΟΧΟΗΚΑΤΑΚΕΧΡΥΞΩΜΕΝ
- - - - - [ΑΝΕΘΗ
- - - - - [ΧΡΥΞΟΝΥΓΟΣΕΤΑΤΟΝΤΩΙΚΡΑ
- - - - - ΤΟΑΓΑΛΜΑΤΟΣΤΟ 25
ΝΟΞΧΡΥΞΟΞΑΡΙΞΕΤΕΙΑΤΗΙΘΕΩΙ ΗΗΡΔΔΔΔΙΙΙΙΙ ΕΡΙΘΥΚΛΕΟΞΣΤΕΦΑΝΟΞΑΡΙΞΕΤΕΙΑΤΗΙΘΕΩΙΣΤΑ
ΕΡΙΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣΤΕΦΑΝΟΞΑΡΙΞΕΤΕΙΑΤΗΙΘΕΩΙ. ΕΡΙΜΥΣΤΙΧΙΔΟΣΤΕΦΑΝΟΞΑΡΙΞΕΤΕΙΑΤΗ

ΡΟΣΤΟΑΓΑΛΜΑΤΟΣΤΟΧΡΥΞΟΣΕΤΑΘΜΟΝ. ΣΤΕΦΑΝΟΞΧΡΥΞΟΣΟΝΛΥΞΑΝΔΡΟΣ 30
- - - - - ΣΤΕΦΑΝΟΣ
- - - - - ΣΤΕΦΑΝΟΣ

ΔΡ

- - - - - ΚΡΑΤΗΣΑΙΞΧΡΩ
- - - - - ΑΡΓΥΡΑΗΝΛΥΞΙΜΑΧΗΤΗΛΕΜΑΧΟΜΗ 35

- - - - - ΣΦΡΑΓΙΔΕΔΥΟ
- - - - - [ΕΤΑ
- - - - - Α 40

- - - - - ΕΤΑ
ΙΑΞΕΜΠΕΙΡΑΙΕΙΓΟΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕ

45

assecutum esse non spondeo. Primae coronae addidi vocem χρυσούς, quam in reliquis spatii causa omisi, quum suppleri a legentibus facile potuerit: et ob spatii angustiam in eadem illa prima corona omisi vocem σταθμόν, quae passim omittitur: idem feci in Demonstratio anno.

Succedunt aliae coronae vs. 28-33. intermixtis tamen aliis rebus.

(28) στέφανο[ς] - - - -

(29) ὄνυξ σταθμόν ΗΗΦΔΔΠΗC στέφανος ἀργ[υροῦς]

(30) ΦΔΔΗΗ[Η]ΙΙΙ στέφανος χρυσοῦς, ὃν ἡ Νίκη ἔχ[ει] ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ, σταθμόν στέφανος χρυσοῦς, ὃν Λύσανδρος]

(31) Ἀριστοκρίτ[ου] Λακεδαιμόνιος ἀνέθηκε, σ[ταθμόν] ΦΔΠΗΙΙΙ - - - - στέφανος]

(32) χρυσοῦς θαλλοῦ, ὃν Γέλων Τλησωνίδου ἀνέθηκε Πελληνεὺς, σταθμόν ΔΠΗΗΙΙ - - - - στέφανος]

(33) χρυσοῦς θαλλοῦ, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε, νικητή[ρια] τοῦ κισσῶδου, σταθμόν ΦΔΔΔΓ] - - - -

Haec ad sensum suppleta sunt ex n. 150. §§. 18. 12. 15. 15. Addo haec. Onyx vs. 29. alius est ac n. 150. §. 37. Victoriae corona longiori spatio designata erat; itaque quum n. 150. non ponderata sit, pondus additum hoc loco censeo, ut n. 153. In Gelonis nomine vocem Πελληνεὺς addidi post verbum ἀνέθηκε; quod vidimus passim. In magnis lacunis videntur coronae excidisse, quae n. 150. §§. 14. 16. recensentur, aliaque. Postremo tribus verbis moneo de dictione στέφανος χρυσοῦς θαλλοῦ, quam de certa coniectura dedi, et cuius vestigium superest etiam n. 152. vs. 18. Quippe στέφανος θαλλοῦ est corona oleagina, quod notavit iam Viscontus Mus. Pio-Clem. T. V. p. 63. quae ubi auro expressa est, dicitur στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς. Sic στέφανος θαλλοῦ et θαλλοῦ στέφανος habetur tum alibi tum n. 101. 102. et ap. Gruter. p. CCCXXVII. 1. Chishull. Antt. As. p. 144. et ἐστεφανωμένος θαλλοῦ ib. p. 156. Apud Athen. V, p. 200. D. habes πίντος στεφάνῳ χρυσῷ, στέφανον κισσοῦ καὶ ἀμπέλου χρυσοῦν, p. 201. D. στέφανον ἐλαίας χρυσοῦν, XIII, p. 605. B. στέφανον χρυσοῦν κισσοῦ. Videmus igitur στέφανον χρυσοῦν θαλλοῦ et θαλλοῦ χρυσοῦν ex usu dictum esse: unde n. 150. pro falso θαλλόχρυσος in earundem coronarum aliarumque designatione dedi θαλλοῦ χρυσοῦς, quo nihil certius. Nam quae pro voce θαλλόχρυσος nuper adversus me monita sunt, ea ad n. 153. facile removebo.

Vs. 34. init. finis alicuius ponderis est .ΔΔΗΗ, fortasse illius onychis, qui recensetur n. 150. §. 37. Deinde sequuntur haec:

(34) φιάλη ἀργυρᾶ, ἣν Ἀριστόλα ἀνέθηκε, σταθμόν - - - - κράτης Αἰσχρω-]

(35) [ν]ος Φαληρεὺς ἀνέθηκε, σταθμόν ΗΔ φιάλη ἀργυρᾶ, ἣν - - - - ἀργυρᾶ, ἣν Λυσιμάχη Τηλεμάχου μή-]

(36) τηρ ἀνέθηκε, ἐφ' ἣ τὸ Γοργόνειον, σταθμόν ΗΗ] - - - -

(37) ΔΠΗΗΙΙ κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν καὶ πε[ρισκελές] πρόσεστι] - - - -

(38) στρεπτόν περίχρυσον ὑπάργυρον ΠΠ[ΗΗΗΙΙΙ] - - - - σφραγίδε δύο]

(39) λιθίνα χρυσοῦν ἐχού[σα] δακτύλιον ηδελ - - - - [στά]-

(40) Θμία χαλκᾶ ΔΙΙ, ἃ ὁ δῆμος σηκῶσαι ἐψ[ηφίσατο].

Phalerensis illius et Lysimachae donaria supplevi ex n. 150. §§. 31. 32. ubi v. not. Gorgoneum hoc aut in phiala fuit aut in clypeo expressum, Lysimachae dono. Aliud est Gorgoneum aureum, quod Phileas s. Philergus furatus est (Isocr. adv. Callimach. 22. Suid. v. Φιλαιάς), quod in magna Minervae statua fuisse conicio, licet hoc Pausanias I, 24. eburneum fuisse perhibeat, credo quod aureum surripuerat Philergus: et alia posthac detrahit Lachares. Nec tamen obsum, si etiam aliud praeterea Gorgoneum in arce fuisse putes: modo ne cum Böttigero Amalth. T. II. p. 314. illud a Philergo raptum Gorgoneum putes Ἀθηναῖς Προμάχου fuisse, quae tota videtur aerea fuisse, sub dio posita, non ut dicitur in aede Poliadis. Χρυσέαν Γοργόνα in arce memorat etiam Euripides Fragm. Erechth. ubi plures docuerunt scribendum ἀντ' ἐλαίας χρυσέας τε Γοργόνος. Γοργόνα autem hoc loco Γοργόνειον esse, non ipsam Minervam, ipso orationis nexu duce confidenter pronuncio adversus Völckerum Mythol. Iapetid. p. 216. Vss. 38-40. supplevi ex n. 150. §§. 9. 23. 25. Superest vs. 35. Κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν. In Δημοσιπράτων libro, quem aliquis eruditus collegerat, ob argumenti similitudinem aut haec aut gemina inscriptio inserta erat; unde hoc caput huius recensensus citat Athenaeus XI, p. 476. E. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ ἀργυρᾶ ποιοῦντες κέρατα ἔπιον ἐξ αὐτῶν. ἔστιν οὖν τοῦτο εὐρεῖν ἐν τοῖς Δημοσιπράταις ἀναγεγραμμένον οὕτως ἐκ στήλης ἀνακειμένης ἐν ἀκροπόλει, ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει· Κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν, καὶ περικελές πρόσεστι. Unde supplevi titulum. Plura vide in Oec. civ. Ath. T. II. p. 320. Περισκελές ipso addito πρόσεστι docente significat aliquid, quod cornu illi adiectum sit, cui credo cornu imponeretur: fortasse basis fuit aliqua, pedibus instructa, qui formam crurium haberent a femoribus inde. Quamquam ne sic quidem vox plane expedita est. Alia vide l. c. Postremo absolvam reliqua vss. 41-47.

(41) ἀ[σ]ήμου ΔΔΔ, παρακαταθήκη[η] Ἀθηναῖ. ἀσ.... - - - -

(42) ἄστατον βοῖδιον ἐλεφάντινον. στατ[ήρη] - - - - στα]-

(43) Θμόν Γ Παλλάδιον ἐλεφάντινον ἐπύχρυσ[ον], καὶ ἡ ἀσπίς ἐπύχρυσος, ὃ Ἀρχίας ἐμ Πειραιεῖ ποιωὶν ἀνέθηκε] - - - -

(44) δος ἐπιτήκη[ω] ὑπαργύρη[ω], σταθμόν ΗΗΗΠ - - - -

(45) ΔΔΙΙΙ σταθμόν ΔΔΔΔΠΗΗΗΙΙ Αἰγιναι[ω] στατῆρη ΙΙ] - - - -

(46) .. ἐπίτηκτον παρὰ Δημοκλέους, σταθμόν - - - -

(47) .. σου ... χρυσοῦν Βοιωτι - - - -

Vs. 41. ἀσήμου probabilius quam ἐπισήμου: si pecunia signata intelligenda esset, genus pecuniae fuisset designatum. Dein praetuli Ἀθηναῖ, quia datus commodior, nec post Euclidem Ἀθηναίος videtur usitatum fuisse. Ἀσ... novi capitis initium iudico. Vs. 42. ἄστατον ad prius an posterius

pertineat nescio: idem est n. 150. §. 30. Qui sequuntur stateres, sunt fortasse iidem qui n. 150. §. 19. Vs. 43. explevi ex n. 150. §. 41. certe ad sensum: sed n. 150. pro priore ἐπὶ χρυσόν est περί χρυσόν. Vs. 44. videntur duo vasa argentea cum auratis emblematis significari; cf. n. 150. §. 21. Vs. 45. sunt res XXIII vel plures simul ponderatae. Pondus ipsum unius litterae spatio in si-

nistrum movendum est, ut in fine ponderis unum spatium vacuum relinquatur, sicuti fit in hoc titulo: error videtur typothetae Chandleriani esse. Fortasse sunt hi stateres adulterini n. 150. §. 36. Proxima supplevi ex n. 150. §. 42. Vs. 47. ΕΟΥ videtur in ΕΟΙ mutandum, quod ΟΥ praeter οὐ negationem, οὗτος et nomina propria in eius aetatibus Atticis titulis inusitatum.

152.

Athenis ad ianuam domus alicuius. Ex schedis Fourmonti. Edidi et explicui Oec. civ. Ath. T. II. tab. VII. n. 14. p. 323-326.

.....[ΠΡΩΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΓΡΓΓΔΕ]
ΥΤ]ΕΡΑΞΙ[Α]ΘΜΟΝ[ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔΓΡΓΓΙΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔ
Δ]ΔΔΕΗΕΝΤΕΤΑΡΙ[ΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΡΕΜΡΤ
Η]ΣΤΑΘΜΟΝΟΝΧΗΕΕΗ[ΕΚΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΕΒΔΟ
Μ]ΙΞΑΘΜΟΝΙΓΗΡ[ΗΡΔΔΔΔΙΙΟΓΔΟΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡ
5 Δ]ΔΔΔΓΡΓΓΕΑΤΑ[ΞΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΔΕΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΧ.
ΜΕΝΔΗΚΑΤΗ[ΞΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΔΩΔΕΚΑΤΗΣΤΑ
ΘΜΟΝΙΙΗ[ΗΗ]ΓΔ[ΔΔΔ.....ΤΡΙΤΗΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡ
ΔΔΔΔΕΓΓΤΕΤΑΡ[ΡΤΗΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΡΕ
ΜΡ]ΤΗΚΑΙΔΕ[ΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΕΚΤΗΚΑΙΔΕ
10 ΚΑ]ΤΗΣΤΑΞ[ΜΟΝΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔ.....ΕΒΔΟΜΗΚΑΙΔ
ΕΚ]ΑΠ.ΙΣΤΑΘΜΟΝ[ΡΗΗΗΗΡΔΔΔΔΓΟΓΔΟΗΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡ
ΗΗΗΗ]ΗΔΔΔ[Δ.....ΕΝΑΤΗΚΑΙΔΕΚΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝΡ
ΗΗΗ]ΝΓΔΔΛΙ.....[ΕΙΚΟΣΤΗΣΤΑΘΜΟΝ.....
ΝΑΞΑΡΓΥΡ
15 Γ]ΙΡΟΝΣΤΑΘ[ΜΟΝ
Μ]ΟΝΗΗΗΗΔΔΔ
.....Ο.ΝΔΙΑΙΞΤ
[ΞΤΕΦΑΝΟΞΧΡΥΞΟΞ
ΟΛΛΑΛΣΟΝΗΡΟΓΙ[ΞΑΝΕΘΗΚΕΝΙΚΗΤΗΡΙΑΤΟΚΙΘΑΡΩΙΔΟΞ
Τ]ΜΟΜΟΝΓΔΑ[ΔΡΞΤΕΦΑΝΟΞΧΡΥΞΟΞΘΑΛΛΟΟΝΛΥΞΑΝΔΡΟ
20 Ξ]/ΡΙ[Ξ]ΤΟΚ[ΡΙΤΟΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΞΑΝΕΘΗΚΕΞΤΑΘΜΟΝΡΔΡ
[ΓΓΓΓ]

Exiguum hoc fragmentum est ex eodem quo prior titulus genere, et redeunt fere, quae ibi vidimus; sed vasa ibi vs. 13-19. enumerata sunt xxvi, hic fere non plura quam xx. Hinc coniicio hunc titulum illo antiquiorem esse, et postea plura eiusmodi vasa accessisse. Latitudo fere ea est quam designavi: numerus tamen litterarum non accurate convenit in singulis versibus, nec potest hoc in tali fragmento restituendo postulari. Restitutionem aliter atque olim ita tentavi, ut singuli vasorum numeri iidem esse statuerentur, qui n. 151. sunt: quod omnino consentaneum. Singuli numeri nominativo expressi sunt: πρώτη σταθμόν - - δεύτερα σταθμόν - - etc. Tam in his autem quam in ponderum notis plurima Fourmonti apographo vitia insunt, quae strictim percurro. Vs. 1. lege ΕΡΑΞΤ, vs. 2. ΔΔΗΗΗΤΕΤΑΡΤ, vs. 3. ΞΤΑΘΜΟΝΧΗΗΗΗ, vs. 4. ΗΣΤΑΘΜΟΝΡΗΗΗΗ, vs. 5. ΔΔΔΓΓΓ (ex n. 151.) ΕΝΑΤΗ, vs. 6. ..ΕΝΔΕΚΑΤΗ, vs. 7.

ΘΜΟΝΡΗΗ[ΗΗ]ΡΔ etc. vs. 8. ΔΔΔΔΗΗΗ, vs. 9. ΤΗ etc. vs. 10. ΤΗΣΤΑΘ, vs. 11. ΑΤΗΣΤΑΘΜΟΝ, vs. 12. ΡΔΔΔ, vs. 13. ΗΡΔΔΔΙ... Ultra viginti numeros perveniri commode non potest, etsi olim viginti duos posui: verba ipsa non appono minusculis, quum ex n. 151. peti possint. Vs. 14. coniicio esse ὄνυξ ἀργυροῦν δακτύλιον ἔχων, cf. n. 150. §. 37. et n. 151. vs. 29. Vs. 15. est aliquid ἀργυροῦν, σταθμόν - -, et vs. 16. aliud σταθμόν ΗΗΗ. ΔΔΔ Vs. 18-20. sunt eadem quae n. 150. §§. 15. et 12. ac n. 151. vs. 33. 31. et in vicinia. Quippe Fourmontiana sic corrigenda sunt: vs. 18. ΘΑΛΛΟΟΝΗΡΟΛΙ, vs. 19. ΑΘΜΟΝΡΔΔ, vs. 20. ΑΡΙΤΟΚ; sic prodeunt haec:

[στέφανος χρυσοῦς] θαλλοῦ, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε νικητήρια τοῦ κισσάρωδου, σταθμόν ΡΔΔ[ΔΡ στέφανος χρυσοῦς θαλλοῦ, ὃν λύσανδρος] Ἀριστον[όχου] Λακεδαιμόνιος ἀνέθηκε etc.

153.

Lapis Mus. Brit. Synops. n. 216. Edidit Osannus Syll. I, 63. p. 174. ex schedis Nöbdenii. Hinc et ex Rosianis edo: ex his video titulum non esse accurate στοιχηδόν scriptum; tamen ita dispositum retinui.

[Textum vide in pag. seq.]

Varietas lectionis. Vs. 1. Os. ΑΛΗΘΟΞ et in fine ΜΕΙΞΔΩΝ sine Α. Litteram Ρ vocis ΧΡΥΞΟΞ omittit Ros. item vs. 2. litteras ΕΚ. Ibidem Ι post

vocem κεφαλῇ non habet Os. sed pro eo lacunam. Vs. 5. ΓΑΞ ex Os. est. Vs. 6. init. Os. ΡΟ, Ros. ΓC; ibidem Os. ΔΥΟ, Ros. ΔΔ, quod recepi.

H h 2

ΑΛΙΘΟΞΧΡΥΣΟΞΟΜΕΙΣΩΝΑ
 ΝΔΕΚΑΙΚΡΙΟΚΕΦΑΛΗΙΣΤΑΘ[ΜΟΝ]
 ΔΔ[Δ]ΔΧΡΥΞΙΔΙΑΔΙΑΛΙΘΑΞΥΜΜΙΚΤΑ
 ΟΙ ΚΑΙΤΕΤΤΙΓΩΝΣΤΑΘΜΟ[Ν]
 5 ΠΡΑΞΟΡΜΟΞΧΡΥΣΟΞΔΙΑΛΙΘΟ[Ξ]
 ΡΟ ΑΡΙΘΜΟΝΔΔΣΤΑΘΜΟΝ
 . ΞΤΕ[Φ]ΑΜΟΞΧΡΥΣΟΞΔΙΑΛΙΘΟ[Ξ]ΤΑΘΜΟ
 ΝΤΟΥΤ[Ο]ΔΔΔΔΓΓΟΡΜΟΙΠΛΑΤΕ[ΙΞ]
 ΑΡΓΥΡΟΞΠΡΟΣΟΝΑΡΙΘΜΟ[Ν] . ΣΤΑΘΜΟΝ
 10 ΤΟΥΤΩΝΦΡΕΝΩΙΔΙΩΔΙΑΛΙΘΩ
 ΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΙΝΔ
 ΧΡΥΣΟΙΓΓΚΑΙΡΠΥΓΕ
 ΞΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝΔΔΔΔ
 ΧΡΥΞΑΔΔΔ . ΙΙΙ ΣΤΑΘΜΟΝ[ΤΟΥΤΩΝ]
 15 ΧΡΥΞ[Ι]ΔΕΔΥΟΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟΙΝ
 ΗΗΗ . ΑΚΙΝΑΚΗΞΕΡΙ[ΧΡΥΣΟΞ]
 Υ . ΞΙΟ . . [ΕΠΙ]ΤΗΚΤΟΣΤΑ
 ΥΑΛΙΝΟΝΑΡΓΥΡΟΝΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΟ
 ΠΕΤΑΛΑΘΑΛΛΟΧΡΥΞΑ . . [ΚΑΙΞΤΕΦΑΝΟΞ]
 20 ΟΝΗΝΙΚΗΕ[Χ]ΕΙΗΕΡΙΤ[ΗΞΧΕΡΟΣΤΟΑΓΓΑΛ
 ΜΑΤΟΞΣΤΑΘΜΟΝΤΟΥΤΩΝ

Vs. 7. ΤΕ dedi ex Os. Vs. 8. Os. ΟΡΜΟΝ. Vs. 9. init. Ros. ΚΥΞΟΞ, Os. ΓΥΡΟΞ. Vs. 10. Rosius: Ν . ΠΕΝΩΙΔΙΩΔΙΑ, Os. ΤΩΝΗΓΓΕΝΩΝ . . ΟΔΙΑ. Vs. 11. Os. ΤΟΥΤΟΝΤΟΥΤΟΙΝΔ, Ros. id quod edidi. Vs. 14. primum et tertium Δ ex Os. addidi, item vs. 16. litteras AKI. Vs. 17. primum Υ omittit Os. primum Ξ Rosius. Vs. 18. Ros. Γ, pro quo Os. Λ, errore inferens priscam formam.

Hoc fragmentum tabularum, quibus Quaestores Minervae, fortasse etiam ceterorum deorum, donaria consignarunt, haud dubie eiusdem fere, cuius priores tituli, aetatis est. Quae perierunt, in dextera maxime supplenda esse docet marginis sinistri aequalitas. Marmor non arbitror latius fuisse quam in restitutione nostra, etsi id Osannus multo maioris latitudinis fuisse putat. Initio mundus vel statucae vel muliebris designatus fuisse videtur, unde superest ni fallor: [ὄρμος] διάλιθος χρυσῶς ὁ μείζων, oppositus minori. Vs. 2. ΝΔΕ non fuit [σταθμὸν] ΔΤ; nam huic emendationi non convenit sequens καί; fuit aliquid aliud, plurali numero obvium, ΔΙΙ opinor: additur καὶ κριῶς κεφαλὴ I. Mire enim nuperus editor κρισκεφαλὴ legebat. Sequitur pondus priorum rerum omnium: σταθμὸν ΔΔ[Δ]Δ Vs. 3-5. extat: χρυσῖδια διάλιθα σύμμικτα καὶ τεττίγων, σταθμὸνΤ De supplemento cf. n. 150. §. 38. τέττιγες χρυσοῖ notum apud Atticos ornamentum. Additur vs. 5. pondus, ut videtur, totius collaris, de quo antea: πᾶς ὄρμος χρυσοῦς διάλιθος. Vs. 6. sunt res nescio quae ἀριθμὸν ΔΔ; deinde additur pondus. Ibidem ΡΟ videtur ex eodem reliquum esse, quod vs. 9. est ΠΡΟΞΟΝ. Sequitur στέφανος χρυσοῦς διάλιθος, σταθμὸν τούτου ΔΔΔΔΓΓ, et ὄρμοι πλατεῖς - - ἀργυρος vel ἀργυροῦς ΠΡΟΞΟΝ ἀριθμὸν. σταθμὸν τούτων - - ex quibus illa ἀργυρος usque ad ἀριθμὸν inexplicabilia. Pondus videtur ΗΗΠ esse (vs. 10.). Dein:

ἐνὸς δῶ διαλίθω (quae in lacuna accuratius designata erant), σταθμὸν τούτων Δ - - Vs. 15. sunt χρυσῖδε δύο, σταθμὸν τούτων - - ΗΗΗ. Possunt haec eadem esse quae n. 140. 141. κ) in Hecatompedo. Deinde sequitur vs. 16. ἀκινάκης ἐπὶ χρυσός, fortasse idem qui n. 139. γγ) in Parthenone. Vs. 17. ἐπιτήκτος vel ἐπιτήκτου patet, quae vox ex n. 150. 151. iam nota. Vs. 18. est ὑάλινον ἀργυροῦν, σταθμὸν τούτου - - quid sit, nescio. Vs. 19-21. recte mihi videor ita restituisse:

(19) πέταλα θαλλοῦ χρυσῶ . . [καὶ στέφανος,]

(20) ὃν ἡ Νίκη ἔ[χ]ει ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλ-

(21) ματος, σταθμὸν τούτων - -

Deludit lectorem Sylloges editor, ubi ex hoc loco docet vocem θαλλόχρυσος firmari: manifestum est hic quoque θαλλοῦ χρυσῶ legendum esse, ut supra κριῶς κεφαλὴ. Nusquam enim in hoc titulo nisi in οὔτος scribitur ΟΥ: atque etiamsi scriberetur, tamen in sollemnibus huiusmodi formulis ex antiquo usu resedit O pro ΟΥ, ut EI pro HI in ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ (etiam ΒΟΛΕΙ) et aliis. Id de ipsa voce θαλλοῦ docet n. 102. Sic etiam in Myrinaeo Lemni titulo, de quo Os. p. 177. dixit, non θαλλόχρυσος legendum, sed θαλλοῦ χρυσοῦς. Cetera v. ad n. 151. Post χρυσῶ nihil excidisse videtur nisi numerus foliorum, et deinde addita corona esse, per coniunctionem καί; corona ipsa haud dubie eadem est quae n. 150. 151. Et integra quidem verba n. 150. §. 18. haec sunt: στέφανος χρυσοῦς, ὃν ἡ Νίκη ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ, ἀσταθμος. Hoc loco, si latitudinem marmoris assecutus recte sum, formula est contrahior: ut abest τοῦ χρυσοῦ; quemadmodum etiam n. 150. §. 39. Praeterea iam ponderata videtur; idque etiam n. 151. iam fuisse, ibi conieci. Quae nuper tentata sunt, non ab omni parte possunt probari.

154.

Marmor. Mus. Brit. Synops. n. 193. p. 132. Edidit Osannus Syll. I, 25. p. 99. Ego ex eiusdem schedis et Rosianis dedi.

... O . .
 ... P . .
 Η Ρ . . .
 ΤΗ]Ι ΑΘ[ΗΝΑΙ
 5 ΤΑΔ]Ε ΕΡΕ[ΤΕΙ ΑΡΑΡΕΔΟΜΕΝ
 ΜΟΞΑΝ[ΕΘΗΚΕ
 ΧΡ]ΥΞΗΒ[Ι ΞΥΛ
 ΑΘΗΝΑΣΤ]ΗΞΕΜΟΥΞΙ ΚΗ[Ξ
 ΧΛΙΔΩΝΧΡΥΞΙΑΕΧ[ΩΝ
 10 ΚΙΒΩΤΙΟΝΞΕΞΗΜΑΣΜ[ΕΝΟΝ

Vs. 1. 2. ex Rosio est, item vs. 4. littera prima Ι, vs. 5. prima littera Ε. Vs. 7. prima littera Osanno est Ι; ex Rosio dedi Υ. Collatis aliis titulis patet fragmentum hoc esse descriptionis donariorum, quam confecerunt Quaestores Minervae in ea commemoratae, fortasse etiam ceterorum deorum. Aetas fere eadem quae priorum titulorum fuerit. Vs. 4. apertum est τῇ Ἀθηνᾷ vel Ἀθηνᾶ (v. n. 150.); coniecerim παρακαταθήκη τῇ Ἀθηνᾷ, ut n. 151. vs. 41. Mox vs. 5. vix dubia restitutio: τὰδε ἐπέτεια παρέδομεν, ut n. 150. §. 39. Vs. 6. supple tale quiddam: Διότιμος, Φανόδημος vel ὁ δῆμος ἀνέθηκε. Vs. 7. est res quaedam χρυσή: in addito ΕΡΙΞ vix dubito aliquod vocabulum de ξύλῳ de-

rivatum vel ipsum ξύλῳ latere. De archonte, ἐπὶ Ἐ....., cogitari non potest, si vs. 5. recte restitimus. Vs. 8. Ἀθηνᾶς τῆς μουσικῆς dedi de coniectura. Plinius H. N. XXXIV, 19, 15. Idem (Demetrius, qui Minervae sacerdotem sinxerat) et Minervam (fecit), quae Musica appellatur, quoniam dracones in Gorgone eius ad ictus citharae tinnitu resonant. Eandem Senecae Suasor. 1. inferebat Ian. Grotius probante Lipsio ad Tac. Ann. I. Exc. B. vix recte. Vs. 9. est χλιδῶν χρυσία ἔχων., ut n. 150. §. 50. Postremo κιβώτιον σεσημασμένον (cf. n. 150. §. 47-50.) Osanno bene interpretante est ἐσφραγισμένον.

155. p. 905

Marmor Elginianum ap. Viscont. n. 50. Mus. Brit. n. 283. Synops. p. 143. στοιχηδόν scriptum. Edidit Osannus Syll. I, 9. p. 77 sqq. Ego ex eiusdem schedis et Rosianis dedi.

[Textum vide pag. seq. interpositum.]

parati (cf. ad §. 10.); §. 3. *pars partim collocata partim nondum collocata* inter ἡμίεργα est; deinde vero recensentur *collocata quidem sed non perfecta*, ut §§. 4. 6. 8. item §. 2. k); et rursum §§. 5. 7. quaedam *in opere magna ex parte perfecto nondum collocata*, sive parati iam lapides erant, ut ii, qui operi §. 7. designato destinati erant (vide §. 12.), sive nondum parati. Haec igitur omnia, varia ratione, ἡμίεργα dicuntur: quae videamus quomodo ordinata sint. Igitur §. 2. incipitur a lapidibus nondum collocatis *ad angulum Pandrosei apud Cecropium*, hoc est ab angulo parietum occidentalis et australis, cui proiecta est porticus Caryatidum (litt. a-i. nostri textus); certam ob causam, quam infra aperiam, adduntur litt. k) epistylia collocata quidem sed non perfecta. In qua re ex Mülleri interpretatione subibat mirari, quid esset, quod illi lapides soli deesse operi dicerentur, quum tamen alibi quoque permultos deesse etiam infra zophorum in pariete statueret, qui non enumerantur in iis, quae non collocata sint. In his primum sunt ianuae lapides (§. 12.): qui cur in prima parte omissi sint, non exputo, nisi forte moris fuit, ut ianuae exterioris lapides ultimi collocarentur, atque ita sponte intellectum est, nondum eos posse collocatos esse. De zophoro iam ante dixi, quem non perfectum esse satis patebat et §. 3. indicatum est: sed in septentrionali pariete Müllerus magnum etiam infra zophorum ponebat defectum; desunt enim ex illius interpretatione duo ordines lapidum parietinorum, epicranitides, epistylia: cur igitur ille defectus non designaretur in priore parte? Dixeris, decreto iussum fuisse, ut quae ad angulum propter Cecropium in pariete nondum collocata essent, enumerarentur nominatim: quae enim ibi desunt, pertinere ad parietem Pandrosei et Minervii, quae primum absolvenda fuerint; sed quae in septentrionali pariete deficiunt, ad Erechtheum proprie dictum referri, quod consentaneum sit postea demum absolvendum fuisse. Atque ita omnino statuendum foret, nisi alia succurrerèt ratio: quomodo vero ista sententia exornari posset, docui ad §. 10. Sed hoc repudio. Omnino enim nego quidquam in septentrionali pariete deesse: quippe varia lectio col. I. vs. 97. recens allata rem prorsus expedit (v. ad §. 10.). Nihil parietibus usque ad zophorum deest in ulla parte nisi in ea, quae §. 2. designatur, praeterquam quod §. 5. epistylia cymatium interius peculiari de causa antea omissum additur: ita remota est summa, quae in tituli dispositione reperiebatur, difficultas. Iam in describendo eo defectu, qui ad angulum apud Cecropium est, quum usque ad epistylia ascensum esset, §. 3. commode est annotatum, *reliquum opus universum incipere a zophoro cellae, qui ipse coeptus esset*. Nam ultra cellae zophorum in altum nihil factum erat; stoeae quidem maioris tectum coeptum iudico, sed nec hoc cellae zophorum superat, et insuper §. 7. accurate definitur, quousque id in altum accreverit. Contra quae sub zophoro desunt, omnia de-

scripta esse necessarium est: quod in interpretatione dirigenda imprimis tenendum. Tum §. 4. describitur opus deficiens in columnis Pandrosei ad parietem fenestratum iam collocatis; §. 5. ornamentum deficiens operi iam exstructo in pariete australi interiore. Hoc non prius enumeratum est, quod extrinsecus non conspiciebatur defectus, ideoque introeundum erat, priusquam notari posset. Mox §. 6. comprehenditur, *quidquid in templi parte exstructa careat sculptura vel striatura*; §. 7. adduntur ea, quae in stoa maiore, ut maximam partem perfecta; nondum posita erant; §. 8. defectus operis ad stoaem Caryatidum. Sic quidem constitutis partibus dispositio prodit satis commoda. Secunda vero maiorum illarum partium duarum complectitur, ut dixi, lapides operi infecto paratos. Haec pars incipit a verbis (§. 9.): *Λίδινα παντελῶς ἐξεργασμένα, ἃ χαμαί*, hoc est, *eatenus perfecta, ut collocari potuerint*. Sequuntur col. I. vs. 95–100. lapides nulla defectus nota instructi; sed col. II. omnes imperfecti sunt: et eodem vocabulo utuntur auctores, ut defectum notent, quo usi erant antea, ubi *παντελῶς ἐξεργασμένα* dixerunt: dicitur enim *τούτων ἐκάστου οὐκ ἐξεργασται ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος* etc. Immo non elaborato ἀρμῷ ne collocari quidem hi lapides poterant. Alia autem ἡμίεργα dicuntur; in aliis alia imperfecta vel infecta sunt. Praeterea col. I. extr. et col. II. init. aliud plane subiectum est. Nam col. I. extr. subiectum est *πλίνθοι* (§. 9.), unde etiam ad vocem *μασχαλιαία* intelligendum *πλίνθος*; et hoc est *femininum*: sed col. II. init. subiectum est *masculinum* (§. 10.). Quae quum ita sint, manifesto col. I. extr. perierunt quaedam saxa plane perfecta, deinde novus titulus: *Λίδινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί*, et horum ipsorum aliqua pars. Igitur §. 9. posui *Λίδινα* illa *παντελῶς ἐξεργασμένα*; deinde §. 10–12. *Λίδινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί*, et §. 10. quidem ea, quae *zophori* esse puto, §. 11. *lapides tecti*, §. 12. *saxa in interiore aede et ad ianuas ponenda*. In his deficit haec tabula, nec quantum lapidei operis descripti perierit, constat. Sed quum §. 9. diserte dictum sit *Λίδινα παντελῶς ἐξεργασμένα*, vide ne lapideo operi additum fuerit *ligneum*: *Ξύλινα, ἃ χαμαί*; ut tecti trabes quoque lignee humi iacuerint. Alia enim infra tabula apposita erat, de quo paulo ante monui. Nunc transeo ad singula.

PARS PRIOR.

Defectus operis, §. 2–8.

§. 2. Τοῦ νεῷ τὰδε κατελάβομεν ἡμίεργα.

Ἐπὶ τῇ γωνίᾳ τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου.

- a) IIII πλίνθους ἄδετους μῆκος τετράποδας, πλάτος δίποδας, πάχος τριήμιποδιόν.
- b) I μασχαλιαίαν μῆκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.
- c) Γ ἐπικρανίτιδας μῆκος τετράποδας, πλάτος τρίποδας, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.
- d) I γωνιαίαν μῆκος ἐπτάποδα, πλάτος τετράποδα, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.
- e) I γογγύλος λίθος ἄδετος ἀντίμορος ταῖς ἐπικρανίτισιν, μῆκος δεκάπους, ὕψος τριῶν ἡμιποδίων.

INSCR. GR. VOL. I.

f) II ἀντιμόρω τοῖς ἐπιστυλοῖς, μῆκος τετράποδα, πλάτος πεντεπαλάστω.

g) I κιοκράνον ἄδετον, [καί]

h) μέτωπον τὸ ἔσω, μῆκος δίπουν, πλάτος τριῶν ἡμιποδίων, πάχος τριῶν ἡμιποδίων.

i) Γ ἐπιστύλια ἄδετα, μῆκος ἑκτὰποδα, πλάτος δυοῖν ποδῶν καὶ παλαστής, πάχος [δίποδα].

k) III ἐπιστύλια ἄνω ὄντα [ἔδει] ἐπεργάσασθαι, μῆκος ἑκτὰποδα, πλάτος δυοῖν ποδῶν καὶ παλαστής, πάχος δίποδα.

Aedis haec opera semifacta deprehendimus:

Ad angulum apud Cecropium:

IV lapides non collocatos, longos IV pedes, latos II pedes, crassos sesquipedem.

I lapidem humeralem, longum IV pedes, latum III pedes, crassum sesquipedem.

V capitella parietina, longa IV pedes, lata II pedes, crassa sesquipedem.

I capitellum parietinum angulare, longum VII pedes, latum IV pedes, crassum sesquipedem.

I lapis rotundus non collocatus, respondens capitellis parietinis, longus X pedes, altus sesquipedem.

II lapides rotundi, longi IV pedes, lati pedem cum quadrante.

I capitulum columnae non collocatum, [et]

frons pilae intus, longa II pedes, lata sesquipedem, crassa sesquipedem.

V epistylia non collocata, longa VIII pedes, lata II pedes et quadrantem, crassa II pedes.

III epistylia iam collocata debebant poliri, longa VIII pedes, lata II pedes et quadrantem, crassa II pedes.

Μῆκος est spatium directum per longitudinem parietis, πλάτος per parietem transversum, πάχος s. ὕψος est altitudo ad perpendicularum. Ceterum haec omnia humi iacere putabat Müllerus, exceptis epistylis litt. k), quae ἄνω ὄντα dicuntur et prioribus opponuntur. At hoc loco non ut humi iacentia referuntur, sed tantum defectus parietis usque ad zophorum (§. 3.) notatur: lapides ipsi operi parati et humi iacentes §. 9 sqq. enumerati erant; et in illis hi, qui §. 2. deesse dicuntur, aut omnes aut magna ex parte ut parati redibant. Vide quae ibi dixi. Sic, et sic quidem unice, commoda prodit tituli dispositio.

a) Nec tegulae sunt neque abaci capitulorum, sed, ut vidit Müllerus, quadrae lapideae parietis australis Pandrosei et Minervii, super tecto porticus Caryatidum, proximae lapidi humerali (b), infra ipsas epicranitides (c). Vide hos lapides Fig. VI. a. Longitudinem lapidum horum Stuartus nusquam designavit, sed in restitutionibus templi ex arbitrio delineavit, in prostylo (tab. IV.) ne quattuor quidem pedum, in pariete septentrionali (tab. VII.) quinque pedum: australis parietis nullam dedit restitutionem.

b) Lapis est angularis Pandrosei propter Cecropium, sub epicranitide parastatae (d). Ad hunc et seqq. repete vocem ἄδετον. Latitudo ap. Stuart. est ped. 3, poll. 2, 5. paulo maior quam in titulo. Lapidem vide Fig. VI. β. Fig. V. a.

M m

c) Eximie Müllerus ἐπικρανίτιδα perspexit id esse quod Athenaeo V, p. 205. B. est τὸ γείσον ἔως τοῦ περιτρέχοντος ἐπιστυλίου, parietis summam partem sub epistyliis, in eadem fere qua columnarum capitula altitudine, et capitulorum instar ornatam. Latitudo tripedalis summae est epicranitidis, cum proiectura utrinque exstante; et convenit ruderum mensura. Sunt haec epicranitides super lapidibus litt. a) nondum collocatis et contiguorum iam collocatorum spatio exiguo. Vide Fig. VI. γ. Ceterum ad ἐπικρανίτιδας supple πλίνθους: non enim universum illud sub epistyliis chorium ἐπικρανίτις dicitur, sed singuli lapides vocantur πλίνθι ἐπικρανίτιδες. Πλίνθοι enim sunt lapides parietis, comprehensis etiam parastatis.

d) Γωνιαίαν, sc. ἐπικρανίτιδα, supra lapidem litt. b) et proximum litt. a). Vide Fig. VI. δ. Latitudo designata maxima est, quae in parastate cernitur; nam in pariete est restrictior. Nota vero lapidem angularem vulgarem dici μασχαλιαίαν, ex usu opificum proprio haud dubie: alii lapides angulares, ut haec epicranitis et coronae partes §. 11. γωνιαίων nomine vocantur, non μασχαλιαίων.

e) Transitur hoc loco ex accusativo in nominativum, quod non mirum in tali recensu: idem offert n. 155. Quid quod in ceteris donariorum descriptionibus praemittitur τὰδε παρέδοσαν, deinde sequuntur meri nominativi? Igitur cave hunc locum vitiatum esse putes: non γογγύλους λίθους etc. legendum est, sed est unus. Γογγύλος λίθος Müllerero interprete est duplex cymatium cum astragalo et reliquis ornamentis, quae seorsim scalpenda fuerint et capitellorum parietinorum, postquam collocata sint, proiecturae apponenda; unde dicuntur ἀντίμοροι hi lapides, hoc est *respondentes*. Magnam tamen in hac re difficultatem video. Primum enim mensura longitudinis tantum decempedalis est, quum tamen epicranitides litt. c. d) multo longiores sint: ac si dicas reliquam γογγύλου λίθου partem nondum coeptam fuisse, tamen haec quoque ut deficiens annotanda erat: atque insuper haerebis in altitudine s. crassitudine sesquipedali. Nam quum haec antepagmenta aequae alta sint atque epicranitides (litt. c. d), quae item sesquipedali altitudine sunt; detrahunt illa latitudini epicranitidum tantum, quanta ipsorum latitudo est: quae quidem non designatur, neque tamen plane est exigua: certe epistyliorum γογγύλος λίθος (litt. f.) pedem et quadrantem latus est, neque epicranitidum haec antepagmenta potuerunt adeo angusta esse, quippe quae muro debuerint inseri, ut firmarentur. Sic epicranitides non iam possent latitudine tripedales esse. Dicas quidem summam epicranitidum proiecturam ex eodem cum reliqua epicranitide lapide factam esse, et inferius inseri antepagmenta: itaque nihil iam epicranitidum latitudini in summa certe parte antepagmenta detrahare. Sed neque illud probabile est factum esse, et hac ratione antepagmenta iam non potuerunt aequae alta atque epicranitides ipsae esse. Quapropter aliter statuendum est. Litt. c. d) epicranitides de-

signatae simul continent γογγύλους λίθους iis apponendos; neutra enim collocata erant, sufficebatque notatio epicranitidum deficientium, quippe quarum pars sit γογγύλος λίθος: toto enim designato simul pars designata est. Sed litt. e) intelligendus est γογγύλος λίθος epicranitidibus ceteris iam collocatis apponendus, iis quae sunt iuxta epicranitides c) in orientem. Ubi enim epicranitis iam collocata est, et deficit tamen γογγύλος λίθος, hic ipse debebat seorsim notari. Igitur huic γογγύλω λίθῳ in epicranitidibus demensus sum decem pedes Fig. VI. ε, ubi Müllerus Tab. V. litteram γ habet: nam §. 6. γ) doceo, quae ibi relata sunt, non illo loco, sed alibi apponenda esse. Sunt autem in Museo Britannico Elgin. n. 127. 129. 130. antepagmenta epicranitidum de hoc templo sumpta, alta prope 1' 8", lata supra 8" 6", infra prope 6", longa fere 4': aliud angulare est n. 128. longum fere 5' 4", latum 2' 6"; sed hoc et fortasse alii quoque lapides videntur tantum partes serra resectae esse. Ego (ex Stuarti Tab. VIII. fig. 2.) in parastate dedi exemplum huius γογγύλου λίθου epicranitidis Fig. VIII. Attitudo (αβ) est 1' 7" 2. Ceterum quod ἀντίμορος modo dixi esse *respondentes*, brevitatis causa feci; nam accuratiore interpretatione ἀντίμοροι sunt *partes duae* totius alicuius, *quarum altera alteri opposita est*, ita ut si altera alteri apponatur, integretur illud totum. Germanice dixeris *gegentheilig*. Et sic in nostra quoque inscriptione γογγύλοι λίθοι, qui epicranitidibus et epistyliis sunt ἀντίμοροι, epicranitidum et epistyliorum partem constituunt, reliquae parti, quae per eminentiam epicranitis et epistylium vocatur, antepagmenti loco addendam. Γογγύλου λίθου potestas aliunde non constat, etsi eius mentio fit ap. Schol. Aristoph. Pac. 28. Quantum ex hoc titulo colligo, res haec est. Γογγύλου λίθου notio procedit a cymatii in modum rapi (γογγυλίδος) incurvi et ab echini rotandatione: igitur lapis, in quo unum vel plura cymatia, dicitur γογγύλος; adiectus vero cymatio astragalus esse solet. Iam vero cymatium cum astragalo solet una cum alijs ornamentis vel cum parte non ornata ex uno lapide fieri: igitur iam totus hic lapis dicitur γογγύλος λίθος. Et in nostra inscriptione γογγύλου λίθου nomine vocantur primum *antepagmenta epicranitidum*, quae continent plura cymatia cum astragalis et subiectum anthemium (§. 2. e. §. 6. f. h. i.); deinde *antepagmenta epistyliorum*, quae comprehendunt cymatium cum astragalo et quadrula, Fig. IX. (ap. Stuart. Tab. VIII. 1.) a. qui proprie est γογγύλος λίθος, et tres praeterea epistylia fascias inferiores Fig. IX. β. (§. 2. f.); postremo, nisi me coniectura fallit, *hyperthyri cymatium cum astragalo*, fortasse etiam cum quadrula imposita et cum parte non ornata astragalo subiecta (§. 6. g.).

f) Repete γογγύλω λίθῳ. Müllerus intelligebat quadrulam et cymatium cum astragalo, quae epistylion apponerentur sub zophoro, et apponebat epistyliis litt. i) nostri textus. Quod si verum esset, desiderarentur octo circiter eiusdem mensurae lapides iisdem

epistyliis apponendi. Sed cur tum non annotatum esset, deesse etiam hos? Praeterea si hi γογγύλοι λῖθοι essent epistyliorum litt. ι) enumeratorum, cur designarentur ante ipsa epistylia? Vides hoc fieri non posse. Immo γογγύλος λῖθος, qui epistyliis litt. ι) deest, comprehenditur ipsa illorum epistyliorum notatione, quod epistyliorum pars est (ut in epicranitidibus, v. ad litt. e): contra hi duo γογγύλω λῖθω pertinent ad epistylia iam collocata, haud dubie in pariete fenestrato, ad quem ipsum litt. f. g) transitur. In quo ubi collocandi sint, dico ad litt. g). Ceterum in his γογγύλοις λῖθοις crassitudo s. altitudo non designata est, non quod sex pollices non excedit, ut Müllerus olim putabat, sed aut per negligentiam, aut quod par est altitudini ipsorum epistyliorum. Nam in Museo Britannico in Elgin. marm. n. 85. tale extat epistylii antepagamentum, altum 2' 1", quae ipsa est epistyliorum altitudo, longum 8', latum infra 8" 6". Simile, sed prope 9' longum et utrinque mutilum, est n. 291. In utroque cymatium cum reliquis tribus epistylii fasciis ex eodem lapide factum est. Patet igitur, γογγύλων λῖθον dici universum antepagamentum etiam cum partibus non ornatis, ipso nunc Müllero monente: quo minus haec antepagmenta ad epistylia ι) pertinere possunt, quorum latitudini, quae ex tituli fide bipedalis est, illa antepagmenta detraherent partem permagnam. Ceterum Fig. X. antepagmentum epistyliorum designavi littera A. Ibi linea γδ est 8" 6", secundum mensuram antepagmentorum in Museo Britannico. Sed hac mensura constituta linea αβ minor est quam 1' 3", quae eius mensura esse secundum inscriptionem debet. Igitur horum, de quibus agitur, antepagmentorum latitudo maior fuit, quam eorum, quae servat Museum Britannicum, et designavi eius summam latitudinem (1' 3") lineā βκ, ita ut ima sit γε.

g) Recte intelligitur capitulum columnae in occidentali Pandrosei pariete eius, quae angulo propter Cecropium proxima est. Vide Fig. V. γ. Capitulum hoc deficiens comprehendit omnes quae capituli esse solent partes cum loris implexis (Fig. XI. α), exceptis iis partibus, quae infra ea lora sunt inde ab echino; hae enim una cum scapo iam collocatae erant. Vide ad §. 4. Ceterum ei columnae, cuius capitulum deficit, proximus est parastates in eodem angulo. Cui parastatae quum desint lapis litt. b) et epicranitis litt. d), quum praeterea desit columnae illius capitulum et huic capitulo contiguum μέτωπον (litt. h), epistylum quoque dixeris nondum collocatum fuisse, quod illi parastatae et columnae illius capitulo adiectoque μετώπω imponendum erat; necdum collocatum esse etiam illi vicinum in septentrionem epistylum. Sed tum illa epistylia, ut cetera quae infra zophorum desunt, debebant designata esse. Potius igitur epistylia parietis fenestrati collocata omnia erant; sed iis deerat pars antepagmentorum in octo pedum longitudinem (litt. f). Quibus antepagmentis demptis epistylia parieti (Fig. I. c. II. G) firmiter

incumbebant, etiamsi capitula columnae et angularis parastatae cum μετώπω interioris parastatae, quod columnae capitulo respondet, nondum erant posita. Contra antepagmenta collocari nondum potuerunt, antequam illa capitula posita essent; antepagmenta enim capitulis incumbunt, non parieti. Cf. Fig. II. H. Fig. X. A. ubi antepagmenta in latitudinem γε capitulo incumbunt, reliquo epistylia collocato in pariete (nondum in μετώπω, quod posthac subditum est), nisi quod exiguum capituli spatium (εζ) occupatur. Vides quam omnia conveniant exacte. Illa igitur duo antepagmenta epistyliorum apponenda erant Fig. V. δ. Ea vero non singula binis capitulis incumbunt, sed singulis: vel sic tamen firmiter posita erant, lapidibus sese invicem continentibus; reliquoque operi ea una cum capitulis columnae et angularis parastatae et μετώπω litt. h) facili negotio inserebantur. Ceterum vicina in septentrionem antepagmenta epistyliorum iam posita prius erant; incumbunt enim capitulis iam collocatis.

h) Nullo modo ferri potest Wilkinsianum: μέτωπον τὸ ἐσόμενον πλάτος; nec Wilkinsius probabilem vocis μέτωπον explicationem dedit. Müllerus scripsit: ἡ κίονος ἀφ' ἧς ἐστὶν τὸ μέτωπον τ[ε] ἀφ' ἧς ἐστὶν τὸ πλάτος, in quo istud τε ἀφ' ἧς ἐστὶν non convenit stilo huius tituli; praeterea μέτωπον illi erat paries fenestratus, vix bene credo. Quodsi dixeris μέτωπον esse parietem inter binas fenestras: non est illa columna inter binas fenestras. Praeterea mensurae capitulo non conveniunt. Nam in inscriptione tam latitudo quam altitudo est sesquipedis: sed capituli altitudo cum hypotrachelio maior, sine hypotrachelio minor est sesquipede; cum hypotrachelio enim habet fere altitudinem 1' 9", cui multo plus quam 3" detrahit demptum hypotrachelium. Vide Fig. XI. Itidem latitudo, quae in transversum parietem computanda est, sesquipede minor deprehenditur; est enim Fig. X. lin. λζ, quae fere 1' 2" habet. Igitur latitudinem ubi Müllerus noster dicit esse 1' 8" 4, fallitur: haec enim non latitudo est capituli, sed scapi columnae ad capitulum diameter in parietem directum; quod ex Stuarti tab. XII. patet. Itaque aliter de hoc loco statuo. E regione columnarum in pariete Pandrosei intus sunt parastatae: talis parastatae summa pars capitulo respondens optime vocatur μέτωπον. Dicas quidem hanc dici ἐπικρανίτην (litt. d): sed hoc non est verum. Ibi enim (litt. d) lapis angularis septem pedes longus, quattuor pedes latus, dicitur πλύνθος ἐπικρανίτης, et complectitur partem parietis cum parastate: at hoc loco solum capitulum parastatae designatur, et hoc nunc proprio nomine dicitur μέτωπον. Est sane hoc quoque ex genere epicranitidum; sed epicranitidis notio latius patet, et hoc loco, quoniam solum parastatae capitulum significatur, commodius erat proprio nomine uti quam generali epicranitidis. Iam vero capitulo columnae nondum collocato, consentaneum est parastatae frontem ei capitulo contiguam ne ipsam quidem collocatam fuisse.

M m 2

Igitur in columnae capitulo mensuras puto nullas descriptas esse; neque opus iis in eo capitulo: omnes mensuras refero ad hoc μέτωπον. Vide id *Fig. III. F. Fig. X. B.* quae figura ex *Stuarto Tab. XIII. 2.* petita est, additis a me nonnisi interruptis lineis. Solet autem primo loco longitudo designari, quam habes una mutata littera, eaque lacunae proxima: μέτωπον τὸ ἔσω, μή[κος δέπουν]. Ἔσω aperte verum est; cf. §. 5. Conveniunt autem mensurae ad amussim. Longitudo μετώπου in summa parte ap. *Stuart. tab. XIII. 1.* est bipedalis, quam dedi. Crassitudo s. altitudo in titulo est sesquipedis: nempe capitulo subiecta pars scapi, quae in hypotrachelii loco posita est, annumeranda est necessario, ut hoc μέτωπον pari altitudine sit atque epicranitides parietis australis (*litt. c. d.*); hae enim et illud μέτωπον intus in eodem parietis Pandrosei chorio posita sunt. Imum μετώπου limitem monstrat *Fig. X.* linea Θ : nam $\zeta\Theta$ est sesquipes. Postremo latitudo in parietem transversum in titulo dicitur sesquipedis esse, et est re vera apud *Stuartum*; v. *Fig. X.* lineam $\zeta\eta$, quae sesquipedalis est, et huius μετώπου latitudinem constituit. Huic latitudini addita latitudine capituli columnaris, universa expletur parietis mensura. Ceterum quum in margine una tantum sigla I sit, videntur haec duo capitula, columnae (κίονκρανον) et parastatae (μέτωπον τὸ ἔσω), iunctim enumerata. Igitur inserto καί: lapis enim hoc loco prorsus lacunosus est.

i) Quum horum epistyliorum longitudo non conveniat epistyliorum columnis Pandrosei impostorum mensurae ab axi alterius columnae ad axem alterius computandae, recte ea *Müllerus* posuit in pariete australi super parastatae propter *Cecropium* superque contiguas parietis epicranitides (*litt. c. d.* nostri textus) nondum collocatas, easque, quae his in orientem vicinae sunt, iam collocatas. Vide hos lapides *Fig. VI. ε. Fig. V. ε.* Cf. de h. l. etiam ad §. 5. et supra §. 2. *litt. f.* Super his epistyliis et super eo, quod *litt. g.* dixi in solo pariete collocatum fuisse, omninoque in ea parte, in qua deerant γογγύλω λίθῳ (*litt. f.*), patet zophorum nondum collocatum fuisse.

k) Haec epistylia iam collocata epistyliis *litt. i.* nondum collocatis contigua sunt in orientem, et pertingunt prope usque ad parastaten prostyli australem. Vide haec epistylia *Fig. VI. φ.* Ἐπεργάσασθαι de poliendi labore intelligit *Müllerus*, recte haud dubie. Ceterum haec omnia ita in eadem regione posita sunt et inter sese conveniunt, ut *Müllerum* verum vidisse non dubitem: neque ulus desideratur lapis, quo nondum collocato lapides designati non potuerint collocari. Haec una in *Mülleri* explicatione inerat inconcinnitas, quod epistylia *litt. i.* sero commemorantur, occupatis (*litt. f.*) γογγύλωις λίθοις, qui iis apponendi erant: sed hanc sustuli. Postremo quaesiveris, cur haec epistylia *litt. k.*, quum iam collocata sint, hoc loco referantur, non §. 6. in ἀκαταξέστοις. In sola enim vicinitate causa quaeri non potest. Ratio repetenda

ex verbis §. 3. τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος. Nam §. 2. designantur omnia quae ibi desunt, ubi zophorus nondum collocatus erat: in reliquo vero opere zophori tabulas iam collocari, additur §. 3. Iam quoniam zophorus super epistyliis *litt. k.* nondum collocatus erat, ea epistylia hoc loco adduntur, ut verba τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος excludant simul horum epistyliorum plagam.

§. 3. Τοῦ δὲ λοιποῦ ἔργου ἅπαντος ἐγὼ κύκλῳ ἄρχει ὁ Ἐλευσινιακὸς λίθος, πρὸς ᾧ τὰ ζῶα, καὶ ἐτέθη III ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων.

Reliqui vero operis universi per totum circuitum initium facit lapis Eleusiniacus, ad quem sigilla, et posita sunt tria in horum Curatorum magistratu.

Haec sententia secundum priores interpretes terminatur demum verbis πρὸς τοῦ Πανδροσείου (§. 4.); iidem voces ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων accipiunt de epistyliis super columnis parietis fenestrati ad Pandroseum, et his zophorum impositum esse dicunt, contra quam ad §. 2. i) docui. At epistylia non possunt ἐπιστάται vocari: nec quid in ea interpretatione valeat τούτων, intelligo, quum neque illae columnae neque illa epistylia antehac nominata sint. Igitur diu est ex quo in *Elmsleii* (ap. *Wilk.*) sententiam incidi: ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων est in horum Curatorum magistratu, quum antea alii fuissent; ut dicitur ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος. Nam quod obiicitur, epistatas prima persona loqui (κατελάβομεν §. 2.), igitur nunc non posse tertia de iis persona dici ἐπὶ τῶν ἐπιστατῶν τούτων; id quantum sit, potest vel ex verbo ἀνέγραψαν §. 1. intelligi. Neve offendas in eo, quod aliquid operis sub ipsis his Curatoribus facti commemoratur; nota non describi, quo statu Curatores templum receperint, sed quem statum deprehenderint (κατέλαβον), dum instituunt anagraphen. Vide ad §. 1. Nunc cetera persequor. In quibus est potissimum, quid sit τοῦ ἔργου ἄρχει. Hoc meo iudicio non esse potest imperat, praecipuus est; nam neque commoda hoc loco haec dictio fuerit, nec res vera est; nam zophori opus non tantum est, quantum tecti. Ἀρχεῖν ἔργου est incipere opus; τοῦ λοιποῦ ἔργου ἄρχει ὁ Ἐλευσινιακὸς λίθος est: opus incipit, sive quod eodem redit, incipitur a lapide Eleusiniaco, ut ἄρχει τοῦ χρόνου ὁ ἐνιαυτὸς ὁ ἐπὶ τοῦ δαίνα ἄρχοντος, et talia (cf. ad n. 11.). Ὁ Ἐλευσινιακὸς λίθος autem, πρὸς ᾧ τὰ ζῶα, pertinet haud dubie ad zophorum, ipsis verbis πρὸς ᾧ τὰ ζῶα docentibus. Sed non ipsa zophori saxa ex lapide Eleusiniaco constabant; tabulae erant Eleusiniaci lapidis saxis zophori antefixae, diserte testante *Wilkinsio* p. 147. *The zophorus, or frize, is faced with thin slabs of greyish lime-stone; the fastigium of the pediment belonging to the north portico of the Pandroseum, the only one remaining, is formed of the same material.* Nec lapis est nimium vilis; calcarius quidem, sed ita durus, ut eo vitrum secari possit et ut politio-nem recipiat. Ab illis igitur tabulis collocandis incipit reliquum opus, idque ἐγὼ κύκλῳ, in universo circuitu aedis, exceptis porticibus lateralibus, ad quas hic zophorus non pertinet. Vides igitur non de

zophoro occidentalis parietis Pandrosei dici, sed de universo zophoro; neque alia potest sententia esse nisi haec: *praeter locos iam designatos per universum aedis circuitum opus, quod supersit, incipere a collocandis tabulis zophori; hoc est, in locis antea designatis praeter ea quae descripta sunt zophorum adhuc deesse; at in reliquo templi circuitu zophorum esse collocatum, et tabulas antefigi, sed nusquam exstruktionem templi ascendisse supra zophorum: quod non incommode annotatur, ubi ad epistylia sub zophoro posita perventum erat (§. 2. extr.).* Tabulae quidem si iamiam ponebantur, necesse est saxa zophori iam posita fuerint, idque τοῦ λοιποῦ ἔργου ἐν κύκλῳ, hoc est omnibus locis praeter eos, de quibus nunc ipsum (§. 2.) dictum erat, et, quod sponte intelligitur, in locis proxime vicinis lapidum ibi non positorum. Debet autem deficiens haec pars computari ab iis ipsis terminis, qui §. 2. descripti sunt, hoc est a γογγύλοις λίθοις litt. f), usque ad epistylia litt. k), quae ultimo loco nominata sunt. Hanc zophori partem deficientem vide Fig. V. ζ. VI. ζ. Est is in occidentali pariete circa ped. x, in australi circiter ped. LXVI. Reliqua zophori pars exceptis tabulis antefigendis et sigillis necesse est perfecta fuerit. Unde, ut hoc addam, satis intelligitur, parietem septentrionalem perfectum esse: de qua re iterum dicam ad §. 10. Postremo additur καὶ ἐτέθη etc. Hoc potest aut ad Ἐλευσινιακὸν λίθον aut ad τὰ ζῶα referri: sed quum sigla III in margine posita necessario ad pluralem τὰ ζῶα referatur, eodem pertinet verbum ἐτέθη. Quae quum ita sint, tria sigilla sive prostypa dicuntur iam apposita esse in aliqua zophori parte, ubi tabulae iam erant antefixae. De illis sigillis, quae ferro in zophoro munita erant, cf. Müller. p. 58. et de orthographia vocis IOIA Maffei. crit. lapid. p. 65. quamquam nota res. Ea vero numerari non offendit; certe in partes ea quasdam distributa fuisse necesse est. Vestigia vincturae horum sigillorum in zophoro prostyli adhuc remanent, et sunt a nobis quoque Fig. IV. signata.

§. 4. Τῶν κίωνων τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς τοῦ Πανδρσείου.

III κειμένων κίωνων ἄτμητα ἐκ τοῦ ἐντός, ἀνθεμίον ἐκάστου τοῦ κίονος τρία ἡμιπόδια.

Semifacta columnarum, quae sunt ad parietem apud Pandroseum:

IV collocatarum columnarum nondum secti, inde ab interioribus, uniuscuiusque columnae anthemii III semipedes.

Verba III κειμένων κίωνων de quattuor prostyli columnis, quae ex senis nondum collocatae fuerint, intellexit Müllerus noster, quippe quum priora τῶν κίωνων — Πανδρσείου adderet verbis §. 3. Sed quum hoc fieri nequeat (v. ad §. 3.), necesse est illae columnae parietis fenestrati ad Pandroseum sint: et hae sunt quattuor (Fig. V. η). Igitur haec, τῶν κίωνων τῶν ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς τοῦ Πανδρσείου, generalem titulum constituunt, respondentem verbis §. 2. ἐπὶ τῇ γωνίᾳ τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου: atque ut ad illa

(§. 2.), ita ad haec repeti debet ἡμίεργα ex verbis primo loco positis: τοῦ νεῶ τὰδε κατελάβομεν ἡμίεργα. Tum additur accuratioris definitionis causa III κειμένων κίωνων, in quo nec repetitum κίωνων offendit neque omissus articulus; tamen κειμένων κίωνων omitti poterat. Κειμένων est collocatarum: κεῖται ἂ ἐτέθη. Si humi iacuissent, debebat τῶν χαμαὶ, ut infra, vel certe κειμένων χαμαὶ vel ἀδέντων dici: neque in prima parte enumerari debuissent, sed in altera inde a §. 9. Atque omnino omnes columnae iam videntur collocatae fuisse, etiam prostyli: certe §. 6. quaecunque inter ἀκατάξεστα et ἀρράθωστα commemorantur, manifesto iam sunt collocata: et inter ea ipsa recensentur columnae omnes; ut colligas etiam prostyli columnas collocatas fuisse. Illae autem Pandrosei columnae iam ita perfectae erant, ut praeter spirae torum superiorem etiam striatae essent (§. 6.): igitur opus in iis deficiens debet super striaturam quaeri. Iam vero unius harum columnarum capitulum nondum erat collocatum (§. 2. g); igitur ne in capitulis quidem proprie dictis quaeri opus deficiens potest. Ceterum ἄτμητα eo pertinet, nondum excisam ornamentorum formam esse. Infecta autem haec pars est ἀνθέμιον, non integrum, sed tres semipedes. Volutam non intelligi manifestum est; igitur encarpum interpretatur Müllerus, inter canalem et echinum (v. p. 36.), torum quasi ex loris implexis et contortis formatum, Fig. XI. (Stuart. Tab. XI. 1.) a. Sed illud ornamentum non est encarpum; solet eo fere loco encarpum esse, sed in hac columna non est. Deinde contortum istud quomodo ἀνθέμιον vocari possit, non video; ἀνθέμιον enim designat flores arte factos, ut, ne plura, ap. Xenoph. Anab. V, 4, 32. ἐστρυμένους ἀνθέμιον. Potius hypotrachelium intelligimus ego et Hirtius: id in his columnis flores repraesentat cum flexibus variis cothlearibus (v. Fig. XI. β), in quos quadrat glossa Hesychii: Ἀνθέμιον, τὸ ἐκλεκτὸν χρυσίον. ἡ γραμμὴ τις ἐλικοειδὴς ἦν ἐν τοῖς κίοσι. καὶ τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. Quae glossa ad hanc ipsam inscriptionem pertinere videtur, ut ex arcis inscriptionibus alia nonnulla apud Pollucem et Athenaeum notata reperiuntur, ex Δημοκράτων maxime collectione petita, cui etiam alios titulos immistos fuisse docui ad num. 151. vs. 37. Turbata autem glossa Hesychii; scribendum suspicor: καὶ τόπος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. ἡ γραμμὴ τις ἐλικοειδὴς ἦν ἐν τοῖς κίοσι. Nempe interpres dubitabat, locusne arcis in hoc titulo designaretur an columnae pars: quemadmodum etiam Chandlerus de arcis loco cogitabat, praeter rem advocata Anthemionis Dipili f. statua in arce sita (Polluc. VIII, 131.). Recte vero a nobis hypotrachelium intelligi, non illud implexum, etiam aliunde manifestum est. Nam paulo ante annotavi, defectum operis non esse in capitulo proprie dicto: lora vero illa plexa ipsius sunt capituli: contra anthemium non est capituli proprie dicti. Et defectum illum esse super striatura scapi docuimus: ubi ipsum est hypotrachelium. His addo hoc. Quum anthemium etiam eius columnae,

cuius capitulum nondum collocatum erat, memoretur ut in columna iam collocata: apertum est in his columnis anthemium scapo annumeratum esse, non capitulo, et separatim a capitulo excisum esse. Quippe in Doria quidem columna hypotrachelium capitulo accensetur: sed in Ionia, quod haec non solet hypotrachelio instructa esse, ea pars, ubi in columnis Erechthei anthemium est, scapi potius summa pars est quam capituli ima. Omnino vero Erechthei opifices varias operum partes ex pluribus lapidibus composuisse apertum est; quo magis consentaneum est, anthemium a capitulo separatim esse. Quod quum ex ipsa huius titulo ratione intellexissem, posthac cum Rabio architecto nostro coepi capitulum columnae prostyli examinare. Nam Elginus unam prostyli columnam in Britanniam detulit; eiusque capitulum cum adiecta parte scapi forma gypsea expressum apud nos habetur. Ex qua forma quantum iudicare licet, anthemium et echinus capituli cum scapo cohaerent et ex eodem lapide facta sunt: id quod in partibus laesis agnoscere potest: sed capitulum superius, inde a loris implexis cum his ipsis, separatim factum est, quod ex fracturis capituli cognoscere licet. Nam quum in altero latere superius capitulum, quod supra echinum est, magna ex parte defractum sit, ac rursus etiam echinus infra positus laesus aliqua ex parte sit; partim superioris lapidis planum inferius, partim inferioris planum summum prominent nudata, eaque prorsus ad normam caesa: ut videas ea plana diversorum lapidum esse, qui eo loco essent commissi. Neque, ut hoc obiter addam, capitulum superius, supra echinum, unum lapidem constituit, sed latera capituli ex aliis lapidibus facta, et commissuris in eum finem incisis coniuncta cum reliquo capitulo sunt. Igitur in his quoque Pandrosei columnis dimidiatis consentaneum est columnam inter echinum et lora ista plexa sectam esse; ita ut reliquo capitulo nondum collocato, cum scapo anthemium astragalusque et echinus iam fuerint collocati. Locum ubi secta columna, signavi littera *a*. Fig. XI. in mensuris appositis. Haec hactenus. Ceterum summa difficultas in dictione ἐκ τοῦ ἐντός versatur. Nam primum coniungi potest ἐκ τοῦ ἐντός ἀνθεμίου, idque duplici ratione exponi: ex eo quod intra anthemium est (ἐκ τούτου, ὃ ἐστὶν ἐντός τοῦ ἀνθεμίου), et: ex interiori anthemio (ἐκ τοῦ ἀνθεμίου τοῦ ἐντός). Sed in hac interpretatione exspectes potius hoc ipsum: ἐκ τοῦ ἀνθεμίου (vel ἐξ ἀνθεμίου) τοῦ ἐντός; in priore vero, quum necessarium sit mensuram sesquipedalem in altitudinem columnae accipi, intra anthemium erit illud, quod supra id est. At in ea sententia praestabat ὑπέρ; nec verisimile est anthemio, sive lora ista sive hypotrachelium intelligas, iam facto nondum caesa fuisse, quae supra anthemium sunt: ut taceam non in capitulo proprie dicto esse hunc defectum, quod supra docui. Postremo nec supra anthemium neque infra eius summum limitem tres capituli semipedes supersunt: idemque de loris istis

dicendum. Vide modo Fig. XI. ipsum capitulum, et computa mensuras appositas. Igitur aliam plane rationem in eo, et verba ἐκ τοῦ ἐντός disiungo a voce ἀνθεμίου. Structura haec est: τρία ἡμιπόδια ἀνθεμίου (in singulis columnis) ἄμμητα, ἐκ τοῦ ἐντός. In separandis quidem genitivis ἐκ τοῦ ἐντός et ἀνθεμίου eo minus haerebis, ubi videris, quam saepe §. 11. genitivi iuxta positi, qui possint pro uno haberi, dividendi in duos sint, ut §. 11. litt. f) ἐτέρου κυματίου, hoc est ἐτέρου γείσου κυματίου, ubi ad ἐτέρου intelligendum illud γείσου. Neve quis postulet τοῦ ἀνθεμίου, consideret modo exempla ibidem obvia. Itaque anthemii ipsius tres semipedes infecti sunt; qui debent in circuitum columnae computari. Superest quid sit ἐκ τοῦ ἐντός. Columnae quum dimidia sint, parietis partem constituentes, ea pars circuitus, quae plano parietis proxima est, recte dicitur τὸ ἐντός; media circuitus facies est τὸ ἐκτός. Igitur ἐκ τοῦ ἐντός sic intelligendum videtur: ex interiore circuitus parte computanti. Quippe quum columnae humi iacerent, ea utrinque anthemii pars, quae plano parieti proxima esset, perfecta est, ne collocatis iam columnis impedirentur opificis brachia, quominus eam commode elaboraret: sed media facies infecta relinquebatur, ut in columnis iam collocatis perficeretur: praeferebant enim hoc veteres, ubi fieri commode poterat. Ab interiore igitur utrinque circuitus parte iam facta computanti supersunt in media facie tres semipedes anthemii, qui faciendi sint. Vide Fig. V. η. Non opinor opus erat, ut diceretur ἐκ τοῦ ἐκατέρωθεν ἐντός: si usitatum fuit interiores partes prius perfici, satis aperta dictio peritis erat, nec poterat, quod putes, in contrarium accipi, quasi ipsa interiora nondum facta essent. Unusquisque enim intelligebat, ex interioribus incipi, atque ubi substiterat opifex, ibi pergi ab interioribus ad mediam faciem. Quodsi medium anthemium iam factum esset, pars infecta procederet ἐκ τοῦ μέσου s. ἐκ τοῦ ἐκτός.

§. 5. Ἐπιστυλίου ὀκτώποδος ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ πρὸς νότον κυματίον ἐς τὸ ἔσω ἔδει ἐπιθεῖναι.

Epistylü octo pedes longi ad parietem australem cymatium intus debebat apponi.

Ἐς τὸ ἔσω, intra ipsam cellam. Müllerus intelligit echinum in epistylío, sine astragalo et quadra: si astragalus et quadra adsint, γογγύλον λίδον vocari. Fuit id haud dubie in epistylíorum §. 2. litt. k) designatorum eo, quod proximum est epistylíis litt. i) nondum positís. Locum designavi Fig. VI. η. sed intus est. Tale antepagmentum de hoc templo sumptum et separatim factum vidit Müllerus Londini apud architectum Linwood: id tamen astragalum habet. Nec laborandum de discrimine γογγύλου λίδου et κυματίου: nam γογγύλος λίδος quum nomen generale sit, quo comprehendatur κυματίον, potest idem illud ornamentum aut γογγύλος λίδος aut κυματίον vocari. Attamen cymatium proprie non complectitur astragalum, sed ab hoc distinguitur (§. 11.): igitur ubi nunc cymatio comprehendi astragalus videtur, potius statuendum

est, deficientem lapidem designari a potiori. Etenim astragalus quasi appendix cymatii est. Ceterum sponte patet, etiam in epistyllis §. 2. litt. i) recensitis, sed nondum collocatis, deesse hoc cymatium interius; sed ibi hoc ipsis epistyllis comprehenditur, quod totae epistylliae deficient, indeque apertum fuit deficere etiam epistylliarum cymatia, quae partem epistylliarum constituunt. Nam ubi totum deficit, deficit etiam pars.

§. 6. Παράστασις καὶ ἀνάθημα.

a) τὸν τοῖχον τὸν πρὸς νότον ἀνέμου ἀκατάχιστα, πλὴν τοῦ ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῇ Κεκροπίῳ.

b) τοὺς ὀρθοστάτας ἀκατάχιστα ἐν τῷ ἐξωδῷ ἐν κύλῳ πλὴν τῶν ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῇ Κεκροπίῳ.

c) τὰς σπείρας ἀπ᾽ αὐτῶν ἀνάθημα τὰ ἀνωθεν.

d) τοὺς κίονας ἀνάθημα ἀπαντας, πλὴν τῶν ἐπὶ τοῦ τοῖχου.

e) τὴν κρητίδα ἐν κύλῳ ἀπ᾽ αὐτῶν ἀκατάχιστα.

f) τοὺς τοῖχους τοῦ ἐκτὸς ἀκατάχιστα, γογγύλου λίθου τε.

g) τοὺς ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῇ Κεκροπίῳ.

h) τῆς παραστάδος τῆς πετραποδίας.

i) τοῦ πρὸς τῷ γάλατος πετραποδίας.

Haec sculptura et striatura destituta sunt.

Parietem austrum versus impositum, excepto eo qui

restat intra porticum ad Cecropium.

Orthostatas impositos extrinsecus circumquaque, exceptis

illis, qui sunt intra porticum ad Cecropium.

Spiras omnes non striatas superius.

Columnas omnes non striatas, exceptis illis, quae ad

parietem sunt.

Crepidinem circum circa universam non politam.

Parietis exterioris non sculptos rotundi lapidis pedes

xxxii,

Parietis in labris ostii, pedes octo,

Parastadis... tetrapodias...

Parietis ad signum deae tetrapodias.

Pertinent haec ad universi templi varios locos.

Κατάχιστον de sculptura s. politione cum Müllerō intelligo,

ut idem sit quod ἐπεγράφειν: ἡ ἀνάθημα, est

striatura columnarum. Negligenter modo ἀνάθημα

modo ἀνάθημα scriptum est.

a) Paries australis est is, qui adiectam portam

cum Caryatidum habet. Ceterum tantum de plana

parietis facie dicitur. Nam de capitallia parietinis

litt. f) seorsim refertur, et de spiris litt. c): nec

pariete comprehendit epistyllia iudico: certe eiusdem

parietis epistyllia nondum polita separatim descripta

sunt §. 2. litt. k); cetera nondum collocata erant.

Paries impositus est Fig. VI. 9. politus

ibid. 1. Dicitur autem h. l. et litt. b) πρὸς τῇ Κεκροπίῳ,

non ut §. 2. πρὸς τοῦ Κεκροπίου. Πρὸς τῇ Κεκροπίῳ

πῶν proprie est quod adiacet Cecropio, πρὸς τοῦ Κεκροπίου

quod in plaga s. regione Cecropii est. Rotundis tamen

h. l. etiam πρὸς τοῦ Κεκροπίου dici, docet vel §. 7. illud

πρὸς τοῦ θυρώματος.

b) Intellige omnes pilas angulares: duas stoeae

maioris (parastatam versus orientem, antam in occidentem),

totidem ad parietem fenestratum, item ad prostylum.

Excipiuntur duo minores parasta-

tae in angulis porticus Caryatidum interioribus ad parietem cellae australem. Orthostatae non politae sunt Fig. IV. 3. V. 1. VI. 2. VII. a, politae Fig. V. 9. IV. 7.

a) De spiris columnarum, orthostatarum et universi exterioris parietis. Nam huic quoque spirae adiectae sunt. Vide Müller. p. 35. Τὰ ἀνωθεν refertur ad torum spirarum superiorem. Vide Fig. IV. 8. V. 2. VI. 3. VII. 3. Müllerus: „Tori superioris sectio striaturam fere columnarum refert.”

d) Ad parietem fenestratam positae columnae iam striatae erant (Fig. V. 11); ceterae positae quidem erant, sed pondum striatae.

a) Müllerus noster intelligebat alta hypobathra, quibus paries fenestratus et Caryatides suffulciuntur; sed illis non convenit vox ἐν κύλῳ, quum illa hypobathra contigua sint nec plus quam quartam partem circuitus templi constituent. Igitur intelligo crepidinem templi universam cum gradibus. Vide Fig. IV. 1. V. 2. VI. 2. VII. 3.

f) Iude ab hac litt. usque ad §. 8. aliter olim

coniunctae sententiae sunt, scripsitque Müller: sic

πρὸς τῷ γάλατος τοῦ ἐκτὸς ἀκατάχιστα, γογγύλου λίθου

τε, τῆς παραστάδος τῆς πετραποδίας.

τῶν ἐν τῇ πρὸς [νότον τοῖχῳ].

τῆς παραστάδος [πέντε] τῆς παραστάδος,

τῆς παραστάδος [ἑκτῶ] τοῦ πρὸς τῷ γάλατος,

τῆς παραστάδος [πέντε] ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ

θυρώματος.

τὸν θυμὸν τοῦ θυρώματος ἀδετον.

τῆς ἐπορφίας σφηνίσκου καὶ ἱμάντας ἀδετους ἐπὶ τῇ

προστάσει τῇ πρὸς τῇ Κεκροπίῳ.

ἐπὶ τοὺς λίθους ἐπορφίας τὰς ἐπὶ τῶν κορῶν ἐπε-

γράφειν ἀνωθεν κ. τ. λ.

Ubi γογγύλου λίθου ἀκατάχιστα praemittitur gene-

ralis inscriptio: τῷ τοῖχῳ τοῦ ἐκτὸς, etc. et tamen

postea in singulis locis designandis refertur illud

πρὸς τῷ γάλατος, quod interioris parietis est; praeterea

neque illud ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος

est exterioris; neque ex Müllerii interpretatione illud

τῆς παραστάδος: ne dicam p. πρὸς νότον τοῖχῳ

potius προστάσει legendum esse. Sic fere ista omnia

non sunt τοῦ ἐκτὸς τοῖχου, cui tamen subsumuntur.

Praeterea hoc vide. Τοῦ ἐν τῇ προστ. et τοῦ πρὸς

τῷ γάλατος non refertur proxime ad vocem γογγύλου

λίθου: quo si refertetur, dictum foret etiam

τοῦ τῆς παραστάδος: sed quoniam genitivus τῆς παρα-

στάδος loci designationem continet, atque illi genitivo

respondent hi, τοῦ ἐν τῇ προστ. et τοῦ πρὸς

τῷ γάλατος, manifesto ad hoc τοῦ repetendum τοῖ-

χῳ: et γογγύλου λίθου mente subintelligendum ex

contextu, non ex illo articulo. Iam vero si verba

ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος in eadem es-

sent ratione posita, debebat τῆς προστάσεως vel τοῦ

ἐν τῇ προστάσει dictum esse: unde mihi liquet haec

verba non coniuncta esse γογγύλου λίθου designa-

tionem. Accedit quod, si ea verba praecedentis articuli

fini apponas, desiderantur ea in sqq. τὸν θυμὸν

τοῦ θυμῶτος ἀδετον. Igitur haec omnia sunt aliter

digerenda, atque ita quidem, ut loci designatio,

sicut solet, in singulis articulis praeponatur: et litt. f) quidem sola ad exteriorem parietem pertinet, g-i) autem ad interiora, deinde verba ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος, in quibus alia plane structura est, resecanda hinc, et praemittenda sequentibus illis, τὸν βωμὸν τοῦ θυηκοῦ ἁδετον: quo omnia, quae dixi, vitia evitantur. Simul addo hoc. In articulo τῆς ἐπωροφίας κ.τ.λ. inconcinne in fine additur notatio loci ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ, eaque huic soli articulo, quum tamen sequens articulus illius ipsius loci sit; et ille sequens articulus insolito modo a voce ἔδει incipit, quae aptius post aliquot demum verba infertur. Quam vero incommode in hoc articulo ipso, ἔδει τοὺς λίθους ὀροφιαίους τοὺς ἐπὶ τῶν κορυῶν ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν; haec ἐπὶ τῶν κορυῶν dicta sunt, quum iam ea ipsa ἐπωροφία, quae in priore articulo designatur, ex illa loci dispositione sit ἐπὶ τῶν κορυῶν. Quod si vera haec dispositio et explicatio esset, ita scribendum erat: Ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ τῆς ἐπωροφίας τῆς ἐπὶ τῶν κορυῶν σφηκίσκους καὶ ἱμάντας ἁδέετον. § τοὺς λίθους ὀροφιαίους ἔδει ἐπεργάσασθαι ἄνωθεν κ.τ.λ. ubi non opus erat repeti illud ἐπὶ τῶν κορυῶν, ut nec posthac repetitur in verbis ἐπὶ τοῖς ἐπιστυλίοις. Patet igitur haec, τῆς ἐπωροφίας κ.τ.λ. addenda esse prioribus, neque haec de porticu Caryatidum dicta esse, sed subsumi praecedentibus verbis ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος; deinde novi loci designationem praemitti sequentibus: ἐπὶ τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ Κεκροπίου ἔδει τοὺς λίθους κ.τ.λ. Ita concinna omnia et apta sunt, quae antea inconcinna et perversa, faventque huic dispositioni etiam initia finesque versuum, maxime vs. 83-85. Vellem sane interpunxisset scriba; sed hoc non fecit. Nam lineola, primae versuum litterae hinc inde imposita, est quidem pro interpunctione quodammodo; sed inde tamen, quae disungi debeant, non potest diiudicari, quum praesertim vs. 70. 71. uterque versus ea lineola instructus sit: nempe vs. 70. incipit quidem dictionem in se absolutam, sed loco in prioribus designato subiunctam, ut vs. 47. 90. deinde alius loci designatio incipit.

His ita constitutis litt. f) iudico designari γογγύλον λίθον nondum politum in pariete exteriore universo, sparsis fortasse hinc inde locis, in epicranitidibus partium iam exstructarum; neque iam opus est, ut is apponatur tab. V. litt. γ. ap. Müller. (apud nos Fig. VI. τ et υ) in australi pariete: cuius loci partem occupavi §. 2. litt. e) nostri textus. Exempli causa apposui in pariete septentrionali, Fig. VII. δ.

g) Intellige: (τοῦ τοίχου) τοῦ ἐν τῷ προστ. (γογγύλου λίθου) τετραποδίας etc. Apographa omnia quum ducant ad lectionem ΠΡΟΣΤΟΜΙΑΙ, ob articulum τῷ scribendum est προστομιαίῳ, additis litteris OI, quarum locus in lacuna diserte notatus ap. Wilk. est. Mensura, addito ex Chandl. N, est τετραποδ. ΔΝ, hoc est aut ΔΙΙ, ped. 48, aut τετραποδίας ΔΥΟ; nam etsi paulo ante numerus ὀκτώ siglis scriptus

est, potest tamen, ut variant in his rebus tituli, δύο scriptum esse. Et praefero posterius. Vox nova προστομιαίῳ formatur ex προστομία, de qua Pollux II, 90. ἡ δὲ εἰς ἄλλα τῶν χειλῶν συμβολὴ προστόμιον (al. περιστόμιον) ἢ προστομία. Στόμα quum pro ianua dicatur, προστομιαίῳ erit, quod labiis respondet, *antepagmenta cum supercilio*. Dicitur igitur de γογγύλῳ λίθῳ ad ianuam aliquam; ubi qui γογγύλος λίθος est, is dici potest esse τοῦ τοίχου τοῦ ἐν τῷ προστομιαίῳ. Quae tamen ianua sit, incertum est; una saltem, quae nondum collocata erat (§. 12.), excipitur, eaque nisi fallor est in prostylō: nec de interioribus ianuis dici videtur, quas mihi fingo iam perfectas fuisse. Sic relinquitur ea, quae in stoa maiore Pandroseum versus est; ita ut inscriptionis auctores, postquam exterioris parietis γογγύλον λίθον inspexerunt, introierint in stoam maiorem, eiusque ianuam examinaverint. Hanc vero eximie ornata et operis Ionici specimen maxime insigne esse constat (vide Memorandum de Elginianis p. 25.); delinearunt comites Elgini, qui primus in porticum maiorem intromissus est; cuius intercolumnia rudi pariete clausa sunt, quod ipsa porticus pulveri pyrio asservando inservit. Ianuam magnificentissimam esse etiam Leakius testatur (Topogr. Athen. p. 265.). Nos nunc ex pulcherrima Lusierii delineatione particulam a Müllero inde petitam Fig. XIII. repraesentamus, ubi vides γογγύλον λίθον in hyperthyro (α). Cf. ad §. 2. e). Locus est Fig. VII. ε. In ea ianua singulare hoc est, quod antepagmenta cingit pars collateralis (β) hyperthyro ita respondens, ut antepagmenta supercilio. Nam locus γ non hyperthyrum est sed corona. Ceterum Hirtius προστομιαίῳ putat Erechtheum esse.

h) Supple τῆς παραστάδος (γογγύλου λίθου) etc. Παράστās Schneidero ad Vitruvium VI, 7, 1. ubi de ea voce multa disputantur, singulari numero aliud esse videtur ac plurali; ut παραστās sit porticus vel schola: sed res est satis ambigua. Müllerus h. l. intelligit parietem ostio utrinque adiunctum pone prostylum; at hoc quoque dubium magnopere. Παράστās proprie est anta, quae ex Hirtii sententia est pila, in quam exit murus, qui in ea parte nulli alii muro iunctus sit: ut ναὸς ἐν παραστάτιν Vitruvio *templum in antis*. Una huius generis anta in hoc templo est ad porticum maiorem; in eam exit murus borealis in occidentem (Fig. I. Z.). Ea vero in vicinia est illius partis, quae litt. g) ex nostra explicatione designatur: quidni igitur in ea anta interiore et in adiecta parte parietis stoeae interni ab anta usque ad ianuam una et altera tetrapodia γογγύλου λίθου nondum scalpta fuerit? Vide Fig. VII. ζ. Fortasse igitur suppleendum: τῆς παραστάδος [τῆς ἑσῶ]. Sed incerta nostra quoque explicatio.

i) Supple (τοῦ τοίχου) τοῦ πρὸς τῷ γάλμ. (γογγύλου λίθου) etc. Est in Minervio in pariete, quo illud a Pandroseo separatur, Fig. I. ad M.

§. 7. Ἐν τῇ προστάσει τῇ πρὸς τοῦ θυρώματος

a) τὸν βωμὸν τοῦ θυροῦ ἀΐετον.

b) τῆς ἐπωροφίας σφηκίσκους καὶ ἰμάντας ἀΐετους.

In porticu prope magnum ostium,
aram sacrificuli non collocatam;

tecti sphecos et tigilla transversaria non collocata.

De contextus iunctura v. ad §. 6. f). Dicitur de stoa maiore s. septentrionali; sed mira est denominatio πρὸς τοῦ θυρώματος, quum etiam stoa Caryatidum et prostylum ianuis appositae sint. Anne igitur τὸ θυρῶμα singulare aliquod genus ianuae designat? Haud dubie est ianua imprimis magnifica cum gradibus intus positis (Fig. I. lit. X.). Vide quae supra dixi. Nullo certe modo ἡ πρόστασις ἢ πρὸς τοῦ θυρώματος de prostylo explicari potest: nam prostyli et cellae unum et continuum tectum est; ut verisimile non sit tectum prostyli iam factum esse, quum cellae tectum nondum potuerit esse coeptum. Neque ara sacrificuli potuit in prostylo esse, quattuor minimum pedes longa et lata (§. 12.), sed in basi haud dubie latior, quum prostylum ipsum a columnarum basi usque ad spiram parietis non latius quattuor pedibus sit, et intercolumnia inter bases non sint multo maiora tribus pedibus.

a). Non θυροῦ: ex col. II. vs. 95. scribendum est, sed θυροῦ, atque ita corrigendum etiam altero loco. Photio interprete θυροῦ sunt οἱ ἱερεῖς οἱ ὑπὲρ ἄλλων θύοντες τοῖς θεοῖς: etsi ibi varia lectio θυροῦ: sed etiam Hesychius habet θυροῦ, ἱερεῖς; et analogae sunt θυροῦ, πυροῦ, ἀπὸ τοῦ καίω. Ara est Fig. I. W. et Fig. V. v. Fig. VII. η.

b). Necessario haec de porticus maioris tecto intelligenda sunt; igitur σφηκίσκοι καὶ ἰμάντες non possunt denticuli cum taenia super epistyliis Caryatidum esse (Fig. VI. ξ. Fig. XII. β. a. ex Stuarti Tab. XVII. 1.), nec probabile est illos seorsim saxo excisos esse et deinde affixos. Ut porticus Caryatidum, ita maior stoa videtur prius ad aliquam perfectionem adducta esse; puto tecti tigna ex parte iam fuisse collocata; deficiebant corona cum aëtomate (§. 11.), canterii, templa et asseres, quibus tegulae incumbunt, tegulae ipsae, et praeterea hi σφηκίσκοι et ἰμάντες. Müllerus quidem eam partem muri septentrionalis, qua nondum perfecta stoe maioris tectum poni non poterat, infectam statuit; sed hanc difficultatem ad §. 10. argumentis etiam aliunde petitis removi. Itaque σφηκίσκους et ἰμάντας cum Wilkinsio, qui tamen haec ad porticum Caryatidum rettulit, de vinculis quibuscunque interpretabar; sed essentne σφηκίσκοι securiculae (Schwalbenschwänze), ἰμάντες uncini, necne, non decernebam. Sic σφήκιμα esse δεσμὸν, συσφήκοῦν συνδεῖν, notarat Walpol. plura dant Lexica. Et ἰμάντας de vinctura dici, docet vel ἡ ἰμάντωσις, lignea vinctura in medio structurae ad continendos parietes (Hieronym. ad Habacuc. I, 2.). Denique etiamsi tigna tecti iam collocata erant, tamen deesse vincula poterant, tignis interim sese invicem continentibus. Attamen Hirtio potissimum momentum reliqui hanc sententiam; verumque mihi

INSCR. GR. VOL. I.

nunc unice videtur, quod iam propono. Progredior autem a loco Polybii V, 89. ubi Rhodiis terrae motu afflictis Antigonus dicitur dedisse ξύλα ἀπὸ ἑκαυδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους, εἰς σφηκίσκων λόγον, μύρια, στρωτῆρας ἑπταπήχεις πεντακισχιλίους. Quo loco σφηκίσκοι non magis pali sunt quam cunei: illud Schweighaeuserus, hoc Casaubonus putabat. Nam etsi grammatici, Suidas, Hesychius, Schol. Aristoph. Plut. 301. etc. σφηκίσκους interpretantur τὰ μικρὰ (Hesych. μακρὰ) τῶν ξύλων καὶ εἰς ἑξὺ συνηγμένα; tamen στρωτῆρας his coniuncti docent intelligi minora tecti tigna. Στρωτῆρες enim, Harpocrate et Suida interpretibus, sunt tigna minora, quae maioribus e transverso imponuntur, quod notavit iam Schweighaeuserus. Verba haec sunt: τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δουροδόκων (Suid. δοκῶν) τιθέμενα. Plura Vales. ad Harpocr. ex quibus appono tantum haec ex Etym. M.: ἡ τὰ εἰς ὀροφὰς πεποιημένα, ἄλλοι δὲ πλέγμα ἀπὸ ῥάβδων εἰς ὀροφον πεποιημένων. Vides στρωτῆρας esse lacunaris. Δοκοὶ proprie sunt tigna tecti primaria, quae incumbunt epistyliis: super illis quae tigilla ponuntur, vulgo latiore sensu videntur στρωτῆρες dicta esse. Ita etiam in loco Theophrasti, quem citavit Schneiderus v. στρωτῆρ, minora tigna, quae δοκοῖς inponuntur, στρωτῆρες audiunt; idemque videtur in loco Aristophanis a Schneidero expenso significatus vocis esse. Ex iis vero locis simul patet, στρωτῆρας in ipso lacunari conspici. Iam vero apud Polybium σφηκίσκοι et στρωτῆρες coniunguntur; haud dubie igitur similis sunt usus; et priores longiores, alteri breviores sunt. Ne dubita, σφηκίσκους et στρωτῆρας Polybii, notionibus accuratius distinctis dictos, contineri illis στρωτῆρσι latiore vocis vi appellatis. Sunt utrique tigilla tignis primariis imposita, σφηκίσκοι longiora, ἰμάντες breviora, illi in longitudinem, hi in latitudinem tecti positi. Porro σφηκίσκοι apud Polybium primo loco ponuntur, secundo στρωτῆρες, prorsus ut in titulo nostro σφηκίσκοι et ἰμάντες. Ne multa: in tecto stoeae septentrionalis iam collocata erant tigna lacunaris primaria (Fig. XV. a.): his imponuntur longa tigna exiliora, ex quorum prominentia nati sunt denticuli, qui super zophoro in aedium facie apponi solent; haec longa tigna exiliora ut contineantur, transversaria tigna alia imponuntur, quae in aedium facie repraesentantur taenia, ex qua denticuli super zophoro pendere solent. Vide de hac re Hirtii Architect. Vett. Sect. VI. et imprimis p. 35. ac tab. III. fig. 4. Priora tigna exilia sunt σφηκίσκοι, qui iure primo loco memorantur; altera illa tigna breviora, quibus continentur priora, sunt στρωτῆρες Polybii s. magis technice dicti ἰμάντες. Vide illa Fig. XV. β, haec γ. Canterios et cetera deesse sponte patebat: satis erat dici, σφηκίσκους et ἰμάντας nondum collocatos esse, ut significaretur, quousque stoa in altum facta esset. Ceterum nec σφηκίσκοι neque ἰμάντες hi in exteriori facie conspici in hac stoa sunt; respondent tamen illis, ut dixi, denticuli et taenia, qui solent super zophoro esse, et in porticu

N n

Caryatidum super epistylis appositi sunt. Vox ἐπι-
ροφία aliunde non cognita videtur; significat ea aut
tectum universim, aut lacunaris contignationem su-
periore.

§. 8. Ἐπὶ τῇ προτάσει τῇ πρὸς τῷ Κεκροπίῳ

a) ἔδει τοὺς λίθους ὁροφιαίους τοὺς ἐπὶ τῶν κορῶν III ἐπε-
γασσάσθαι ἄνωθεν, μήκος τριῶν καὶ δέκα ποδῶν, πλάτος
πέντε ποδῶν.

b) Τὰς κάλχας τὰς ἐπὶ τοῖς ἐπιστυλίοις ἐπεγασσάσθαι
ἔδει

Ad porticum prope Cecropium debebant lapides tecti,
qui supra puellas sunt, III scalpi, in longitudinem
ped. XIII, in latitudinem V.

Conchulas in epistylis perfici oportebat

De coniunctione formularum V. ad §. 6. litt. f).

Dicitur nunc de porticu Caryatidum.

a) Κόραι, puellae ornatu Panathenaico, quae
vulgo Caryatides: cf. Viscont. Mem. de Elg. p. 115
sq. Tectum factum est ex lapidibus quattuor in
fronte stoeae VI fere pedes longis; ita ut longitudo
tecti sit in sima ped. 23, poll. 4, 6. mens. Angl.
Igitur XIII pedum longitudo in fronte stoeae porri-
gitur per duos lapides et partem tertii; nec video
cur sigla III in VIII mutanda censeatur. Latitudo
marmorum est plus quam XII pedum; sed impo-
lita pars tantum V pedes lata est. Si longitudinem
circiter XXIV, latitudinem fere XII pedum et semis-
sis statuimus, superficies tecti, de qua agitur, erit
pedum quadratorum circiter CCC, ex quibus LXV
nondum politi. Nam locus de superficie tecti plana
intelligendus est: hoc est ἄνωθεν. Partem impoli-
tam designavi Fig. XIV. a.

b) Τὰς κάλχας, in summis epistylis supra Carya-
tides. Κάλχην Hesychius exponit μέρος κεφαλῆς κίονος,
quod huc non pertinet; sed sunt similes etiam in
columnarum capitulis. Eas vide Fig. IV. o. V. o. VI. o.
et distinctius Fig. XII. γ. (ex Stuarti Tab. XVII. 1.).

PARS POSTERIOR.

Lapides operi parati §. 9 sqq.

§. 9. Λίθινα παντελῶς ἐξεργασμένα, ἃ χαμαί.

a) ΔΙ πλίνθοι τετράποδες μήκος, πλάτος δίποδες, πᾶχος
τριῶν ἡμιποδίων, ἄνωθεν.

b) Ι μασχαλιαία μήκος τετράπους, πλάτος τρίπους, πᾶχος
τριῶν ἡμιποδίων.

* * *

Opus lapideum plane perfectum, quod humi iacet.

XI lapides, IV pedes longi, lati II pedes, crassi sesqui-
pedem, rationibus non congruis facti.

I lapis humeralis, longus IV pedes, latus III pedes,
crassus sesquipedem.

* * *

De huius §. ratione et lacuna, quae in ea est,
dixi post §. 1. Cetera tractabo ad §. 10.

§. 10. [Λίθινα ἡμίεργα, ἃ χαμαί.]

* * *

a)
τούτων ἐκάστου οὐκ ἐξεργασται ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὀπισθεν ἀρμοί.

b) ΔΙ μήκος ἑκποδες, πλάτος δίποδες, πᾶχος ποδιαῖοι.
τούτων ἐκάστου οὐκ ἐξεργασται ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὀπισθεν ἀρμοί.

c) Γ τετράποδες μήκος, πλάτος δίποδες, πᾶχος ποδιαῖοι.
τούτων ἐκάστου οὐκ ἐξεργασται ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος οὐδὲ
οἱ ὀπισθεν ἀρμοί.

d) Ι πεντέπους μήκος, πλάτος δίπους, πᾶχος ποδιαῖος. τού-
του ἀρμός ὁ ἀρμός ὁ ἕτερος καὶ οἱ ὀπισθεν ἀρμοί.

[Opus lapideum imperfectum, quod humi iacet.]

* * *

.....
Horum uniuscuiusque non perfecta est altera com-
missura, nec posticae commissurae.

XII lapides, longi VI pedes, lati II pedes, crassi pedem.

Horum uniuscuiusque non perfecta est altera com-
missura, nec posticae commissurae.

V lapides, IV pedes longi, lati II pedes, crassi pedem.

Horum uniuscuiusque non perfecta est altera com-
missura, nec posticae commissurae.

I lapis V pedes longus, latus II pedes, crassus pedem.

Huius altera commissura nondum inchoata est, nec
posticae commissurae.

De universae §. ratione et lacuna V. post §. 1.
Lapides autem §. 9. 10. descriptos Müllerus impo-
nebat parieti septentrionali sub epicranitidibus, ita
ut lapides §. 9. litt. a) ab humero s. angulo apud
prostylum disponderentur in parietinorum saxorum
serie ea, quae sub epicranitidibus secunda est, in
chorio, cui Fig. VII. adscripsi I, et porrigerentur
ab ipso apud prostylum angulari saxo, quod esset
§. 9. litt. b), usque in ipsam porticum maiorem;
deinde his imponderentur lapides §. 10. litt. b), col-
locandi in prima sub epicranitidibus saxorum pa-
rietinorum serie (Fig. VII. S.), atque hi porrigeren-
tur ab humero prostyli usque ad antam occiden-
talem porticus maioris, ubi cella desinit intrantes
zophorum posticum porticus maioris; postremo la-
pides §. 10. litt. c) sub his ipsis disponderentur in
zophoro postico illius porticus inde ab anta occi-
dentali, apud nos Fig. VI. π. De §. 10. litt. d) ni-
hil addit. Sed, ne de ceteris dicam, lapides §. 9. 10.
non ita in titulo coniuncti sunt, ut in opere con-
iunxit Müllerus: intercedit enim lacuna haud exi-
gua; deinde §. 10. aliud subiectum est atque in
prioribus, non πλίνθοι, quae vox feminina propria
de parietinis saxis, sed alia masculina: ut lapides
plane diversi generis esse intelligas. Et alio prae-
terea illa dispositio nomine laborat. Nam ea in
boreali pariete prima sub epicranitidibus saxorum
series alta est pedem unum, altera sesquipedem;
sed in opposito latere australi prima lapidum sub
epicranitidibus series alta est sesquipedem (§. 2.
litt. a, b): quum tamen per universum cellae am-
bitum necesse sit ordines lapidum convenire, et
quae in eadem altitudine posita sunt saxa, ea aequae
alta sive crassa esse, ne serierum turbentur ordi-
nes. Igitur de his lapidibus omnibus aliter statuen-
dum est. Et primum, si paries septentrionalis non-
dum perfectus esset, lapides §. 9. litt. a, b), qui

soli *πλῆθοι* vocantur, solos dicerem parietinos muri borealis, et *b)* quidem angularem lapidem summum sub angulari epicranitide; sub quo alius angularis, sed ille iam collocatus: neque enim arbitrarer eius notitiam in lacuna perisse, quod non probabile est inferiores post superiores designatos esse. Iam vero undecim lapides §. 9. litt. *a)* non in una inde ab angulari lapide (litt. *b)*) serie, eaque summā disponeres: ita enim porticum maiorem ingrederentur, quae parietem iam perfectum habuit (§. 7. *b)*): sed inter duas distribueres series, ut quinque essent in inferiore, sex in superiore. Vide *Fig. VII.* ubi *μ* esset lapis angularis ad prostylum iam collocatus; *κ* essent undecim illi lapides (§. 9. *a)*), et *λ* lapis angularis (§. 9. *b)*). Sic iam concineret ordinum eorundem in utroque latere templi altitudo, sesquipedalis utroque loco; nec lapides ultra progredirentur, quam ex prostylo usque ad parietem intergerinum Erechthei proprie dicti et Minervii. Attamen in hac re summa difficultas est. Primum enim sic dispositio tituli maxime laboraret: cur enim in prima parte magnus hic parietis defectus non notatus? Deinde ex §. 3. patet, zophorum praeter eos locos, qui §. 2. designantur, iam collocatum esse, excepta tabularum parte. Denique lapides hi peculiari nomine designantur: quod ex priorē lectione est *ἀπωμάται*. Vox haec non est nota; si *ἀπωμάτης* adiectivum fuit, de quo dubito, tamen dicendum erat *ἀπωμάτιδες*: intelligitur enim *πλῆθοι*. Chandleri lectio *APIOMO* ferri non potest; scripserit quidem aliquis *ἀριμόν ΔΙ*, sed hoc non est ex usu huius tituli. Müllerus dedit *ἀπ' ὧμου*, ex Vitruv. IV, 8, 4. *columnis adiectis dextra ac sinistra ad humeros pronai facta est aedes Athenis in arce*, ut legendum notat; sed *humerus* videtur potius *μασχαλή* dictus esse architectis: unde *μασχαλαία* denominata est, sc. *πλῆθος*. Ne multa, qui lapidem maxima cura examinarunt, consentiunt nunc; proxime ad Chandleri lectionem in lapide conspici *APYOMO*, hoc est *ἀρρῶμοι*, non duplicata littera *P*, ut modo *ἀρράβδωτος* modo *ἀράβδωτος* extat §. 6. *Ῥυθμόν* esse convenientem etiam immotarum rerum formam et rationem notum est; igitur *πλῆθοι ἀρρῶμοι* sunt lapides non rectis rationibus facti. Itaque hi lapides reiecti sunt. Haud dubie ii facti erant, ut in loco §. 2. *a)* et vicinis locis ponerentur: mensura enim eadem est: sed sepositi sunt, quod non quadrarent accurate: interim septem alii collocati erant, ut quattuor tantum adhuc ponendi superessent: reiecti vero, quod inter ceteros humi adiacebant, una cum reliquis in ipso initio descriptionis memorantur. Ita fit, ut non iam horum lapidum causa paries cum zophoro septentrionalis pro imperfecto habendus sit. Iam vero lapis §. 9. *b)* est ille ipse, qui §. 2. litt. *b)* ut nondum collocatus enumeratur; et sic deinceps in lacuna plurimi aut omnes lapides, qui §. 2. nondum positi dicuntur, ut perfecti videntur enumerati esse. Quamquam non nego illorum lapidum partem potuisse etiam in *ἡμέτεροις ἀ χαμαὶ* recensitam esse. Simul ita in-

telligitur; cur paries australis nondum perfectus sit: dilatum enim opus erat, quod lapides in eum usum parati vitio operarum male facti erant. Ceterum ut §. 9. lapides ii recensebantur, qui §. 2. dicebantur deficere, ita quae §. 7. *a)* deficere dicuntur, certe ex parte ut parata recensentur (§. 12. *c)*). §. 10. non iam *πλῆθοι* sunt feminino genere, ut §. 9. sed aliud subiectum est. Quippe *πλῆθοι* sunt tantum parietis lapides: igitur nunc alii, non parietini lapides intelliguntur, masculino nomine instructi. Intellige *λῆθοι*, ut §. 11. litt. *l, m)*; et §. 8. *a)* hoc habes diserte. Mensura alia est ac §. 9. sunt enim hi lapides omnes *unum* tantum pedem alti. De epistyliis quum cogitari nequeat, solus superest zophorus, cuius saxa nondum collocata sunt in australi pariete pedum circiter LXVI (§. 3.), et in occidentali pedum circiter decem super deficientibus epistyliorum *γογγύλας λῆθοις* (§. 2. *f)*; cf. ad §. 2. litt. *i)*, *Fig. V. ζ. VI. ζ.* Iam vero zophorus altus est mens. Angl. 1' 11" 75, quod convenit fere mensurae bipedali; sed quod tabulis antefixis obtegebatur, potuit in altum ex binis lapidibus compositus esse, ut in aliis templis. Latitudo bipedalis non obest; tabulae enim antefixae tenues fuerunt. Quodsi zophorus in altum ex uno lapide factus est, de qua re non liquet, latitudo hoc loco erit in altum computanda, crassitudo in parietem transversum, ut §. 12. *c)*, et tum duo saxa pedem crassa iuxta posita esse debent. Sed priorem rationem praefero, et ad eam solam comparabo, quae posthac de *ἀρμοῖς* dicam. Longitudo lapidum dispar, ut in *γείσοις* (§. 11.), atque in his vel in eodem parietis tractu (§. 11. litt. *k)*). Hos igitur lapides omnes, qui §. 10. perscripti sunt, reféro ad zophorum: longitudo eorum, qui supersunt, est pedum LXXXVII, pro zophori parte ped. XLIII longa; sed litt. *a)* periit numerus et mensura lapidum generis eiusdem. Ceterum in lacuna praeterea intercederunt epicranitides et epistylia (§. 2.) deficientia: sic a saxis parietinis (§. 9.) ad epicranitides, epistylia, dein ad zophorum (§. 10.) atque inde ad tectum (§. 11.) transitur aptissime; et zophori quidem et tecti lapides utpote post omnia collocandi adhuc infecti sunt.

Lapides hi et ceteri (§. 11. 12.) omnes imperfecti sunt; et his quidem (§. 10.) desunt aliquot *ἀρμοί*. Vox ambigua; possunt *margines planorum*, possunt *plana ipsa*, possunt *foramina* intelligi: *ἀρμός* est enim unaquaeque commissura vel quod commissurae inservit. Sed plana statim excludo; nam in posticis lapidibus plures *ἀρμοί* sunt, quum tamen, si plana intelligas, ne unus quidem in postico *ἀρμός* sit, quod planum posticum non committitur alii lapidi. Margines autem planorum singuli lapides duodenos habent: ex quibus quaterni antiqui potuerunt graphice elaborari, vel insuper etiam quaterni postici. Sed praeterquam quod hoc in zophori saxis fieri non potuit, nec quaternis anticis nec octonis (anticis et posticis) convenit dictio *ὁ ἕτερος ἀρμός οὐδὲ οἱ ὀπισθεν ἀρμοί*. Nam quum *ὁ ἕτερος*

opponatur τοῖς ὀπίσθεν, necesse est praeter τοὺς ἀνίσθεν fuisse tantum *binas*, ex quibus *alter* non perfectus, Igitur ἀρμοὶ nunc sunt *foramina*. Ex his sunt quidam ὀπίσθεν, quod non potest nisi de inferiore facie verticali lapidis intelligi. Sed ubi sunt illi duo alteri? An ἔμπροσθεν? Minime vero; nam ἔμπροσθεν est lapidis facies exterior verticalis, ubi nulla possunt foramina esse, nisi si uncinis firmatos lapides putes, quod factum esse non est verisimile. Nec de foraminibus tabularum firmandarum causa factis cogitari potest. Immo si illi ἀρμοὶ essent ἔμπροσθεν, dictum fuisset. Sed cur omnino non dictum est ubi sint? cur nihil opponitur illi voci ὀπίσθεν? Nempe quod fieri non poterat: diversi enim plane generis ἀρμοὶ fuerunt. Haud dubie priores ἀρμοὶ, quorum alter primo loco memoratus est, foramina sunt intus facta et ἰμαντώσει inservientia (v. ad §. 7. litt. b): sed diversi omnino sunt οἱ ὀπίσθεν ἀρμοὶ. Hi sunt ὀπαὶ zophori, in quas a tergo immitterentur tigna tecti; quae fuerunt opinor maxime in utroque fine lapidum, v. Fig. XVI. Ceterum non universam zophori altitudinem secant hi postici ἀρμοὶ, sed superiorem tantum lapidem pedalem et inferioris partem exiguam.

§. 11. Γεῖσα μήκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πᾶχος πεντεπάλαστα.

- a) Π λεία ἐκπεπονημένα ἄνευ κατατομῆς.
- b) Γ ἑτέρων, μέγεθος τοαυτόν, κυματίου καὶ ἀστραγάλου ἑκατέρου ἀτμητοῦ [ι] ἦσαν τέτταρες πόδες ἑκάστου.
- c) Π ἑτέροις ἀτμητοῖς ἦσαν τοῦ κυματίου τέτταρες πόδες, τοῦ δὲ ἀστραγάλου ὀκτώ πόδες.
- d) Ι ἑτέρου τοῦ κυματίου τρία ἡμιπόδια ἀτμητα, ἀστραγάλου τέτταρες πόδες.
- e) Ι ἕτερον τὴν μὲν λείαν ἐργασίαν εἰργαστο, τοῦ δὲ κυματίου ἀργοὶ πόδες ἦσαν ἕξ καὶ ἡμιπόδιον, ἀστραγάλου ἀργοὶ πόδες ὀκτώ.
- f) [Ι] ἑτέρου κυματίου ἕξ πόδες ἀργοί, ἀστραγάλου ὀκτώ πόδες.
- g) Ι ἕτερον ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.
- h) ΙΙΙ τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς, μήκος τετράποδα, πλάτος τρίποδα, πᾶχος πεντεπάλαστα, λεία ἐκπεπονημένα ἄνευ κατατομῆς.
- i) ΙΙ γωνιαῖα ἐπὶ τῇμ πρόστασιν τῇμ πρὸς ἑω, μήκος ἑκποδε, πλάτος τετάρτου ἡμιποδίου, πᾶχος πεντεπάλαστα. τούτων τοῦ ἑτέρου ἢ λεία μὲν ἐργασία [εἰ]εἰργαστο, τὸ δὲ κυμάτιον ἀργὸν ὅλον καὶ ὁ ἀστράγαλος τοῦ δὲ ἑτέρου ἀργὸν κυματίου τρεῖς πόδες καὶ ἡμιπόδιον, τοῦ δὲ ἀστραγάλου ἀργοὶ πόδες πέντε.
- k) Ἐπὶ τὸν τοῖχον τὸν πρὸς τοῦ Πανδρσείου.
 - [Ι] μήκος ἐπτὰ ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.
 - Ι μήκος ἕκ ποδῶν, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ παλαστῆς, πᾶχος πεντεπάλαστον, [ἐπὶ] τὸν τοῖχον τὸν πρὸς τοῦ Πανδρσείου. τούτου ἀστραγάλου ἀτμητοὶ πόδες πέντε.
- l) ΠΙ αἰετιαῖοι τῶν ἀπὸ τῆς στοᾶς, μήκος ἐπτὰποδες, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πᾶχος ποδιαῖοι. οὗτοι ἡμίεργοι.
- m) ΙΙ ἑτέρω, μήκος πεντέποδε, πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πᾶχος ποδιαῖοι. ἡμίεργοι.

n) Γεῖσα ἐπὶ τοὺς αἰετούς, πλάτος πέντε ἡμιποδίων, μήκος τεττάρων ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, πᾶχος ποδιαῖα.

Ι τὴν λείαν ἐργασίαν ἐκπεπονημένον.

Ι ἕτερον ἡμίεργον τῆς λείας ἐργασίας.

Lapides coronae longi iv pedes, lati iii pedes, crassi pedem cum quadrante:

vii levi opere perfecti sine sectione.

v aliorum, eadem magnitudine, cymatii et astragali utriusque non secti erant in unoquoque pedes iv.

ii aliorum non secti erant cymatii iv pedes, astragali viii pedes.

i altus cymatii non secti iii semipedes, astragali iv pedes.

i alius levi quidem opere factus erat, sed cymatii infecti erant pedes vi cum semisse, astragali infecti pedes viii.

i altus cymatii vi pedes infecti, astragali viii pedes.

i alius semifactus levi opere.

iv ex iis, qui ad stoaem pertinent, longi iv pedes, lati iii pedes, crassi pedem cum quadrante, levi opere perfecti sine sectione.

ii angulares in porticum ad orientem, longi vi pedes, lati iii pedes cum semisse, crassi pedem cum quadrante: horum alterius leve opus perfectum erat, cymatium autem totum et astragalus infecta; aliterius infecti de cymatio iii pedes cum semisse, astragali pedes v.

In parietem ad Pandroseum:

i longus vii pedes et semissem, latus iii pedes et semissem, semifactus levi opere.

i longus vi pedes, latus iii pedes cum quadrante, crassus pedem cum quadrante, in parietem ad Pandroseum: huius de astragalo non secti pedes v.

vi lapides tympani eorum, qui de stoa sunt, longi pedes vi, lati pedes iii cum semisse, crassi pedem: hi semifacti.

ii alii, longi v pedes, lati iii pedes et semissem, crassi pedem: semifacti.

Lapides coronae in fastigium, lati ii pedes et semissem, longi iv pedes et semissem, crassi pedem:

i levi opere perfectus.

i alius semifactus levi opere.

Coniunxi hac §. omnia tecti saxa: deficient alia in parte certe superstita non enumerata. Recte Müllerus notat γεῖσα complecti ipsam coronam cum cymatio tum superiori tum inferiori subter projecturam posito: utrique quum astragalus subditus sit, memoratur ἑκάτερον κυμάτιον et ἑκάτερος ἀστράγαλος; indeque fit, ut in lapide quattuor pedes longo de octopedali cymatio et astragalo dicatur, computatō utroque. Primo loco γεῖσα vii, v, ii, i, i, i memorantur, paria omnia: crassitudo est pedis et quadrantis, quum apud Stuartum vix pedis sit, quod etiam de γεῖσοις litt. h) monuit Müllerus. Haec uni generali indici subiunxi (litt. a-g), quod fieri debere apertum est. Longitudo est pedum lxxii, quae ipsa non multum abest quin singulorum maiorum laterum cellae in γεῖσοις longitudo sit: γεῖσων enim in utroque latere longitudo est

fere lxxviii pedum. Iam vero utrinque sunt angularia, ex quibus quod in orientem est, id latum pedes iii et semissem dicitur (litt. i). Igitur ubi occidentale statuas paulo angustius fuisse, pro reliquis γείσις intermediis relinquuntur fere lxxii pedes, et probabile est haec fuisse parti septentrionali destinata, quae iam erat magis perfecta. Igitur haec apposui Fig. VII. v. Separantur ea γείσα, quae prostyli (i), parietis fenestrati (k), stoeae (h) sunt. Unde simul intelligitur stoam esse porticum maiorem s. septentrionalem: nam porticus Caryatidum tecto iam dudum instructa erat; prostyli autem mentio fit seorsim.

a) Accedo Müllero in distinguenda λεία ἐργασία s. λείων ποιῆσθαι et κατατομή s. τέμνειν. „Λείων ποιῆται“, ait, „si coronae facies plana caeditur et cymatii rotundatio indicatur; τέμνεται, si membra singula simata, undata, supinata ad normam cuiusque et amussim exiguntur.“ Nolim premas, quod p. 23. ad n. 9. dixi λειουργούς esse qui marmora poliant, quae in hoc nostro titulo sit λεία ἐργασία; plana efficiebant λειουργοί, haud dubie tamen ita, ut eadem et ipsi polirent. Ac vide ne hanc ob causam, quod planum opus solum est λειουργῶν, etiam n. 9. seorsim memorentur anaglypha (οἱ ἐκτυποί).

b) Τοῦτον p. ταῦτον. Utriusque cymatii et astragalī coniuncti longitudo est ped. viii: dimidia infecta.

c) In utroque lapide dimidia pars amborum cymatorum non secta, et uterque astragalus totus non sectus.

d) Astragali utriusque dimidia pars infecta.

e) Uterque astragalus nondum coeptus.

f) Vide var. lect. col. II. vs. 44. Astragalus uterque infectus.

h) In stoa maiore. Non necessarium haec sub αἰετοῖς poni; possunt etiam ad latera porticus referri. Apposui tamen cum Müllero Fig. VII. c. Ceterum ad litt. h, i, k) ex superioribus repete vocem γείσα.

i) Ad prostylum, Fig. IV. η. VI. σ. VII. π. De lectionibus vide var. lect. col. II. vs. 58. 60. In verbis τοῦ δὲ ἐτέρου ἀργὸν in lapide haud dubie habetur ἀργόν (p. ἀργοί), errante lapicida ob praegressum τὸ δὲ κυμάτιον ἀργὸν ὅλον.

k) Ad parietem fenestratum, Fig. V. π. Prioris lapidis crassitudo omittitur negligenter; eius cymatia et astragalos intellige nondum coepta. Mox ἐκ ποδῶν, ad analogiam compositi ἔκπους (§. 10. b). Dein negligenter repetitur formula [ἐπὶ] τὸν τοῖχον τὸν πρ. τοῦ Πανδρ. quae iam posita erat. ΚΑΙ mutantum in ΕΠΙ, quod modo habuisti; κατὰ (cf. var. lect.) ferri nequit. Hic lapis alter perfectus erat praeter quinque astragalorum pedes.

l, m) De tympano porticus maioris, Fig. VII. σ. et τ. ubi exempli causa apposui. Wilkinsius: Αἰετιαῖοι, sc. λίθοι, are the slabs forming the face of the tympanum of the pediment. The facing of this part of the building is done with vertical joints, one course of stone in height. Like the facing of the frieze, the

stone is that called Eleusinian. Antefixae igitur tabulae Eleusiniaci lapidis sunt: sed hoc loco de saxis dicitur: tabulis enim tenuibus non conveniunt mensurae. Lapidēs tympani esse non dubium est. Sed quomodo quaeso tympani lapides possunt tres pedes et semissem lati esse per parietem transversum, quum paries et zophorus non sint latiores ped. ii, epistylia certe non multo latiora? Immo ipsa fastigii γείσα, quae illis lapidibus imponuntur, non sunt latiora ped. ii. et semisse (n), et γείσα stoeae inferiora non latiora tribus pedibus (h). Quodsi πάχος nunc velis de latitudine accipere, et πλάτος illud pedum trium et semissis de altitudine (ut §. 12. c. πάχος latitudo est, opposito ὕψει), ne sic quidem quidquam promoveris: tum enim lapides hos non capiet tympani angustia. Ne multa, licet bis scriptum sit τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, erratum est, non tamen a lapicida, sed a scriba ipso. Lapidēs haud dubie habebant πλάτος τριῶν ἡμιποδίων: sed scriba cum Curatoribus circumcurrens dictata ex ore architecti excepta festinanter in libello annotabat, et notis s. siglis in ea re utebatur. Scribebat igitur fere ita: πλ. III ἡμ. hoc est: πλάτος τριῶν ἡμιποδίων. Deinde domi titulum in ordinem redigens notata sua falso ipse intelligens, ut fit in talibus, dedit πλάτος τριῶν ποδῶν καὶ ἡμιποδίου, et errore non animadverso transiit hoc in lapidem.

n) Locum vulgo perturbatum rectius divisio formulis restitui: primum posita est generalis inscriptio de γείσις super tympano; deinde duo saxa speciatim enumerantur, Fig. VII. v. Non recte correctum est ἐκπεποιημένα, nec quidquam vitii inest in numeris, prout eos ex Chandl. dedi. Errat Wilk. qui eos inde a vs. 84. omnes uno versu altiores, quam debebant, positos esse iudicat, et vs. 86. siglam I (ipsi II) in Γ mutat, et hoc ad vocem Θύραι refert, deinde III ad τούτων. Γεῖσον extat in Museo Britannico Elgin. n. 165. longum circiter 4' 7", altum s. crassum in antica parte fere 10" 8", in postica paulo plus, latum nunc 1' 7". Mensura haec, prorsus congruit his γείσις de αἰετομάτῃ, nisi quod minus latum illud fragmentum est. Quippe rescissa est pars non ornata, quae parieti incumberebat. Nam nisi latius illud γεῖσον fuisset, non potuisset tuto collocari.

§. 12. a) IIII Θύραι λίθιναι, μήκος ὀκτὼ ποδῶν καὶ παλαστῆς, πλάτος πέντε ἡμιποδίων. τούτων τὰ μὲν ἄλλα ἐξεπεποίητο, ἐς τὰ ζυγὰ δὲ ἔδει τοὺς λίθους τοὺς μέλανας ἐνθεῖναι.

b) I οὗς τῷ ὑπερθύρῳ τῷ πρὸς ἑω, ἡμίεργον.

c) Τῷ βωμῷ τῷ τοῦ θυηκοῦ λίθοι Πεντελεικοί,

III μήκος τετράποδες, ὕψος δυοῖν ποδῶν καὶ παλαστῆς, πάχος ποδιαῖοι.

I ἕτερος τρίπους μήκος]

iv lapides ostii, longitudine viii pedum et quadrantis, latitudine v semipedum: horum cetera perfecta erant, supercilio vero debebant lapides nigri imponi.

i parotis hyperthyro ostii orientalis, senifacta.

N n 3

Arae sacrificuli parati lapides Pentelici,
 III longi IV pedes, alii II pedes et quadrantem,
 crassi pedem.
 I alius, III pedes [longus]

a) Non dici de quattuor integris ianuis, apertum est; nusquam enim integrae aedis partes commemorantur, sed lapides singuli: ac si quattuor integrae ianuae designarentur, quomodo iis hae, quae referuntur, mensurae aptandae fuerint, non video. Igitur ut *ῥῥα* etiam de tabulis (*σπίσι*) dicitur, ita postem s. lapidem ianuae designare videtur hoc loco; ut quattuor lapides intelligendos censeam, longos ped. VIII cum quadrante, latos (per parietem transversum) ped. II cum semisse; crassitudo, quae in antepagmentis debet per parietem directum computari et in supercilio in altum, non definita est. Unum ex his lapidibus constat esse *supercilium*; hoc est enim τὰ ζυγά: igitur supercilium ianuae fuit pedes octo cum quadrante longum. Unde liquet antepagmenta eiusdem ianuae lateralia debuisse multo altiora esse (v. Vitruv. IV, 6.). Quapropter si hi lapides unius omnes ianuae sunt, non possunt iis antepagmentorum nisi partes contineri: coniecimus autem haec quattuor saxa eiusdem ianuae supercilium, hyperthyrum, et utriusque antepagmenti partem superiorem esse. Ianua ipsa non videtur ex interioribus esse, quas probabile est iam fuisse

perfectas (cf. ad §. 6. g): neque intellexerim ianuam in stoa maiore, quae mihi §. 6. g) significata videtur; quum praeterea ea stoa iam parte tecti instructa fuerit. Credo igitur de ianua ad prostylum dici, eadem cuius deinceps parotis memoratur (Fig. IV. i): neque tamen inde colligitur, quae ibi supra ianuam essent, nondum collocata fuisse; potuit enim super ianuae partibus deficientibus corona et epicranitis ex singulis lapidibus facta esse, et super his epistylum longius, quae parieti utrinque incumberent. Ceterum hi ianuae lapides magna ex parte facti erant eatenus, ut collocari possent: excipe politionem, quae post collocationem perficitur; praeterea supercilio nondum immissi erant *lapides nigri*. Müllerus haec ornamenta esse putat; Hirtius lapides duriores, in quibus versarentur cardines, qui supercilio infiguntur. Cavendum certe ne rosas, quae Fig. XIII. ε. in alia ianua cernuntur, huc trahamus: eae enim non in supercilio sunt, sed in hyperthyro et laterali cinctura antepagmentorum, quae respondet hyperthyro. De lapide Eleusiniaco, quem Wilkinsius hic quoque affert, prorsus non cogitandum.

b) De parotidibus s. anconibus ad hyperthyrum forium Ionicarum v. Vitruv. IV, 6. Dicitur de ianua apud prostylum. Parotidem ipsam vide in ianua Pandrosei Fig. XIII. δ.

c) Vide ad §. 7. a).

161.

Alopecae in ecclesia, fragmentum. Ex schedis Fourmonti edidi Oec. civ. Athen. tab. IV. n. 9. et explicui T. II. p. 260 sqq.

ΙΝΕΩΣΟΡΙΧΑΙΚΕ
 ΧΑΛΚΙΑΘΕΡΜΑΝΤΗΡΙ
 ΙΙΙΥΟΜΗΡΥΣΕΣΔΧΥΤΙ
 ΚΑΛΚΩΝΚΡΕΑΙΔΕΞ
 5 ΙΙΚΥΛΚΟΣΧΑΛΚΑΙΙΙΙ
 ΡΙΙΚΑΛΟΙΧΑΛΚΟΙΙΙΙΚ
 ΡΣΦΑΓΕΙΑΚΑΙΧΕΡΟ
 .ΧΑΛΚΑΙΡΙΙΙΕΣΧΑΡ.ΙΧ
 .ΛΚΟΣΙΠΙΝΑΚΕΟΧΑΛΚ
 10 .ΜΟΘΟΝΕΣΧΑΛΚΟΙΔΗ
 ΙΟΜΟΧΑΛΚΟΝΣΤΥΡΑ
 ΙΙΠΡΑΡΙΕΜΡΙΙΚΡΗ
 ΙΥΘΕ.ΑΛ.ΣΤΕ.Τ.ΡΟ.
 ΚΥΡΕΟΣΓΑΡ.ΛΟ.Α.
 15 .ΙΣΝΕΔΙΕΥΣΕΓΡΑ.
 ΕΜΙΔ...ΑΡΑΟΝΗΔΙΟ

..... νεως ὀρίχαλκος ...
 ... Δ], χαλκία θερμαντήρια ...
 ... ΙΙΙ, [ζω]μηρύσεις Δ, χύτ[ραι] ...
 .χαλκῶ [ΙΙ]. κρεά[γρ]α, Δ, ἐξ[αυστηρ]..
 5 ΙΙΙ, κ[υ]λ[κ]ο[ι] χαλκ[ο]ι ΙΙΙΙ ...
 ΡΙΙΙ, κάλοι χαλκοῖ ΙΙΙΙ κ....
 Ρ, σφαγεῖα καὶ χειρὶνιπτρα ..
 .χαλκαῖ ΡΙΙΙ, ἐσχά[ρ]α, χαλκαῖ ..
 .χαλκοῦς Ι, πινακ[ε]ω χαλκῶ [ΙΙ]..
 10 .κ[υ]θωνες χαλκοῖ Δ..
 ἡθμῶ χαλκῶ [ΙΙ]. στυρα ...
 .α ΙΙ, ΡΙΙΙ, κρη... etc.

Pro Ξ est ductus qui n. 135. Est index suppellectilis culinae et mensae: igitur non donaria esse puto sed *bona publicata* (δημόπρατα), quae partim Athenis in arce partim Eleusine tabulis proposita extitisse monui in Oec. civ. Ath. T. I. p. 212. quidni vero una et altera tabula etiam Alopecae vel in vicinia collocata fuerit? Similia multa ex Δημοπρατων collectione ab aliquo docto facta affert Pollux lib. X. quae contuli l. c. T. II. p. 260. Vs. 1. ὀρίχαλκος p. ὀρίχ. ut passim in libris, e. c. ap. Polluc. VII, 100. Vs. 2. χαλκία substantivum esse videtur p. χαλκεία, addito θερμαντήρια, ut ἀνὴρ πολίτης. Sic in Inscr. Aeginet. extat

χαλκίον Θερμαντήριον et χαλκίου ἐγλουτήριον; et ex nostra hac inscriptione in Δημοπρατίων librum recepta Pollux X, 66. ipsa verba χαλκία Θερμαντήρια servasse videtur. Ita enim ibi legendum deleta interpunctione. Vs. 3. sunt ζωμήρυσσις, a ζωμήρυσσις, ut ἐτνήρυσσις, οἰνήρυσσις: cf. Polluc. VI, 88. X, 98. Athen. X, p. 169. B. Casaub. ad Theophr. Char. 9. Ibidem χύτραι aut χύτροι legendum. Vs. 4. paulo audacius restitui: de vocibus v. Polluc. VI, 88. κρεάγαν, ἦν καὶ ἀρπάγην ἐκάλουν καὶ λύκον καὶ ἐξαυστήρα. X, 99. καὶ ἐτνήρυσσις καὶ ζωμήρυσσις καὶ κρεάγαν καὶ ἀρπάγην καὶ

λύκον καὶ ἐξαυστήρα. Cf. etiam VII, 25. X, 31. Athen. IV, p. 169. B. Vs. 6. κάλως s. κάλος est catena, quae est in culinae utensilibus (Polluc. X, 31.). Vs. 7. de σφαγείῳ et χειρανίπτρῳ cf. Polluc. X, 65. 90. 97. et de ἐσχάραις (vs. 8.) eundem X, 95. Mox vs. 9. πινακίῳ est p. πινακίῳ; intellige hic quoque supellectilem culinariam, licet Pollux X, 83. huius usus nullum exemplum in promptu habuerit. Κώ-θωνες noti ex Polluce et Athenaeo. Vs. 12. aut κρηπίς aut κρητήρ vel κρατήρ scribendum. Reliqua intelligi non possunt.

162.

Marmor Elginianum Viscont. n. 65. Synops. Mus. Brit. n. 253. litteris satis perspicuis insigne. Edidit Osannus Syll. I, 31. p. 105. nos damus ex schedis Rosianis, ipsius Osanni et Mülleri.

...ΙΚΙΩΝΙΟΙΞΓΕΙΤΟΝ
 ΠΡΑΧΟΔΗΜΗΤΡΙΑΚΟΝ - - - - - Ο - -
 ΤΩΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΞΩΝΗ:ΑΓΝΟΘΕΟΞ
 ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΚΟΝ:ΕΠΙΘΡΑΞΥΛΛΩΙ:ΑΡΤΕΜΙΣΙΑΚΟΝ - - - - - ΚΑΙΝΟ
 5 ΤΟΜΙΑΝΑΦΡΟΔΙΣΙΑΚΟΝΕΝΤΟΙΞΕΔΑΦ[ΕΞΙΤΟΙΞ - - - ΗΛΙΟΥΑΝΙΟΝΤΟΞΟ - - ΤΩΝΚΑΛΟΥ
 ΜΕΝΟΞΔΥΟΜΕΝΟΥΤΟΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟΝΤΟΔ[ΙΦΙΛΕΙΟΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ - - -
 ΟΙΗΡΓΑΣΙΕΤΟΤΕΛΕΞΙΚΛΗΞΚΑΛΛΙΟΥΑΡΑΦ:
 ΘΟΡΙΚΟΙ:ΔΗΜΗΤΡΙΑΚΟΝ:ΗΧΑΡΑΔΡΑΚΑΛΟΥΜ[ΕΝΗ
 ΕΠΙΤΗΞΕΡΕΧΘΗΙΔΟΞΔΕΥΤΕΡΑΞΕΠΡΥΤΑΝΕ[ΥΟΥΞΗΞ - - - - - ΤΟΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟΝ
 10 ΤΟΔΙΦΙΛΕΙΟΝΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝΟΑΓΕΓΡΑΥΑΤΟ
 ΩΝ:ΚΑΛΛΙΜΕΔΩΝΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥΚΟΛΛ:ΕΓΡΟ.
 ΑΝΑΞΑΞΙΜΑ
 Α]ΜΦΙΤΡΟΠΗΞΙΝΑΘΗΝΑΙΙΚΟΝΚΟΝΩΝΚΟΝ[ΩΝΟΞ
 Α]ΘΗΝΑΙΙΚΟΝΚΑΙΞΥΝΤΟΜΑΞΑΜΦΙΤΡΟΠΗΞΙΝ
 15 Ο]ΔΟΞ:ΗΛΙΟΥΔΥΟΜΕΝΟΥΟΔΟΞ:ΑΝΙΟΝΤ[ΟΞ
 ΑΡΤΕ]ΜΙΣΙΑΚΟΝ:ΘΟΡΙΚΟΙΕΥΦΗΜΙΔΗΞΚΗ
 ΕΝΤΟΙΞΕΔΑΦΕΞΙΤΟΙΞΕΡΑΜΕΙΝΟΝΟΞC
Κ]ΗΦΙΞΟΔΩΡΟΥΑΘΜΟ:ΗΓ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ]ΝΠΑΛΑΙΟΝΑΝΑΞΑ[ΞΙΜΟΝ
 20 ΞΙ...ΛΑΥΡ[ΕΙ
 ΚΥΡ

Varietas lectionis schedarum. Vs. 1. Müller. ΚΙΩΝΙ etc. Os. ΙΚΥΩΝΙ, Ros. quod dedi. Vs. 2. Müller. ΠΡΑΞΟ, Ros. ΡΑΧΟ, Os. ΡΑΧΑ. Vs. 3. Ros. Müll. ΓΩΝ: Os. ΤΩΝ. Ξ in voce καλούμενος solus Müllerus habet, ceteri lacunam. Interpunctionem et ultimum Ξ omittit Os. Vs. 4. Ros. Os. ΘΡΑΞΥΜΩΙ: Müll. pro M praebet ΑΛ, sed litteris artissime positus. Nihil hac commutatione notius: ut pro voce Διδυμος Athenaeum XIII, p. 593. F. irrepperat Δῶλλος, quem expellendum esse satis docuit Casaubonus, accedente Maussaco ad Harpocr. p. 91. ed. Gronov. neque enim cogitandum ibi de Diyllo Atheniensi, historiarum scriptore (Voss. H. Gr. p. 360.): quem adde Diyllis n. 147. Pryt. II. memoratis. Mox vs. 5. Müll. ΑΦΡΟΞΙΑΚΟΝ; in fine Os. Ε.Φ, Ros. ΕΔΑΦ, Müll. ΕΔ.Φ Vs. 6. Müll. ΙΜΕΝΟΞ; ceteri, ut dedi. Vs. 7. duo puncta addidi ex Rosii fide. Vs. 11. priorem interpunctionem ex Müll. inserui: tertiam a fine litteram Γ Ros. omittit, sed habent Müll. Os. hic ut incertam. Vs. 12. Os. ΑΝΞΑΞΙΜΑ. Vs. 16. extr. dedi ΚΗ ex Os. pro quo ΚΙ est ap. Ros. Müll. Vs. 17. Os. ΦΕΞΙ, Müll. ΑΦΕΞΙ, Ros. ΤΑΦΕΞΙ; unde concinnatum quod dedi. Ultimum vs. 17. ductum

omittit Müll. Vs. 20. Ros. quod dedi; Os. habet Ξ.....ΛΑΥΡ, Müll. solum ΛΑΥΡ. Vs. 21. omittitur a Müll. In litterarum dispositione, quae non στοιχηδόν facta est, Rosium potissimum secutus sum; omnia tamen apographa in eo consentiunt, ut marmor in sinistram latius non fuerit. Sigma: quantum ex Müll. et Ros. colligo, medium inter Ξ et Σ videtur esse. Verba haec esse videntur:

....Ι, κίων Ι, cῆς γεῖ[τον - - -]
 Δημητριάκον[- - - - - δ - - -]
 των καλούμενος ὤνη. Ἀγνόθεος - - -
 Ἀφροδισιακόν. Ἐπὶ Θρασύλλῳ, Ἀρ[τεμισιακόν - - -
 - - καινο-]
 5 τομίαν, Ἀφροδισιακόν ἐν τοῖς ἐδάφ[εσι τοῖς - - -
 - - ἡλίου ἀνιόντος ὁ - - των καλού-]
 μένος, δυομένου τὸ ἐργαστήριον τὸ Δ[ιφίλειον καλού-
 μένον - - -
 ὃ] ἡργάζετο Τελεσικλῆς Καλλίου Ἀραφ. - - -
 Θορικοῖ, Δημητριάκόν, ἡ χαράδρα καλουμένη - - -]
 Ἐπὶ τῆς Ἐρεχθίδος δευτέρας πρυτανε[υούσης - - -
 τὸ ἐργαστήριον]
 10 τὸ Διφίλειον καλούμενον, ὃ ἀπεγράψατο - - -
 ὤν. Καλλιμέδων Καλλικράτου [Χ]ολλ. - - -
 Ἀνασάξιμα.

videntur; unde saepe eadem in confiniis nominata redeunt. Τὸ Διφίλειον καλούμενον ex vs. 9. restituit Os. recte: v. de Diphilo vit. Lycurgi in X Oratt. vitt. p. 256. ed. Tub. Ἐργαστήριον dici metallum quodvis notum est: apposite Os. ex Walpol. Mem. p. 431. notat locum apud Thoricum etiam nunc eis τὰ ἔργαστήρια dici. Vs. 7. nominatur metallum, quod olim exercebat (ἡργάζετο pro εἰργ.) Telesicles Calliae f. Araphenius. Ne cogita de Hipponici gente, de cuius opibus egi in Oec. civ. Ath. T. II. p. 14 sqq. etsi enim Hipponicus III. Periclis aequalis metalla habuit (v. Comm. de Laur. 124 sqq.), eius tamen filius Callias dilapidaverat bona paterna: ut illius proles vix metalla exercuerit. Alius fuit Callias Cimonis affinis, ex metallico quaestu dives factus (Plutarch. Cim. 4. Nep. Cim. 1.): hunc enim ut olim ita etiam nunc post Clavierium (Mém. sur la famille de Callias, Comm. Inst. reg. Gall. Hist. et Litt. T. III.) et Meierum (de bonis damn. p. 121.) prorsus alienum ab Hipponici familia iudico. Certe plures Athenis Callias divites fuisse uno et eodem tempore; vel Pausan. X, 18, 1. docet: ex quo discas praeter Calliam Λακκόπλευτον Hipponici f. temporibus belli Persici florentem, alium eadem aetate vixisse, Lysimachidis f. qui ex ipso bello opes sibi paraverat. Alius rursus Callias in metallis Thoricis minium (κιννάβαρι) invenit circa Olymp. 93, 4. de qua re egi Comm. de Laur. p. 97. Et fortasse huius filius fuit Telesicles, qui olim exercebat hoc metallum. Vocem ΑΡΑΦ: non explevi: demotica enim nomina in hoc titulo decurtantur. Vs. 8. Θορικῷ adverbium esse ex Steph. Byz. notat Os. Aliud rursus videtur metallum appellari, Demetriacum; additur autem ἡ χαράδρα καλουμένη. Igitur aut plura fuere Demetriaca, ex quibus hoc unum est χαράδρας nomine dictum, aut verba ἡ χαρ. καλ. ad limites describendos pertinent, postposita plagae notitia, licet haec in ceteris locis praemittatur. Omnino hinc aliena est fossa (χαράδρα), cuius mentionem facit vit. Lycurg. l. c. p. 251.

Vs. 9. ubi secunda prytania incipit, aut πρυτανευούσης aut πρυτανείας legendum; vocem τὸ ἔργαστήριον addidi ex vs. 6. Diphileum deinceps memoratur, fortasse tantum in finium numero: quod aliquis ἀπεγράψατο, scripsit, professus est, quippe ut redemptor, qui id exercere vellet. Inscr. Orchom. ἀπογράφεσθαι δὲ Εὐβωλον κατ' ἐνιαυτον, et: μετ' ἀπογραφέσθω δὲ πλῖονα τῶν γεγραμμένων. Auctor Oec. Aristot. II, 2, 5. ἀπογράφασθαι ἅπασιν συνέταξαν τὰς οὐσίας, μὴ ἀθρόας εἰς τὸν αὐτοῦ δῆμον ἕκαστον. Cf. Meier. l. c. p. 202. Qui non ἀπεγράψαντο τὸ μέταλλον, obnoxii δίκῃ ἀγράφου μετάλλου. Suid. Zonar. ἀγράφου μετάλλου δίκη: οἱ τὰ ἀργύρεα μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλονται καινοῦ ἔργου ἀρξασθαι (Zonar. ἀλασθαι), φανερόν ἐπιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου (poletis), καὶ ἀπεγράφοντο τοῦ τελείν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. Diphileum tamen non novum metallum fuit: igitur videtur neglectum esse et postea ab alio repetitum, qui id professus sit. Vs. 11. redemptor alicuius metalli

comparat: ὠνητής (v. ad vs. 3.) Καλλιμέδων Καλλικράτου Χολλείδης. De forma Καλλικράτου v. ad n. 45. Non ille Κολλυτεύς est, sed Χολλείδης, quod patet coll. n. 102. In litteris ΕΓΓΟ altera ab Os. ut incerta notatur: sed omnes falsae videntur, excepto fortasse Γ. Notae sunt numerales, pretium redemptionis continentes, ut vs. 18. Cf. ad vs. 3.

Vs. 12. nihil deest, nec vox ἀνασάξιμα commodè videtur potuisse prioribus adiuncta esse. Immo est *index generalis* ceterorum, quae in secunda prytania vendita sunt, metallorum, quae quidem omnia sint ἀνασάξιμα, quum priora ex alio fuerint genere; et convenit, quod vs. 19. unum ex illis diserte vocatur ἀνασάξιμον. Vox admodum obscura est; ex vs. 19. tamen colligo fuisse speciem vetustorum metallorum; unde dicitur ibi παλαιὸν ἀνασάξιμον: hinc etiam pretium exiguum (vs. 18). Σάττειν propria vi est *firmare et pressim imponere vel apponere, onerare, implere*, ut in milite armis onerato, et de iumentis (σάττειν ὄνον etc.): unde σάγμα *clitellae*. Ita terra, quae stipatur circum plantam, σάττεται περὶ τὸ φυτόν; et quae in saccum (σάκταν, σακτῆρα inde dictum) constipantur, vel in aliud quodvis vas, ea σάττονται: ut dicitur σάττειν εἰς ἀγγεῖα, ἀγγεῖα σαττόμενα, ἀγγεῖον ὕδατι σεσαγμένον, κερύμιον ψάμμῳ σεσαγμένον, quae praebent Lexica. Quodsi varia Lexica Graeca, ut Cyrilli msu. apud intt. Hesych. v. σάξαι et Etym. Gud. p. 496. 11. etc. τὸ σάξαι καὶ σάττειν explicant στρώσαι et στρωννύνειν, est hoc tantum de iumentis sternendis vel onere imponendo intelligendum. Eodem redeunt composita, κατασάττειν, παρασάττειν, περισάττειν, maxime de terra stipanda dicta; et ἐνσάττειν, *implere sarciendo*, ut ἀλλὰντα ἐνσάττειν (Alciph. III, 7.); et ἐπισάττειν, e. c. ὄνον, ἵππον, quare explicatur ἐπιστρώσαι (Hesych. v. ἐπισάξαι et intt.) et ἐπιγεμίσαι (Lex. Seg. p. 94.). Etiam ἀποσάττειν est *implere*: Harpocr. ἀποσάξαντα, ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τρῆμα καὶ ἀποπληρώσαντα, quod Herodoti auctoritate hodie non extante confirmat Harpocratio, sed Dinarchi Suidas et Lex. Seg. p. 435. Idem tamen etiam contrarium τῷ ἐπισάττειν est, *onus deponere* (v. Schneider. Lex. et Hesych. c. intt.). Sed neutra significatio aptari potest glossae Lex. Seg. p. 205. ἀποσέσχεν τοὺς ὄρμους τοῦ μετάλλου: ἀποσέξαι τὸ διασεῖσαι καὶ κινήσαι (cf. Comm. de Laur. p. 102.): ut non intelligam, quomodo in illam vox ἀποσάσσειν et ἀποσάξαι nuper corrigendo inferri poterit. Iam vero quid sit ἀνασάσσειν, plane ignoramus: nec quidquam lucramur ex glossa Philoxeni (Labb. Glossar. p. 12.) ab Os. collata: ἀνασάσσει, *luxatur*. In metallis ἀνασάσσειν de *sternendo* esse non potest; nec de lignorum in puteis cuniculisque structura et fulciendis cavernis σάττειν vel ἀνασάττειν dici posse, satis mihi videtur ex iis, quae dixi, manifestum esse. Contra σάττειν commodè dicebatur de *egerenda ex metallis materia*, quod fit vasis implendis: ac si puteus rursus implebatur scoria et egerie inutili, quid hoc aliud erat nisi ἀποσάξαι? Denique si puteus obrutus denuo exercebatur, et iniecta materia, qua erat ἀποσασαγμένος,

iterum egerebatur, nonne hoc dici potuit ἀνασάξει? Igitur μέταλλον ἀνασάξιμον me iudice illud est, quod scoria et egerie completum sit, sicut hodie fit in puteis relictis, sed deinceps iterum exerceatur, quod illa materia olim abiecta retractanda esse videatur; et ἐργαστήριον ἀνασάξιμον aut talis est puteus, aut etiam locus caminorum, ubi egeries et scoria congesta sit, quae iterum tractari possit. Strabo IX. post initium: Τὰ δ' ἀργύρεα τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ καταρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης, τὴν παλαιὰν ἐκβολὰδα καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες εὗρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον, τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινεούτων. Vides ἀναχωνεύειν dici: quod priusquam fieret, debebant operarii materiam ἀνασάξαι.

Vs. 13. inter ἀνασάξιμα primum est Ἀμφιτροπήσιν Ἀθηναϊκόν: Conon Cononis f. sitne redemptor an pristinus aliquando possessor, nescio. Amphitropen demum in metallorum regione situm esse, ex Aesch. c. Timarch. p. 121. recte interpuncto colligi non poterat: sed ex hac id inscriptione patet. Ita nunc quattuor in ea parte demos novimus, *Amphitropen*, *Thoricum*, *Anaphlystum*, et inter hos duos *Besam*; praeterea alios duos vicos, *Maroneam*, ubi locus ἐπὶ Θρασύλλῳ, et *Laurium*; postremo locum alium *Aulonem*. De his uberius dixi in Comm. de Laur. p. 86–91. de Besa nunc addenda est eximia Isaei auctoritas de Pyrrhi hered. p. 27. postquam Bekkerus ex libris restituit verum Βῆσαζε (p. 54.). Ceterum Amphitrope quum Leontidis sit, ut Anaphlystus et Besa, his ipsis proximam fuisse Amphitropen probabile est; quum Thoricus contra sit Acamantidis. Nam etsi non omnes eiusdem

tribus demi omnibus temporibus vicini erant, videntur tamen ab initio ii, qui vicini essent, in unam tribum coniuncti esse.

Vs. 14. Ἀθηναϊκόν, praesertim simpliciter dictum, vix potest aliud haberi ac vs. 13. Itaque necesse est vs. 13. extr. alius metalli nomen positum fuisse, et vs. 14. verba Ἀθηναϊκόν καὶ συντομὰς Ἀμφιτροπήσιν esse ex finium descriptione. Συντομὰς non videtur quartus pluralis casus, sed primus singularis, ut dicitur ἡ ἀποτομὰς: sed vis vocis latet. Vs. 15. rursum fines habes, ex meridie vel septentrione ὁδόν, item ex occidente, ex oriente nescio quid. Vs. 16. Ἀρτεμισιακόν aut metalli Thoricii nomen est (vs. 4. idem nomen supplevi, sed in metallo ἐπὶ Θρασύλλῳ, ut plane haec diversa esse possint), aut quod magis probo, ex finibus prioris metalli superest, quum consentaneum sit, officinae situm Θορικὰ primum designari, ut vs. 13. Et quum non omnibus metallis necessario peculiare nomen fuerit, accuratoris definitionis causa sequitur continuo vel redemptoris vel pristini possessoris nomen: Εὐφημίδης Κη (e. c. Κηφισοδώρου etc.). Fortasse idem est qui vs. 18. Vs. 17. memoratur metallum in fundis Epaminonis (cf. vs. 5.). Vs. 18. Cephisodori f. Athimónensis certo est redemptor: nomen demi decurtatum est, ut supra. Additur pretium ΗΠ vel ΗΠ². Pretia metallorum Atticorum collegi Comm. p. 121. ampliora omnia: sed cogites hocce metallum esse ἀνασάξιμον: igitur non mirum id haud pluris vendi quam 150 dr. vel aliquot insuper. Vs. 19. aliud nominatur ἀνασάξιμον. Vs. 20. *Laurii* mentio fit, quo casu nescio. Dicit Λαύριον et Λαύρειον, docui Comm. p. 86.

163.

Athenis, ex schedis Fourmonti.

..... ΑΙ . ΤΙ Μ . . .
 ΕΙΣΟΔΟΤΟ . . .
 ΤΟΥΚΙΙ . Ν . Κ .
 ΓΕΑΤΕΤΟ
 5 ΗΗΚΛ Κ
 ΛΚΛΡΓΧ
 Ν . ΜΥΛΙΚ
 ΑΠΕΓΡΑΨΑΤΟ . . ΙΝΟΤ . . ΓΑΝΓΡΙΑ
 ΗΚΟΝΙΝΤΩΝ Λ
 10 Ξ . ΕΙΤΑΝΠ . . . ΞΗΛΗ . . ΝΛΙΝΟΟΛ
 ΛΙΟΓΥΡΙ . ΞΔΥΟΜΕΔΙΑ . . ΙΑΚΛΙΟ . . C
 ΑΝΟΜΟΞΔΙΟΦΕΙΩΝΕΡΙΤΩΝΤΕΛΠΕ . Υ .
 ΑΝΤΙΔΟΤΟΥΙ . ΙΓΑΣΤΗΡΙΕΝΝΟΥ
 ΥΑΛΙΩ
 15 ΡΑ . ΙΛΕΙΔΕΞΞΩΞ . Τ . Ρ . Α . ΤΙ . . ΥΛΧ . Ρ
 ΑΡΙΚ ΛΛΕΞΙΜΕΝΟΙΠΕΡΙΑΞ
 ΕΡΙΤΙ . ΙΑΝ

Fragmentum descriptionis metallorum foedissime habitum. Vs. 2. videtur nomen Εἰσιδότου (Ἰσιδότου) esse, vel Κηφισοδώρου (Κηφισοδώρου, cf. n. 162. vs. 18.) ut Κηφισιεύς invenitur; vs. 8. est [ὁ] ἀπεγράψατο, metallum quod professus est (vide ad n. 162.); vs. 10. γείτων vel γείτον, de finibus; vs. 11. δυμέ

(δυμένου) διακρία καὶ ὁδός, cf. n. 162. Διακρία h. l. est appellativum, non illud proprium, de quo ad n. 82. Vs. 12. vide ne lateat ὑπόνομος, cuniculus. Vs. 13. Ἀντιδότου ἐργαστήριον; vs. 15. Ἡρακλείδης, et fortasse Σωστράτιδου Ἀχαρ[εύς]; vs. 16. an Ἀλεξιμένου? Vs. 17. fuit credo ἐπὶ τῇ [A]ίαν[τίδος] πρυταν. etc. cf. n. 162.

164.

Athenis in ecclesia Michaelis Archangeli. Ex schedis Fourmonti. Edidi Oec. civ. Athen. tab. VI. n. 16. et explicui T. II. p. 334 sqq.

NEΞΑΑΓΟΡΑΝΕΠΙ
ΟΚΡΑΤΕΟΣΕΥΟΥ
ΟΥΝΑΥΣΙΘΕΟΚΛΕΟΣΘΕΟ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ. ΔΔΔΓΡΡΠΠ
5 ΙΡΠΠΞΩΙΔΟΣΡΔΔΓ
ΙΡΠΠΑΡΙΣΤΟΚΙΤΟΣΜΕΜΝ. ΔΔΔΠΠ
ΤΥΦΝΟΣ. ΚΑΑΔΔΔΓΡΡΡΠΠ
ΑΡΠΠΙΚΛΕΙΤΟΣΦ. ΣΔΔΓΡΡΠΠ
ΔΑΜΟΦΙΛΟΣΑΡΕΝΔΔΓ
10 ΠΥΡΡΟΣΑΡΙΣΤΙΩΝΝΔΔΓ
ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑΣΑΡΙΝΔΔΓ
ΚΑΛΛΙΑΣΟΛΥΜ. ΔΔΔ
ΓΡΠΠ. ΔΙΦΙΛΟΣ. ΤΙ. Η.
ΜΙΚΥΘΟΣ. ΑΛ. ΔΔΔΓΡΠΠΠ
15 ΑΡΙΣΤΑΝΩΡΔΔΔΓΡΠΠΠ
ΑΡΡΙΡΥΛΙΣΩΝΡΥΡ. ΔΔΔΓΡΠΠ.
ΛΙΣΩΝΡΥΡ. ΔΔΔΓΡΠΠ.

Nomina pleraque Dorica sunt; vs. 2. fortasse etiam terminatio *οκράτεος* non Attica scripta erat. Vs. 1. fortasse *ἀγορὰν* legendum; deinde potuerunt magistratus designati esse ἐπὶ - - οκράτεος, Εὐθυ - - Ναυσιδέου, Κλεοσθέ[ν]εος. Notā tamen de publicis civitatis magistratibus cogitandum; sed collegii aliquius peregrinorum, fortasse *erastiarum*. Patrum eorum, qui recensentur, nomina decurtata sunt: in unoquoque designatur pecuniae summa, quam contulisse singuli videntur. Numeri, ut solent apud

Fourmontum, hinc inde depravati sunt; plurimi sunt drachmarum 37½, vel 75: ut videatur hoc simplum et duplum legitimum esse: vs. 13. centum drachmae comparent, ut ille aut sua sponte plus contulerit, aut vitiatum sit numerus: ubi vero minus. 37½ drachmis inscriptum est; corruptas notas esse non dubito. Pro P multis locis est t restitutum. Postremo appono verba ipsa inde a vs. 4. recentis tamen ut plurimum notaram corruptelis.

... Θεόδωρος. ΔΔΔΓΡΠΠΠ
5 .. ΠΠΠΠ Ζωίλος ΡΔΔΓ
.. ΠΠΠΠ Ἀριστοκρίτος Μέμν. ΔΔΔΠΠ
.. τυφνος Κε[λ]. ΔΔΔΓΡΠΠΠΠ
ΔΓΠΠΠ Κλεῖτος Φ. σ. ΔΔΓΡΠΠΠΠ
Δαμόφιλος Ἀρε. [Ρ]ΔΔΓ
10 Πύρρος Ἀριστίων. [Ρ]ΔΔΓ
Ἀρισταγόρας Ἀρι. [Ρ]ΔΔΓ
Καλλίας Ὀλυρ. ΔΔΔ
ΓΠΠΠ Δέφιλος. τι. Η.
Μίκυθος Αλ. (Αα.) ΔΔΔΓΡΠΠΠΠ
15 Ἀριστάνωρ ΔΔΔΓΡΠΠΠΠΠ
ΔΓΠΠ... Αἰσών Πυρ. ΔΔΔΓΡΠΠ.

Ultimus versus videtur ex priore esse repetitus. Vs. 6. in voce Ἀριστοκρίτος litterae K brachium superius obliquatum apud Fourm. rotundatione insignis est, quasi P per ligaturam appositum sit: quod in nostro exemplo non expressum.

CLASSIS TERTIA.

TITULI MILITARES.

165.

Ἐν Ἀμφιπόλει	Ἡρόφιλος	
45 Φιλόφρων	Ὀνήσιμος	
Ἐπὶ Θράκης	Ἰερ[σ]κλῆς	
Εὐκράτης	Ἀναξί... †)	35
Ἐμ Πύλῳ	Ξένοι	
Ἡγ[η]σίας	Ἀθηνόδοτος	
50 Ἐν Σερμυλίδῃ	Εὐφραῖος	
Πολύμηστος	Χαιρέμε[ν]ης	
Ἐς Σίγγῳ	Ποσει[δ]έππος	40
Παυσά[δ]ης	Μένων	
Ἀντι.....	Στράτων	

*) Credo Ἐράτιππος. **) Τιμανδρος vel Τιμανδρίδης. ***) Εὐ-
βουλος vel Εὐβουλίδης. ****) Γλαῦκος vel Γλαύκων. †) Ἀναξί-
κράτης, Ἀναξίων vel simile.

In scriptura sunt pauca memorabilia: ΟΥ in nominibus propriis, ut ΣΠΟΥΔΙΑΞ, ΕΥΒΟΥΛ, usitatum est etiam ea aetate, ubi diphthongus solebat littera O signari, et ipsum ΣΠΟΥΔΙΑΞ habes n. 147. In voce Ἀγνόδημος, item in voce Ἡγυσίας aspiratio-
nis nota ommissa est; simplex Π pro duplici in no-
mine Ἰπποθωντῆς ex usu antiquo resedit: cf. n. 2.
et 168. b. Ἐς Σίγγῳ p. ἐν Σίγγῳ alia exempla ha-
bet (n. 87. 147.) Sed Η in voce Ἀντιφάνης col. I.
vs. 39. olim me male habuit, quod idem Fourm.
etiam vs. 54. praebet, utramque lineam maioribus
litteris delineans; igitur eius nominis putabam pe-
culiarem rationem esse et Antiphanem scribam no-
men suum diverso litterarum genere subscripsisse:
nunc, postquam patefactum est, vs. 54. lectionem
esse incertissimam, vs. 39. autem esse insititium,
litterae Η usus, quem in solo titulo n. 149. ante
Euclidem, sed paucis annis ante, reperimus, iam
non offendit; haud dubie enim hoc nomen multis
annis post reliquum titulum additum est, credo
quod singulari de causa olim omissum erat, ut Ni-
ciae nomen in simili catalogo (Pausan. I, 29, 9.),
postea autem, mutata populi sententia, addendum
videbatur.

Duplex est series nominum per tribus dispo-
sitorum; utrique deest pars superior, quae com-

plectebatur tribus Erechtheidem, Aegeidem, Pan-
dionidem et Leontidem, dein Acamantidem, cuius
pauca utrobique nomina supersunt; his succedunt
ex ordine constante (de quo v. Corsin. F. A. T. I.
p. 154. sqq.) Oeneis, Cecropis, Hippothontis, Aean-
tis, Antiochis. Nomina ipsa sunt eorum, qui in
proeliis caesi et in Ceramico sepulti erant; duae
vero quum series sint, patet eos, quibus nullus
locus adscriptus est, in duobus perisse proeliis, in
altero alterius seriei milites. Nam etsi ex n. 165.
et ex ipso Thucydide (II, 34.) colligitur, Athenien-
ses subinde omnes, quotquot uno anno variis locis
occubuissent, simul humasse et uni monumento
nomina omnium inscripsisse, tamen quod col. I.
vs. 40 sqq. singuli loci nominantur, ubi unus et
alter obierat, inde apparet, praecedentia nomina
sub unius pugnae, quae in fronte memorata erat,
nomine posita fuisse; a quibus quum divisa altera
tribuum series sit, ad aliam haec pugnam refertur.
Haud dubie vero, qui locis illis singulis occisi
sunt, Antiochidis tribules omnes fuerunt, ex qua
videtur a reliquo exercitu separata manus in illos
locos (excepta Pylo) missa esse: nam sub ea sola
tribu singuli loci commemorantur, iique ne vacuo
quidem spatio a ceteris nominibus divisi. In se-
cundae autem columnae fine alii quidam milites
post Atticos cives nominantur, de quibus paulo
post dicam. Hactenus de tituli dispositione. Cuius
maximam partem quum Viscontus ad eos rettulisset,
qui Olymp. 89. 1. apud Delium perierant (Thucyd. IV,
90 sqq. Diod. XII, 69 sqq.), et in Ceramico sepulti
erant (Pausan. I, 29, 11.); equidem de ea re dubi-
tavi, tum quod duplex tribuum series uni pugnae
convenire non videbatur, tum quod apud Delium
prope mille Athenienses et praeterea levis arma-
turae et ministrorum permulti ceciderunt, quum
tamen in hac tabula singularum tribuum pauci ci-
ves inscripti sint: ceterum Viscontum arbitrabar
Delii nomen in parte tituli a Fourmonto non tran-
scripta agnovisse. Nunc quum neminem melius
quam Fourmontum hanc inscriptionem legisse vi-
deam, illius sententiae etiam minus tribuo. Atta-
men ut olim, ita nunc in anno a Visc. indicato
subsisto; id quod etiam Osannus fecit. Nam loci,
qui col. I. extr. memorantur, rebus eo anno gestis
conveniunt mediocriter. Primum vs. 40. comparat
Potidaea et vs. 44. Amphipolis, deinde vs. 46. Thra-
cia. Nam ἐπὶ Θράκης vera lectio est, ut docui in
varia lectione, uniceque congrua usui sermonis
(Thucyd. I, 59. I, 68. II, 9. II, 29. IV, 82. IV, 102.
Isocr. de antid. p. 68. ed. Orell. Demosth. Phil. III.
p. 117. 21.), de quo non recte statuerunt nonnulli,
et nuperrime Gailias in Nov. Act. Acad. Inser. T. V.
Hist. p. 41 sqq. Succedunt Pylus vs. 48. et Serm-
ylia vs. 50. postremo vs. 52. Singus, vicinum Ser-
myliae oppidum. Ex his Sermylia est urbs Chal-
eidica, quam Schol. Thucyd. (ad I, 65. ubi v. intt.)
Sermylidem et Hermylidem vocat, Steph. Byz. Ser-
myliam, Herodotus (VII, 122.) Sermylem, nisi apud
hunc legendum Σερμυλῖν. Atque utrumque oppi-

dum, et Sermylia et Singus, ea tempestate Atheniensibus parebat: Sermylia Olymp. 89. 3. pace facta Atheniensibus confirmata est; Singaeis meliores condiciones concessae sunt, eadem quae Olynthis et Acanthis aliisque, ita tamen ut tributum ab Aristide imperatum pendere tenerentur (Thucyd. V, 18.). Post Singum vs. 54. novum loci nomen latere vix crediderim: certe si in fine nihil periiit, non potest vs. 54. loci nomen positum esse, quod locorum designatio defunctorum nominibus praemissa est manifesto. Iam Olymp. 89, 1. Amphipolis a Brasida capta est (Thucyd. IV, 102 sqq. Diod. XII, 68.); mox quum Lacedaemonii Toronen et Lecythum aggredierentur, ubi Attici agebant praesidiarii. (Thucyd. IV, 110 sqq. Diod. XII, 68.), pauci etiam apud Sermyliam et Singum, loca proxima, possunt caesi esse; neque apud Amphipolia multos perisse consentaneum est, quum proelio ibi decretum non sit. Vicinae quoque Thracia et Potidaea: de hac tamen quae ap. Thucyd. IV, 135. narrantur, ea nuperus editor advocare non debebat, quum anno insequenti gesta sint. Unus vero, qui apud Pylum Olymp. 88, 4. captam occubuisse traditur, hoc demum anno potest ex vulnere ibi accepto mortuus videri. Sed duo illa proelia, ad quae plurima nomina referenda sint, Osannus recte iudicat in eorum, qui nominati sunt, locorum vicinia quaerenda esse, commodeque huc advocat obsidionem Mendae et Scionae Olymp. 89, 1. duce Nicia coeptam (Thucyd. IV, 129. coll. Dodw. Annal. Thucyd. et Diod. XII, 72 sqq. qui haec sub Olymp. 89, 2. narrat). Aderant autem huic expeditioni praeter Atticos hoplitas sagittarii sexcenti, Thraces mille mercenarii, alique levis armaturae milites, quos Thucydides peltastas vocat, ex sociis in ea regione contracti: quae omnia huic titulo explicando eximie conveniunt.

Nam in fine alterius columnae post tribus Atticas spatio divisum triplex militum genus hoc ordine designatur: Ἐγγράφοι, ut vere Os. coniecit, τοξόται, ξένοι. Ubi quum ξένοις opponi τοξότας putarem, ut n. 165. τοξόται sunt Erechtheidis, quippe ἄστικοί (n. 80.), ita hic quoque τοξότας cives esse iudicabam (Oec. civ. Ath. T. I. p. 285.): nunc mitto hanc sententiam, quod cives in tribubus censentur, hi autem extra tribus positi sunt: quod olim, quum de vacuo spatio et de voce Ἐγγράφοι non constaret, non poterat perspicui. Sed eodem argumento labefactantur, quae Os. de Ἐγγράφοις disputavit: quos ille dicit ephebos esse, utpote ἔγγεγραμμένους τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, et extra tribus versari censet; eos vero, dum περίπολοι sunt, militasse non solum in Attica, sed etiam extra Atticae fines, quod demonstrat exemplo Megaricae expeditionis ap. Thucyd. IV, 67. cui praeter hoplitas affuerunt Πλαταιῆς τε ψιλοὶ καὶ ἕτεροι περίπολοι; postremo confert ἐπεγγράφους, qui in titulis gymnasticis post eos, qui in tribubus et pagis censentur, reperiuntur additi. At ephebi non extra tribus sunt, sed in tribubus inscripti, quod fit ipsa in lexiarchicum relatione;

itaque hi tituli nostri Ἐγγράφοι non possunt ephebi esse. Neque ephebos extra fines Atticae militasse Os. demonstravit: cuius cetera argumenta, quae nihili sunt, omittam, et in loco Thucydidis consistam. In quo si concesseris περίπολους esse ephebos, etiamsi ephebi in Megaride, hoc est in ipsis confiniis Atticae militaverint, nondum tamen illos in longinquas expeditiones missos esse concesseris. Sed nego apud Thucydidem περίπολους esse ephebos. Nam si ephebi περίπολοι fuerunt, non ideo omnes περίπολοι sunt ephebi. Περίπολοι sunt circuitores, speculatores, quibus opus cuivis exercitui, etiamsi nulli ephebi adsint: quos περίπολους quum Thucydides cum ψιλοῖς Πλαταιῶσι componat et hoplitis opponat, patet illos περίπολους fuisse leviter armatos, quum tamen ephebi panoplia usi sint (τ. comment. nostram de Ephebia Attica). Porro qui in titulis Atticis ἐπεγγράφοι dicuntur, ephebi quidem sunt, sed opponuntur aliis ephebis, qui in tribubus censentur: igitur illi ephebi non Attici sunt, ideoque dicuntur ἐπεγγράφοι; sed quibus opponuntur, ii sunt Attici tribubus inscripti, et quod ceteri ἐπεγγράφοι audiunt, sunt pro Ἐγγράφοις censendi (cf. ad n. 272.): ut videas, si ex illis titulis iudicetur, Ἐγγράφους potius cives tribubus inscriptos significare, non tribubus non adscriptos. Quamquam ne hoc quidem verum est: nam illorum titulorum alia prorsus atque huius ratio est. Ut enim meam sententiam paucis aperiam, Ἐγγράφης ratio pro rerum diversitate alia est. Ubi de civitatis iure exercendo agitur, ἔγγεγραμμένος dicitur, qui ut vir in lexiarchicum relatus est; ubi de gymnasio, ἔγγεγραμμένος est, qui nomen in gymnasium professus est. Rursum alia Ἐγγράφης ratio in publicis debitoribus, qui etiam ἔγγεγραμμένοι dicuntur, sed in arce. At in nostro titulo de militia agitur: igitur militaris haec Ἐγγράφη est. Nunc videndum, quinam in militia, quum non cives essent, potuerint Ἐγγράφοι dici. In quo primum constat, omnes tres classes has, Ἐγγράφους, τοξότας, ξένους esse peregrinos: illud quaerendum, quomodo, si etiam duae priores classes peregrinorum erant, tamen iis ξένοι opponi queant. Sed ex hac me difficultate facile expedio. Exemplum peto ex republica pacata. Constat enim ξένους in republica varii generis esse: sunt alii simpliciter ξένοι, alii ξένοι μέτοικοι, qui etiam simpliciter μέτοικοι dicuntur: quae res ita nota et certa est, ut mireris de ea nuper dubitatum esse. Item μέτοικοι varii sunt, aut μέτοικοι simpliciter, aut meliori iure μέτοικοι ἰσοτελεῖς, qui vulgo breviter ἰσοτελεῖς audiunt. Qui etsi omnes ξένοι sunt, possunt tamen ξένοι, μέτοικοι, ἰσοτελεῖς opponi. Eodem modo in hoc titulo ξένοι dividuntur a τοξόταις et Ἐγγράφοις, licet omnes sint ξένοι. Singulae autem hae peregrinorum militum classes quales fuerint, potest ex ipso, quo positae sunt, ordine intelligi: nam ut loco, ita dignitate primi Ἐγγράφοι iudicandi, medii τοξόταις, tertii ξένοι: et cum hoc ordine fere convenit Thucydideus ordo in huius expeditionis militibus recensendis (IV, 129):

ὀπλίταις χιλίοις ἑαυτῶν, καὶ τοξόταις ἑξακοσίοις; καὶ Θραξὶ μισθοῦσι χιλίοις, καὶ ἄλλοις τῶν αὐτόθεν ξυμμάχων πελτασταῖς: in quibus fuere Methonaei, iique φίλοι (ibid.). Iam ut ab infimo ordine incipiamus, ξένους intellige eos, qui non erant in copiis Atticis censiti, sed aut mercenarii aut socii: utrique enim proprie ξένοι sunt, sive Athenis sive foris versantes. His meliores sunt τοξόται, qui videntur omnes Athenis adducti, et in copiis Atticis censentur, licet non Athenienses sint: intellige sagittarios ex inquilinis ignobilioribus conscriptos. De Thracibus ne cogita: Thraces enim ex sagittariis eximit Thucydides. Supersunt ἑγγράφοι, dignitate primi. Hi quales fuerint nisi hoplitae? Nam hoplitae etsi potissimum ex civibus superiorum classium, rarius ex quarta classe (Θησίν) lecti sunt, fuerunt tamen etiam μετοίκοι ὀπλίται (Thucyd. II, 13.), et sola equestris militia μετοίκους occlusa erat (Xenoph.

de vectig.): eosque etiam extra Atticam in pedestri militasse exercitu docet Thucydides (IV, 90.). Sed ditiores tantum et primores inquilinorum possunt hoplitae fuisse, in iisque haud dubie ἰσοτελεῖς. Igitur hos peregrinos, utpote hoplitis adscriptos, arbitror ἑγγράφους dictos esse, hoc est ξένους ἑγγεγραμμένους ὀπλιτῶν καταλόγῳ. Qui si civibus oppositi essent, potuissent etiam ἐπὶ ἑγγράφοι dici: nunc quum ἑγγράφοι dicantur, hoc nomine a ceteris distinguuntur peregrinis non inscriptis. Ceterum, quod Σήτες ὀπλίται opponuntur ὀπλίταις ἐκ καταλόγου, unde patet Σήτας non in catalogo hoplitarum censitos esse; hinc aliquis μετοίκους dixerit multo minus potuisse hoplitarum catalogo inscriptos esse: quam difficultatem etsi habeo quomodo removeam, tamen ne longus sim, hoc unum addo, in sententia mea constituenda hanc me rem non latuisse.

172.

In pavimento Ecclesiae semirutae in via, quae ex oppido in arcem ducit. Edidit Chandlerus Inscr. ant. P. II. n. 107. p. 70. cf. Syllab. p. xxx. ex quo dedi, retentis etiam Chandleri supplementis, quae prope omnia bona sunt.

[Textum vide pag. seq. interpositum.]

Verba haec sunt:

	Κεκροπίδος	Ἴπποθωντίδος	Αἰαντίδος	Ἀντιοχίδος	
	Μελιτεῖς	Πειραιεῖς	Φαληρεῖς	Ἀλωπεκῆθεν	
	Εὐθύδημος	Μενεκλῆς	Κτησικλῆς	Ἡγησίας	
5	Εὐθύδμου	Αὐτομένους	Κηφισοφῶντος	Ἴπποκράτους	5
	Ἀντίχαρμος	Ἐροιάδαι	Χάριππος	Κλεινίας	
	Εὐδόξου	Ἀπολλόδωρος	Χαρίππου	Ἐξηκεστίδου	
	Ξυπεται[ω]νες	Πιστοδώρου	Ναυκλῆς	Θέογνις	
	Εὐδήμος	Κορυδαλλεῖς	Μνησικλέους	Δεινοστράτου	
10	Εὐφράνορος	Ἀλκίμαχος	Χαρίας	Ἀπολλόδωρος	10
	Διονύσιος	Ἀρκεφῶντος	Θευνίωνος	Δημοκράτους	
	Ἐπιχάρους	Βήδος	Κτησικράτης	Θόρα[ς]ε[ν]	
	Δημόστρατος	Ἀθηνίχου	Κτησιφῶντος	Κλέανδρος	
	Ἀνδρoσθένους	Ἐλευσίνιοι	Ἀφιδναῖοι	Ἐνιφωνίδου ++)	
15	Ἐπιθέτης	Εὐξενίδης	Τει[σικλῆ]ς	Κάλλαισχος	15
	Ἀντικλέους *)	Ἀντιφάνου[ς]	Τεισικλέους	Καλλιίσχου	
	Κλεινίας	Σάτυρος	Ἀθηνόδωρος	Ἀγγυλῆθε[ν] +++)	
	Φίλωνος	Ἐργοφίλου	Θεοκλέους	... θάνωρ +++)	
	Τιμόστρατος	Πρόξενος	Κλεώνυμος	Σωκράτου *)	
20	Μενεστράτου	Εὐδώρου	Φιλωνίδου	Σμί[κ]υθος	20
	[Π]ιθεῖς	Κόπ[ρ]ειοι	Σμικείας ****)	Δεινοστράτου	
	[Ἡ]γυλλος	Νικοτέλης	Φράδμονος	Ἀ[τ]ηνεῖς	
	Φαίδρου	Ξενοτίμου	Κτηάτων +)	
	Τιμόθεος	Οἰναῖοι	Λυσ[ίπ]που	Λυσανίου	
25	[Τ]ιμοθέου	Λεώστρατος	Μολοττός	Λυσιππίδης	25
	.. ἰων	Λεωκράτους	Εὐνόμου	Λυσίου	
	.. ἰου	Λυσίστρατος	Διόδωρος	Ἀναφλύστιοι	
	[Φλ]υεῖς	Βίου	Διοδωρίδου	Χαιρεφῶν	
	.. οἰτοφῶν	Με.ίας	Οἰναῖοι	Χαιρίου	
30	.. υδίου	Θρασυκλέους	Λεύκων	Καλλιάρχης	30
	Κομητίδης	Τιμ.....	Σωκράτους	Μνησιφάνους	
	Ἀντιγενίδου	Ἐπι[κρ]άτους	Λεύκων	Θεόδοτος	
	Ἀντιγένης	Ἐλ[αι]ούσιο[ι]	Ἴπποκράτους	Νικίου	
	Ἀντιγενίδου	Ξενοκλῆς	Μαραθῶνιοι	Ἀντανδρος	
35	Χαρί[σανδ]ρος	Ὀνομακλέους	Αὐτοφῶν	Κηφισοδότου	35
	Ἀντιγέ[νους]	Δεκελεῖς	Πολυκτήτου	Βησαιεῖς	
	Κ[ικυν]νεῖς	Ἰάννιος	Λυσικράτης	Μνησίμαχος	

[Continuatur pag. 308.]

	Τ		Α		Ι
.....	ΚΕΚΡΟΡΙΔΟΣ	ΙΓΡΟΘΩΝΤΙΔΟΣ	ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ	ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ	
.....	ΜΕΛΙΤΕΙΣ	ΓΕΙΡΑΙΕΙΣ	ΦΑΛΗΡΕΙΣ	ΑΛΩΓΕΚΗΘΕΝ	
.....	ΕΥΘΥΔΗΜΟΣ	ΜΕΝΕΚΛΕΗΣ	ΚΤΗΣΙΚΛΗΣ	ΗΓΗΣΙΑΣ	
..... 5	ΕΥΘΥΔΟΜΟΥ	ΑΥΤΟΜΕΝΟΥΣ	ΚΗΦΙΣΟΦΩΝΤΟΣ	ΙΓΡΟΚΡΑΤΟΥΣ	5
	ΑΝΤΙΧΑΡΜΟΣ	ΕΡΟΙΑΔΑΙ	ΧΑΡΙΓΓΟΣ	ΚΛΕΙΝΙΑΣ	
	ΕΥΔΟΞΟΥ	ΑΡΟΛΛΟΔΩΡΟΣ	ΧΑΡΙΓΓΟΥ	ΕΞΗΚΕΣΤΙΔΟΥ	
	ΞΥΠΕΤΑΙΟΝΕΣ	ΓΙΣΤΟΔΩΡΟΥ	ΝΑΥΚΛΗΣ	ΘΕΟΓΝΙΣ	
	ΕΥΔΗΜΟΣ	ΚΟΡΥΔΑΛΛΕΙΣ	ΜΝΗΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΔΕΙΝΟΣΤΡΑΤΟΥ	
10	ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ	ΑΛΚΙΜΑΧΟΣ	ΧΑΡΙΑΣ	ΑΡΟΛΛΟΔΩΡΟΣ	10
	ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ	ΑΡΚΕΦΩΝΤΟΣ	ΘΕΥΝΙΩΝΟΣ	ΔΗΜΟΚΡΑΤΟΥΣ	
	ΕΠΙΧΑΡΟΥΣ	ΒΟΗΘΟΣ	ΚΤΗΣΙΚΡΑΤΗΣ	ΘΟΡΑΚΕΙΣ	
	ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΑΘΗΝΙΧΟΥ	ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ	ΚΛΕΑΝΔΡΟΣ	
	ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΟΥΣ	ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ	ΑΦΙΔΝΑΙΟΙ	ΕΝΙΦΩΝΙΔΟΥ	
15	ΕΠΙΘΕΤΗΣ	ΕΥΞΕΝΙΔΗΣ	ΤΕΙ[ΣΙΚΛΗ]Σ	ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΣ	15
	ΑΝΤΙΚΛΕΙΟΥΣ	ΑΝΤΙΦΑΝΟΥ[Σ]	ΤΕΙΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΥ	
	ΚΛΕΙΝΙΑΣ	ΣΑΤΥΡΟΣ	ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ	ΑΓΓΥΛΗΘΕΙΣ	
	ΦΙΛΩΝΟΣ	ΕΡΓΟΦΙΛΟΥ	ΘΕΟΚΛΕΟΥΣ	... ΘΑΝΩΡ	
	ΤΙΜΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΓΡΟΞΕΝΟΣ	ΚΛΕΩΝΥΜΟΣ	ΣΩΚΡΑΤΙΝΟΥ	
20	ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΥ	ΕΥΔΩΡΟΥ	ΦΙΛΩΝΙΔΟΥ	ΣΜΙΝΥΘΟΣ	20
	. ΙΘΕΙΣ	ΚΟΡΙΕΙΟΙ	ΣΜΙΚΕΙΑΣ	ΔΕΙΝΟΣΤΡΑΤΟΥ	
	[ΗΓ]ΥΛΛΟΣ	ΝΙΚΟΤΕΛΗΣ	ΦΡΑΔΜΟΝΟΣ	ΑΙΗΝΕ[Ι]Σ	
	ΦΑΙΔΡΟΥ	ΞΕΝΟΤΙΜΟΥ	ΚΤΗΑΣΩΝ	
	ΤΙΜΟΘΕΟΣ	ΟΙΝΑΙΟΙ	ΛΥΣ[ΙΓΓ]ΟΥ	ΛΥΣΑΝΙΟΥ	
25	[Τ]ΙΜΟΘΕΟΥ	ΛΕΩΣΤΡΑΤΟΣ	ΜΟΛΟΤΤΟΣ	ΛΥΣΙΓΓΙΔΗΣ	25
	..ΙΝΩΝ	ΛΕΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΕΥΝΟΜΟΥ	ΛΥΣΙΟΥ	
	..ΙΝΟΥ	ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ	ΔΙΟΔΩΡΟΣ	ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΙ	
	..ΔΥΕΙΣ	ΒΙΟΥ	ΔΙΟΔΩΡΙΔΟΥ	ΧΑΙΡΕΦΩΝ	
	..ΟΙΣΤΟΦΩΝ	ΜΕ.ΙΑΣ	ΟΙΝΑΙΟΙ	ΧΑΙΡΙΟΥ	
30	..ΥΘΙΟΥ	ΘΡΑΣΥΚΛΕΟΥΣ	ΛΕΥΚΩΝ	ΚΑΛΛΙΑΔΗΣ	30
	ΚΟΜΗΤΙΔΗΣ	ΤΙΜ.....	ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΜΝΗΣΙΦΑΝΟΥΣ	
	ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΟΥ	ΕΠΙ[ΚΡ]ΑΤΟΥΣ	ΛΕΥΚΩΝ	ΘΕΟΔΟΤΟΣ	
	ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ	ΕΛΛΕΟΥΣΙΟ[Ι]	ΙΓΡΟΚΡΑΤΟΥΣ	ΝΙΚΙΟΥ	
	ΑΝΤΙΓΕΝΙΔΟΥ	ΞΕΝΟΚΛΗΣ	ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΙ	ΑΝΤΑΝΔΡΟΣ	
35	ΧΑΡΙ...ΑΡΟΣ	ΟΝΟΜΑΚΛΕΟΥΣ	ΑΥΤΟΦΩΝ	ΚΗΦΙΣΟΔΟΤΟΥ	35
	ΑΝΤΙΓΕΝ...	ΔΕΚΕΛΕΙΣ	ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ	ΒΗΣΑΙΕΙΣ	
	Κ[ΙΚΥΝ]ΝΕΙΣ	ΙΑΝΝΙΟΣ	ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ	ΜΝΗΣΙΜΑΧΟΣ	
	ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ	ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ	ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ	ΑΘΗΝΙΩΝΟΣ	
	ΘΕΟΞΟΤΙ...ΟΥ	ΘΕΟΔΩΡΟΣ	ΤΡΙΚΟΡΕΥΣΙΟΙ	ΠΑΛΛΗΝΕΙΣ	
40	ΕΥΚΡΑΤΗΣ	ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ	ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΣ	ΦΕΙΔΙΑΣ	40
	ΠΟΛΥΚΡΑΤΟΥΣ	ΓΥΘΩΝ	[ΦΙ]ΛΙΓΓΟΥ	ΦΕΙΔΙΟΥ	
	ΣΑΝΝΙΟΥ	Ε.....	ΙΙ.ΝΕΥΣ	
	..ΟΣΤ...	ΕΡΩΙΝΑΥΤΗΣ	ΛΥΣΙΟΥ	ΔΗΜΟΝΙΚΟΥ	
	ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΙ	ΕΥΦΙΛΗΤΟΣ	
45	ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ	..ΦΙΛ..	ΔΙΟΔΩΡΟΣ	ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ	45
	Π.....	..ΡΙΩ..	ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ	ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ	
	Λ.....	.ΞΟΙΝΟΥ	ΧΑΡΙΝΟΣ	ΘΟΥΧΑΡΙΩΝΟΣ	
	..ΞΕΝΙ...	[Κ]ΛΕΙΝΟΜΑΧΟΣ	ΝΑΥΣΙΚΛΕΟΥΣ	ΚΟΛΩΝΕΙΣ	
	...ΠΠΟ...	[Α]ΝΘΕΜΟΚ[ΡΙΤΟ]Υ	ΔΙΟΓΕ[ΝΗΣ]	ΑΡΝΙΓΓΟΣ	
50	ΛΕΟΦΙΛΟΣ		.ΙΥΚΛΟΥ	ΠΟΛΥΝΙΚΟΥ	50
	...ΙΚΟΥ		ΘΕΟΔΗΜΟΣ	[ΔΙ]ΟΓΕΙΤΩΝ	
	ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ		ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ	...ΩΝΟΣ	
	ΕΥΦΙΛΗΤΟΥ		ΚΑΛΛΙ[ΠΠ]ΟΣ	ΕΡΟΙΑΔ[ΑΙ]	
	Α...ΕΙΣ		ΜΗΝ...ΟΥ	ΦΟΡΜΙ.ΟΣ	
55	ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ		ΕΥΠΕΙΤΩΝ	ΧΑΡΟΙΑΔ..	55
	ΦΕ...ΟΥ			ΕΙΤΕΑΙΟ..	
	ΦΙΛΟΝΕΟ.				
				

	Νικόστρατος	Στρατοκλέους	Λυσιμάχου	Ἀθηνίωνος	
	Θεόδοτι...ου	Θεόδωρος	Τρικαρεύσιοι	Παλληνεῖς	
40	Εὐκράτης	Στρατοκλέους	Εὐβουλίδης	Φειδίας	40
	Πολυκράτους	Πύθων	[Φι]λίππου	Φειδίου	
	[Nomen demi]	Σαννίου	Ε.....	...νεύς	
	...οστ...	Ἐρωϊναύτης?	Λυσίου	Δημονίκου	
	Ῥαμνούσιοι	Εὐφίλτης	
45	Μενεκράτης	..φιλ..	Διόδωρος	Εὐφράνορος	45
	Π.....	..ριω..	Ἰσιγένους	Χαιρέστρατος	
	[Αἰξωνεῖς] **)	[Ε]ξ Οἴου ***)	Χαρίνος	Θουχαρίωνος	
	[Εὐ]ξενί[δης]	[Κ]λεινόμαχος	Ναυσικλέους	Κολωνεῖς	
	...[ι]ππο...	[Αν]δεμοκ[ρίτο]υ	Διογέ[νης]	Ἀρνίππος	
50	Λε[ώ]φιλος		.ιύκλου	Πολυνίκου	50
	...ίκου		Θεόδημος	[Διο]γείτων *)	
	Δημοκράτης		Θεομνήστου	...ωνος	
	Εὐφιλῆτου		Κάλλι[ππ]ος	Ἐρσιάδ[ης] *)	
	Ἀ[λαί]εῖς		Μην...ου	Φόρμι[δ]ος	
55	Ἀρχέστρατος		Εὐ[γ]είτων	Χαρσιάδ[ης]	55
	Φε...ου		Εἰτεαῖο[ι] *)	
	Φιλόνε[ως]			
	

*) EI pro E corruptum videtur. **) Αἰξωνεῖς legendum esse infra docui. ***) Vitiose Chandl. OINOY. ****) An Σμικρίας? †) Nomen suspectum; credo Κτήτων legendum. ††) Ἐπιφανίδου an Ἐπιφανίδου? †††) Vide notas. ††††) An Παρδάνωρ? *) Credo Σωκρατίδου: nam Σωκρατῆος non analogum est, licet nomen sit Κρατῆος. *) Ita Chandl. potest tamen etiam Θεογείτων esse. *) Errat Chandl. qui Ἐρσιάδαι demum infert: hunc enim habemus col. II. in Hippothontide; neque usquam traduntur duo hoc nomine demi fuisse. Praeterea vs. 54. videtur genitivus esse, non nominativus: igitur praecessit nominativus. *) Si vera sunt, quae modo dixi, hoc loco debet genitivus esse; sed legendum Εἰτεαῖο[ι], ut hoc sit pro Ἰτεαῖοι, ex Itea demo Antiochidis (in Marm. gymnast. n. 275.) vel Acamantidis secundum alios. Scriptura Εἰτεαῖος habetur etiam n. 174. et 647. Quodsi hoc loco Ἰτεαῖοι intelliguntur, Chandl. omisit verum post nomen Χαρσιάδης.

Praeter quattuor has columnas, quae singulae singulas tribus complectuntur, alia fuit in sinistra, ex qua quum Chandlerus pauca nomina transcripisset, nec tribus nec pagi mentionem continentia, omisit ea propter spatii angustias; plura, ut putat, continebat marmoris pars, quae latebat; sed quae pars latuerit, non indicatur. Ni fallor, hic lapis tantum quinque tribus complexus est; in sinistra appositus fuit alius, in quo totidem inscriptae erant. Quae supersunt, sunt quattuor ultimae tribus ex ordine constante. Neque vero potest dubium esse, marmor hoc esse eius aetatis, qua decem adhuc Athenis tribus erant. Litterae Chandlero teste magnae et pulchrae sunt; Π est frequentissimum, raro Π comparet, neque hoc puto in lapide fuisse: Ξ est constans, diserte affirmante Chandlero; unde aliquot locis, ubi per incuriam Ξ ap. Chandl. excusum est, reposui prius. Pro Σ haud dubie Ξ fuit, quae Chandl. non solet distinguere. Postremo universa litteratura eiusmodi est, quae Alexandri M. et Demosthenis aetati conveniat, nec quidquam inest quod recentiorum aetatem sapiat. Nullum reperitur nomen ex Macedonicis regum familiis petitum, nullus Seleucus, Ptolemaeus, Attalus; nihil quidquam Romani; demi omnes antiqui sunt, qui ante XII tribus fuerunt, et iis tribubus accensiti, sub quibus antiquitus positi erant: contra in titulis duodecim tribuum aetate scriptis et in veterum locis ad eam aetatem referendis partim aliis tribubus hi demi accensentur. Universa tituli forma dissimilis recentiorum temporum catalogis. Immo

col. II. vs. 4. resedit etiam antiqua forma Μενεκλέης. Denique quum in dextera integer lapis sit, certo certius est, eum non posse post Olymp. 144, 4. perscriptum esse, quo anno Attalis instituta est (v. ad n. 121.): nam Attalis ex ordine constante ultima est. V. Cors. F. A. T. I. p. 176. Iam vero quum Ptolemais et deinceps Attalis instituerentur, probabile est in has tribus coniectos eos pagos esse, qui fuerant Antigonidis et Demetriadis: igitur quum ii demi, qui Ptolemaidis et Attalidis fuerunt, in hoc titulo inter antiquiores tribus recenseantur, hunc titulum etiam hanc ob causam ante Olymp. 118, 3. scriptum iudico: quamquam hoc argumento ne opus quidem. Virorum, qui inscripti sunt, nulum alibi me legere memini, excepto Euthydemo Euthydomi f. (col. I. vs. 4.). Id nomen habetur manifesto n. 94. ubi quod Euthydomi nomini in Fourmontiano titulo non confidebam, Euthydomi appellationem praetuli: sed hoc titulo collato ibi quoque Euthydomi nomen agnoscendum. Et accedit alia inscriptio, in qua Euthydomi nomen reperitur: quam edo in Agonicis n. 232. Ceterum redeunt in iisdem familiis eadem nomina, ut Diodorus Halacensis est ap. Demosth. adv. Eubulid. p. 1310. 17. et alius in titulis n. 123. 124. etc. aetate plane diversa: sed quum hic noster titulus aetati tituli n. 94. omnino conveniat, eundem in utroque hominem designari coniicio; ita ut n. 94. pagi Melitae monumentum habendum videatur. Est autem illa inscriptio archonte Theophrasto scripta, Olymp. 110, 1. vel 116, 4. Iam si quaeras, cur hunc titu-

lum in militaribus posuerim, brevis responsio est. Qui non multa huiusmodi monumenta examinauerit, possit de catalogo aut gymnico aut prythanum cogitare: sed prythanum catalogi non ex ordine tribuum constante confici potuerunt, quum potius prythianarum ordo sequendus esset; gymnicos autem catalogos, quibus adolescentes in gymnasiis exercitati inscriberentur, ante Romanam aetatem confectos esse nemo docebit: postremo utrisque catalogis, quorum ex genere tot supersunt, dissimilis hic est. Accedit quod col. II. integra videtur; nec nominum numerus prythanum aequat numerum. Nihil igitur superest, nisi ut bello caesorum catalogus sit, ex Ceramico extra urbem translatus in ecclesiam: id quod etiam Chandlero et Viscontio (Hist. Institut. Gall. class. hist. et ant. litt. T. III. 1818. p. 45.) visum est. Supra comparet TAI, ex generali reliquum titulo, quales militaribus his catalogis supra iuxtaque adscriptos esse patet ex prioribus inscriptionibus. Sed hoc novum, quod etiam pagi annotati sunt: cf. Pausan. I, 29, 4. καὶ σφῶν ἐστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στήλαι τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἐκάστου λέγουσιν. Pugnam ipsam reperire non licet; plures suppeditabit Pausanias (ib. 7. 11.): modo ne de Chaeronensi cogites, in qua multo plures interierunt.

Superest ut de pagis dicam, quorum causa hoc monumentum praestantissimum iudico. Insunt autem hi:

Κεκροπίδος	Ἴπποθωντίδος	Αἰαντίδος	Ἀντιοχίδος
Μελιτεῖς	Πειραιεῖς	Φαληρεῖς	Ἀλωπεκῆθεν
Ξυπεταιῶνες	Ἐρμιόδαί	Ἀφιδναῖοι	Θόρα[θ]ε[ν]
[Π]υδεῖς	Κορυθαλλεῖς	Οἰναῖοι	Ἀγγυλῆθεν[ν]
[Φλ]υεῖς	Ἐλευσίνιοι	Μαραθῶνιοι	Ἀ[τ]ηνε[ί]ς
Κ[ικυν]εῖς	Κόπ[ρ]εῖοι	Τρικορεύσιοι	Ἀναφλύστιοι
.....	Οἰναῖοι	Ῥαμνοῦσιοι	Βησαιεῖς
Α[ἰ]ζωνεῖς	Ἐλ[αι]ούσιοι		Παλληνεῖς
Ἀ[λαι]εῖς	Δεκελεῖς		Κολωνεῖς
	[Ἐ]ξ Οἴου		Εἰτειαῖοι

In his quae memorabilia sunt, ceteris omissis annoto. *Melite* Stephano Byz. est Oeneidis, sed et grammatici et recentiora marmora, et cum nostro lapis n. 85. qui est Olymp. 101, 1. Cecropidi tribuunt. *Phlya* Hesychio et lapide Romanae aetatis testibus est Ptolemaidis, quae Philadelphi honori instituta erat (cf. ad n. 120.), et mansit Ptolemaidis etiam recentiore aetate (v. Cors. F. A. T. I. p. 246.): Cecropidi tribuunt grammatici, optima tempora spectantes. *Κικυνεῖς* nunc primum Cecropidi vindicantur: postea fuerunt Acamantidis, cui tribuunt grammatici et marmor recentis aetatis. Vs. 47. solum *Α* superest; reponendi sunt *Αἰζωνεῖς*: sequuntur enim vs. 54. *Ἀλαιεῖς*, ex certo supplemento. Hae sunt *Halae Aexonides*, quas constat Cecropidis fuisse: ante Halas Aexonides autem legitimo ordine memorabantur Aexonenses. Hoc docet col. II. ubi post *Δεκελεῖς* infertur *ἐξ Οἴου*, intellige *Οἶον Δεκελεικόν*. Inter Aexonenses est *Δημοκράτης Εὐφιλῆτου*, quem non dissi-

mile vero esse filium Euphileti Simonis f. Aexonensis in Orat. c. Neaer. p. 1353. De *Κορυθαλλεῖς* dixi ad n. 145. De *Οἰναῖοις* duplicibus (Hippothontidis et Aean-tidis) cf. ad n. 105. ubi quae ex Harpocrat. rettuli, hic lapis firmat. Postea alteri fuerunt Ptolemaidis teste Hesychio v. *Οἶναι*: alteri videntur Attalidi tributi esse, si vera est Scaligeri ad Hesych. emendatio, de qua non dubito. *Φαληρεῖς* ex vetusto librarii errore ap. Harpocr. et Suid. videntur Antiochidi tribui; Aean-tidis, ut hic, ita recentissima aetate fuerunt (v. Cors. ad Sponii marmor provocantem, quod infra edetur n. 275. adde n. 304.). *Aphidnaei* ap. Steph. Byz. Leontidis sunt, in marmore recentiore Adri-anidis. At primis temporibus eos fuisse Aean-tidis, de Marathonica pugna agens docet Plutarchus Qu. symp. I, 10. et in ea tribu eos hoc marmor ponit. Deinde videntur in Leontidem transpositi esse. Harpocr. v. *Θυργωνίδαι*: *Νίκανδρος ὁ Θουατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τῶν δῆμων, Μετετέθησαν, φησὶν, ἐξ Αἰαντίδος Ἀφιδναῖοι, Περσίδαι, Τίτακίδαι, Θυργωνίδαι*; et Thyrgonidas quidem in Ptolemaide posthac censitos esse docetur ex Demetrio Sceprio. Sed haec, de qua Nicander, transpositio antiquior videtur quam Ptolemais tribus: certe reliqui pagi non in Ptolemaidem ex Aean-tide transpositi erant, sed Aphidnaei in Leon-tidem, Perrhidai in Antiochidem, Titacidae in eandem. Quae Cors. l. c. p. 225. de ea re dixit, confusa sunt. Aean-tidi vero Aphidnaei recte tribuuntur etiam ap. Schol. Plat. T. II. p. 350. ed. Bekkeri, cuius scripturam qui nuper reprehendit, temere fecit. *Marathonii* omnibus, de quibus constat, aetati-bus sunt Aean-tidis: qui si ap. Steph. Leontidi tribuuntur, librario hoc imputandum. Cf. Cors. l. c. p. 257. Dein memorabilis scriptura *Τρικορεύσιοι*, si modo vera est. *Rhamnusios* Steph. Byz. recte tribuit Aean-tidi; sed duodecim tribuum aetate non fuisse Aean-tidis videntur: v. ad n. 81. 124. Adde ad n. 304. Mox de voce *Ἀγγυλῆθεν* quid statuen-dum sit, nescio; ne corrigas *Ἀγγελῆθεν*: potest aut *Ἀγγυλῆθεν* aut *Ἀγκυλῆθεν* scribi: sed *Ἀγγυλῆς* Erechtheidi vel Attalidi tribuuntur, *Ἀγκυλῆς* certe duodecim tribuum aetate sunt Aegeidis (n. 115.). Deinde correxi *Ἀ[τ]ηνεῖς*: dicitur enim *Ἀζηνεῖς*, non *Ἀζηνεῖς*: et Atene Antiochidis fuit, deinde ut vide-tur Attalidis (v. Meurs.). In *Βησαιέων* tribu con-sentiunt Harpocr. et Suid., cum marmore nostro: posteriori tempore Adrianidi tributi sunt. *Colo-nenses* iam aetate duodecim tribuum Aegeidis fue-runt (n. 115.); in eadem eos recenset alius titulus in catalogis prythanum edendus (n. 183.): sed hic sunt Antiochidis. Et cave duos putes Colonos fuisse demos: sunt duo Coloni, alter urbicus, alter rusticus, ut Melite, non tamen duo demi, ut nec Melitae duo demi sunt, nec alia nomina, demis et urbis regionibus communia, duorum de-morum sunt (cf. de hac re Mülleri Topogr. Att.). Postremo, si vere conieci, *Itea* prodeunt, qui a grammaticis dicuntur Acamantidis esse; n. 275. ta-men sunt Antiochidis, ut hic.

173.

Athenis, ad ecclesiam Catholicon. Edidit Pocock. Inscr. P.I. c.5. sect.4. p.55. vidit Chandlerus (Syllab. p.xxx.). Priorem partem solam misit Mustoxydes, ex cuius schedis edo, una littera mutata.

ΤΟΙΩΝΔΕΑΝΔΡΩΝΕΗΡΟΛΙΣΟΡΟΤΑΝΑΥΤ...
ΧΘΡΟΙΣΤΗΣΑΙΕΝΙΗΝΙΤΡΟΠΑΙΟΝΕΔΟΣ

In altero latere eiusdem lapidis:

ΤΟΛΕΝΟΝΕΥΚΛΕΑΛ.ΟΡΙΚΑΙΧΕΡΙΤΟΝΔΕΠΡΟΣΑ.ΡΟΣ
-...-Σ.ΟΚΡ...ΚΟΝΩΛΕΣΕΘΟΥΡΟΣΑΡΕΑ
.....ΞΟΧΑΣ.

In priore parte Poc. omittit primum Δ vs.1.; idem et Must. vs. 2. ΧΘΡΟΙ: sed Chandl. notavit esse in lapide Θ, et supplevit ΕΧΘΡΟΙ. Mox Ι et Γ dedi ex Must. et Chandl. (qui Π), pro quibus Poc. Ξ et Τ. Vs. 1. ΕΗ videtur vitium quadratarii esse. In όπόταν littera Γ pronunciatione duplicanda. Lego: *Τοιῶνδ' ἀνδρῶν ἡ πόλις όπόταν αὐτ[is] ἀμάρτη,*
ἐ]χθροὶ στήσαιεν Ζηνὶ τροπαῖον ἔδος.
Ἀμαρτάνειν p. στέρεσθαι e lexicis notum est. Epitaphium est in plures milites. Sed alterius lateris

epigramma unum laudare videtur; neque id expedito. Coniicio:

Κ]τῶμενον εὐκλε[ι]α[ν] δ]ορὶ καὶ χερὶ τόνδε πρὸς ἀ[νδ]ρός
.....,ον ὤλεσε θούρος Ἀρ[ης].

Initio secundi versus videtur adiectivum ad ἀνδρὸς perisse, deinde nomen viri celebrati, e. c. Πλειστόκριτον. In productione syllabae ον nullam difficultatem esse sciunt metrici. Vs. 3. fuit ἔξοχα. Ad finem pentametri confer epigramma Atticum simile ap. Pausan. X, 21, 3.

174.

Athenis. Ex schedis Fourmonti.

ΝΙΚΟΒΟΛΟΣΜΥΝ
ΝΙΧΟΕΠΙΤΕΛΙΟΣ
ΣΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ΠΙΣΤΗΚΕΝΕΝΕΛΛΑ
ΠΛΕΙΣΤΑΤΡΟ

Post communia pluribus epitaphia militaria addo hoc et n. 175. quae singulorum sunt. Lego:

Νικόβουλος Μυνίχου Εἰτεαῖος.

Σῆς ἀρετῆς ἔστηκεν ἐν Ἑλλά[δι] πλεῖστα τρο[παῖα].

Nota O pro ΟΥ. De forma Εἰτεαῖος cf. ad n. 172. Nomen Μυνίχου incertum videtur.

175.

Athenis inter sepulcra ad urbem prope portam Acharnensem a. 1810. repperit Fauvel. Edidit et explicuit Viscontus Hist. Instit. Franc. class. hist. et litt. ant. T. I. (1815.) p. 230 sqq. Inde minusculis repraesentatur in Gallica ephemeride *Journal des Savans* Sept. 1816. p. 20. Dedit etiam Iacobs. Anthol. Palat. T. III. Addend. p. c1. Lapis Athenis remansit; Fauvelli apographum hoc est:

ΜΝΗΜΑΙ ΠΙΣΑΜΑΤΙΚΕΙΜΕΝΟΗΑΝΔΡΟΣΑΡΙΣΤΟΥΠΥΘΙΩΝ
ΕΓΜΕΓΑΡΩΔΑΙΩΣΑΣΕΠΤΑΜΝΑΝΔΡΑΣΕΠΤΑΑΕΑΠΟΡΡΗΣΑΣΑ
ΟΓΧΑΣΕΝΙΣΩΜΑΤΙΕΚΕΙΝΩΝΕΙΛΕΤΟΤΑΝΑΡΕΤΑΝΠΑΤΕΡΑΕΥΚ
ΛΕΙΠΩΝΕΝΙΔΗΜΩΙΟΥΤΟΣΑΝΗΡΟΣΕΩΙΣΕΝΑΘΗΝΑΙΩΝΤΡ
5 ΕΣΦΥΛΑΣΕΚΠΑΓΑΝΑΓΑΓΩΝΔΙΑΒΟΙΩΤΩΝΕΣΑΘΗΝΑΣΕΥΚΛ
ΕΙΣΑΝΔΟΚΙΔΑΝΔΙΣΧΙΛΟΙΣΑΝΔΡΑΠΟΔΟΙΣΙΝΟΥΔΕΔΕΝΑ
ΠΗΜΑΝΔΕΠΙΧΘΟΝΙΩΝΑΝΘΡΩΠΩΝΕΣΑΙΔΚΑΤΕΒΑΠΑΣΙΝΜΑ
ΚΑΡΙΣΤΟΣΙΔΕΣΘΑΙΦΥΛΑΙΑΙΔΕΙΣΙΝΠΑΝΔΙΟΝΙΣΚΕΚΡ
ΟΠΙΣΑΝΤΙΟΧΙΣ

Carmen est non satis elegans, versibus uno tenore scriptis; quae elidenda sunt, maxima ex parte retenta sunt, ut passim. Memorabile ΤΡΕΣ vs.4. 5. quod supra vidimus aliquoties. Viscontus rettulit ad bellum Phocense Olymp. 107-108. sed nihil magnopere affert, quo coniecturam legenti probet. Ceterum plurima emendavit Viscontus, a quo in paucissimis discedo. Vs.1. Visc. Μνήμ' ιδέ τοῦτ', Iacobs. Μνήμα βλέπεις. Σώματι correxit Bekkerus. Vir, qui laudatur, Viscontus est Πύθων; sed ferri potest Πυθίων, ut paulo post διςχιλίαις trisyllabum, idque multo magis, quod in nomine proprio plus poetae licet. Dein ΔΑΙΩΣΑΣ Visc. mutavit in δαΐξας; in ephemeride doctorum Galliae extat δηώσας; sed retineo δαώσας ut Doricum. Mox ΑΠΟΡΡΗΣΑΣ Viscontus non recte est ἀπορρίψας; verum vidi etiam Iacobsum intellexisse. Deinde vs.6. 7. (metr. 8.)

Visc. corrigit: οὐδείς δ' οὐ πημαντὸς ἐπ. in quo damni facti mentionem desideramus; igitur Iac. scripsit: οὐδένα πημανας δ' [ἄρ'] ἐπ. Sed in hoc quoque aliquid offendit; et maxime ἐπιχθονίων displicet in hac sententia. Ceteras Iacobsii coniecturas vide apud ipsum. Versus fere hi sunt:

Μνήμα βλέπεις ἐπὶ σώματι κείμενον ἀνδρὸς ἀρίστου.

Πυθίων ἐγ Μεγάρων, δαώσας ἐπτά μὲν ἄνδρας,

ἐπτά δ' ἀπορρήξας λόγχας ἐνὶ σώματι κείνων,

εἶλετο τὰν ἀρετὰν, πατέρ' εὐκλήζων ἐνὶ δήμῳ.

5 Οὗτος ἀνὴρ ἐσάωσεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλάς,

ἐκ Παγῶν ἀγαγὼν διὰ Βοιωτῶν ἐς Ἀθήνας.

εὐκλείτ' Ἀνδοκίδαν διςχιλίαις ἀνδραπόδοισιν.

οὐδένα πημανας δ' ὅ γ' ἐπιχθονίων ἀνθρώπων

εἰς Αἶδα κατέβα, πᾶσιν μακαριστὸς ἰδέσθαι.

10 Φυλαὶ αἰδ' εἰσὶν Πανδιονίς, Κεκροπίς,

Ἀντισχίς.

176.

Coniunxi hoc numero aliquot plumba missilia, quae in Attica reperta sunt.

a. b. c.
ΚΛΕΟΝΙΚΟΥ ΠΕΡΔΙΚΚΑΣ ΔΕΞΑΙ

a repertum Athenis: glans plumbea missilis oblonga, edita ap. Dodwell. Itin. T. II. p. 159. b et c sunt apud Burgonum Britannum, ex schedis Mülleri. Δέξαι videtur acclamatio sarcastica vulnerando. Stuartus tamen, qui Antt. Att. T. III. p. 27. (cf. p. 29.) huius generis glandes aeri incisas dedit, legit ΔΕΞΑC. Inveniuntur hae glandes, quae in altera parte fulgur ostendunt, in Ilisso fluvio. Ex eodem genere plures supersunt, maxime Corcyraeae.

CLASSIS QUARTA.

ARCHONTES, PRYTANUM CATALOGI, TESSERAE IUDICUM.

177.

Athenis in platea, parieti infixum. Primus dedit Gallandus in Epistola inedita ad Graevium, deinde Chandlerus Inscr. P. II. p. 55. n. 30. Habeo etiam ex schedis Fourmonti et Mustoxydis, atque ex apographo Guil. Gellii a Rosio misso.

ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΑΝΙΟΥ ΠΡΟΒΑΛΙΣ [ΙΟΣ]
ΘΕΣΜΟΘΕΤΗΣ ΑΣΕΡΙΚΗ ΦΙΣΟΦΩΝΤ[ΟΣ]
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

In corona laurea:
ΟΔΗΜΟΣ

In corona laurea:
ΗΒΟΥΛΗ

Primo loco posui titulos aliquot magistratuum honorarios, quorum rationem paucis significavi ad n. 128. Hi pertinent usque ad n. 179. et videntur omnes dedicationibus coronarum inservisse. Dedicavit qui coronatus est; infra ut plurimum erant coronae sculptae, quibus qui coronassent inscriptum est. In hoc titulo vs. 1. primam litteram addidi ex Gall. Must. Gell. et partim Fourm., qui dimidiatam praebet. Formam A bis dedi ex Must. et ex eodem ac Gell. Θ pro Θ. Vs. 2. Chandl. male

ΘΕΣΜΟΦΟΡΗΣΑΣ: ceteri consensu id quod dedi habent. Ibidem ultimum T addidi ex Must. Coronis inscripta nomina eo ordine posui, quo habent Gall. Fourm. Gell. Chandlerus quoque secundo loco habet nomen ΗΒΟΥΛΗ, primo loco vacuo relicto, licet et ipse duas coronas insculptas dicat: sed Must. inverso ordine in sinistra habet nomen ή βουλή, in dextera ο δήμος. Archon est Olymp. 112, 4. qui ap. Dionys. Halic. falso Cephison scribitur.

178.

In promontorio Sunio repperit Fauvel, est tabula marmoris candidi, Collect. Choiseul. n. 191. catal. Dubois. nunc in Mus. reg. Catal. Clarac. n. 603. Ediderunt Dubois l. c. Dodwell. Itin. T. I. p. 545. Pouquevill. Itin. T. IV. p. 102. n. 7. Transcripsit etiam Müllerus, qui litteras eleganter exaratas testatur.

ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣ ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ ΕΥΡΕΤΑΙΩΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΘΕΙΣ ΥΠΟ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ
ΕΡΙ ΤΗΝ ΧΩΡΑΝ ΤΗΝ ΠΑΡΑΛΙΑΝ ΕΡΙ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Θεόμνηστος Θεομνήστου Ευπειταιών στρατηγός χειροτονηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν χώραν τὴν παραλίαν ἐπὶ Μενεκράτου ἀρχontos ἀνέθηκεν. Archon est eius aetatis, ubi Fasti deficiunt, post Olymp. 123, 2. Praetor

regionis Paraliae in vetustioribus monumentis quantum scio non memoratur. Litterae Γ apices ut plurimum lineola horizontali terminati sunt.

179.

In monasterio Calo-Livadi, apud locum Calamo; edidit Pouquevill. Itin. T. IV. p. 100. n. 1.

ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΕΠΙ ΤΗΝ ΧΩΡΑΝ
ΤΗΝ ΠΑΡΑΛΙΑΝ ΘΩΡΙΤΟΣ
ΑΛΚΙΜΑΧΟΥ ΜΥΡΗΝΟΥΣΙΟΣ
ΣΤΕ. ΑΝΘΕΙΣ ΥΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Στρατηγός ἐπὶ τὴν χώραν τὴν παραλίαν Θώριτος? Ἀλκιμάχου Μυρρινούσιος στεφανωθείς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου ἀνέθηκεν.

180.

Olim Athenis in equili Turcae, marmor quadratum litteris pulchris inscriptum, sed mutilatum. Choiseulio miserat Fauvel; ex collectione Choiseuliana (Catal. Dubois. n. 194.) venit in Museum regium, Catal. Clarac. n. 664. Edidit Chandlerus Inscr. P. II. n. 54. p. 59.

Qq 2

ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΟΙΝΟΦΙΛΟΣ ΑΜΦΙΟΥ ΑΦΙΔΝΑΙΟΣ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
ΦΙΛΩΤΑΣ ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ ΣΟΥΝΙΕΥΣ
5 ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ
ΜΟΣΧΙΩΝ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΦΙΛΑΙΔΗΣ
ΑΤΤΙΝΑΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΦΛΥΕΥΣ
ΠΑΤΡΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ ΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ ΑΙΞΩΝΕΥΣ
10 ΡΟΣΗΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΦΑΛΗΡΕΥΣ
ΡΑΣΙΩΝ ΕΡΜΑΙΣΚΟΥ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ
ΚΗΡΥΞ ΒΟΥΛΗΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΗΣ

Formam A dedi ex fide Chandleri in Syllabo;
Γ tale est quale ad n. 178. descripsi, Φ est Φ teste
Müllero. Initio perit Archon (eponymus), alia de-
sunt in fine; v. num. 181. Inscriptio est eiusdem
generis ac n. 181. et 182. Verba haec sunt:

.....
.....

Βασιλεὺς

Οινόφιλος Ἀμφίου Ἀφιδναῖος,

Πολέμαρχος

Φιλώτας Σοφοκλέους Σουνιεύς,

5 Θεσμοδότης

Μοσχίων Μενάνδρου Φιλαΐδης,

Ἀττινᾶς Ἡρακλείδου Φλυεύς,

Πάτρων Πολέμωνος Περιθοΐδης,

Ἀθηνόδωρος Ἀθηνόδωρου Αἰξωνεύς,

10 Ρόσης Ἀρίστωνος Φαληρέως,

Ρασίων Ἑρμαῖσκου Ἀναφλύστιος.

Κήρυξ Βουλῆς ἐξ Ἀρείου πάγου

Εἰρήναιος Εἰρηναίου Σκαμβωνίδης,

.....

.....

181.

Marmor pedes circiter duos et semissem longum, sesquipedem latum, Athenis olim Constantinopolin ad Regis Galliarum ora-
torem, et inde Parisios in bibliothecam Colbertinam translatum. Paulo vitiosius edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 106.
aeri incisum dedit Montfauc. Palaeogr. Gr. p. 148. cum notis, et iteravit Antiq. expl. Suppl. T. II. p. 100. tab. 30. Ex
Montfauc. petiit Murator. T. I. p. ccc. 2. ex Montfauc. et Spon. Corsinus F. A. T. II. p. 154.

ΑΡΧΩΝ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΥΣ ΔΡΟΥΣΟΥΠΑΤΟΥ
ΞΕΝΩΝ ΜΕΝΕΟΥ ΦΛΥΕΥΣ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ
5 ΗΡΑΚΛΙΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ ΣΦΗΤΤΙΟΣ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
ΑΛΚΕΤΗΣ ΑΛΚΕΤΟΥ ΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ
ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙ
ΛΕΥΚΙΟΣ ΣΕΠΠΙΟΣ ΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ
10 ΦΙΛΩΤΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΓΜΥΡΙΝΟΥ ΤΤΗΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΙΝΕΟΥ ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ
ΣΕΞΣΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ ΔΙΡΑΔΙΩΤΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΕΥΓΙΤΟΝΟΣ ΦΡΕΑΡΡΙΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΡΙΑΣΙΟΣ
15 ΚΗΡΥΞ ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ
ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΚΗΡΥΞ ΑΡΧΟΝΤΙ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΕΡΜΕΙΟΣ
ΑΥΛΗΤΗΣ
20 ΙΣΙΦΙΛΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΑΘΜΟΝΕΥΣ
ΛΙΤΟΥΡΓΟΣ
ΕΣΤΙΑΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Ἀρχων

καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου

Ξένων Μενέου Φλυεύς,

Βασιλεὺς

5 Ἡράκλιτος Ἀριστοκλέους Σφήττιος,

Πολέμαρχος

Ἀλκίτης Ἀλκέτου Περιθοΐδης,

Θεσμοδότης

Λεύκιος Σέππιος Κηφεισιεύς,

10 Φιλώτας Θεοδώρου ἐγ Μυρινούττης,

Δημήτριος Κινέου Κυδαθηναίεύς,

Σέξστιος Λευκίου Διραδιώτης,

Ἀθηνόδωρος Εὐγίτωνος Φρεάρριος,

Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Θριάσιος,

15 Κήρυξ τῆς ἐξ Ἀρειοπάγου Βουλῆς

Λεωνίδης Λεωνίδου Μελιτεύς,

Κήρυξ ἄρχοντι
Διόδωρος Διοδώρου Ἑρμείος,
Αὐλητής
20 Ἰσίδριλος Ἀσκληπιάδου Ἀθμονεύς,
Λειτουργός
Ἑστιαῖος Διονυσίου Μιλήσιος.

Montf. etsi tabulam suam aeri incisam Sponiano apographo iure praeferat, noli tamen ei prorsus confidere; nec dubitavi quaedam ex Sponio vel addere vel corrigere. Litterarum formae sunt, quas dedi, nisi quod litterae P linea verticalis super semicirculum porrigitur; pro H bis est H: A scribitur praeter duos locos, ubi certe Montf. A habet. In variis lectionibus omitto Sponii vitia manifesta: memorabilia haec sunt. Vs. 1. 2. Spon. pessime: APXON ΤΟΣΚΑΙΠΕΡΩΣ, quae lectio induxit Vandalium Diss. Antiqq. et Marm. illustr. II. p. 221. ut de Druso archonte Attico cogitaret, quod etiam ipse Sponius putaverat. Vs. 10. Spon. MYPINOYNTI, vs. 11. KY NEOY: sed notum nomen Κινέας. Vs. 12. Spon. ΣΕΞ ΣΤΙΟΣ, Montf. ΣΕΞΤΟΣ. Vs. 13. 14. nomina Φρεάριος, Θριάσιος ex Spon. addidi. Vs. 15. Spon. APEIOY ΠΑΓΟΥ, quod omnino praestat; nolui tamen hac in re a tabula aerea decedere. Vs. 18. Montf. EP MEIOY, Spon. ΔΙΟΔΩΡΟΣΕΡΜΕΙΟΣ, unde recepi Σ, quod verum esse paulo post monstrabo. Sub titulo est uva cum racemis inter flores quattuor in penicilli formam exeuntes: igitur ad Dionysia refert Montf. eaque magna. Sane fieri potuit, ut in Dionysiis magnis causa esset conficiendae talis archontum descriptionis: neque tamen hoc certum est, nec tibicinis liturgique mentio me iudice huc pertinet. Id certum, nihil hoc titulo comprehendere nisi magistratuum tabulam; mireque Spon. eo memoriam aedificii communi plurium sumptu exstructi conservari putabat. Primo loco designatur archon, qui vulgo eponymus dicitur; sed is a veteribus simpliciter archon nominatur, neque antiquiore aetate unquam aliter. Is archon simul fuit ἱερεὺς Δρῦσου ὑπάτου, non quod Montf. putabat, sacerdos Consule Druso, sed Drusi Consulis. Drusum et Germanicum Caesarem Θεοὺς φιλαδέλφους in Asiano nummo audire ex Spanhem. de V. et P. N. Diss. XI. p. 321. 340. monuit Cors. Sed Drusus Tib. f. Consul fuit a. u. c. 768. (a. Chr. 15. Olymp. 198, 3.) et a. u. c. 774. (a. Chr. 21. Olymp. 200, 1.): cuius sacerdotium haud dubie quidem etiam post consulatus retentum est: at si ille, de quo dicitur, Drusi sacerdos post consulatum eius fuisset, dicas non potuisse ὑπάτου addi. Igitur ille archon in ipso consulatu Drusi sacerdos eius fuisse videatur. Quodsi in secundo Drusi consulatu sacerdos fuisset, putaveris dicendum fuisse ὑπάτου τὸ β': itaque Xenon et sacerdos Drusi et archon videatur a. Chr. 15. Olymp. 198, 3. Sed haec quantumvis probabilis infringit titulus n. 264. ubi Mithridates quoque archon Drusi Consulis sacerdos dicitur, neque additur τὸ β', ut

videas id sacerdotium plures per annos archontibus Atticis perpetuum fuisse, nec posse in ipsos consulatus Drusi annos referri. Sequuntur ex ordine ceteri archontes, adiectis pagis: et tum ex hoc titulo tum ex n. 182. (taceo de n. 180.) colligitur, novem archontes esse ἐξ ἀπάντων Ἀθηναίων sorte creatos, neque opus fuisse, ut ex diversis singuli tribubus essent. Vs. 10. memorabilis forma ἐγ Μυρινούτης, non Μυρρινούτης: quo considerato eo inclino, ut etiam n. 115. vs. 57. ἐγ Μυρρινούτης scribatur, quod ad Pocockii scripturam propius accedit. Plura exempla v. n. 297. ubi cf. not. Additur Areopagi praeco, tum archontis praeco, in quo si Ἑρμείου legeris, deest nomen demoticum: sed Spon. habet Ἑρμείος deficiente patris nomine, cuius loco positum est signum ∅. Hoc quidquid est, non de nihilo est; significatur eo deficiens patris nomen, ut n. 182. vs. 8. Σώστρατος Ὁ Παλληνεύς, et similiter vs. 9. Ἀλέξανδρος Ὁ Μαγαθώνιος, et vs. 10. Signum idem est quod toties formā semicirculi recurrit in titulis hac et sequenti classe comprehensis. Eius vis haec est, ut patris nomen idem ac filii esse significetur: Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαγ. Quod semel moneo: docent autem epheborum potissimum catalogi, ubi fratres coniungi apertum est, e. c. n. 284. col. I. Νικόστρατος), Τιμοκράτης Νικο. Ζώπυρος Νικο. col. II. Συμφέρων Μελίσ. Μελισσος); col. III. Φοῖβος Δορυφ. Δορύφορος), Ἀγαθοκλῆς Ζώσιμος Ἀγα. Πρῆμος Ζωστῆς Πρί. Quodsi n. 268. coniunguntur fratres Σίμων) et Ἡρακλέων Ἀσκληπιάδου, possunt uterini intelligi vel patruelles, latiore vocis usu. Nam Simon est Simonis filius. Ibidem initio est Ἀρχικλῆς Λακκιάδης: Archiclem vero Archiclis f. esse ipse versus pronunciat. Aliud exemplum haud minus perspicuum habes n. 574. Imperita autem eius sententia, qui in Archontis praecone demoticum nomen omissum censebat, quod ille ex Cerycum familia esset: nam Cerycum familia praecones sacros in Eleusiniis sistebat, non archontum praecones; neque ideo quod quis ex hac illave familia est, demoticum nomen omitti potest. Supersunt tibicen et liturgus. Quorum illum Montf. censebat magnis in Dionysiis occupatum fuisse: quam vere nescio: hoc scio, non huc pertinere eos tibicines, qui antiquitus a choregis Dionysiorum legebantur, ut choris modos facerent (Demosth. c. Mid.); hi enim plures fuerunt, singulis choregis singuli. Accedit quod infra etiam in prytanum catalogis αὐλητής (n. 200.) et ἱεραὺλης memorantur, qui certe non ad Dionysia pertinent. Denique similis titulus n. 182. non ad Dionysia pertinet: est enim prope templum Dianae Amarysiae repertus. Mox liturgus non est choregus, sed minister nescio quis: nam λειτουργία hac aetate ministerium quaecunque designat, partim δημοσίων (servorum publicorum), partim liberorum; v. n. 123. §. 7. et alios titulos infra in hac classe edendos. Is liturgus est demo Milesius: unde constat Miletum iam hac aetate demum Atticum fuisse.

„Στῇ Μαρούσῃ (prope Athenas, ubi olim templum Dianae Amarysiae) in ecclesia Salvatoris”, ex schedis Fourmonti.

Δ Η Θ Ζ
Θ Ε Σ Μ Ο Θ Ε Τ Μ Ι

ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΝΕΣΤΩΡΟΣ ΦΛΥΕΥ[Σ]
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΣΦΗΤΤΙ[ΟΣ]
5 ΛΕΥΚΙΟΣ ΘΕΜΙΣΟΝΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΑΜΜΑΧΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙ[ΟΣ]
ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΟΠΑΛΛΗΝΕΥΣ

[Κ]ΗΡΥΞ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΟΜ[ΑΡΑ]ΘΩΝΙΟΣ
10 [Α]ΥΛΗΤΗΣ ΔΙΟΓΕΝΗΣ ΤΙΟΥΤ...ΙΣ
ΛΕΙΤΟΥΡΓΟΣ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ
ΜΙΛΗΣΟΣ

Deficit pars superior: quae supersunt, ita lege:

Θεσμοθέται

Πάμφιλος Νέστωρος Φλυεύς,
Δημήτριος Ἀλεξάνδρου Σφήττιος,
Λεύκιος Θεμισώνος Ἀζηνιεύς,
5 Πάμμαχος Τιμοθέου Μαραθώνιος,
Νικόστρατος Ἀπολλωνίου Μαραθώνιος,

Σώστρατος Σωστράτου Παλληνεύς.

Κήρυξ ἄρχοντας Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Μαραθώνιος,
10 Αὐλητής Διογένης Διογένους Τιθ[ράστιος],
Λειτουργὸς Θεόφραστος Θεοδώρου Μιλήσιος.

De singulis v. ad. n. 181. Ξ pro verticali linea
ap. Fourm. obliquatas duas habet ut n. 135!

„Athenis, in loco monasterii Cyriani appendice”, ex schedis Fourmonti.

Γ Λ . . Α Ι . Δ . Ι Ν	ΚΥΛΙ	ΙΤΤΙΟΥ
ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ ΑΝΤΙΔΩΡΙΟ	ΔΕΙΝΟΣΤΡ . . . ΔΕ . . ΑΛΟΥΔ	ΜΕΓΑΛΙΣΤΟΥ ΑΙΝΕΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΗΦΙΣΤΙΩΝΟΣ	ΠΑΙΣΙΑΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ	ΕΥΝΟΜΟΣ ΕΥΘΥΝΟΜΩΙ
ΥΣΙΚΛΗΣ ΘΡΑΣΙΜΕΝΟΥΣ	ΚΥΔΑΝΤΙΔΑΙ	ΔΗΜΟΧΑΡΗΣ ΧΑΡΙΝΟΥ
5 Ν Ι Α Ι	ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΥ	ΜΕΝΕΣΤΡΑΤΟΣ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ 5
ΕΕΜΗΣ ΦΙΛΟΤΙΟ	ΕΚΚΟΛΩΜΟΥ	ΚΟΛΛΙΤΕΕΣ
ΠΙΓΕΝΗΣ ΑΝΔΡΟΚΛΕΟΥΣ	ΑΝΘ. ΣΝΙΚΗΡΑΤΟΥ	ΑΜΕΙΝΑΣ ΛΕΩΚΗΔΟΥΣ
ΔΛΙΕΕΣ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΣΠΕΥΣΙΚΡΑΤΟΥ	ΝΑΥΣΙΕΥΡΑΤΟΣ ΜΕΓΑΚΛΕΟΣ
ΝΙΚΗΡΑΤΟΣ ΝΙΚΟΚΡΑΤΟΣ	ΒΑΤΗΣ	ΠΟΛΥΞΕΝΟΣ ΜΙΚΥΟΟ
10 ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣ ΦΑΛΑΝΩ	ΠΥΘΕΑΣ ΠΥΘΙΠΠΟΥ	ΠΛΩΘΕΗΣ 10
ΕΥΠΟΛΙΣ ΑΡΡΙΛΕΩ	ΑΜΥΝΟΜΑΧΟΣ ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥΣ	ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ ΝΟΥΣ
ΕΠΙΚΡΑΤΗΣ ΝΙΚΟΜΕΝΟΣ	ΑΡΑΦΙΝΙΟΙ	
. ΩΚΡΑΤΗΣ ΒΡΩΝΟΣ	ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ ΚΚΕΩΝΟΣ	
. . ΓΑΙΕΕΣ	ΜΝΗΣΙΘΕΟΣ ΝΙΚΟΣΤΑΤΟΥ	
15 . ΙΚΕΣΤΙΔΗΣ ΑΝΤΙΦΑΡΟΥΣ	ΓΡ. ΜΜΑΤΕΥΣ ΠΕΙΒΟΥΛΕΙΚΑΙ ΤΩΙΔΗΜΩΙ	
ΣΩΤΙΜΙΔΗΣ ΑΙΣΑΙΝΟ	ΕΠΥΡΟΣ ΠΕΙΘΑΝΔΡΟΠΑΙΟΝΙΔΗΣ	
ΡΙΣΤΕΙΑΝ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟ		
ΠΟΛΥΚΡΑΤΗΣ ΠΟΛΥΟΥΚΤΟ		

Haec in hunc fere modum restituenda sunt:

.....	Ἀγκυλέες
Ἀντιγένης Ἀντιδώρου	Δεινόστρατος Εὐαίνετου
Διονύσιος Ἡφαιστίωνος	Παυσίας Σωκράτους	Εὐνόμος Εὐθύνομου
5 Λυσικλῆς Θρασυμένους	Κυδαντίδαι	Δημοχάρης Χαρίνου
Ἰωνίδαι	Θεόμνηστος Θεομνήστου	Μενέστρατος Στράτωνος 5
... γένης Φιλοτι...	Ἐκ Κολωνοῦ	Κολλυτέες
Ἐπιγένης Ἀνδροκλέους	Ἀνδρος Νικηράτου	Ἀμεινίας Λεωκήδους
Ἀλαιοί	Δημήτριος Σπευσικράτους	Ναυσίστρατος Μεγακλέους
Νικήρατος Νικοκράτους	Βατῆς	Πολύξενος Μικύδου
10 Ἀντικράτης Φαλάνθου	Πυθέας Πυθίππου	Πλωθέες 10
Εὐπόλις Ἀρρίλεω	Ἀμυνόμαχος Φιλοκράτους	
Ἐπικράτης Νικομένους	Ἀραφίνιοι	
Σωκράτης Ἀβρωνος	Μυρωνίδης Κλέωνος	
Φηγαίεες	Μνησίθεος Νικοστράτου	
15 Ἐξηκεστίδης Ἀντιφάτους	Γραμματεὺς τῇ Βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ	
Σωτιμίδης πῦρος Πειθάνδρου Παιονίδης	
Ἀριστειδῆς Φιλιστίδου		
Πολυκράτης Πολυεύκτου		

Catalogus est prytanum tribus *Aegeidis*, sed magna parte mutilatus et a Fourmonto pessime habitus: demos ex n. 115. potissimum restitui, cuius aetatem hic quoque titulus referre videtur: certe Colonus hic quoque *Aegeidis* est, ut n. 115. ubi v. not. Prytanes quidem cum scriba tantum xxxiii sunt; sed multi possunt perisse. In Phegaeensibus habes Polycratem Polyeucti f. ut n. 115. duos alios Polyeucti filios, fortasse eiusdem. Col. II. vs. 15. additur scriba Senatus et Populi, qui et ipse Senator est, sed non prytanis, quippe Paeonides Leontidis: atque ita semper. Vide ad n. 81. 190. Nam scribas Senatorum, Prytaniae, et Senatus ac Populi

iterum moneo Senatores fuisse, ut n. 115. scriba Senatorum Antisthenes prytanis est: quo provocavi n. 81. (ubi pro n. 115. casu expressum est n. 116.) Postremo ut de Fourmonti lectione et tituli orthographia dicam, diphthongus *ou* modo *O* modo *OY* scribitur: sed prius nescio an Fourmonto debeatur. Certius videtur pro terminatione *εις* in hoc titulo scribi *εις*. De correctionibus non est quod dicam: col. I. vs. 15. dedi *Ἀντιφάτους*, quae forma extat n. 128. Col. II. vs. 8. de industria scripsi *Σπενσιγράτους* addito *Σ*, quod in ceteris huius formae nominibus in hoc titulo constanter additum est. Col. I. vs. 5. ap. Fourm. maioribus litteris scribitur.

184.

Athenis, in lapide ad oleum excipiendum excavato, in domo Nic. Misalaroti, prope Παναγίας τοῦ Βλαστάρου. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 116. et inde Corsin. F. A. T. II. p. 209.

Α Γ Α Θ Η Τ Υ Χ Η

...	ΔΗΜΟΣΤΡΑ	
	ΤΟΥΜΑ...	
...	ΟΙ ΠΑΙΑΝΙ	
5	ΕΙΣ ΤΗΣ ΑΔ..	
...	ΑΝΤΕΣΕΑΥ	.. ΑΙΕΣ
	ΤΟΥΣ...	ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ
...	ΑΥΤΟΚΡΑ	ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
	ΤΩΡ...	ΕΠΙΒΩΜΟΙ
10	... ΟΣΑΔΡΙΑ	ΚΗΡΥΞ ΙΟΥΛ.
	ΝΟΣ.....	ΝΕ..
...	ΕΛΕΟΥΣ...	ΜΟΥ ΟΥΟΠΙ
	ΕΥΠΑΙΔΕΙΟΣ	ΣΚΟΥ
15	ΟΑΘΕΝ	ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
...	ΟΣ ΕΡΜΕΙΟΥ	ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ
	ΦΙΛΕΡΩΣ ΚΑΛ	ΔΗΜΟΥ
	ΛΙΣΤΟΥ	ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
	ΓΕΝΕΘΛΙΟΣ	ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ
20	ΠΡΩΤΟΥ	ΟΝΗΣΙΜΟΣ
	ΣΥΜΦΕΡΩΝ	ΕΥΤΥΧΙΔΟΥ
	ΑΛ...	ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ
	...ΜΙΑΝΟΣ	ΕΥΠΟΡΙΣΤΟΣ
	ΠΛ...ΗΩΝ...	ΙΕΡΑΥΛΗΣ
25	ΩΤΟΥ	ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ
	ΦΙΛΩΝ ΕΛΕΥ	ΙΕΡΕΥΣ ΦΩΣΦ..
	ΣΙΝΙΟΥ	ΚΑΙ ΕΠΙ ΣΚΙΑ
	ΑΓΝΕΑΝΔΡΟΣ	ΔΟΣ
	ΕΛΕΥΣΙΕΥ	ΕΡΜΕΙΑΣ
30	Κ...Δ...Ν	ΑΙΘΝΙΕΥΣ
	ΦΙΛΟΚΛΗΣ	ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ
...		ΤΕΥΣ
...		ΜΥΡΩΝ

Pessime habita inscriptio. Initio Corsinus correxit: *Ἐπὶ ἄρχοντος Δημοστράτου Μαραθωνίου οἱ πρυτάνεις τῆς Ἀδριανίδος φυλῆς τιμήσαντες ἑαυτοὺς καὶ τοὺς αἰεσίτους ἀνέγραψαν*. Assentior: idemque fortasse Archon redit n. 186. ubi v. notam. Quamquam possit Demonstratus etiam στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα esse, qui aliquoties sine archonte designatur in his titulis: sed illud praefero. Demonstratum novimus ex Philo-

strato, ut Herodis adversarium, M. Aurelio Imp. (Vit. Soph. II, 1, 8. II, 2.). Sequuntur iam ipsa nomina:

[Ἐπώνυμος]
 Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τ. Αἴλιος Ἀδριανός,
 Ἐλεούσιοι
 Εὐπαίδειος?
 Ὁαθεν
 ...ος Ἐρμείου
 Φίλεως Καλλίστου
 Γενέθλιος Πρώτου
 Σύμφορων.....

 Φίλων Ἐλευσινίου
 Ἀγνέανδρος (Ἀλέξανδρος?) Ἐλευσινίου

 Φιλοκλῆς

Initio aliis titulis ducibus supplevi vocem *Ἐπώνυμος*. Quippe hac aetate inter prytanes primo fere loco numeratur unus nomine *Ἐπώνυμος*, quem cave Archontem esse censeas: contrarium enim docet n. 189. etc. V. ad n. 190. Is videtur eponymi herois loco esse, qui Adrianidi ipse est Hadrianus vel eius successor eodem nomine utens. Adrianidis institutionem Corsinus T. IV. p. 167. in Olymp. 225, 1. refert: praeterea hanc inscriptionem Hadriano Athenis degente exaratam esse sine causa censet T. II. p. 152. Immo fortasse post *Ἀδριανός* addendum *Ἀντωνεῖνος*. *Ἐλεούσιοι* sunt iidem qui *Ἐλαιούσιοι*, olim Hippothontidis, posthac Adrianidis: male utrosque distinguunt novitii scriptores, in his Corsinus. Col. II. vs. 1. Corsinus coniecit *Ἀεισίτους* nominatos fuisse, vere haud dubie: hi deinde ipsi adduntur, sed nominum pars deest. Sunt autem hi:

[Ἰου.] Ἱεροφάντης,
 ... Ἱεροκέρυξ,
 [Μεμ.] Ἐπὶ Βωμῶν,
 Κήρυξ [βουλῆς καὶ δήμου] Νε.....
 [Μαξιμian]οῦ Οὐσπίσκου,
 Γραμματεὺς βουλῆς καὶ δήμου

Ἀλέξανδρος,
 Περὶ τὸ βῆμα
 Ὀνήσιμος Εὐτυχίδου,
 Ἀντιγραφεύς
 Εὐπόριστος,
 Ἰεραύλης
 Ἀφροδείσιος,
 Ἰερεὺς Φωσφόρων καὶ ἐπὶ Σκιᾶδος
 Ἑρμείας Ἀζηνιεύς,
 [Ἵπ]ογραμματεὺς
 Μύρων.

Hi omnes non prytanes sunt sed prytanum parasi, posthac identidem redeuntes. Initio quae restitui, sunt ex ceteris titulis ducta, ubi de his rebus disputabo. Vocem Μαξιμιανοῦ restitui ex n. 185. quid tamen Maximianus Vopiscus hoc sibi loco vult? An is Praeconis est pater? Omnino titulus ita mutilus est, ut nihil certi definire liceat. De muneribus data opera dixit Corsin. F. A. T. II. p. 148 sqq. ego, quum pleraque pervulgata sint, haec sola annoto, et quae in ceteris memorabilia sunt, ad n. 190. coniicio. Κήρυξ est βουλῆς καὶ δήμου: ex voce βουλῆς superest ΙΟΥΛ. Mox ἱερεὺς Φωσφόρων a me restitutus est ex decreto in L. Septimii Severi honorem (n. 355.); Corsinus Φωσφορίων vel Φωσφόρου voluerat, intelligens Antinoum, qui Phosphorus dictus in titulo Latino: *Deo. Amabili. Bono. Deo. Puero. Phosphoro.* Plures

Οἰμῆς ἐνῖκα παίδων,
Εὐρυμένης Μελετεῶνος ἑχόρηγαι.
Νικόστρατος ἐδίδασκε.

Titulus est ante Euclidem scriptus; quo anno, non constat, nec Chandlerum refellere attinet. Archon non nominatus est, ut n. 211. Meleteonis fortasse huius filia est Polyippe, de qua dixi p. 235.

213.

Athenis, olim ad murum arcis orientalem. Edidit Chandlerus Inscr. II, 6. p. 48.

	Ε	Ο	
	ΕΔ]ΟΞΕΝΤΗΙΡΑΝΔΙΟΝΙΔΙΦΥΛΗΚΑΛΛΙΚΡΑΤΗΞΕΙΡΕ[Ν		
	ΕΡ]ΑΙΝΕΞΑΙΝΙΚΙΑΝΕΡΙΓΕΝΟΣΚΥΔΑΘΗΝΑΙΑΑΝΔΡ		
	ΑΓΑΘΙΑΞΕΝΕΚΑΤΗΞΕΙΣΤΗΝΦΥΛΗΝΟΤΙΕΥΚΑΙΡ		
5	ΟΘΥΜΩΞΕΧΟΡΗΓΗΣΕΝΤΟΙΣΠΑΙΣΙΚΑΙΕΝΙΚΑΔΙ	5'	
	ΟΝΥΣΙΑΚΑΙΘΑΡΓΗΛΙΑΑΝΔΡΑΣΙΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝ		
	ΩΣΑΙΑΥΤΟΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑ		
	ΕΙΣΤΗΛΗΛΙΘΙΝΗΙΕΜΓ[ΑΝ]ΔΙΟΝΟΣΤΟΞΕΡΙΜΕΛΗ		
	ΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΚΑΙΕΙΤΙΣΑΛΛΟΞΕΝΕΝΙΚΗΚΕΝ		
10	ΑΡΕΥΚΛΕΙΔΟΑΡΧΟΝΤΟΣΠΑΙΣΙΝΗΑΝΔΡΑΣΙΝ	10	
	ΔΙΟΝΥΣΙΑΗΘΑΡΓΗΛΙΑΗΡΟΜΗΘΙΑΗΗΦΑΙΣΤΙΑ		
	ΑΝΑΓΡΑΦΕΝΔΕΚΑΙΤΟΛΟΙΡΟΝΕΑΝΤΙΣΤΟΥΤΩΝ		
	ΤΙΝΙΚΗΞΗΙΤΟΞΕΡΙΜΕΛΗΤΑΣΕΦΩΝΑΝΝΙΚΗΞΗ		
	ΕΝΤΗΙΑΥΤΗΣΤΗΛΗ		
15	Δ Ι Ο Ν Υ Ξ Ι Α Θ Α Ρ Γ Η Λ Ι Α	15	
	Α Ν Δ Ρ Α Ξ Ι Ρ Α Ι Ξ Ι		
	ΝΙΚΙΑΞ	ΑΝΔΡΑΣΙΡΑΙΞΙ	
	ΕΡΙΓΕΝΟΣ	ΝΙΚΙΑΞ	
	ΚΥΔΑΘΗΝΑ	ΕΡΙΓΕΝΟΣ	
20	ΙΕΥΞ	ΚΥΔΑΘΗΝ	
	ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ	ΑΙΕΥΞ	
	ΛΕΙΩΓΟΡΟ	ΔΗΜΩΝ	
	ΚΥΔΑΘΗΝΑ	ΔΗΜΟΤΕΛ	
	ΙΕΥΞ	ΟΞΠΑΙΑΝ	
25	ΕΥΡΙΠΡΙΔΗΣ	ΙΕΥΞ	
	ΑΔΕΙΜΑΝΤΟ	ΧΑΡΜΑΝΤΙ	
	ΜΥΡΡΙΝΟΣΙΟΞ	ΔΗΞΑΙΡ	
		ΕΣΤΡΑΤΟ	
		ΠΑΙΑΝΙΕΥΞ	
		ΦΙΛΟΜΗΛ	
30		ΟΞΦΙΛΙΡ	30
		ΡΙΔΟΡΑΙΑ	
		ΝΙΕΥΞ	

Pro singulis, quas supplevi, litteris totidem lacunae notatae erant. Verba haec sunt:

E. Θ. Ἐδοξεν τῇ Πανδιονίδι φυλῇ Καλλικράτης εἶπεν· ἐπαινεῖσαι Νικίαν Ἐπιγένοῦς Κυδαθηναίᾳ ἀνδραγαθίας ἕνεκα τῆς εἰς τὴν φυλὴν, ὅτι εὖ καὶ προθύμως ἐχορήγησεν τοῖς παισὶ, καὶ ἐνίκᾳ Διονύσια καὶ Θαργῆλια ἀνδράσιν, καὶ στεφανῶσαι αὐτόν. ἀναγράφαι δὲ τὸ ψήφισμα εἰ στήλῃ λιθίνῃ ἐν Πανδίωνος τοῦς ἐπιμελητάς. ἀναγράφαι δὲ καὶ εἰ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἀρχοντος παισὶν ἢ ἀνδράσιν Διονύσια ἢ Θαργῆλια ἢ Προμήθια ἢ Ἡφαίστια. ἀναγράφειν δὲ καὶ τοιοῦτον, εἴαν τις τούτων τι νικήσῃ, τοῦς ἐπιμελητάς ἐφ' ὧν ἂν νικήσῃ, ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ.

Διονύσια		Θαργῆλια	
ἀνδράσι	παισὶ	ἀνδράσι	παισὶ
Νικίας		Νικίας	Ἀθήμων
Ἐπιγένοῦς		Ἐπιγένοῦς	Φειδίππου
Κυδαθηναίους.		Κυδαθηναίους.	Μυρρίνουσιος.
Ἀνδοκίδης	Δήμων	Ξενοπείδης	
Λεωγόρου	Δημοτέλους	Ναυσιμάχου	
Κυδαθηναίους.	Παιανίους.	Παιανίους.	
Εὐριππίδης	Χαρμαντίδης	Κλεωμέδων	
Ἀδεϊμάντου	Χαιρεστράτου	Κλέωνος	
Μυρρίνουσιος.	Παιανίους.	Κυδαθηναίους.	
	Φιλόμηλος	Ἀντισθένης	
	Φιλιππίδου	Ἀντιφάτου	
	Παιανίους.	Κυδάρριος.	

Etsi decretum hac continetur inscriptione, tamen eam argumenti causa in Agonisticis posui. Vs. 1. O muta in Θ: fuit idem quod n. 158. cf. n. 159. 150. 151. In verbis decreti nota enallagen temporis ἐχορήγησεν et ἐνίκᾳ: causa est in voce νικᾶν, quam praesens (et imperfectum) potissimum amare notatum in Explicatt. ad Pind. p. 219. docentque id plurima exempla, etiam in inscriptt. Deinde εἰ στήλῃ p. ἐν στήλῃ non ausus sum mutare: ἐστὴν est n. 87. atque etiam facilius εἰ στήλῃ, N mutato in I, ut fit in formatione casuum: τιθέντος, τιθείς (p. τιθέντος). Pandionis sacellum haud dubie in arce fuit, ubi reperta inscriptio: ibi statua Pandionis arte insignis (Pausan. I, 5, 4. extr.), in hoc opinor sacello: eius sacerdotem v. n. 128. Mox verba ἀναγράφαι δὲ καὶ εἰ τις ἄλλος νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἀρχοντος, docent inde ab Euclide archonte plura iam sollemnia ante hoc decretum celebrata esse, in quibus aliquis vincere potuisset; et nota opponi his verbis ea, quibus in posterum quoque victores inscribendos esse praecipitur: ἀναγράφειν δὲ καὶ τοιοῦτον εἴαν τις τούτων τι (τούτων τι, sc. Διονύσια ἢ Θαργῆλια etc.) νικήσῃ. Igitur probabile est hoc decretum paulo post Euclidem, non ipso Euclide archonte scriptum esse. Prometheorum et Hephaestearum mentionem refer ad gymnasiarchiam, non ad choregiam: cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 496 sq. In fine decreti nota plures tribus curatores simul magistratu fungentes, ut n. 104. Sequitur catalogus victorum in Dionysiis et Thargeliis: nam Promethea et Hephaestea necdum quisquam tribulium inde ab Euclide vicerat.

Illis tripodes praemio datos esse constat; et Dionysiorum quidem victores tripodes in Lenaei, Thargeliorum in Pythii vicinia dedicabant, ἐν Διονύσου, ἐν Πυθίου: ab altero ad alterum pertinet *via tripodum*. In vicinia dixi: non enim omnes in ipso templo erant, licet hoc ex Suida v. Πύθειον colligeris, coll. Plat. Gorg. l. c. ad n. 111. Porro Dionysia (intellige magna, quae vulgo simpliciter Διονύσια dicuntur) virorum choro nemo vicerat; puerorum primus Nicias, de quo hoc decretum; idem Thargelia viris primus: igitur si quis ante Niciam inde ab Euclide vicerat, in quarta is columna quaerendus: viceritne tamen ullus necne, non liquet. De hominibus ipsis pauca addenda sunt. *Andocides Leogorae* f. est celebris orator; eum inde discimus Κυδαθηναίᾳ fuisse, quod traditur etiam in Vitt. X Oratt. Et nota *Λεωγόρου*: vulgo enim *Λεωγόρου* scribitur. De eius victoria in Vitis X Oratt. haec habemus: καὶ αὐτὸς δ' ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῶ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένη διδυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὕψηλοῦ, ἄντικρυς τοῦ πωγίνου Σειληνοῦ, ubi Dionysiaci tripodes. Mox nota miram scripturam Εὐριππίδης. *Demon Demotelis* f. est ex familia Demosthenis oratoris: alius eiusdem familiae *Demon Demomelis* f. infra prodibit n. 459. ubi v. not. *Charmantidem* aliquem *Paeaniensem* habes n. 199. *Philomelus Paeaniensis* Socratis et belli Peloponnesiaci aetate est ap. Plat. Protag. p. 315. A. alius ap. Dem. c. Mid. p. 571. 4. qui potest idem atque in hoc titulo esse. Pater nostri est Philippides, fortasse Midiae ille amicus dives (Dem. c. Mid. p. 581. 14. p. 583. 14.). *Paeaniensem* dicit orator c. Theocr. p. 1332. 24. eundem enim esse probabile reddit *Mnesarchides* utraque in oratione nominatus. Mox *Xenopithes Nausimachi* f. *Paeaniensis* est eiusdem familiae, cuius *Nausimachus*, *Nausicrates* et duo *Xenopithae* ap. Dem. adv. Nausim. et *Xenopith.* immo qui p. 991. 13. et p. 986. 24. *Xenopithes* memoratur, is videtur idem esse. Deinde comparet *Cleomedon Cleonis* f. *Cyathenaensis*; is est celebris demagogi filius, et obiit tam mature, ut uxorem eius duxerit pater Boeoti, qui ex ea postea procreatus orationem Demostheneam de dote materna habet (p. 1016. 2 sqq.). Reliquerat autem *Cleonem* filium (p. 1010. 2.). Postremo loco scriptus est *Antisthenes Antiphatis* f. *Cytherrhios*: is idem, quem n. 128. vidimus, ubi Ἀντιφάτους scribitur. Vicit hic Thargelia pueris: et n. 128. dedicavit aliquid, laudatus a tribulibus. Igitur probabile est titulum n. 128. inscriptum fuisse monumento, quod tripodem victoriae praemium sustinebat: neque quod ibi *ἱερέως* dicitur, obest: potuit enim *ἱερέως* appellatione uti, ut hunc quoque honorem sibi obtigisse palam faceret. Attamen quod choregiae in illo titulo nulla fit mentio, reliqui illum in incertorum generum honoribus, quod alia quoque eius monumenti dedicandi causa esse potuit.

214.

Liceat prioris decreti occasione extra ordinem inserere aliud, quod pag. 176. promisi. Lapis est Pentelicus cum titulo n. 93. in loco pagi Aexonae effossus, nunc Athenis, apud Philomusos. Transcripsit Cyriacus Pittacus Atheniensis; nobis tradit Niebuhrius.

ΦΙΛΑΤΟΞΧΡΕΜΗΤΟΣΞΕΙΡΕΝΕΠΕΙΔΗΟΙ
ΛΑΧΟΝΤΕΞΙΕΡΟΠΟΙΟΙΞΙΣΤΟΤΗΣΗΒΗ
ΞΙΕΡΟΝΔΙΚΑΙΩΞΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΩΞΕΙ
ΕΝΕΑΦΗΣΑΝΤΗΣΟΥΞΙΑΞΤΗΣΗΒΗΞΚ
5 ΑΙΤΟΙΞΑΛΛΟΙΞΘΕΟΙΞΕΔΕΙΑΥΤΟΥΞΘ
ΥΞΑΙΚΑΙΛΟΓΟΝΚΑΙΕΥΘΥΝΑΞΕΔΕΔΩΚ[Α]
ΕΙΝΞΤΕΦΑΝΩΞΑΙΑΥΤΩΝΕΚ[ΑΞ]ΤΟΝΘΑ
ΛΛΟΥΞΤΕΦΑΝΩΙΑΝΤΙΧΑΡΙΝΤΟΝΝΑΥΞΩ
ΝΟΞΚΑΙΝΕΑΡΧΟΝΧΑΙΡΙΓΕΝΟΥΞ
10 ΘΕΟΔΟΤΟΝΑΙΞΧΡΩΝΟΞΑΡΙΞΤΟΚΛΕΑ
ΧΑΛΛΙΦΩΝΤΟΞΔΙΚΑΙΟΞΥΝΗΣΕΝΕΚΑΚ
ΑΙΦΙΛΩΤΙΜΙΑΞΤΗΣΞΕΙΣΤΟΥΞΔΗΜΟΤΑ
ΞΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΞΜΑΕΝ
ΞΤΗΛΗΙΛΙΟΙΝΗΚΑΙΞΤΗΣΑΙΞΙΣΤΟΙΞ
15 ΡΟΝΤΗΣΗΒΗΞΕΤΟΝΔΗΜΑΡΧΟΝΤΟΝΕΞ.
ΑΝΕΔΙΗΙΧΜΟΝΑΡΧΟΝΤΑ
ΕΡΑΙΝΕΞΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΞΞΦΡΟΝΙΞΤΑΞ
ΚΑΙΞΤΕΦΑΝΩΞΑΙΘΑΛΛΟΥΞΤΕΦΑΝΩΙ
ΕΚΑΞΤΟΝΑΥΤΩΝΚΙΜΩΝΑΜΕΓΑ
20 ΛΗΙΡΥΘΟΔΩΡΟΝΡΥΘΕΟΥΚΑΙΤΟΝ
ΚΗΡΥΚΑΧΑΡΙΚΛΕΑΦΙΛΟΤΙΜΙΑΞΕΝ
ΕΚΑΤΗΣΠΕΡΙΤΗΝΠΑΝΝΥΧΙΑΞΕΡΑΙ
ΝΕΞΑΙΔΕΚΑΙΤΗΝΙΕΡΙΑΝΤΗΣΗΒΗΞΚΑΙΤΗ
ΞΑΛΚΜΗΝΗΞΚΑΙΤΟΝΔΡΙΟΝΤΑΚΑΛΛΙ
25 ΞΘΕΝΗΝΝΑΥΞΩΝΟΞΚΑΙΞΤΕΦΑΝΩΞΑΙΞ
ΚΑΞΤΟΝΑΥΤΩΝΕΥΞΕΒΙΑΞΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΕΙ
ΑΞΕΝΕΚΑΤΗΣΠΕΡΙΤΟΥΞΘΕΟΥΞΑΝΑΓΡ
ΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΞΜΑΕΝΞΤΗΛΗΙΛΙ
ΟΙΝΗΚΑΙΞΤΗΣΑΙΞΙΕΝΤΩΙΞΙΕΡΩΙΤΗΣΗΒΗΞ

Φιλαῖος (vel Φίλητος) Χρέμητος ἔπεν· ἐπεὶ οἱ λα-
χόντες ἱεροποιοὶ εἰς τὸ τῆς Ἡβῆς ἱερὸν δικαίως καὶ φιλοτι-
μῶς ἐπεμελήθησαν τῆς θυσίας τῆς Ἡβῆς καὶ τοῖς ἄλλοις
θεοῖς [αἰς] ἔδει αὐτοὺς θυῖσαι, καὶ λόγον καὶ εὐδύναν δε-
δώκασιν, στεφανῶσαι αὐτῶν ἕκαστον θαλλοῦ στεφάνῳ, Ἀν-
τιχάρην τὸν Ναύσωνος καὶ Νέαρχον Χαιργένους, Θεόδοτον
Αἰσχρῶνος, Ἀριστοκλέα Καλλιφῶντος, δικαιοσύνης ἕνεκα καὶ
φιλοτιμίας τῆς εἰς τοὺς δημότας. ἀναγράφαι δὲ τὸδε τὸ ψή-
φισμα ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στήσαι εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἡβῆς
τὸν δήμαρχον τὸν [μετ'] Ἀ Νέαρχμον ἄρχοντα.

Ἐπαίνεσαι δὲ καὶ τοὺς σωφρονιστὰς καὶ στεφανῶσαι
θαλλοῦ στεφάνῳ ἕκαστον αὐτῶν, Κίμωνα Μεγα[κλέους?],
Πυθόδωρον Πυθέου, καὶ τὸν κήρυκα Χαρικλέα φιλοτιμίας
ἕνεκα τῆς περὶ τὴν παννυχίδα· ἐπαίνεσαι δὲ καὶ τὴν ἱερεῖαν
τῆς Ἡβῆς καὶ τῆς Ἀλκμήνης καὶ τὸν δρ[ῶ]ντα Καλλισθέ-
νην Ναύσωνος, καὶ στεφανῶνται ἕκαστον αὐτῶν εὐσεβίας καὶ
φιλοτιμίας ἕνεκα τῆς περὶ τοὺς θεοὺς. ἀναγράφαι δὲ τὸδε
τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στήσαι ἐν τῇ ἱερῇ τῆς
Ἡβῆς.

Titulus hic inscriptione n. 93. manifesto re-
centior est, quod et scripturae ratio docet et vs. 16.
haud ambigua *Neaechmi* archontis mentio, qui si-
gnat annum Olymp. 115, 1. In eius nomine dele-
ductus HI, ut vs. 9. in voce *Χαιργένους* I. delendum
est. *Ἱεροποιοί* non reipublicae nunc sunt, sed pagi.
Vs. 4. 5. nota duplicem structuram *θυσία* τῆς Ἡβῆς
καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς. Λόγον et εὐδύναν dederunt haud
dubie non apud rempublicam, sed in pago: cf. ad
n. 88. *Nauson* idem credo est qui n. 93.; fratres-
que videntur Antichares et Callisthenes esse. De-
creti ipsius inscriptio in sequentem annum praeci-
pitur; unde dictum τὸν δήμαρχον τὸδ μετὰ Νέαρχμον
ἄρχοντα. Altera decreti parte primum laudantur
Sophronistae, gymnici alias magistratus; qui in pan-
nychide ne quid petulanter ageretur, curabant: ea
pannychis celebratur Iuventae (cf. de eius templo
n. 93.), cui iuncta socrus Alcmena. ΔΡΙΟΝΤΑ mu-
tavi in ΔΡΩΝΤΑ: δρᾶν vox est propria de peragen-
dis mysticis sollempnibus, quae in ea pannychide
acta esse probabile est. Et cave ἄρχοντα coniicias,
cui nullus hic locus. Haec hactenus. Nunc addam
in altero Aexonensium decreto (n. 93.), ubi bis *Φιλαῖδα*
vidimus, priore loco Pittacum praebere *ΦΕΛΛΙΔΑ*,
aliud apographum a Niebuhrio communicatum *ΦΕΛ*
ΛΕΙΔΑ, altero loco utrumque *ΦΕΛΛΕΙΔΟΣ*: quod
videndum ne melius sit quam alterum, in quo dif-
ficultatem inesse notavimus. *Φελλίς* γῆ nota est ex
Polluce I, 227. de vi vocis v. Schneider. Lex. Gr.
et cf. Ruhnck. ad Tim. p. 269 sq.

215.

Athenis. Edidit Stuartus Antt. Att. T. II. p. 31. in interpretatione alius tituli.

ΠΡΟΝΟΜΟΞΗΥΛΕΙΔΙΟΤΡΕΦΗΞΗΡΧΕ

Formas Γ et Ξ ipse dedi. Fragmentum ad
Olymp. 99, 1. pertinens. De Pronomo v. ad n. 225.
Archon est idem qui aliā formā n. 151. *Δειτρέφης*.

216.

Marmor Athenis praefurnio infixum. Edidit Chandlerus Inscr. II, 52. p. 59. In deversorio Turcico viderat iam Fourmontus.

II / ΖΙΑΞΕΡΥΞΙΜΑΧΟ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΞΕΧΟΡΗΓΕ
ΡΑΝΔΙΟΝΙΔΙΕΡΕΧΘΗΙΔΙΓΑΙΔΩΙ

Initio paucas lineolas ex Fourm. praemisi:
Chandl. nihil nisi ΙΑΣ. Mox Chandl. Ξ; dedi Ξ,
pro quo Fourm. similem formam habet, unius ta-
men verticalis lineae loco duas obliquatas offerens.

Vs. 3. ultimum I addidi ex Fourm. Quum patrum
filiorumque nomina soleant similia esse, haud dubie
Ἐρυξίας scribendum:

Ἐρυξίας Ἐρυξιμάχου
Κυδαθηναεὺς ἐχορήγει
Πανδιονίδι, Ἐρεχθίδι παίδων.

Hic igitur et suae tribui et Erechtheidi choregus fuit, sed uno et eodem cum choro: ut dubium non sit tum non singulas, sed binas tribus singu-

los choregos praebuisse ob rei familiaris angustias. Eryxias hic quum n. 213. scriptus non reperiatur, patet hunc haud paucis post Euclidem annis vicisse, quum victorum nomina inscribendi mos n. 213. a Pandionide iussus iam obsolevisset. Ita hunc titulum circa Olymp. 104-106. posuerim.

217.

Athenis ad ecclesiam Catholicon. Vitiosius edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 90. rectius Chandlerus II, 53. p. 59. Cf. Vandal. Diss. ad Antt. et Marm. illustr. p. 674.

ΕΡΕΧΘΗΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑ
ΜΕΝΕΤΕΛΗΣΜΕΝΗΤΟΣΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣΕΧΟΡΗΓΕ
ΑΡΑΤΟ[Σ]ΗΥ[ΛΕΙ
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ.....

Ἐρεχθῆς ἀνδρῶν ἐνίκα,
Μενετέλης Μένητος Ἀναγυράσιος ἐχορήγει,
Ἄρατος ἡΐλει,
Νικόμαχος

Suppletur Νικόμαχος ἦρχεν: sed, quod iam Vand. monuit, suppleri etiam ἐδίδασκε potest. Non certum igitur, inscriptionem hanc pertinere ad Olymp. 109, 4. Nota hic quoque ΕΧΟΡΗΓΕ, ex antiquo usu retentum. Spon. falso ΕΧΟΡΗΓΕΙ.

218.

Athenis, „apud Dgika Guppa”; ex schedis Fourmonti.

ΙΠΡΟΘΩΝΤΙΣΑΝΔΡΩΝ:ΕΝΙΚ[Α
.....ΛΟΥΓΕΙΡΑΙΕΥΣ[ΕΧΟ
ΡΗΓΕ.....ΣΚ]ΑΡΦΙΚΟΣΕΛΙΑΛ[ΣΚ]Ι
.....ΣΣΙΚΥΩΝΙ[ΟΣΗΥΛΕΙ

Ἴπποθωντ]ῆς ἀνδρῶν ἐνίκα,λου Πειραιεύς [ἐχορήγει,Σκ]αρχ[αῖ]ος ἐδίδα[σκε],ς Σικυών[ι]ος ἡΐλει. ΟΥ in terminatione scriptum docet non admodum vetustum monumentum esse.

219.

„In villa Menidi, in ecclesia S. Virginis, quae Ἀναγαλιώτισσα cognominata”; ex schedis Fourmonti.

..ΛΙ/ΟΣΚΡΑΠΟΙΝΙΝΙΚΗΣΑΣΑΝΕΘΗΚ
ΧΟΡΙΩΙΚΑΙΚΩΜΟΙΔΟΙΣΧΑΡΗΣΘΗΒΑΙΟΣ
ΥΛΕΙΣΠΕΥΣΕΛΔΗΣΑΘΗΝΑΙΟΣ

Initio scriptus esse debuit victor choregus cum tribu, e. c. Κεκροπίδι. Deinde debuit esse χορηγῶν, ut

n. 224. quod latet opinor in ΚΡΑΠΟΙΝΙ, in quo ultimum I ut vs. 2. litt. 3. delendum; K fuit X, deinde Fourm. omisit O, et ΡΑΠΟΙΝ dedit p. ΡΗΓΩΝ. Est igitur: χορηγῶν νικήσας ἀνέθηκε κυκλίῳ χορῶ καὶ κωμῶ-δοῖς· Χάρης Θεβαῖος ἡΐλει, Σπευσεάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε.

220.

Athenis, in Panagiae Gorgopiko (s. Catholicon dicta ecclesia). Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 135. (cf. Corsin. F. A. T. I. p. 256.) Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΣΦ
ΣΕΥΦΙΛΗΤΟ...
ΕΧΘΗΙΔΙΠ...
ΘΗΒΑΙΟΣΗΥ....

.....
ς Εὐφιλήτου [ἐχορήγει
Ἐρ]εχθίδι, Ἴπ[ποθωντ]ίδι
Θηβαῖος ἡΐλει.

Vs. 1. omittitur ap. Spon. qui vs. 2. male ΜΕΥ ΦΙΛΗΤΟΣ. Vs. 4. ΗΥ ex Fourm. addidi.

Tibicines solent Thebani Boeoti esse; maleque hinc et ex aliis quibusdam titulis Theben Atticum demum finxerat Sponius. Ceterum cf. ad n. 216.

221.

In monumento, quam vulgo laternam Demosthenis vocant. Cyriac. p. x. n. 76. Murat. T. II. p. DCXLIV. i. ex suis et Farnesiis schedis. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 21. Wheler. Itin. p. 398. ed. Angl. Le Roy Mon. Gr. T. I. p. 28. et in aere tab. XXXIV. sed vitiosissime. Stuart. Antt. Att. T. I. p. 28. cap. iv. tab. 3. Pomard. Itin. T. I. p. 135. Vandal. Diss. p. 673. ut alios taceam.

ΛΥΞΙΚΡΑΤΗΣΛΥΞΙΘΕΙΔΟΥΚΙΚΥΝΝΕΥΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΞΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑΘΕΩΝΗΥΛΕΙ
ΛΥΞΙΑΔΗΣΑΘΗΝΑΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΕΥΑΙΝΕΤΟΣΗΡΧΕ

Secutus sum tabulam Stuarti aeri incisam, nisi quod ex ceteris exemplis prope omnibus dedi ΚΙ ΚΥΝΝΕΥΣ, quum ibi et in Wheleri apographo pessimo habeatur ΚΙΚΥΝΕΥΣ. Whel. solus ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ. Pro K est K. Euaenetus archon Olymp. 111, 2.

Λυσικράτης Λυσιθέιδου Κικυννεὺς ἐχορήγει,
Ἀκαμαντὶς παίδων ἐνίκα, Θεὼν ἡΐλει,
Λυσιάδης Ἀθηναῖος ἐδίδασκε, Εὐαίνετος ἦρχε.

222.

Athenis transcripsit Cyriacus „ad gymnasii” (credo theatri) „sedem exornatam” p. x. n. 77. et ex eiusdem schedis a Compagnonio missis dedit Murat. T. II. p. DCXLII. 2. A Fulvio Ursino habuit Andr. Schottus Vit. Aristotel. et Demosth. indeque edidit Reinesius Synt. Inscr. V, 36. p. 377. Athenis in domo transcripsit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 214. unde petierunt Vandal. Diss. p. 672. Corsin. F. A. T. IV. p. 46. Mutilum titulum praebent Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. p. 52. et schedae Fourmonti.

ΑΙΓΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑΕΥΑΓΙΔΗΣΚΤΗΣΙΟΥΦΙΛΑΙΔΗΣΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣΗΥΛΕΙΧΑΡΙΛΑΟΣΛΟΚΡΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣΗΡΧΕ

Αἰγῆς ἀνδρῶν ἐνίκα, Εὐαγίδης Κτησίου Φιλαίδης ἐχορήγει, Λυσιμαχίδης Ἐπιδάμνιος ἥλει, Χαρίλαος Λοκρὸς ἐδίδασκε, Εὐθύκριτος ἤρχε.

Cyriaci et Sponii apographa prope consentiunt, nisi quod Cyr. habet ΕΥΘΥΜΕΙΤΟΣ: uterque etiam ΦΙΛΑΙΔΗΣ, licet Murat. aliud narret: sed Spon. ΗΡΧΕΝ, Cyr. ΗΡΧΕ, quod retinui, licet ΗΡΧΕΝ Ursinus habuisse videatur. Ceterum Ursinianum s. Reinesianum apographum vitiis scatet: bene tamen ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ibi ut ap. Spon. habetur. Postremo Cyriacus, Ursinus, Sponius versus ex arbitrio divisos repraesentant: Pocockius et Fourmontus con-

sensu secundum versum incipiunt a litteris ΙΜΑΧΙ ΔΗΣ, primum ab ΗΙΣ vel ΤΗΙΣ (sic Fourm.): patet igitur vs. 2. coepisse a verbo Λυσιμαχίδης. Secundus versus apud utrumque desinit in litteris ΧΑ ΡΙΑ (Poc. ΧΑΜΙΔ, Fourm. ΧΑΡΙΑ): quippe perierant reliqua, quae ex primi versus mensura usque ad ἐδίδασκε produxi. Tertiū versus vestigia Fourm. haec sola habet: Ε Λ . . . ΗΙ . . . quae superesse videntur ex his, Εὐθύκριτος ἤρχε. Sic igitur versus digessi. Vs. 2. formam Γ ex Cyr. Fourm. dedi. Euthycritus archon Olymp. 113, 1.

223.

Athenis super porta Bazari. Ediderunt Spon. Itin. T. III. P. II. p. 73. (indeque et alii et Vandal. Diss. p. 673.) ac Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. n. 70. p. 61. postremo Stuart. Antt. Att. T. I. p. 27. qui aere expressum titulum praebet.

ΛΥΣΙΚΛΗΣΒΙΟΤΤΟΥΟΗΘΕΝΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΟΙΝΗΙΣΦΥΛΗΠΑΙΔΩΝΕΝΙΚΑ
ΠΑΜΦΙΛΟΣΑΓΝΟΥΣΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ
ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΟΣΗΡΧΕΝ

Ap. Spon. versus non recte ordinati sunt, melius ap. Poc. qui tamen alia vitia admiscuit: ego et in versuum ordine et in litterarum formis Stuartum sequor. Vs. 2. Spon. Poc. diserte ΠΑΙΔΩΝ: ap. Stuart. l est evanidum. Vs. 3. ultimum N omitit Stuartus, et lapidis ibi fracturam notat, ut etiam Poc. lacunae ibi signa posuit.

Λυσικλῆς Βιόττου Ὁῦθεν ἐχορήγει,
Οἰνῆς φυλῇ παίδων ἐνίκα,
Πάμφιλος Ἀγνούσιος ἐδίδασκεν, [ἥλει,
Κηφισόδωρος ἤρχεν.

Pertinet ad Olymp. 114, 2. Βιόττου omnes editores habent: et recte. Vide n. 621.

224.

In epistyllo monumenti choragici Thrasylli, in radice arcis ad meridiem in rupe incisi, hodie Παναγίας Σπηλιωτίσσης. Primus transcripsit Cyriacus Anconitanus (p. ix. n. 71. ubi hi tituli reperti dicuntur *sub arce, ad statuam Gorgonis, ad marmoream et ornatissimam scenam, prope incisam rupem et mira ope fabrefactum specus*); ex suis et Cyriaci schedis (ex quibus etiam Muratorii schedae fluxerunt) edidit Murat. T. II. p. DCXLI. Olim dederant Ursinus Imagg. p. 28. in aere, Spon. Itin. T. III. P. II. p. 111. Wheler. Itin. p. 369. ed. Angl. et ex Sponio Vandal. Diss. p. 673. Corsin. F. A. T. II. p. 20. T. IV. p. 56. habent. Hunc et alios ex his titulis vulgo notos dedit etiam Tayl. ad Marm. Sandw. p. 70. Postremo dederunt Le Roy Mon. Gr. T. II. p. 35. Stuart. Antt. Att. T. II. p. 29. in tabula aerea, Pomard. Itin. T. I. p. 132. cuius exigua auctoritas. Praeterea usus sum apographo Villosioni ex schedis Franc. Giamberti petito, et alio Mustoxydis.

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣΘΡΑΣΥΛΛΟΥΔΕΚΕΛΕΕΥΞΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝΝΙΚΗΣΑΞΑΝΔΡΑΣΙΝΙΓΡΟΘΩΝΤΙΔΙΦΥΛΗΙ:
ΕΥΙΟΞΧΑΛΚΙΔΕΥΣΗΥΛΕΙ ΝΕΑΙΧΜΟΣΗΡΧΕΝ: ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣΞΩΤΙΟΣΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Tertius versus minoribus litteris. Fundum apographi huius constituit tabula Stuarti, ex qua etiam versuum divisionem dedi, in qua ceterorum plurimi variant. Ursinus ubi nihil annoto consentit cum Giamberto, omittit tamen interpunctiones, quas post singula verba habet Giambertus singulis punctis notatas: sed post φυλῇ et ἤρχεν terna puncta offert Giambertus, et haec adscivi. Vs. 1. Giamb. ΘΡΑΣΥΛΟΣ ΘΡΑΣΥΛΟΥ: ceteri consentiunt in recepto. ΔΕΚΕΛΕΥΞ Spon. Whel. etc.; sed Cyr. (non tamen Muratorianus), Giamb. Urs. Stuart. ΔΕΚΕ ΛΕΕΥΞ, quorum fides maior quo insolentior forma.

Dicitur igitur Δεκελεύς, Δεκελεύς et Δεκελειεύς (hoc est ap. Steph. Byz. v.). Vs. 2. male Stuarti tabula ΧΩΡΗΓΩΝ, et peius etiam impressus Stuarti textus: id correxi e ceteris. ΙΓΡΟΘΩΝΤΙΔΙ, quae vetusta forma, extat in tabula Stuarti et ap. Giamb. ac Cyr. sed vulgare ΙΓΡΟΘΩΝΤΙΔΙ ex notiore usu intulerunt Whel. Stuarti impressus textus, Murat. Muq. Pom. Le Roy, immo ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΙ Urs. Spon. Pro ΦΥΛΗ Stuarti impressus textus ΦΥΛΕΙ. Vs. 3. male Cyr. ΕΥΟΣ; ib. Stuarti tabula ΗΥΛΕ, ceteri quod dedi. Postremo Le Roy ΣΩΤΟΣ, Stuarti impressus textus ΣΩΤΙΟΣ.

Θρασύλλος Θρασύλλου Δεκελεεύς ἀνέθηκεν
 χορηγῶν νικήσας ἀνδράσιν Ἴπποθωντίδι φυλῇ,
 Εὐῖος Χαλκιδεύς ἡύλει, Νέανχος ἤρχεν, Καρκίδαμος
 Σώτιος ἐδίδασκεν.

Neaechmus archon Olymp. 115, 1. De aedicula rupi incisa, in qua tripus dedicatus, Pausanias dixit I, 21, 4. ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἀρτεμις τοὺς παῖδας εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νόβης. Tripus, quem Pausanias super specu vidit, potest aut Thrasylli aut unus ex iis fuisse, ad quos pertinent n. 225. 226. aut ille quem post puerorum victoriam posuit Aeschraeus Anagyrasius, inscriptione addita ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας (Philochor. ap. Harpocr. v. κατατομή, coll. Müller. l. c. ad n. 211.). Alii tripodes prope hoc monumentum duabus insistebant columnis marmo-

reis (Stuart. T. II. c. 4.). Super hac vero ad quam scribimus inscriptione fuit statua, quae nunc in Britannia est. Attamen tripodem etiam a Thrasylo dedicatum fuisse vix dubium est: qui olim fortasse eo loco positus erat, ubi illa statua reperta est, quae videtur tripodis loco substituta postea esse. Argumentum, quod repraesentatum esse Pausanias dicit, etsi Apollineum est, cave tamen Thrasyllum putes Thargelia vicisse: tibicen enim cyclium et Dionysiacum chorum significat, ut dixi ad n. 111. Potius dithyrambi, quo Thrasyllus vicerat, argumentum ab artifice exhibitum iudico. Postremo Gorgo, quam Cyriacus nominat, videtur Medusae caput auratum in aegide esse, quae in australi arcis muro posita erat (Pausan. I, 21, 4. coll. V, 12, 2.); quamquam hanc in Cyriaci aetatem perdurasse non est verisimile.

225.

In alta basi, quae exstructa est super zophoro monumenti Thrasylli, ad statuae dextram. Edita inscriptio in titulis Cyriaci l. c. n. 69. Murat. l. c. (ex iisdem schedis, ex quibus n. 224.), Ursin. l. c. Spon. l. c. p. 109. Wheler. p. 368. ubi aeri incisum monumentum, et ex Sponio ap. Vandal. p. 678. (Corsin. F. A. T. I. p. 256. aliquot inde verba decerpit), deinde ap. Taylor. l. c. Postremo dederunt Le Roy, Stuart. Pomard. ll. cc. Habeo etiam ex schedis Mustoxydis; apud Fourmontum tantum primus versus est et duae ultimae tertii voces, atque is inscriptionem dicit in domo Christoduli Chatergari esse.

ΟΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΡΥΘΑΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
 ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ

ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΝΕΝΙΚΑ
 ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
 ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

5

Fundum huius exempli constituit aerea Stuarti tabula; vs. 1. dedi Θ ex Urs. Whel. plurimi habent Θ. Vs. 2. ΑΓΩ etc. est in Stuarti tabula, quod ex impresso textu et ex ceteris correxi. Ibidem Urs. ΘΡΑ ΞΥΛΟΥ, Cyr. Urs. Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ (cf. ad n. 224.). Vs. 3. Cyr. ut tabula Stuartiana, ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ; reliqui et Stuarti impressus textus ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ, praeter Pomardum, qui ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ, et Wheleri tabulam, in qua ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ, falso quidem, sed non sine veri vestigio. Mox plurimi ΗΥΛΕΝ, Urs. ΗΥΛΕΙ; alii cum Stuarto vere ΗΥΛΕΙ, in his etiam Murat. quae rara eius laus est.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἤρχεν,
 Ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς,
 Ἴπποθωντῆς παίδων ἐνίκα,
 Θεῶν Θηβαῖος ἡύλει,
 Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκεν.

Pytharatus archon Olymp. 127, 2. Deficientibus choregis populus ipse et Hippothontidi et Pandionidi (n. 226.) subvenit; cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 494. Sed quoniam Thrasylli filius eius, qui monumen-

tum n. 224. dicaverat, agonothetae tum munere fungebatur, populus hunc ei honorem tribuit, ut et hic, ad quem haec inscriptio pertinet, et alter tripus (n. 226.) in paterno collocaretur monumento. Theonem nota peregrinum esse, non Atticum, ut Spon. putabat; cf. ad n. 220. Thebanus est etiam chorodidasculus Pronomus, hic haud dubie ex posteris tibicinibus Pronomi, quem n. 215. Olymp. 99, 1. repperimus. Pronomi barba ridetur ap. Aristoph. Eccles. 102. ubi tibicinem intelligit Schol. ex quo hausit Suid. v. Is potest idem esse qui n. 215. si Aristophanis fabula Olymp. 96, 4. acta est. Sed pater eius videtur fuisse vel patruus, qui Alcibiadem docuit tibiis canere (Athen. IV. p. 184. D.), magna tum fama musicus, cuius artem celebrat Pausanias (IX, 12, 4.); qui primus iisdem tibiis plures modos cecinit (Pausan. ib. Athen. XIV, p. 631. E.), Chalcidensibus Euboeae prosodium fecit, Thebis statua ornatus est (Pausan. l. c.); cuius harmoniae etiam Olymp. 102. quo tempore restituta Messene est, vigeant maxime (Pausan. IV, 27, 4.).

226.

In altera basi eiusdem monumenti zophoro imposita, ad laevam statuae. Ediderunt iidem qui n. 225., Cyr. n. 70. ceteri ll. cc. Misit etiam Mustoxydes.

ΟΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΡΥΘΑΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
 ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ

ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΝΕΝΙΚΑ
 ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ ΗΥΛΕΙ
 ΛΥΣΙΠΡΟΣ ΑΡΚΑΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

5

Vs. 2. Urs. rursum ΘΡΑΣΥΛΟΥ, Cyr. Urs. et Stuart. ΔΕΚΕΛΕΕΥΣ, quod hic quoque ut n. 224. 225. retinui; deinde Stuarti tabula ΠΑΝΔΙΩΝΟΣ, textus impressus et sch. Mustox. ac Whel. Pomard. ΠΑΝΔΙΩΝΟΣ, Cyr. ΠΑΝΑΓΩΝΙΣ, Urs. ΠΑΝΔΙΩΝΙΣ; ceteri recte. Vs. 6. ultimum N omittit Stuartus; id addidi ex tot aliis apographis. De singulis v. ad n. 225.

Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρματος ἤρχεν,
Ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεύς,
Πανδιονὶς ἀνδρῶν ἐνίκᾳ,
Νικοκλῆς Ἀμβρακιώτης ἦλται,
Λύσιππος Ἀρκὰς ἐδίδασκεν.

Lysippus hic nec tragicus nec comicus poeta est, sed dithyrambici chori magister et fortasse poeta. Cf. praeter alios Oderic. de marm. didascal. p. LXXII.

227.

Athenis in lapide, ad portam novae civitatis. Cyriac. p. XVI. n. 115. Murat. T. II. p. DCXLIV. 2. ex suis schedis.

ΑΙΓΗΙΣΑΝΔΡΩΝΕΝΙΚΑ
ΔΙΦΙΛΟΣΔΙΦΙΛΟΥΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ.....

Dedi dispositionem Muratorii, ex quo patet lapidem in dextera parte fractum esse. Murat. male ΓΑΡΓΕΤΤΙΟΣ. Post Γαργήτιος adde ἐχορήγει.

227. b.

Interponam hoc loco tripodum titulos Romanae aetatis. Alter subscriptus plinthe columnae orientalis prope monumentum Thrasylli (Stuart. Antt. Att. Vol. II. p. 30. aeri incisus cap. IV. tab. 5. cf. ad n. 224.):

ΛΟΚΚΡΑΤΟΝΕΙΚΟC

...κος Στρατόνειακος.

Alter profundis litteris in sinistra rupis prope idem monumentum parte incisus est, versibus cavo lineari divisus: quem memorat Stuartus Antt. Att. T. II. p. VII. dedit Clarkius Itin. T. II. S. II. p. 547. sed plura desunt:

ΑΠΕΙΣΩΝΙΑΝΟΣΔΑΙ...
ΤΡΙΠΟCΑΝΕΘΕCΑΝ

Vs. 1. fortasse Α. Πεισωνιανὸς δαί[μωνι ἀγαθῷ; vs. 2. pluralis τρίπους (pro τρίποδας) fuerit, nescio: accus. τρίπος sitne nominativus poeticus an accusativus sativum certe postulat verbum ἀνέθεσαν.

228.

Rhamnunte in basi exedrae, cuius generis plures supersunt. E Raikesii Diario edidit Walpol. Mem. p. 308. Corruptius extat in schedis a D. St-Martin ad me missis.

.. ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ
.. ΚΩΜΩΙΔΟΙΣ

Ex schedis, quas dixi, in duos versus divisi. Vicerat Rhamnusius aliquis (choregus fortasse) comœdis.

229.

Fragmentum tabulae marmoris Parii, litteris optime incisis, repertum Romae in Maffaeorum aedibus (Oderic. p. VII.). Edidit Gasp. Aloys. Odericus in libello de marmorea didasalia in Urbe reperta, ad Caietanum Marinium Rom. 1777. 8. p. LXXIII. unde translatus titulus in Biblioth. crit. Amstel. Vol. II. P. VII. p. 47. Venit tum in villam Albanam; unde iterum editum marmor est a Marinio Inscr. Alb. p. 160.

.....
... ΠΙΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ ΚΥ ...
... ΣΚΩΜΩΙΔΙΑΙΔΕΝΑ ...
... ΜΩΙΔΙΑΙ ΕΠΙ ΤΙΜΟΚΛΕ ...
... ΕΠΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥΣΑΤΥΡΟΙΣ ...
5 ... ΕΡΟΙΣ ΣΙΔΗΡΟΙΣ ΕΠΙ ΠΥ ...
... ΟΙΣ Ε ΕΠΙ ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΥ ...
... ΥΣΙΠΠΟΣ ΕΝΙΚΑΜΕΝ ...
... ΠΟΥ ΚΑΤΑΧΗΝΑΙΣ ...
... ΛΙΣ ΑΥΤΑΙΜΟΝΑΙΣΩΙ ...
10 ... ΠΙΔΙΟΦΑΝΤΟΥ ΔΙΟΝΥ ...
... ΤΕΙ ΕΠΙ ΝΙΚΟΤΕΛΕΟΥΣ ...
... ΕΕΠΙ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ ...
... Ι ΕΠΙ ΜΟΡΙΧΙΔΟΥ ...
... ΥΣΚΟΛΕΟΦΟΡΟΙΣ ...
.....

.... ἐπὶ Ἀντισχίδου Κυ
.... ἰ]ς κωμωδία Δ, ἐν ᾧ στεί
... κωμωδία. ἐπὶ Τιμοκλέους ...

INSCR. GR. VOL. I.

.. ἐπὶ Θεοδώρου Σατύροις
5 ... ἐροῖς σιδηροῖς. ἐπὶ Πυθόδωρου ..
... οἱς Ε. ἐπὶ Ἀντισχίδου
... Ὑσιππος ἐνίκᾳ Μενελάω ...
ἐπὶ]που Καταχίνας
... αἱς. αὐταὶ μόναι σώζονται
10 ἐπὶ Διοφάντου Διονύ[σ]
ἐν ᾧ στεί. ἐπὶ Νικοτελέους
..... Ε. ἐπὶ Λυσιμάχου
..... ἐπὶ Μοριχίδου
..... ο]ς Κολεοφόροις

Coniunxi n. 229-231. tria fragmenta didascalica, ex quibus duo priora licet Romae reperta argumenti causa huc transferre non dubitavi. Quae si ea aetate scripta essent, in quibus argumentum versatur, posses ea Athenis Romam translata putare, id quod Odericus, Marinius et Gamaldulensis interpres (v. n. 230.) arbitrabantur: sed quoniam multo post, ex doctorum haud dubie libris compositae hae inscriptiones sunt, ut paulo post pa-

XX

tebit; Romanum quempiam hominem eas confici iussisse censeo, ut imaginibus eorum, quos spectant, poetarum apponerentur, sicut Euripidis imagini Romae positae index tragoediarum eius adscriptus est, ibidemque repertae Menandri imagini inscriptio varias res continens adiecta est, quae, si Athenis confectus titulus esset, longe aliter dictae essent: qua de re suo loco exponam.

De *didascalii* erudite disputavit Casaubonus ad Athen. VI, p. 255. E. quo usus est Fabricius B. Gr. T. II. p. 288. Harl. nos de iis pauca dicemus, neque omnia a Casaubono occupata. *Aristotelis* fuit opus *Διδασκαλίας* inscriptum, quod sine causa recentiori Aristoteli tribuendum suspicabatur Ionsius Scr. H. P. I, 11. p. 63 sq. Id saepe memoratur; unum locum addo a prioribus non notatum, Schol. Plat. Apol. Socr. p. 330. Bekk. ubi Meleti inde Oedipodia affertur. Deinde *Carystius Pergamenus* non *διδασκαλίας* quidem, sed *περὶ διδασκαλιῶν* scripsit; nec *Dicaearchus* singulari opere de *didascalii* disseruit, sed *didascalica* in alio libro nescio quo tractavit. Eandem rem a *Callimacho* pertractatam constat πῖνακι τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν (al. *διδασκάλων*): et is quidem *didascaliarum* reprehensor extitit, ab *Eratosthene* adversus eum vindicatarum (Schol. Aristoph. Nub. 549.). Nec tamen *Eratosthenes* peculiarem de iis librum edidit, sed eas in opere de antiqua comoedia attigit. Quae vero de superstitionibus tragicis et Aristophane *didascalica* supersunt, videntur magna ex parte *Aristophanis Byzantii* commentariis deberi; alia possunt ex *Aristarchi* et *Cratetis* *didascalicis* propagata esse. Late enim patebat *didascaliarum* usus, ex quibus optimos quosque *chronographos*, in his *Apollodorum* et *marmoris Parii* auctorem profecisse, mihi non dubium; neque ullum genus monumentorum *didascaliarum* fidem superare monui iam olim in Comm. de Dionysiis cap. 17. Quippe *vetustissimae didascaliae* ipsis iis temporibus publice confectae sunt, quibus ii docebant, quorum opera *didascaliae* commemorant: ut Olympici victores, ut aliorum gymnycorum ludorum victores inscribebantur, ita poetarum certamina consignabantur tabulis ex ordine annorum (fere ut victores Pandionidis n. 213.); ex quo genere superest fragmentum n. 231. Et hae quidem *vetustae didascaliae* posthac collectae a scriptoribus sunt, imprimis ab Aristotele: atque ubi, quod saepe fit, ad *didascalias* simpliciter provocatur, haec videtur collectio intelligenda esse; ut quas vituperabat *Callimachus*, quas defendebat *Eratosthenes* *didascalias*, *vetustae* sunt a doctis collectae: ut, ubi *Rhesus* fabula Euripidea in *didascalii* ut genuina scripta dicitur, non aliae nisi illae *vetustae* intelligendae sunt. Quamobrem *Rhesus* debet Euripidi tribui, quamquam non illi celebri; neque enim quis Euripides *Rhesum* docuisset, in *didascaliam* *vetusta* scriptum erat. *Vetusta* etiam *didascaliam* intelligenda, ubi *Sophoclis* *Αἴας μαστιγοφόρος*, quam *Dicaearchus* *Αἴαντος Θάνατον* vocavit, in *didascalii* simpliciter *Αἴας* dicta esse perhibetur (Argum. Soph.

Ai.): nempe illa *didascaliam* tum ipsum scripta est, quum *Aiacem* docuisset *Sophocles*; quo tempore non, ut a grammaticis factum est, alteram *Aiacem* *Sophoclis* ab altera accuratiore denominatione distinguere intererat. Has *vetustas didascalias* potuerunt deinde grammatici ex scriptoribus aliisque monumentis, ut ex choregicis, augere varieque illustrare et digerere.

Nunc quo apertius de *didascaliarum* ratione constet, aliquot componam *didascalicarum* notarum specimina; quibus posthac utemur. Alia sciens omitto. Argum. Aeschyl. Pers. Ἐπὶ Μένωνος τραγωδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα, Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῃ Ποτινίῃ, Προμηθεῖ: ubi nota *τραγωδῶν* esse genitivum, ut παιδῶν ἐνίκα in choregicis titulis. Schol. Aristoph. Ran. 1155. τετραλογία ν φέρουσι τὴν Ὁρεστίαν αἱ διδασκαλῖαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν, etc. Argum. Aeschyl. Agam. Ἐδιδάχθη τὸ δράμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ (sic leg.) ἔτει δευτέρῳ, πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίστι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς: ex quibus verbis patet, archontem integris tetralogiis unum tantum choregum dedisse, id quod etiam ex Themistoclis choregico monumento (v. ad n. 211.) colligitur, si Phrynichus tetralogiā certavit. Argum. Sophocl. Philoct. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου· πρῶτος ἦν Σοφοκλῆς. Aristoph. Byz. ap. Schol. Eurip. Med. Argum. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐβδόμην Ὀλυμπιάδα· πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης· Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ Σάτυροι, οὐ σώζεται. Argum. Eurip. Hippol. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἀμείνωνος (qui Corsino Ἐπαμεινώνδας) ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει δ'· πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. Aelian. V. H. II, 8. Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἑννεηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίετος ὁ Ἀκραγαντίνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης· καὶ πρῶτος γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅστις ποτε οὗτός ἐστιν, Οἰδίποδι καὶ Λυκάονι καὶ Βάνχαις καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ· τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Παλαμῇ καὶ Τρωσὶ καὶ Σισύφῳ σατυρικῷ. Ex tragicis *didascalii* petita etiam, quae de Oed. Col. archonte Micione post Sophoclis obitum acta narrat Schol. ap. Thiersch. Act. philol. Monac. T. I. F. III. p. 322. et de Euripidis Iphig. Aul., Alcmaeone, Bacchis ἐν ἅσται doctis a minore Euripide post patris obitum, Schol. Aristoph. Ran. 67. Plura servarunt Argumenta Comici. Nub. Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἅσται ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ (utpote δεύτερος). Plut. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασίφῃ. Ran. (Brunck.): Ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετ' Ἀντιγένῃ ἐπὶ Ἀθηναίῳ· Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα, Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις, Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι. Avium: Ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος εἰς ἅστῳ διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὁρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. ἔστι δὲ λε' (fabula xxxv. ut Antigona Sophoclis xxxii. sec. Argum.). Eqq. Ἐδιδάχθη τὸ δράμα

ἐπὶ Στρατοκλέους ἀρχοντος δημοσίᾳ εἰς Ἀθήναια, δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους· πρῶτος ἐνίκα, δεύτερος Κρατῖνος Σατύροις, τρίτος Ἀριστομένης Ὀλοφυρμοῖς. Pac. Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἐτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδῃ οὖν φησιν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ ἐτέραν καδῆκεν, ἥτις οὐ σώζεται, etc. Lysistr. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἀρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἀρχαντος· εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου. Acharn. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους (Εὐθυδήμου) ἀρχοντος ἐν Ἀθηναίοις διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν· δεύτερος Κρατῖνος Χειμαζομένοις· οὐ σώζεται· τρίτος Εὐπόλις Νουμηνίαις. Vesp. ubi sic scribendum videtur (vide Palmer. et nos de Dionys. c. 9.): Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἀρχοντος Ἀμεινίου [ἐν τῇ πρὸς Ὀλυμπ. ἐτει β'.] διὰ Φιλωνίδου εἰς Ἀθήναια· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης, δεύτερος, Γλαύκων Πρέσβεσι τρίτος.

Ex his didascaliiis videmus et archontem et festum, deinde poetas, qui quoque festo certassent, et fabularum nomina, et qui cuique a iudicibus locus datus esset, postremo actores primarum (ut in Terentii fabulis) designatos esse: quota quaeque poetae fabula in operum numero esset, quod in Sophoclis Antigona et Aristophanis Avibus notatum est, non potuit in vetustis didascaliiis additum esse, sed ex didascaliiis hoc collectum a criticis est. Choregus semel notatur in Aeschyli Orestia, ne hoc quidem ex didascalia vetusta opinor, sed ex choregici tripodis titulo: Olympiadum vero annos docti post Timaeum addiderunt. Praeterea vetustae didascaliae necesse est ex ordine temporum dispositae fuerint, neque in iis posteriores anni potuerunt prioribus praepositi esse, aut fabulae secundum poetas dispositae. His vetustae didascaliae ipdiciis convenit n. 231. ubi festi nomen videtur supra scriptum fuisse (v. ad n. 231.), deinde secundum archontes enumerantur singulae commissiones: poetarum, fabularum, actorum primarum nomina, ex ordine disposita, et victor annotantur. Longe aliter vero n. 229. 230. dispositi sunt: unde intelligitur, non esse eas didascalias, sed tantum didascalica monumenta ex didascaliiis ducta: quod Odericum prorsus fugit. Nam primum in utroque fragmento archontes non ex ordine temporum dispositi sunt, sed aliquoties a posterioribus ad priores reditur, et diversis locis vel idem archon scriptus est, ut n. 229. Antiochides, n. 230. Chion: quod Odericum eo deduxit, ut poetarum ordinem, non temporum observatum diceret: at hoc ipsum fieri in vera didascalia non potuit. Deinde n. 229. 230. nusquam poetae nomen scriptum est, nisi n. 229. vs. 7. eum agnoscere velis, ubi potius histriionem agnosco: neque in tot versibus, si in singulis fabulis poeta nominatus esset, verisimile est nusquam ne unius quidem poetae nomen servatum esse: neque in utroque versuum fine multa perisse videntur. Immo singula haec fragmenta fabulas enumerant singulorum poetarum, quorum nomen supra adscriptum erat: et in unaquaque fabula, quo anno data esset, omissis ceteris qui simul docuerant poetis, praemisso archontis nomine anno-

tatum est, ordine non secundum annos, sed nescio quomodo instituto: nisi quod n. 229. vs. 1-9. eae enumerantur, quae supersint, deinde quae intercederint: quod ipsum vetustae didascaliae non convenit. Igitur, quod dixi, haec fragmenta non didascaliarum sunt, sed catalogorum, quibus singulorum poetarum fabulae enumerantur, qui haud dubie statuis eorum poetarum sive protomis appositi erant. Et n. 229. quidem ad poetam vetustae comoediae pertinet, qui Olymp. 84-97. docuerit (Sophocles etiam diutius docuit); n. 230. autem refertur ad mediae comoediae poetam, Olymp. 101-107. Nec quare haec fragmenta putemus unius tabulae esse, ulla causa est (v. ad n. 230.). Denique utrumque eadem litteraturae forma utitur: sed n. 229. partim ad tempora ante Euclidem pertinet; forma tamen scripturae ea est, quae multis post Euclidem annis invaluerit: et n. 229. vs. 9. *fabulas non iam omnes supersites esse* annotatur. Unde satis patet didascalica haec monumenta n. 229. 230. ex doctorum libris composita esse, neque veras didascalias, ne didascaliarum apographa quidem esse. Contra n. 231. nihil neque in scriptura neque in ceteris rebus obstat, quominus vera illa et vetusta didascalia videatur.

Superest ut de *festis*, de *actoribus*, de *numeris*, qui in his didascaliciis monumentis comparent, paucis dicam. N. 229. *Dionysia urbana*, n. 230. haec et *Lenaea* memorantur. De *Lenaeis* magna contentione actum est; Odericus ea rustica Dionysia esse perhibebat, Ruhnkenius, cuius placita tueri Bibliotheca critica studet, *Lenaea* esse *Anthesteria* docebat: sibi patrocinator adversus *Bibliothecam* criticam Odericus in Epistola, quam Marinus l. c. p. 161 sqq. publici iuris fecit. Utrumque errasse docui in Commentatione de discrimine *Lenaeorum*, *Anthesteriorum* et *rusticorum Liberalium* (Comm. Acad. Boruss. a. 1817.). *Actorem primarum* videmus n. 231. constanter inscriptum esse: ὑπεκρίνετο Ἀριστόμαχος etc. Idem intelligendus in notis ad Aristophanem didascaliciis, ubi poeta dicitur Ἀῖες, Acharnenses, Lysistratam διὰ Καλλιστράτου commisisse. Neque aliter vita Isocratis (Vitt. X Oratt.) de Aphareo: διδασκαλίᾳ ἀστικᾷ καδῆκεν ἔξ, καὶ δις ἐνίκησε διὰ Διονυσίου καθεῖς, καὶ δι' ἐτέρων ἐτέρας δύο Ἀθηναϊκᾷς. Haec est formula, qua utuntur grammatici; quam n. 230. vs. 9. agnosco cum Oderico p. xcii. Quodsi poeta ipse actor primarum est, fabula committitur δι' αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ: quod in Equitibus Aristophanis factum constat; unde ibi notatur: δι' αὐτοῦ τοῦ Ἀριστοφάνους. Porro in Ranarum didascalica nota nonnulli libri: ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένῃ διὰ Φιλωνίδου εἰς Ἀθήναια; sed Brunckius aliunde edidit: Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα. Unde patet ipsum actorem primarum pro poeta vincere dici. Idem liquet ex Argum. Av. διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὀρνισι, tum ex Argum. Acharn. διὰ Καλλιστράτου· καὶ πρῶτος ἦν (sc. Καλλιστράτος), et Argum. Vesp. διὰ Φιλωνίδου εἰς Ἀθήναια· καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης. Hinc explica n. 229. vs. 7. . . ὕσιππος ἐνίκα, ubi de

poeta vix cogitari potest. Est quidem comicus Lysippus (Fabric. B. Gr. T. II. p. 310.), non tamen confundendus cum Arcade Lysippo (n. 226.); et sane illum Lysippum veteris comoediae poetam fuisse colligitur ex Athen. VIII, p. 344. E. Sed quum in ceteris nonnisi unius illius poetae, de quo id fragmentum agit, fabulae relatae videantur, non admistis aliorum poetarum, qui simul certaverant, comoediis, probabilius est hic nominari histrionem primarium, quo agente vicerit ille poeta. Postremo de *numeris* dico. Et primum in didascalicis ad Tragicos et Aristophanem notis nominantur *πρῶτος*, *δευτερος*, *τρίτος*: hi manifesto sunt qui *πρωτεία*, *δευτερεία*, *τριτεία* rettulerunt: quarti et quinti non solent referri, nec videntur iis ulla praemia data, neque arbitror quis quartus quis quintus esset, iudicatum esse, sed tantum quis primus, secundus, tertius. De eo, qui primas tulit, etiam dicitur *πρῶτος ἐνίκη*, et simpliciter *ἐνίκη*. Sed in vetusta didascalia n. 231. res aliter habet. Quini in ea comici poetae ex ordine recensiti erant in utroque anno: hinc constat quinas simul fabulas commissas esse, ita tamen, ut unus poeta pluribus decertare posset, quod fecit Diodorus, et ille pro totidem computaretur poetis, quot doceret fabulas. Totidem fabulas recenset Argum. Aristoph. Plut. totidem iudices comoediarum fuerunt, credo quod quinque tribus quinque comoediis choregos praebebant, et ex reliquis quinque tribus iudices legebantur. Ibi autem anno secundo vs. 6. supple *πρω.* ceteris additum est *δευ. τρι. τε. πεμ.* Sed primo anno post quintum vs. 5. victor inscriptus est: ... *ἀννυμος ἐνίκη*: unde apertum fit in hac didascalia numeros non ad praemiorum ordinem, *πρωτεία*, *δευτερεία*, *τριτεία* referri, sed ad eum ordinem, quo sibi comoediae in commissione successerant. Quodsi recte conieci, nemini neque quartum neque quintum a iudicibus locum assignatum post commissionem esse, sed tantum de *πρωτείσι*, *δευτερείσι*, *τριτείσι* decretum, etiam n. 229. 230. numeri Δ, Ε, Γ non ad iudicum sententias referendi, sed ad ordinem commissionis. Neque tamen verum est, quod Odericus p. xciv. putabat, in his fragmentis solas eas, quae primas rettulissent, fabulas perscriptas esse: immo aliae vicerant, aliae non, et illis vox *ἐνίκη* addita erat, ut n. 229. vs. 7. n. 230. vs. 15. Ceterum Odericus illas litteras Γ, Δ, Ε male de totidem victoriis (III, IV, V) ea fabula reportatis intelligebat. His praemissis singula percenseamus breviter.

N. 229. de quo poeta agitur, is ante Aristophanem docere coepit. Vs. 1. est *Antiochides* archon Olymp. 86, 2. ut in duobus libris Diodori XII, 34. Vulgo male Antiochides dicitur. Vs. 2. fuit tale quid: *Μούσαις κωμῳδίᾳ Δ ἐν ᾄσσει*. Liqueat inde unius

tantum poetae fabulas hoc titulo perscriptas esse: nam si omnes, qui simul decertabant, inscripti essent, debebat ante ἐν ᾄσσει quinta quoque comoedia appellata esse. Idem censeo de n. 230. ubi vs. 3. Ἀμπρακιδίῳ Γ ἐν [ᾄσσει supplendum videtur. Vs. 3. κωμῳδίᾳ ad priora pertinet, quae interciderunt: nihili sunt, quae Odericus profert, cuius errores plerosque omitto. *Timocles* archon Olymp. 84, 4. igitur reditur in priora tempora. Vs. 4. *Theodorus* archon Olymp. 85, 3. Cum umbra pugnat Odericus, ubi adversus Schol. Aristoph. Acharn. 65. docet ex hoc monumento, *Morychide*, *Glaucide*, *Theodoro* archontibus licuisse comoedias docere: licuit κωμῳδίας διδάσκειν, non licuit κωμῳδεῖν (*σκώπτειν* vivos ac spirantes cives nomine suo appellatos); hoc vult Schol. Σάτυροι, si comoediae nomen est, *Phrynichi* vel *Cratini* intelligi possunt, ut taceam alios. Sed *Cratini* Satyri acta est Olymp. 88, 4. (*Didascal. Eqq.*), quod non convenit: nec tum iterata esse dicitur. Vs. 5. *σιδηροῖς* est epitheton praecedentis vocis, ex qua superest ΕΠΟΙΣ: fabulae nomen erat. *Pythodorus* archon Olymp. 87, 1. qui solus ex *Pythodori* archontibus huc pertinere videtur. Vs. 6. reditur ad *Antiochidem* archontem Olymp. 86, 2. De vs. 7. dixi supra: *MEN* potest *Μενελάω* esse, quae *Platonis* fabula. Vs. 8. descenditur in inferiora tempora, vel *Θεσπόμπου* vel *Γλαυκίππου* Olymp. 92, 2. 3. Fabulae nomen *Καταχῆναι*, *Sannae*. Vs. 9. ΑΙΣ *Oderico* visum ex *Εὐπολῆς* superesse: sed in fine sententiae poetae nomen non fuerit positum. ΑΙΣ fuit ΑΙΣ, ex nomine fabulae reliquum. Dein *Αὐταμναίσῳ* (fabulae nomen) posuit Odericus p. xciv. sed apertum est: αὐται μόναι σῶζονται, vel σῶζονται ut n. 231. Sic saepius in Argumentis supra propositis: οὐ σῶζεται. Anne vides catalogum nobis exhiberi fabularum certi cuiusdam poetae, quae partim superfuerint, partim perierint, non didascaliam? Sequebantur eae, quae interciderant. Vs. 10. est *Diophantus* archon Olymp. 96, 2. Fabula fuit *Διονύσος*, *Διονύσου γοναί* vel simile: cuius argumenti nominisque comoedias dederunt plurimi; nec libet earum nomina sine fructu congerere. Vs. 11. archon est *Nicoteles* Olymp. 97, 2. sed debebat *Νικοτέλους* scribi. Vs. 12. reditur ad *Lysimachum* archontem Olymp. 86, 1. tum vs. 13. ad *Morychidem* Olymp. 85, 1. Is male etiam nunc a nonnullis *Myrichides* dicitur: in hoc vero titulo falso scribitur ΜΟΡΙΧΙ ΔΗΣ. Vs. 14. οἷς finis fuit nominis archontis, e. c. Στρατοκλέους Olymp. 88, 4. ut vs. 4. 8. 10. archontis nomen ante nomen fabulae habes. Quodsi varii poetae hoc recensu continerentur, inter archontis fabulaeque nomina intercedere poetae nomen debebat: id vero nusquam fit neque hic neque n. 230.

230.

Fragmentum a. 1762 in vinea prope Romam erutum cum alio fragmine gymnastici tituli, quod in Romanis reliqui. Editum est in libro, qui inscriptus: *Gasp. Aloys. Oderici Dissertationes et Adnotationes in aliquot ineditas veterum inscriptiones et numismata*. Accedunt inscriptiones et monumenta, quae extant in bibliotheca Monachorum Camaldulensium S. Gregorii in monte Coelio. Rom. 1765. 4. p. 360. Nam lapis in eam bibliothecam illatus est. Interpretationem addidit Commentator: sunt autem commentarii ad has inscriptiones a Monachis Camaldulensibus, Clemente Blasio et Franc. Sandrio scripti. Rectius deinde explicuit Odericus l. c. ad n. 229. Titulus impressus etiam in Bibl. crit. l. c. ibid.

.....
 ΕΠΙΧΙΩΝΟΣΜΑΙ
 ΔΙΟΝΥΣΟΥΓΟΝΑ
 ΑΜΠΡΑΚΙΩΤΙΔΙΓ' ΕΝ
 ΤΡΑΤΟΥ ΕΡΕΧΘΕΙ Ε
 5 ΛΕΙ ΕΠΙΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟ
 ΠΟΔΑΜΑΝΤΟΣ ΙΟΙ Ε
 ΟΔΥΣΣΕΙ ΕΠΙΚΗΦΙΣΟΔ
 ΕΠΙΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΑΓ
 ΞΙΠΠΟΥ ΑΗΝΑΙΑ ΕΠ
 10 ΟΙΩΙ ΕΠΙΝΑΥΣΙΓΕΝΟΥ
 ΞΝΑΣΤΕΙ ΕΠΙΧΙΩΝΟΣ
 ΞΕΙ ΕΠΙΑΓΑΘΟΚΛΕ
 ΠΙΘΟΥΔΗΜΟΥΑ
 ΟΥΑΝΤΕΡΩΤΙΙ
 15 ΝΙΚΑ ΑΗΝΑΙ
 ΙΕΝΑΣΤ
 ΙΙ ΕΤ
 ΑΡ

Vs. 4. litt. 1. dedi Τ pro Γ, vs. 6. ΙΟΙ pro ΙCΙ,
 vs. 9. ΞΙΠΠΟΥ pro ΙΠΠΟΥ, vs. 10. ΟΙΩΙ pro ΩΙΩΙ,
 vs. 15. ΝΙΚΑ pro ΙΙΚΑ, vs. 18. ΑΡ pro ΛΡ, omnia
 ex Oderico, ceterum Camaldulenses secutus.

..... ἐπὶ Χίωνος Μαι[νομένη] ...
 Διονύσου γοναί[ς]
 Ἀμπρακίωτιδι Γ' ἐν ἄστει ...
 ἐπὶ ...ω]τράτου Ἐρεχθεΐ ε.....
 5 λεί. ἐπὶ Χαρισάνδρου
 ἐπὶ Ἰπ]ποδάμαντος Ἰοῖ ε
 Ὀδυσσεΐ. ἐπὶ Κηφισοδ[ω]ρου ..
 ἐπὶ Ἀπολλοδώρου Ἀγ
 διὰ ...]ξίππου Ἀήναια. ἐπ[ὶ]
 10 π]οιῶ. ἐπὶ Ναυσιγένου[ς]
 ἐν ἄστει. ἐπὶ Χίωνος
 ἐν ἄστει. ἐπὶ Ἀγαθοκλέ[ους]
 ἐπὶ Θουδήμου Α
 ἐπὶ]ου Ἀντέρωτι
 15 ἐ]νίκα Ἀήναι[α]
 ἐν ἄστει

Plurima occupavi ad n. 229. Interpres Camaldulensis athleticum hunc putabat titulum esse, quod refutavit Odericus, qui p. xci. quia marmoris species et characterum forma n. 229. 230. eadem est, inde colligit utrumque fragmentum coniungendum esse. Mihi eas ob causas, quas ad n. 229. exposui,

bina haec fragmenta ad diversos poetas pertinere videntur, quorum imaginibus appositae erant tabulae, ex quibus ista fragmenta reliqua sunt: quas tabulas ab eodem homine confici iussas prorsus esse similes non mirum est. Vs. 1. *Chion* archon Olymp. 103, 4. Fabula videtur *Μαινόμενος* esse, non tamen *Diphili*, sed alius. Etiam *Diodori Μαινόμενον* habes n. 231. Vs. 2. *Διονύσου γοναί* est; talem comoediam scripsit *Polyzelus*. Vs. 4. fortasse *Lysistratus* est archon Olymp. 102, 4. potest etiam *Callistratus* inferri (Olymp. 106, 2.); ceteri eius terminationis remotiores sunt. Reditur autem a *Chione* in antiquiora tempora. *Erechtheus* hoc loco est comica fabula, ut *Erechtheum* scripsit *Aristophanes*. Vs. 5. fuit Ἡρακ]λεῖ, qualem scripserat *Anaxandrides*, vel simile. Archon est *Charisander* Olymp. 101, 1. et vs. 6. *Hippodamas* Olymp. 101, 2. Ἰὼ nunc comoedia; *Io* fuit *Platonis* fabula, sed maioris, si *Suida* fides. Vs. 7. Ὀδυσσεῖα scripserunt plurimi comici, in his *Eubulus*, *Alexis*, *Anaxandrides*, qui huius aetatis sunt. *Cephisodorus* archon Olymp. 103, 3. 105, 3. Nam in Olymp. 114, 2. non descenderim. Vs. 8. *Apollodorus* archon Olymp. 107, 3. ceteri huius nominis archontes nimium remoti. Vs. 9. ... ξίππου non ex archontis nomine reliquum, quod locus, ubi positum, satis docet. Actor primarum significatur: v. ad n. 229. Accusativus Ἀήναια coll. vs. 15. probabile reddit sic explendum locum esse: Ἐπὶ Ἀπολλοδώρου Ἀγ]ροίκῳ, exempli causa, ἐνίκα διὰ ...]ξίππου Ἀήναια. Ἀγροικον, etiam Ἀγχιόνην, scripserat *Anaxandrides*. Vs. 9. extri sequens articulus incipiebat: ἐπὶ τοῦ δαΐνα. Vs. 10. Δουτροποιῶ vel Ἐκπωματοποιῶ vel tale quiddam: illa *Anaxilae*, haec *Alexidis* fabula; nec tamen de alterutro agi constat. Ibidem *Nausigenes* archon, Olymp. 103, 1. igitur reditur in priora tempora; pergitur ad *Chionem* Olymp. 103, 4. (vs. 11.). Sequitur vs. 12. archon *Agathocles* Olymp. 105, 4. postremo vs. 13. *Thudemus* Olymp. 106, 4. Attice p. Θεόδημος, ut Θούκριτος. Corsino est *Eudemus* ex *Diod.* Sic. sed apud *Dionysium* (*Dinarch.* p. 115. *Epist.* ad *Amm.* p. 121. *Sylb.*) inter *Εὐδήμον* et *Θεόδημον* variatur. Vs. 14. Ἀντέρωτι, fabulae nomen: in *Bibl. crit.* coniiicitur Ἀντερῶντι, quae fabula *Anaxandridis* ap. *Athen.* XIV, p. 654. B. Ἀντερῶσα laudatur *Nicostrati* et *Antiphanis*. Neque vero inepte fecerit, qui hunc titulum ad *Anaxandridem* pertinere putarit.

231.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

[Textum vide in pag. seq.]

..... τε....]στιδι,
 ὕπε. Ἀριστόμ]αχος.
 Ἀντιφάνη]ς πεμ. Ἀνασῶζο[μένοις,]
 ὕπε. Ἀντ]ιφάνης.
 5 ... ὄνυμος ἐνίκα.
 Ἐπὶ Δι]οτίμου Σιμύλος [πρῶ. ...
 σία, ὕπε. Ἀριστόμαχος.
 Διόδωρος δευ. Νεκρῶ,
 ὕπε. Ἀριστόμαχος.
 10 Διόδωρος τρι. Μαινομένη,

..... ὕ]πε. Κηφίσιος.
 ἡς τε. Πητῇ,
 ὕπε.]ης.

De plerisque rebus v. ad n. 229. Utraque columna ad eadem haud dubie sollemnia pertinet, quorum nomen superscriptum fuerit: unde fit, ut sollemnium in titulo nulla mentio facta sit. Prior autem columna comicos, altera tragicos continet. Sed in *Lenaeis* tragoediae primo loco positae videntur, in urbanis rusticisque *Liberalibus* secundo

ΤΕ...]	ΛΣΤΙΔΙ	ΕΙΡ	
	ΥΠΕΑΡΙΣΤΟΜ]	ΑΧΟΣ	ΥΠΕ	
	ΑΝΤΙΦΑΝ].	ΙΣ: ΠΕΜ: ΑΝΑΣΩΙΟ[ΜΕΝΟΙΣ]	ΥΡΟ	
	ΥΠΕΑΝΤ]	ΙΦΑΝΗΣ	ΕΠΙ/	
5	. . . ΩΝΥΜΟΣΕΝΙΚΑ		ΑΓΑ	5
Prope Cyriani, in ecclesia quae dicitur Asomatos; ed. Chandler. Inscr. II, 57. p. 64. Praeterea tria alia apographa habeo, ex schedis Akerbladii a Münstero missis (in Monasterio Cyriani in monte Hymetto), ex Fourmontianis (Cephisiae in pulcherrima basilica iuxta originem Ilissi), et ex Villoisianis (in muro ecclesiae D. Marci in Hymetto). Idem ab omnibus locis significatur. Duos ultimos versus sine varietate habet Clarkius Itin. P. II. S. II. p. 495. ut fodiendo in arce inventos: hoc si verum est, duo huius tituli exempla diversis locis posita erant. Quod repraesento exemplum, permultis locis rectius quam Chandlerianum a me ex ceteris apographis constitutum est. Initium deest.


.....ΟΥΣΤ.....
ΔΑΔΟΥΧΟΥ.....
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΚ[ΑΙ].....
ΤΗΣΠΡΑΞΑΓΟΡΟΥΠΡΑΞΑ
5 ΓΟΡΑΣΔΑΔΟΥΧΟΣ
ΤΟΥΤΟΥΚΑΙΒΑΣΣΗΣΤΗΣ
ΝΙΓΡΕΙΝΟΥΙΕΡΟΚΗΡΥΚΟΟ
ΘΓΦΙΛΙΣΤΗ
ΤΑΥΤΗΣΚΑΙΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΥ
10 ΩΣΠΙΔΟΣΔΑΔΟΥΧΟΥΟΥ
ΠΡΑΞΑΓΟΡΗ ΠΡΑΞΑΓΟΡΗΣ
ΚΑΙΞΕΝΑΓΟΡΟΥΞΕΝΑΓΟΡΑΣ
ΤΟΥΤΟΥΚΑΙΕΡ[Μ]ΙΠΠΙΔΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΔΙΟΝΥΣΙΑΣ
15 ΚΑΙΗΓΙΟΥ ΤΟΥΗΓΙΟΥ
ΞΕΝΑΓΟΡΑΣ
ΞΕΝΑΓΟΡΟΥ ΚΑΙΑΡΙΣΤΟ
ΦΑΝΕΙΑΣΤΗΣΒΙΚΤΩΡΕΙ
ΝΟΥ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ

Vs. 1. 2. ex solo Fourmonto, nisi quod Ak. habet litteras ΔΑΔ. Vs. 3. ex Fourm.; litteras ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟ tamen habet etiam Ak. Contra Villos. ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣΚ, et Chandl. .. ΟΚΛΕΟΥ, deinde in uncis ΣΤΟΥ male. Vss. 4. 5. ex Fourm. et partim ex Ak. et Vill. plenos dedi; ap. Chandl. mutili sunt. Vs. 6. ex Fourm. Apud ceteros deest primum ΤΟΥ vel ΤΟΥΤ. Vs. 7. ex Fourm. Apud ceteros deest ΝΙΓΡ, ap. Ak. etiam plura deficiunt. Vs. 8. ex Fourm. et formam Λ ex Ak. dedi. Chandlerus [ΚΑ]ΛΙΣΤΗ, Vill. ΛΙΣΤΗ. Vs. 9. Μ ex Ak. Fourm. Vill. (Chandl. Ν). Vss. 11. 12. prima littera deest ap. Chandl. in uncis suppleta: extra uncis dedi ex ceteris. Vs. 13. Chandl. ΕΧΙΠ etc. Ak. .. ΙΠ, Vill. Ε... ΙΠ, Fourm. ΕΡ... ΙΠ, rectius.

.....]ους τ[ὸ]ν
Δαδούχου [Θεμιστοκλῆς].

Θεμιστοκλῆος κ[αὶ]
τῆς Πραξαγόρου Πραξα-
5 γόρας Δαδούχου.
τούτου καὶ Βάσσης τῆς
Νιγρεῖνου Ἱεροκήρυκος
Συγ. Φιλίστη.
ταύτης καὶ Δημοστράτου
10 Σώσπιδος Δαδούχου υἱοῦ
Πραξαγόρη. Πραξαγόρης
καὶ Ξεναγόρου Ξεναγόρας.
τούτου καὶ Ἐρ[μ]ιππίδος
Διονυσία. Διονυσίας
15 καὶ Ἡγίου τοῦ Ἡγίου
Ξεναγόρας.
Ξεναγόρου καὶ Ἀριστο-
φανείας τῆς Βικτωρεί-
νου Ἱεροφάντης.

Daduchia olim competeat Hipponici familiae: qua extincta successerunt *Lycomidae*, qui male vulgo *Lycomedae* dicuntur: scripturam *Λυκομίδαι* passim in libris obviam, ab aliis male impugnata, post Meursium et Palmerium recte tutatus est Siebelis ad Pausan. I, 22, 7. omnemque dubitationem eximit titulus n. 386. Eosdem postea etiam hierophantas et ministros ἐπὶ βωμῶν factos esse ex pluribus causis statuo: vide modo huius tituli vs. 19. et n. 391. et quae paulo post de Sospide et daducho et τῶ ἐπὶ βωμῶν moneo. Eorum τελεστήριον Phylae fuit, a Themistocle Neoclis f. Phrearrhio, illustrissimo duce, restitutum (Plutarch. Themistocl. 1. cf. Pausan. IV, 1.): neque tamen ideo Phlyenses Lycomidae omnes fuerunt, sed per varios pagos dispersi, Phrearrhii, Acharnenses, Hagnusii, Marathonii (n. 488.). Prioris aetatis Lycomidarum stemma usque ad Themistoclem Neoclis f. et Themistoclis filium Poliarchum ac nepotem Themistoclem proposuit Müller. de Min. Pol. p. 44 sq. item stemma eorum, qui postea fuere (Paus. I, 37, 1.), quod hoc est:



Postrema stemmatis pars inde a priore Theophrasto ex Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tub. ducta est; annotatque Müllerus Dioclem Nicostratae patrem, quem Vita X Oratt. στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς ὀπλίτας creatum dicit, si aetates computes, p. Chr. 53. vixisse censendum esse (p. 44). Sed in Prolegg. Mythol. p. 252. corrigendum monet ante Christ. 53. Sunt autem a Lycurgo Lyco-phronis f. Quaestore Demosthenis aequali aetates decem cum ipso Diocle: quas si inde ab Olymp. 106. extr. computemus et aetates paulo maiores (annorum 36) constituamus, Dioclis natales ante Chr. 28. poni poterunt; ita ut p. Chr. 42. septuagenarius fuerit: quod, quum vaga ista per aetates temporum computandorum ratio sit, licebit statuere. Et video circa id tempus (p. Chr. 42.) Dioclem memorari n. 320. qui quantum ex lacero titulo intelligi potest, ipse στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὀπλίτας fuit. Eiusdem igitur illius aetatis erit Theophrastus prior; praecedentes autem quando vixerint, facile quisque retro computare potest. Qui in fine stemmatis ex Vit. X Oratt. repetiti comparet Diocles Themistoclis f. videtur idem esse qui n. 433. eodem nomine vocatur auditque Daduchus: unde discimus illos esse Hagnusios: ibidem eius Dioclis filia Ἀθνα.. habetur. Iam hic deficit stemma; nec scimus, quo loco ponendus sit Themistocles Plutarchi familiaris, eiusdem gentis, qui cum Plutarcho Ammonium Lamprensem audivit (Plutarch. Themistocl. 37.). Probabiliter tamen hic Themistocles is est, qui in huius fragmenti initio comparet; sed vs. 1. expleri non potest, quod non constat quomodo illud OYC supplendum sit, nec quomodo cetera. Quamquam conicio vs. 1 sq. sic explendum esse: Διοκλέους τ[ὸ]ῦ Θεμιστοκλέους Δαδούχου: nam Dioclem Themistoclis f. Daduchum fuisse modo vidimus; ita ut, ubi stemma Müllerianum deficit, ibidem incipiat nostrae huius inscriptionis pars superstes. Haec octo complectitur aetates: et haud dubie in eius tempus incidit Pausaniae aetas, qua Lycomidas adhuc daduchiam retinuisse ex ipso Pausania (IX, 27, 2.) merito Müllerus collegit. Desinit autem stemma in Hierophante, quod proprium viri nomen esse saepe monui; ab eodem nomine incipit stemma n. 584. unde tamen non colligitur esse eundem: nec n. 384. volui post hocce stemma collocare, quod litteras antiquiores habet. Ceterum quoniam hi Themistoclis posteri redeunt in titulis infra positis, operae pretium duxi, universum stemma, quantum fieri potest, accuratius exponere.

Themistocles ^{a)}, cuius uxor filia Praxagorae

Ael. Praxagoras Daduchus ^{b)}, cuius uxor Bassa Nigrini Hierocerycis f. ^{c)}

Philiste, cuius maritus Demonstratus Sospidis Daduchi f. ^{d)}

Praxagora, cuius maritus Xenagoras ^{e)}

Xenagoras, cuius uxor Hermippis ^{f)}

Dionysia, cuius maritus Polyzelus ^{g)}
Hegias Hegiae f.

Xenagoras, cuius uxor
Aristophanea Victorini f.

Hierophantes.

a) Themistoclem iam dixi filium videri Dioclis Themistoclis f. qui in priori stemmate ultimus est, nec diversum a Plutarchi familiari. Et concinunt tempora. Etiam Iunia Themistoclea (n. 448.), Honoratianae Polycharmidis filia, huius gentis fuisse videtur: nam mater sese ἀπὸ Δαδούχων esse praedicat, hoc est a Lycomidis, quamquam etiam Periclis et Cononis gentem illa attingebat. b) Aelium dixi ex n. 438. Aelios Daduchos habes n. 185. 187. Si huius Praxagorae gener Demonstratus idem est, qui cum Mamertino et Praxagora Herodi Attico adversatus est, ut quidem conicio, ubi p. 443. a. not. e. hunc Demonstratum et eum, qui n. 184. comparet, eundem habeo, et eum, qui est n. 184. Herodis puto adversarium esse; probabile fit etiam hunc Aelium Praxagoram non diversum esse ab Herodis inimico. De Praxagora Herodis adversario Philostratus Vit. Soph. II, 1, 11. μὲν γὰρ τὴν Σάλατταν Δημόστρατος ἀνιψύστησαν καὶ Πραξαγόροι καὶ Μαμερτίνοι καὶ ἑτεροὶ πλείους, ἐς τὸ ἀντίθεον τῶν Ἡρώδῃ πολιτευόντες. c) Nigrinus hic comparet n. 389. d) Demonstrati stirpem paulo post vide. e) De his etiam n. 390. f) Hermippidis nomen restitui ex n. 391. Cf. etiam n. 390. g) Ex n. 391. Ceterum ex hac Lycomidarum familia esse videri illos Daduchos, qui Fabii dicti, docui ad n. 488.

Iam quum litt. d. Demonstratus Sospidis Daduchi f. commemoretur, expono etiam huius stemma, quamquam haud paulo impeditius. Hi Tiberii Claudii vocantur, et ipsi Daduchi sunt, ex eadem credo gente; in Aisitorum catalogis tamen nullus Claudius est Daduchus, sed Hierophantes (Marathonius) et ἐπὶ Βωμῶν (Melitensis): vide ad n. 190. Illos igitur ita componendos arbitror:

Tib. Claud. Leonidas Daduchus ^{a)}

Tib. Claud. Lysides Daduchus ^{b)}

Tib. Claud. Sospis Daduchus ^{c)} Aelia Cephisodora ^{d)}

Claud. Demonstratus ^{e)}, cuius
uxor Philiste Praxagorae filia ^{f)}

Claud. Philippus Daduchus ^{g)} Praxagora
Claudia Menandra ^{h)}. (quae supra)

a) Hunc ex solo n. 423. petii, quem aliter interpretari non possum, nisi ut Leonidas Lysidis pater sit. b) Hic itidem ex n. 423. eodem modo petitus est, eundemque n. 397. agnosco. Sed cum hoc stemmate componi non potest n. 435. ubi hi habentur:

Tib. Claud. Patron Melitensis

Claud. Philoxena, cuius maritus Tib. Claud. Patron

Tib. Claud. Lysides Melitensis.

Haud dubie hic alius eiusdem gentis est. Praeterea n. 436. habetur:

Tib. Claud. Daduchus, cuius
uxor Claud. Damocrate

Claud. Aristonice

et n. 437. alia est Claudii Daduchi ut videtur filia. c) Hic praeter hunc titulum habetur n. 423. utroque loco Daduchus; Sospis δ ἐπὶ Βωμῶν ap. Philostrat. Vit. Soph. II, 1, 1. videtur alius esse, discipulus Chrestii, qui ab Herode eru-

ditus est, fortasse M. Aurelio Imp. quae Corsini sententia est. d) Hanc praebet n. 395. nisi alterius illius Lysiadis (n. 435.) filia est. *Aelia* nomen ex Lycomidarum familia petiitum est. e) Hic praeter hunc titulum n. 438. prodit; Daduchus nusquam vocatur. Demonstratus est etiam n. 184. nescio an non idem. Cf. etiam n. 186. f) Demonstrati uxore

rem Philisten hic titulus praebet vs. 8-10. Philiste autem quum filia sit Praxagorae Daduchi, inde fit ut n. 438. Demonstrati neptis Aelii Praxagorae dicatur proneptis, ab avo paterno ad aviae paternae patrem translata oratione. g) Vide n. 438. h) Vide ibid.

386.

„In campo Rario”, ex schedis Villosioni. Quattuor priores versus exhibet etiam Clarkius ut in ea regione repertos, Itin. P. II. S. II. p. 775. sed magis mutilos.

ΕΥΜΟΛΠΙΔΩΝΛΥΚΟΜΙΔΑ . .
ΔΙΑΒΙΟΥΕΝΕΛΕΥΣΕΙΝΙΜΕΝ . .
ΑΛΩΩΝΕΝΣΑΜΩΔΕΤΗΣ . .
ΕΥΣΕΒΙΑΣΕΝΕΚΑΤΗΣ[Π]ΡΟ[ΣΤ]ΑΣ[ΘΕΑΣ]
5 ΕΠΙΠΕΡΕΙΑΣΦΛΑΟΥΙΑΣΛΑΟΔΑΜΕΙΑΣΤΗΣΚΛΕΙΤΟΥ
ΦΛΥΕΩΣΟΥΓΑΤΡΟΣ]

Vs. 1. extr. Clark. ΛΥΚΟΜΙ . . . , vs. 2. idem ΕΛΕΥΣΙΝΙΜΕ . . . , vs. 4. non habet alterum ΑΣ, sed servavit litteras ΡΟ, quarum loco ap. Villos. lacuna est. Ante Lycomidarum singulorum titulos posui hoc fragmentum, quod vs. 1. Lycomidas Eumolpidis coniunctos praebet. De scriptura nominis v. ad n. 385. Titulus est honorarius alicuius feminae, quae διὰ βίου sacerdos fuerit ἐν Ἐλευσείνι μὲν (fortasse Δήμητρος καὶ Κόρης vel tale quiddam), ἐν Σάμῳ δὲ τῆς [Ἡρας?]. Vs. 3. interiecta est Haloorum, Cerealium sollemnium mentio (v. de Halois Corsin. F. A. T. II. p. 302 sqq.); quae vox Ἀλώων quomodo

ceterae orationi coniuncta fuerit, non liquet. Dedicata statua εὐσεβίας ἕνεκα τῆς πρὸς τὰς θεάς (cf. n. 432.). Additur sacerdos annua, ut in aliis huiusmodi titulis: ἐπὶ ἱερείας Φλαουίας Λαοδαμείας τῆς Κλείτου Φλυέως θυγατρὸς. Flavia Laodamia fuit ex ea haud dubie gente, ex qua Medeus ὁ ἐξηγητὴς ἐξ Εὐμολπιδῶν (ap. Pseudoplut. vit. X Oratt. p. 256.), Butadis coniunctus, sed idem gente Eumolpides: Nam huius Medei et Timotheae Glauci f. filia est Laodamia; ex qua Laodamia denominata haec Flavia est, quae non ante Vespasianum vixisse censenda.

386. b.

Interpono hoc loco alius tituli frustulum a Spon. (Itin. T. III. P. II. p. 125.) Eleusine in parietinis rudibus templi Cereris et Proserpinae repertum: idem vidit Fourmontus Salamine in aula monasterii Beatae Virginis, recens Eleusine allatum. Unde patet a n. 386. diversum esse, quum n. 386. postea prope Eleusinem visus ab aliis sit. Ex Sponio Vandal. Diss. p. 275.

ΕΠΙΠΕΡΕΙΑΣΦΛΑΟΥΙΑΣΛΑΟΔΑΜΙΑΣ

Ἐπὶ ἱερείας Φλαυίας Λαοδαμίας. Ita consensu Spon. et Fourm. nisi quod hic ultimum Σ omittit, et Sponius, ut solet, unum hunc versum in duos dividit.

387.

Salamine in basi; ex schedis Fourmonti. In eiusdem basis altero latere est n. 390. Haec haud dubie Eleusine Salaminem translata erat, ut n. 386. b. et n. 406. Cf. n. 447.

ΤΟΝΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑΣΟΦΟΚΛΗΝΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣ
ΑΧΑΡΝΕΑΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑΔΗΜΗΤΡΗΚΑΙΚΟΡΗ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

[Κτησίκλεια Ἀπολλωνίου Ἀχαρνέως ὀργιαστὴς] τὸν Δῆμητρον καὶ Κόρη ἀνέθηκεν. Supplementum petii ex εἰαυτῆς ἀνδρα Σοφοκλῆν Ξενοκλέους Ἀχαρνέα δαδουχήσαντα, n. 388. ubi v. not.

388.

Eleusine in templo Cereris. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 100. (et inde Vandal. Diss. p. 400. 494.), item Meletius Geogr. vet. et nov. p. 349. litteris minusculis.

ΚΤΗΣΙΚΛΕΙΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΩΣΟΡΓΙΑΣΤΗΣΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣΑΝΔΡΑΣΟΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΟΥΣΑΧΑΡΝΕΑΔΑ
5 ΔΟΥΧΗΣΑΝΤΑΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙ
ΚΟΡΗΔΙΣΑΝΕΘΗΚΕΝ

Κτησίκλεια Ἀπολλωνίου Ἀχαρνέως ὀργιαστὴς τὸν εἰαυτῆς ἀνδρα Σοφοκλῆν Ξενοκλέους Ἀχαρνέα δαδουχήσαντα, Δῆμητρον καὶ Κόρη δις ἀνέθηκεν.

De Sophocle Xenoclis f. vide stemma n. 385. Daduchia non bis functus est, ut putabat Corsin. F. A. T. II. p. 149. qui et alios in errorem induxit, sed iungendum: δις ἀνέθηκε Δῆμητρον καὶ Κόρη. Duas mariti statuas dedicavit Ctesiclea, alteram n. 387. cuius basis Salaminem translata est, alteram n. 388. in qua hoc δις additum est. Ceterum Daduchi hi perpetui fuerunt, etiamsi plures fortasse alternis munus obibant: igitur aoristus δαδουχήσαντα aut defunctum Sophoclem esse significat, aut quod

magis probo, ad singula Daduchi officia antea praestita refertur, ita ut post primam in Eleusiniis peractam daduchiam semel, post alteram iterum dedicata Sophoclis statua sit. Ὀργιαστὴς femina non

videtur ferri posse; dedi igitur Ὀργιαστὴς. Ctesiclea Apollonii f. est ex Eumolpidarum familia eadem de qua n. 392. Ceterum ΚΟΡΗ pro ΚΟΡΗ Sponii videtur vitium esse: certe n. 387. est ΚΟΡΗ.

389.

In basi magna marmorea ad templum Cereris Eleusine, super anaglypho pompam mysticam repraesentante. Haec basis videtur olim statuam muliebrem colosseam sustinuisse, cuius truncus prope adiacebat, secundum Sponium quinquaginta fere passibus a basi. Anaglyphum, inscriptionem et statuam partem repraesentant Spon. Itin. T. II. p. 283. Wheeler. Itin. p. 429.

ΟΥ
ΝΝΙΓΡΕΙΝΟΣ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ

Quamquam haec inscriptio non ipsius Nigrini statuæ adscripta erat, tamen eam hic collocare aptum visum est, propterea quod hic Nigrinus (Νουμήριος vel Νουμέριος Νιγρεῖνος Ἱεροκῆρυξ) in stemmate n. 385. nominatur: unde simul patet Plutarchi fere aetate eum vixisse. Statua ipsa Sponio et Wheelero Ceres est, Praxitelis fortasse, ut aiunt: truncum superstitem in Britanniam detulit Clarkius, qui et ipse Cereris statuam, in ipso templo collocatam, esse putat. Vidit etiam Meletius, cuius verba quae apponam digna sunt, Geogr. vet. et nov. p. 349. Οὗτος ὁ ναὸς τῆς Δήμητρος, τῆς ὁποίας τὸ ἄγαλμα σῴζεται μέχρι τοῦ νῦν, μέγα δὲ καὶ στέφανον ἐσχηματισμένον ἔχον, ἀξία-

βαρον αὐτῇ, εἶναι τανῶν ἐρίπειον. Sed Hirtius Hist. Architect. T. II. p. 21. puellam canephorum dicit, quae cum pluribus extra templum posita fuerit. Utut est, hanc statuam, quae nuper celebritatem nacta est, nota non antiquam esse, sed Hadriani aetate factam, utpote a Nigrino dicatam. Nigrini certe ipsius statua tantae basi imposita esse non potuit: quis enim Hierocerycem colosseum finxerit? Nec nisi colosso tanta basis convenit. Igitur nomen Nigrini arbitror esse eius, qui statuam dedicavit. Fortasse autem in alio basis latere (nam ea ex aliis lateribus terra obruta erat) altera inscriptionis pars latuit, vel in statuæ ipsius plintho posita fuit, e. c. Δήμητρι καὶ Κόρη. Sic n. 486. Δήμητρι καὶ Κόρη Φάβιος Δαδοῦχος.

390.

In eadem qua n. 387. basi. Ex schedis Fourmonti.

ΠΑΙΔΑΞΕΝΑΓΟΡΑΚΑΙΠΡΑΞΑ
ΓΟΡΑΣΕΣΟΡΑΣΜΕΤΟΝΜΥ
ΤΗΝΔΗΟΥΣΞΕΙΝΑΓΟΡΑΝ
ΟΝΟΜΑ

Παῖδα Ξε[ι]ναγόρα καὶ Πραξαγόρας ἐσορᾷς με,
τὸν μύστην Διοῦς, Ξειναγόραν ὄνομα.

Vide stemma n. 385. In eadem basi, quae Sophoclem sustinebat, postea Xenagoras, unus ex posteris, collocatus est, aut remanente Sophoclis imagine aut dempta (cf. n. 372. et 377. ac n. 380. et 420.).

391.

Eleusine. Ex schedis Cockerellianis ed. Walpol. Travels p. 573. n. 37. Tractavit Welcker. Spicileg. Epigr. II. p. 23.

ΜΥΣΤΩΝΗΓΗΤΗΡΑ
ΠΟΛΥΖΗΛΟΝΠΑΤΡΟΣ
ΕΣΘΛΟΥΞΕΙΝΑΓΟΡΟΥ
ΜΗΤΡΟΣΘΕΡΜΙΠΠΙΔΟΣ
5 ΓΝΖΑΘΕΟΙΣΙΝΕΙΣΕΘΕΑΙΝ
ΦΡΩΝ

Tres sunt versus heroici, sed tertius mutilus est, quaeque suppleo, exempli causa pono:

Μυστῶν ἡγητῆρα Πολύζηλον, πατὴρ ἐσθλοῦ
Ξειναγόρου μητρός θ' Ἑρμιππίδος, ἐν Ζαθέοισιν
Εἶτε θεῶν [δαπέδοισιν ἐὼν γενετῆρα Νεό]φρων.
Μυστῶν ἡγητῆρ est μυσταγωγός: dubito tamen esse hierophantam, qui illa aetate non videtur suo nomine vocatus esse. De homine vide stemma n. 385. ex quo titulo patet matrem Polyzeli non Θερμιπίδα, sed Ἑρμιπίδα esse. Vs. 5. ΓΝ superest ex ΕΝ. Θεῶν, Cereris et Proserpinae.

392.

Eleusine; ex schedis Fourmonti.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝΑΓΗΝΟΡΟ[Σ
ΕΞΗΓΗΤΗΝΕΞΕΥΜΟ[ΛΠΙΔΩ
ΝΓΥΝΗΑΠΟΛΛΩΝΙΑΑ
ΚΑΙΟΥΟΣΑΓΗΝΩΡΑ[ΡΕΤΗΣ
5 F[NEKEN]ΔΗΜΗΤΡΙΟ[ΑΙΚΟΡΗ]

Ἀπολλώνιον Ἀγήνορο[ς], ἐξηγητὴν ἐξ Εὐμο[λπιδῶ]ν, γυνὴ Ἀπολλωνία Ἀ καὶ ὁ υἱὸς Ἀγήνωρ ἀ[ρετῆς] εἵ[νε-
κεν] Δήμητρι [καὶ Κόρη]. Familia est eadem ex qua n. 388. Ctesiclea Apollonii f. Ἐξηγητῆς ἐξ Εὐμολπιδῶν etiam Medeus appellatur Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tub. Additur autem ἐξ Εὐμολπιδῶν, quoniam alii exegetae aliunde sunt: illi fuerunt exegetae, quatenus exegetarum munus ad Eumolpidas pertinebat.

393.

Eleusine. Ed. Spon. Misc. erud. ant. IV, p. 134. et Itin. T. III. P. II. p. 194. indeque Vandal. Diss. p. 398. alique.

ΚΛΑΥΔΙΟΣΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ
Γ. ΚΛΑΥΔΙΟΝΣΕΙΛΙ
ΑΝΟΝΠΟΛΥΚΡΙΤΟΝ
ΤΟΝΥΙΟΝΜΥΗΘΕΝΤΑ
5 ΑΦΕΣΤΙΑΣΤΑΙΝΘΕ
ΑΙΝΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΠΙΠΕΡΙΑΣΚΛΑΥΔΙΑΣ
ΤΕΙΜΟΘΕΑΣΤΗΣΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΥΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥΘΥ.

Κλαύδιος καὶ Κλαυδία Γ. Κλαυδίου Σειλίανον Πολύκριτον τὸν υἱόν, μυηθέντα ἀφ' ἐστίας, ταῦν θεῶν ἀνέθηκεν, ἐπὶ ἱερείας Τειμοθέας τῆς Τειμοθέου Γαργηττίου θυγατρὸς. Dedi exemplum Sponii in Misc. editum; in Itin. vs. 1. habetur: ... ΔΙΟΣΚΑΙΚΛΑΥΔΙΑ... ibidemque notat se in narratione de itinere triennio ante edita etiam vitiosiore hunc titulum edidisse. Γ. Κλαύδιος Σειλιάνας ἱατρὸς Ἐφέσιος habetur in titulo, quem in Italicis edam: sed hoc loco de Atheniensi agitur, quippe qui ἀφ' ἐστίας μυηθεὶς sit. Ἀφ' ἐστίας μυηθεὶς quid esset, praeter alios, quos sciens omitto, perquisivere Cuperus Apoth. Hom. p. 297. qui non commode contulit dictionem ἀρξασθαι ἀφ' Ἐστίας; Spanhemius de nummo Smyrnaeorum seu de Vestae et Prytanibus Graecorum diatriba, in Seguinii selectis numismatis antiquis. ed. II. p. 346. sq. et postea auctius in Thes. Graev. Antt. Rom. T. V. p. 668. sq. qui ex eadem formula progressus exponit a domo seu laze initiatum, hoc est patria Atheniensem; non peregrinum, confusa tamen et intricata disputatione utens; mox Vandalus Diss. p. 398 seqq. sacerdotem Vestae intelligens; tum Wernsdorfius ad Himer. p. 778 sq. interpretans domesticum dearum Eleusiniarum et quasi in penetralibus Cereris habitantem, qui in sacris serviat, preces praebeat, et sicut Camillus sacerdoti ministret. Hunc fere sequitur Creuzerus Symbol. T. IV. p. 527. ed. pr. p. 491. ed. alt. puerumque hunc quasi piaculi loco fuisse censet. In his quid verum quid falsum sit, ex ipsa rei explicatione patebit. Et primum quidem memoratu dignum, fuisse tam puellas μυηθείσας ἀφ' ἐστίας quam pueros μυηθέντας ἀφ' ἐστίας: ad pueros pertinent n. 393. 406. (ubi inverso ordine ἀφ' ἐστίας μυηθέντα), ad puellas n. 443. 444. 445. 448. Porro quum omnes hi tituli Eleusine positi fuerint, excepto n. 443. quem ad urbanum Eleusinium collocatum fuisse arbitror, patet de Vestae sacerdotio cogitari non posse; sunt cultores Cereris et Proserpinae, quibus etiam dicatae eorum statuae sunt. Deinde vero pueros (et puellas) esse nota, non infantes, ut est qui dicat, neque adolescentes, sed παῖδας opinor ἀμφιθαλεῖς (αὐξόμενος vocatur ille puer n. 406.). Quippe pueros solitos esse initiari notum est; unde vox Himerii (XXII, 7.): παῖς μύστης καὶ ἐπόπτης ἀνὴρ. Hinc est, quod parentes solent aedificare (n. 393. 443. 445.) vel mater puellae (n. 448.): n. 406. non dictum

Inscr. Gr. Vol. I.

est, qui statuam dedicaverit; non tamen dicavit respublica, sed haud dubie parentes, quorum etiam mentio in fine fit: tantum n. 444. respublica puellae dicat statuam, utpote orbae et sub tutore. Iam vero non ideo, quod domestici sint dearum, possunt illi ἀφ' ἐστίας μυηθέντες dicti esse, propterea quod μυηθῆναι ἀφ' ἐστίας una formula est, artissime coniunctis vocibus ἀφ' ἐστίας μυηθεὶς, non separatis, quasi ἀφ' ἐστίας integrum comma constituat: quodsi aliquando simpliciter ἀφ' ἐστίας esse dicuntur, patet tamen, plenior dictionem ita esse explicandam; ut illud ἀφ' ἐστίας componatur cum verbo. Immo ἀφ' ἐστίας μυηθῆναι dictio est eiusmodi, qualis ἀπὸ βωμοῦ τὰς ἱερὰς φέρειν: ut illā significetur initiationem de foco dearum fieri. Nimirum initiatorum alii sunt simpliciter μυηθέντες, non ἀφ' ἐστίας, alii μυηθέντες ἀφ' ἐστίας: et horum potissimum statuae dedicari solebant: ceterorum nullum superest exemplum, nisi huc traxeris μύστην Διούς n. 390. Sed ille homo, ex Daduchorum familia, potuit et ipse ἀφ' ἐστίας μυηθεὶς esse, licet versu dictionem non capiente hoc non expressum sit: aut μύστης ibi sensu non proprio de Daduchio vel alio ministro sacro dicitur. Nunc videamus quis sit ὁ μυηθεὶς ἀφ' ἐστίας. Primarium mysten esse nemo dubitabit. Igitur, quum etiam peregrini successu aetatum initiati fuerint, τὸν ἀφ' ἐστίας μυηθέντα oportuit esse civem Atticum iure optimo. Suidas v. ἀφ' ἐστίας: Ἀφ' ἐστίας μυεῖσθαι. ἀφ' ἐστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν. Haec petita sunt ex Harpocratiōne v. ἀφ' ἐστίας: Καὶ ἀφ' ἐστίας μυεῖσθαι. Ἰσάιος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα: Ὁ ἀφ' ἐστίας μυούμενος Ἀθηναῖος ἦν πάντως, καὶ ὁρᾷ, δὲ Ἀλέξανδρον ἐμμεῖτα. Isaei verba pervertit Wernsdorfii conjectura, ut videtur, aliquid demonstraturus, in ea de qua dicit initiationem docet τὸν ἀφ' ἐστίας μυηθέντα omnino Atheniensem fuisse, sed initiatum esse etiam alium peregrinum. Scripserim post πάντως: Κάστωρ δὲ Λάκων ἐμμεῖτο. Dioscuros notum est Eleusiniis initiatos esse, et hanc Lacedaemoniae Ledae filiorum initiationem celebrat etiam titulus Eleusinius n. 434. Lectus autem ille μυούμενος ἀφ' ἐστίας ex insignibus familiis; insignes intellige eas, quae in sacris essent principes, et maxime in Eleusiniis, Eumolpidarum, Lycomidarum, Phylidarum, Cerycum; ut ἡ ἀφ' ἐστίας n. 448. ex Daduchorum familia est, credo etiam ex Eumolpidarum gente, de qua re statim dicam. Lectus autem ex illis sorte, non a suis, ut ceteri initiandi, sed a respublica offerebatur initiationi. Lex. rhet. p. 204. Ἀφ' ἐστίας μυηθῆναι: ὁ ἐκ τῶν προκρίτων Ἀθηναίων κλήρω λαχὼν παῖς δημοσίᾳ μυηθεὶς. Sed cave hunc putes piaculi loco oblatum: neque enim narrationi Neanthis περὶ τελετῶν ap. Athen. XIII, p. 602. D. quidquam cum Eleusiniis commune est. At peculiare quiddam τοῖς ἀφ' ἐστίας μυηθεῖσι peragendum in mysteriis fuit, unde ὁ ἀφ' ἐστίας μυούμενος

Kkk

Himerio (XXIII, 7. 18.) per excellentiam est ὁ ἱερός παῖς: unde is (Himer. ib. 8. et Porphy. l. c. infra) simpliciter appellatur ὁ ἀφ' ἐστίας, et puella ἡ ἀφ' ἐστίας (n. 445. 448.), omisso iam initiationis vocabulo, et formula ea adhibita, quae officii sive muneris vim habet. Ut paucis defungar, ὁ ἀφ' ἐστίας μνηθεὶς ipsi foculo proximus adstans ex hoc (ἀφ' ἐστίας) initiabatur a ministris sacris ritu sanctiore, credo in ipsius foci gradus ascendens: ceteri remotiores et ex longinquo. Partim huc partim eo, quod ille puer Atheniensis necessario, respicit Themistius Orat. XIII, p. 165. Ἄλλ' ἐχρῆν, ὡς εἴκε, τὸν μυσταγωγὸν μοι γενέσθαι τῆς ἐρωτικῆς τελετῆς οὐ πρόβῳθεν τῶν παιδικῶν οὐδὲ ὁ θναῖον, ἀλλ' ἐγγύθεν καὶ ἀφ' ἐστίας. Cf. p. 167. ᾧ οἰκεῖος ὁ λόγος καὶ οὐκ οἶδα εἰ τῷ ἄλλῳ οὕτως ἀφ' ἐστίας. Quapropter quae recens initiatis deorum placandorum causa peragendae caerimoniae fuerunt, eas omnes hic mystarum princeps pro ceteris peregit. Porphyrius de abst. IV, 5. Ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὁ ἀφ' ἐστίας λεγόμενος παῖς,

(adde δὲ) ἀντὶ πάντων τῶν μυουμένων ἀπομειλίσσεται τὸ θεῖον, ἀκριβῶς δρῶν τὰ προστεταγμένα, τοῦτο κατὰ τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις οἱ ἱερεῖς δύνανται ἀντὶ πάντων θύοντες.

Subscripta est annua sacerdos, Claudia Timothea, Claudii Timothei f. eadem quae n. 435. Ptolemaeo Lagida rege Timotheus e gente Eumolpidarum antistes caerimoniarum Eleusine fuit (Tac. Hist. IV, 83.); ex quo quidni haec descenderit? Praeterea olim Timothea Glauci f. uxor fuit Medei ἐξηγητοῦ ἐξ Εὐμολπιδῶν (Vit. X Oratt. p. 256. ed. Tüb.); cf. ad n. 386. Familiare igitur Eumolpidis hoc nomen: ac nisi fallor, etiam Conon et Timotheus, clari illi imperatores, fuerunt Eumolpidae. Daduchis coniuncta familia illius μνηθεῖς ἀφ' ἐστίας, cuius n. 448. mentio fit; et illa Cononum gentem suam celebrat (quamquam etiam Pericleam). Et cur Timotheus Cononis f. Isocratis statuam Eleusine ante prostoum templi posuit? Anne hoc licuisset, nisi persuasisset Eumolpidis? Quo credibilis est eum et ipsum Eumolpidem fuisse.

394.

Marmor in Gallici consulis Athenis domum allatum. Ex schedis Fourmonti.

ΔΕΙΔΟΥΧΗ δαδουχή-
ΣΑΝΤΑΕΥΣΕΒΩ. σάντα εὐσεβῶ[ς, ὁ
ΠΑΤΗΡΑΥΡ. πατήρ: Αὐρ. [Ζώσι-
ΜΟ. ΟΚΑΙΗ. μω[ς] ὁ καὶ [Εὐτύ-
5 ΧΗΣΚΑΙΟ. 5 χης? καὶ ὁ [Ἄ-
ΔΕΛΦΟΣ ΑΥΡ. δελφός: Αὐρ. [Ε-
ΙΡΗΝΑΙΟΣ. ἱρήναιος [Ζ-
ΩΣΙΜΟΥΡ. ωσίμου: Π-
ΛΑΝΙΕΣΚΕΡ. α[ι]ανέ[ς]. Ἐπ[ι-
10 ΣΙΟΑΙΣΤΟΥ. 10 ... [Ἰστού [ἱ-
ΕΡΕΩΣΠΡΟΣ. ερέως, Προς[παλτίου,
ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ἀρχόντος [Κ-
ΟΡΗΝΑΙΑΝΟ. ὀρηνιανέ[ς].

Hic δαδουχίσαντα manifesto non de mortuo est, sed de vivo, qui certo quodam festo daduchia functus erat. Neque tamen ideo non perpetuum daduchiae munus fuit: sed, ni fallor, Daduchi plures fuerunt perpetui quidem, sed in munere fungendo alternantes. Titulus non ante M. Aurelium Imp. scriptus.

395.

Athenis in angulo dextro basilicae „Παναγίας Καίουχαρείας”. Ex schedis Fourmonti.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΚΛΑΤΑΚΕΠΕΙΩΘΗΜΑ
ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΤΩΝΦ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΩΝΜΑΛΛΟ
5 ΝΙΟΝΙΕΡΣΑΜΕΝΟΣ
ΤΗΣΑΛΩΠΕΚΗΣΙΑΟΝ[Ο
ΔΕΙΤΗΣΚΑΙΚΟΣΜΗΤΗ[Ν
ΤΩΝΘΕΩΝΔΙΑΡΙΟΥΕ[Υ
ΔΕΙ.ΕΙΑΣΕΙΝΕΚΕΝΤΗ[Σ
10 ΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΑ[ΝΑΣ
Τ]ΗΣΑΜΕΝΟΥΤΟΥΟ[ΕΙΟΥΑ
ΥΤ]ΟΥΑΥΡΑΙΟΝΥΣΙΟ
Υ]ΤΟΥΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ
Φ]ΑΛΗΡΕΟΣΕΠΙΑΡ
15 Χ]ΟΝΤΟΣΚΑΛΛΙΦΟ[ΝΤΟΣ
ΤΟΥ]ΠΡΕΣΒΥΤΕΡ[ΟΥ

Ἡ Ἀγαθὴ τύχη. Κατὰ τὸ ἐπεραῖσμα τῆς βοῦλης τῶν Φ' Εὐτυχιανὸν Μάλλωιον, ἱερασάμενον τῆς Ἀλωπεκῆτι Ἀφροδείτης καὶ κοσμητὴν τῶν θεῶν διὰ βίου, εὐσεβέως ἐπέκεν τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀναστησαμένου τοῦ θεοῦ αὐτοῦ Αὐρ. Διονυσίου τοῦ Νεικοστράτου Φαληρέως, ἐπὶ ἀρχόντος Καλλιφώντος τοῦ πρεσβυτέρου.

Malloniam Eutychem et Mallonium Fortunatum offerunt tituli Latini ap. Grut. p. DCCCIII. 12. 15. Κοσμητὴν τῶν θεῶν recte defendit Welckerus Append. ad Trilog. Aesch. Prom. p. 345. et intelligit ornatores, fortasse Gratiarum, ponferens στολιστὴν deae n. 481. et verba tituli Alexandrini (haec in litteris ad me datis): Λούκιον Αἰκινύιον Δουκίου Αἰκινύιου Ἱέρακος ἐξηγητοῦ υἱόν, Δουκίου Αἰκινύιου Ἰσιδω[ρ]ου κοσμητοῦ. Olim coniiceram τῶν νέων: sed epheborum cosmetae annui sunt. Vs. 15. dedi ex fide Bekkeri; quodsi apud Fourmontem extet ΚΑΛΛΙΦ.Ο., ut Osannum scio legere, scripseris Καλλιφρόνος. Nomen Καλλιφών habes n. 620. Titulus M. Aurelio Imp. non antiquior.

396.

Eleusine prope rudera templi Cereris et Proserpinae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125. et inde vitiosius Vandal. Diss. p. 530. Vss. 1. 2. apud Sponium ita separati sunt, ut aliquis putet duas esse inscriptiones: sed una haud dubie est, unoque articulo a Sponio comprehenditur.

ΓΑΙΟΝ ΜΕΜΜΙΟΝ ΣΑΒΕΙ
ΝΟΝ ΠΕΙΣΑΝΔΡΟΝ

ΚΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΑ ΚΑΙ [ΓΥ
5 Μ]ΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΔΙΣ[ΚΑΙΑ
Γ]ΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ[ΜΕΓΑ
Λ]ΩΝ ΚΑΙ ΣΑΡΗΩΝ ΣΕΒΑΣ[ΤΩΝ ΚΑ
Ι]ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ[ΕΠΙ ΤΟ
Υ]Σ ΟΠΛΕΙΤΑΣ ΔΙΣ[ΦΙΛΟΚΑΙΣ
10 ΑΡΑ ΚΑΙ]ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ

Supplementa Spon. omnia in sinistra apposuit; ego illa rectius distribui, etiam in verbis ipsis paulum discedens a Sponio.

Γάϊον Μέμμεν Σαβεϊ-
νον Πείσανδρον

.....
κ]ηρυεύσαντα καὶ [γυ-
5 μ]ναστάρχῃς ἄντα δὶς, [καὶ ἀ-
γ]ωνοθετήσαντα τῶν [μεγά-
λ]ων Καισαρῶν Σεβασ[τῶν, κα-
ὶ] στρατηγῇς ἄντα [ἐπὶ το-
ῦ]ς ὀπλίταις δὶς, [φιλοκαίσ-
10 ἀρὰ καὶ] φιλόπατριν.

Supplementa ex aliis titulis petita sunt. Memmii sunt οἱ ἐπὶ βωμῶν (v. ad n. 190.): igitur hic potissimum hunc titulum reposui, quo statua viri ex sacra familia oriundi Eleusine dedicata est. Vs. 4. κήρυκα intellige Senatus et Populi, vel Areopagi, vel ἱεροκήρυκα. Etiam Cerycum enim gentem attingere potuit Memmius, quum sacrae familiae Eleusinae coniunctae cognatione fuerint.

397.

Eleusine in basi vidit Pouquevillius, qui edidit Itin. T. IV. p. 120. Accuratius apographum misit Mustoxydes, quod edo: hic vidit Athenis in collectione Fauvelii.

ΗΕΞΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΦΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΙΟΥΛΙΟΝ ΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝ ΜΕΛΙΤΕΑ
ΙΟΥΛΙΟΥ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
5 ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΥ
ΣΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΚΗΡΥΚΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΤΗΣ ΕΞΑΡΕΙΟΥ ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ
ΥΟΝ ΚΑΙ ΑΙΛΙΑΣ ΚΗΦΙΣΟΔΩΡΑΣ
ΚΛΛΥΣΙΑΔΟΥ ΔΑΔΟΥΧΗΣΑΝΤΟΣ
10 ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥ ΚΗΡΥ
ΚΩΝ ΓΕΝΟΥΣ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

Vs. 11. dedi ENEKEN ex Pouq. (Must. ENEKA). Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν Φ' καὶ ὁ δῆμος Ἰουλίον Ἀπολλόδοτον Μελιτέα, Ἰουλίου Θεοδότου σοφιστοῦ, στρατηγῇς ἄντος καὶ βασιλεύσαντος καὶ κηρυεύσαντος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς υἱόν, καὶ Αἰλίας Κηφισοδώρας Κλ. Λυσιάρχου δαδουχῇς ἄντος θυγατρός, ἄρξαντα τοῦ κηρύκων γένους, ἀρετῆς ἐνεκεν.

Pater huius Sophista n. 424. rursum memoratur; is a M. Aurelio primus Athenis professor, rhetorices intellige, constitutus est, et cathedram tenuit duos annos. Vide Philostrat. V. S. II, 2. et ibi Olear. Eundem Sophistam rempublicam gessisse Philostratus quoque tradidit. De Cerycum gente, ut brevis sim, v. Creuzerum (Symbol. et Mythol.), Müller. de Min. Poliad. p. 10 sqq. et Zeibich. l. c.

ad n. 399. Quattuor autem, quae fuisse dicuntur, Cerycum gentes non agnoscunt tituli Eleusini, in quibus una tantum mysticorum Hierocerycum gens designatur, τὸ γένος τῶν κηρύκων τὸ τῆς μυστηριώτιδος (v. Legem Deliarum ap. Athen. VI. p. 234. E.). Haec gens suum habuit principem, ἄρχοντα τοῦ κηρύκων γένους, qui redit n. 399. Ceterae quae dicuntur gentes sunt eorum, qui certaminibus, pompis, rebus venalibus adhibebantur (cf. Polluc. VIII, 103.). Non dico de reipublicae et magistratuum praecone, qui non sunt certarum gentium, excepto praecone Areopagi: hic enim videtur ex Hierocerycum gente fuisse, quod ex rei ratione et ex hoc ipso titulo colligere licet.

398.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

Υ. ΚΗΡΥΚΑ...
ΛΑΥ.....

Kkk 2

Eleusine in basi. Edidit Spon. Itin. T. III. P. II. p. 141. Wheler. Itin. p. 429. qui fidelius dedit versuum divisionem; hanc sequor. Minusculis titulum sed vitiosius dedit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 348. Ex Sponio et Whelero dederunt multi, ut Vandal. Diss. p. 207. 399. 405. Ryck. ad Tac. p. 335. et ex hoc, qui Sponii exemplum repraesentat, Fabrett. Inscr. p. 439. sed vitiatum; praeterea Zeibich. de cerycibus mysticis p. 70. Murator. T. II. p. DCLIX. 2. (hic ex Whel.) Corsin. F. A. T. II. p. 212. (ex Spon.).

ΔΗΜΗΤΡΙΚΑΙΚΟΡΗ
 ΗΙΕΡΑΓΕΡΟΥΣΙΑΜ.ΑΥΡΗΛΙΟΝ
 ΛΙΘΟΦΟΡΟΝΠΡΟΣΔΕΚΤΟΝ
 ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣΚΕΦΑΛΗΘΕΝ
 5 ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑΠΡΟΙΚΑ
 ΤΙΜΗΘΕΝΤΑΔΕΥΠΟΘΕΟΥ
 ΚΟΜΜΟΔΟΥΤΗΡΩΜΑΙΩΝ
 ΠΟΛΕΙΤΕΙΑΑΡΞΑΝΤΑΤΟΥ
 ΚΗΡΥΚΩΝΓΕΝΟΥΣΑΡΞΑΝ
 10 ΤΑΤΗΣΙΕΡΑΣΓΕΡΟΥΣΙΑΣ
 ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΑ
 ΑΤΤΙΚΟΣΕΥΔΟΞΟΥΣΦΗΤΤΙΟΣΕΠΟΙΗΣΕ

Vs. 4. Whel. ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ, sed in recepto consentiunt Spon. Melet. Vs. 12. Whel. ΕΥΔΟΞΟΝ et ΕΠΟΙΗΣΕΝ; receptum praebent Spon. Melet.

Δήμητρι καὶ Κόρη ἡ ἱερὰ γερουσία Μ. Αὐρήλιον Λι-
 θοφόρον Πρόσδεκτον Πιστοκράτους Κεφαλῆθεν, πρεσβεύ-
 σαντα προῖκα, τιμηθέντα δὲ ὑπὸ Θεοῦ Κομμόδου τῇ Ῥω-
 μαίων πολειτείᾳ, ἄρξαντα τοῦ κηρύκων γένους, ἄρξαντα
 τῆς ἱερᾶς γερουσίας, εὐσεβείας ἔνεκα. Ἀττικὸς Εὐδόξου
 Σφήττιος ἐποίησε.

Ἡ ἱερὰ γερουσία nec Senatus Quingentorum est neque Areopagus, sed sacrum concilium Eleusinium; neque archon eponymus Proseductus, sed princeps illius concilii et gentis Cerycum: de quo principe monui ad n. 397. Hic quoque de Hieroce-

rycibus agi apertum est, negante licet Zeibichio l. c. p. 27 sq. Titulus post Commodum positus est: a Commodio civitate donatus Proseductus ex Imperatoris nomine iam est M. Aurelius vocatus: priore aetate alius ex ea familia (n. 275. col. I. vs. 45.) simpliciter dictus videtur [Ἐρ]μᾶς Πρόσδεκτου Κεφ. Qui statuam collocandam curavit (hoc nunc esse videtur ἐποίησε, non fecit), est Secundus Atticus Eudoxi f. Eumolpides (v. n. 400.). Alius est Secundus Sophista, Herodis magister, de quo Philostratus et Suidas: quem necesse est prius vixisse. Ex eadem tamen hic quoque familia et ex Eumolpidarum gente fuerit, qui quidem ad Eleusinem sepultus sit (Philostr. Vit. Soph. I. extr.).

Eleusine in basi statuae. Ed. Pocock. Inscr. P. I. c. 5. s. 6. p. 62. n. 3. Chandler. Inscr. II, 121. p. 78. Habeo etiam ex schedis Fourmonti.

ΚΑΤΑΤΑΔΟΞΑΝΤΑΖΤΗ[ΕΞΑΡ
 ΕΙ]ΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
 ΣΕΚΟΥΝΔΟΝΑΤ[ΤΙΚΟΝ]
 ΕΥΔΟ[Ξ]ΟΥΣΦΗΤΤ[ΙΟΝ]
 5 ΤΟΝΕΥΜΟΛΠΙΔΗΝ

Formam A dedi ex Chandl. Syllab. p. xxxii. Omnino in plurimis Chandlerum secutus sum, sed vs. 1. primum K ex Fourm. sine uncis praebui, item vs. 3. litteram Y ex Pocock. Vs. 1. extr. Poc. ΤΗΙ, Chandl. Fourm. ΤΗ. Vs. 5. Chandl. ΕΥΜΟΛΠΙΔΑΝ: H pro A recte Pocock. Fourm.

Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ Σε-
 κούνδον Ἀττικὸν Εὐδόξου Σφήττιον τὸν Εὐμολπίδην. De
 hoc viro cf. n. 399. unde eius aetas cognoscitur.

In campo Eleusinio Athenas versus, in ruderibus ecclesiae, quae sepulcri locum occupasse videtur. Ed. Chandler. Inscr. II, 23. p. 78. hinc Brunck. Anal. T. III. p. 315. n. 750. (cf. Jacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 336.), Jacobs. Anthol. Palat. Append. n. 246. Bendtsen Marm. myst. Spec. I. p. 15 sqq.

ΠΙΜΑΤΟΔΕΥΨΙΦΑΝΕΣΔΗ ΖΙΑΙ ΟΙΟΔΕΔΟΡΚΑΣ
 ΜΥΡΙΟΝΕΝΣΟΦΗΚΥΔΟΣΕΝΕΝΚΑΜΕΝΟΥ
 ΟΣΤΕΛΕΤΑΣΑΝΕΦΗΝΕΚΑΙΟΡΓΙΑΠΑΝΝΥΧΑΜΥΣΤΑΙΣ
 ΕΥΜΟΛΠΟΥΠΡΟΧΕΩΝΙΜΕΡΟΕΣΣΑΝΟΠΑ
 5 ΟΣΚΑΙΔΥΣΜΕΝΕΩΝΜΟΘΟΝΟΥΤΡΕΣΕΝΑΛΛΕΣΑΩΣΕΝ
 ΑΧΡΑΝΤΑΑΡΡΗΤΩΝΘΕΣΜΙΑΚΕΚΡΟΠΙΔΑΙΣ
 ΑΜΑΚΑΡΟΝΚΑΙΔΗΜΟΣΕΠΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕΓΕΡΑΙΡΩΝ

[Μνῆ]μα τόδε ὑψιφανὲς Δη[οῦ]ς [ζ]α[κ]όρ[ο]ιο δέδωκε
 μυρίον ἐν σοφίῃ κῦδος ἐνεκαμένου,
 ὃς τελετὰς ἀνέφηγε καὶ ὄργια πάννυχτα μύσταις
 Εὐμόλπου, προσχέων ἱμερόεσσαν ὄπα·
 5 ὃς καὶ δυσμενέων μόθον οὐ τρέσεν, ἀλλ' ἐσάωσεν
 ἄχραντα ἁγρότων θέσμιμα Κεκροπίδαις.
 * Ἀ μάκαρ, ὃν καὶ δῆμος ἐπεστεφάνωσε γεραίρων

Hierophantae nomen non opinor in alia monumenti parte periit, sed siletur de industria (cf. n. 434. et ad n. 190.). Vs. 1. *ζακόροιο* emendavi certa via, quam posthac vidi etiam Iacobsium in-

isse: et vs. 7. *ἄ μάκαρ*, ὃν dedi, quum alii voluissent *ἄ μάκαρον*: quamquam etiam *μάκαρος* non sine exemplo est in titulis. Inscriptio est quidem sepulchralis; non tamen dubito hierophantae imaginem appositam fuisse (cf. n. 405.); et praestabat certe honorariis addere hunc titulum. Vs. 5. de hostium Eleusinem petentium impetu dicitur: fuerunt opinor Gothi, qui circa a. 269. Achaiam omnem vastaverunt, deinde a Dexippo Atheniensi fusi, Epirum, Acarnaniam, Boeotiam pervagati sunt. Cf. ad n. 380. qui titulus eandem scripturae formam refert.

402.

Marmor Elginianum Viscont. n. 40. Synops. Mus. Brit. n. 197. Ex schedis a Rosio missis.

ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΜΕΔΜΩΑ ΠΥΡΦΟΡΟ
 ΠΕΙΣΩΝΑ ΛΕΥΣΣΕΙΣ ΙΠΠΙΚΟΝΗ
 ΑΡΞΑΝΤΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΔΕΤΗΝΕΤ

ΚΑΤΑΤΟΕΠΕ[Ρ]Ω[Τ]ΗΜΑΤΩ
 5 ΣΥΝΕΔΡΙΟΝΙΕΡΟΣ
 ΑΓΑΘΟΠΟΔΟΣ ΦΛΥΕΣ

* Ἀσκληπίου με δμῶα πυρφόρο[ν] φίλον
 Πείσωνα λεύσσεις, ἱππικ[ῶ]ν ἡ[γήτορα],
 ἄρξαντ' Ἀθηναίους δὲ τὴν ἐπ[ώνυμον].
 Κατὰ τὸ ἐπε[ρ]ω[τ]ήμα τῶ[ν] Ἀρσπαγειτῶν τὸ ἱερὸν
 5 συνέδριον, ἱερέ[ω]ς
 * Ἀγαθόποδος Φλυέ(ως).

Titulus statuæ subscriptus ministri Aesculapii, taediferi, qui olim, quantum video, equitum dux fuerat, et archon eponymus: sed tum quum statua dedicaretur, taedifer fuit. Vs. 1. 2. exempli causa explevi: vs. 3. malim *ἄρξαντ'*, Ἀθηναίους δὲ scribi posse: sed vix hoc fieri potest. Synedrium haud dubie concilium sacerdotum est, ἱερά γερονσία.

403.

Eleusine in casa Albani s. coloni, in basi statuæ, litteris pessimis. Ed. Chandl. Inscr. II, 119. p. 77. Habeo etiam ex schedis Villosioni (in campo Rario) et Akerbladii, quas misit Münsterus.

ΗΠΟΛΙΣ
 ΑΙΡΑΡΙΟΝΩΣΙ
 ΠΑΤΡΟΝΔΑΔΟΥ
 ΧΟΝ

5 ΔΑΜΟΤΕΛΟΥΣΚΑΙΘΙΣΒΙΑΝΟΥ
 ΤΩΝΔΑΔΟΥΧΗCΑΝΤΩΝΕΓΓΟΝΟΝ

Litteram λ dedi ex Chandleri syllabo. A apud Chandl. est Α; haud dubie fuit Α, quod dedi. Vs. 5. θ dedi ex Vill. (Chandl. Θ). Vs. 6. Chandl. ΔΑΔΟΥΧΑΔΑΝΤΟΝ, quod correxi ex Vill. Ak. Ibidem Ak. ΕΚΓΟΝΟΙ, Vill. ΕΓΓΟΝΟΙ.

* Ἡ πόλις Αἰράριον Σωσίπατρον Δαδοῦχον, Δαμοτέλους καὶ Θισβιανοῦ τῶν δαδουχισάντων ἔγγονον.

404.

Eleusine in rudibus parietinis templi Cereris et Proserpinae. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 125. Sine varietate praebent schædæ Fourmonti.

ΤΟΥΑΥΤΟΚ[ΡΑ]
 ΤΟΡΟΣΑΝΔ...
 ΑΝΚΡΑΤΕΡΟ...
 ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ

5 ΑΧΑΙΩΝ

Tituli ratio perspicui non potest; mentio fit *Αὐτοκράτορος*, et aperta verba *ἀρχιερεὺς Ἀχαιῶν*, ob quae sola hoc loco hoc fragmentum reposui.

405.

Marmor Dawkinsianum Oxonii, olim Athenis in ea parte D. Cyriani, quam architecti vocant *Metochi*, prope palatium archiepiscopi. Aeri incisum titulum, pessimis litteris insignem, dedit Chandler. Marm. Oxon. II, 72. Hinc Brunck. Anal. T. III. p. 281. n. 612. (cf. Iacobs. Animadv. T. III. P. II. p. 205.). Iacobs. Anthol. Palat. Append. n. 145.

ΛΗΟΥΣΚΑΙΚΟΥΡΗCΘΕΟΪΚΕΛΟΝΙΕΡΟΦΑΝΤΗΝ
 ΚΥΔΛΙΝΩΝ ΠΛΤΕΡΑCΤΗCΕΔΟΜΟΙCΚΛΕΑΔΑC
 .ΕΚΡΟΠΗCCΟΦΟΝΕΡΝΟCΕΡΩΤΙΟΝΩΙΡΑΚΑΙΑΥΤΟC
 ΛΕΡΝΑΙΩΝΑΔΥΤΩΝΙCΟΝΕΔΕΚΤΟΓΕΡΑC

δ

Δηοῦς καὶ Κούρης Θεοῖκελον ἱεροφάντην
κυδαίνων πατέρα στήσε δόμοις Κλεάδας,
Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος Ἐρώτιον· ᾧ ῥα καὶ αὐτός
Λερναίων ἀδύτων ἴσον ἔδεκτο γέρας.

Epigramma hoc non ab omni parte recte intellectum est. *Erotius* eo celebratur Atheniensis (Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος), qui *Cereris* et *Proserpinae* Hierophantes, Eleusine puta, fuit. Huius statuam domi posuit Cleadas filius: hic tamen non Eleusinius Hierophantes fuit, sed Lernaeus: nam Lerna quoque *Demetria* mysteria fuisse notum est. Igitur Cleadas dicitur *par patri munus honorificum accepisse*, hierophantiam Lernaeorum adiutorum. Cleadam Lernaeorum Hierophanten fuisse docet epigramma a *Iacobs*. Anthol. Palat. T. II. p. 241. recte editum:

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΚΑΤΑΤΑΑΠΑΝΤΑΤΗΣ
ΜΧ ΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΧΤΟΝ ΙΤΙΑΝΜΥΗ
5 ΘΟΝΤ ΗΝΛΙΟΝΤ
ΚΑΙ ΕΠ ΡΟΔΕΙΤΟΝ
ΘΗΝ ΟΥΠΕΡΙΟΔΟ
ΚΟΥΥ ΝΦΛΥΕΑ
ΠΑΙCΝΕΜΕΩΝΟΝΟΜΕΖ
10 ΙΘΗΝ ΙΟCΑΥΖΟΜΕΝΟΝΔΕ
Τ ΝΟΦ ΑCΑΝΤΟΚΕΕCΔΙΟΝ
ΘΗΝΟΦΙΛΟΝ

Titulus quamvis turpiter habitus tamen integer restitui potest.

Ἀγαθὴ τύχη.
Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ ἐξ Ἀρείου-
υ] π[ά]γου] βουλῇ [καὶ τῇ βουλῇ] τῶν
Χ' τὸν [ἀφ' ἐ]στίας μνη-
5 θέντ[α] Ἀθ[η]ναίων, τ[ὸν
καὶ Ἐπ[αφ]ρόδειτον, [Ἀ-
θην[αί]ου περιόδο[ν]ει-
κου υ[ί]ον, Φλυέα.
Παῖς μὲν ἔων ὄνομ' ἔσ[χ]εν
10 Ἀθ[η]ν[α]ίος, αὐξόμενον δὲ
ὠνόμασαν τοκέες διὸν
Ἀθ[η]νόφιλον.

Vs. 1. ΑΠΑΝΤΑ fuit ΔΟΞΑΝΤΑ, quae formula usitata, e. c. n. 400. Vs. 2. Σ (pro quo C esse debebat) muta in Ε. Ibidem ΜΧ superest ex πάγου fuitque ΠΑ. Mox Fourm. a priori ΒΟΥΛΗ aberravit ad alterum, omissis intermediis. Vs. 4. siglo X non confido: nam hac aetate (diu opinor post Hadrianum titulus scriptus) non Sexcentorum Senatus fuit, sed Quingentorum: neque Fourmonti ea est fides, ut neges X in Φ mutari posse. De μνηθέντι ἀφ' ἐστίας v. ad n. 393. Quae deinceps usque ad vs. 7. correxi, aperta sunt. Sequitur distichum elegiacum:

Παῖς μὲν ἔων ὄνομ' ἔσ[χ]εν Ἀθ[η]ναίος, αὐξόμενον δὲ
ὠνόμασαν τοκέες διὸν Ἀθ[η]νόφιλον.

Τὴνδε πύλιν λάεσσιν εὐξέστοις ἀραρυῖαν,
ἀμφοτέρων, κόσμον τε πατρη καὶ θάμβος ὀδίταις,
τεῦξε Κλέης Κλεάδας ἀγανῆς πόσις εὐπατερείης
Λερναίων ὑδάτων περιώστιος ὀργιοφάντης,
τερπόμενος δώροισιν ἀγασθενέων βασιλῆων.

Simul inde patet, Cleadam esse Argivum, id quod ipsa nominis ratio statim mihi suggesserat. At pater est Atheniensis. Quippe Attici Hierophantae cum Lernaeis connubio iuncti erant; unde Erotii f. ex Argiva haud dubie matre ortus, Lernaeorum Hierophantes constitutus est. Δόμοις autem nisi forte de domo patris intelligendum sit, filius tum Athenis domum habuerit necesse est. Nempe retinebat is etiam Atticam civitatem. Erotium puto defunctum esse.

406.

In basi, quae Eleusine olim posita, mox Salaminem translata est in aedem Beatae Virginis. Ex schedis Fourmonti.

Singulae correctiones manifestae sunt: et cave Nεμέων scribas, quod fucari aliqua ratione possit: sed μὲν desideratur et ὦν quoque: etiam ὠνόμασαν certum est, licet Fourmontus magnopere aberraverit. In voce Ἀθ[η]ναίος corripitur diphthongus αι, quod fieri in hac voce negavi ad n. 33. Nec tamen id sine exemplo est, ut hic et ap. Aristoph. Vesp. 282. φιλαθ[η]ναίος. Attamen rara admodum haec correptio est, nec nisi metro urgente expressa: nec post haec exempla in titulo n. 33. Ἀθ[η]νέων pro Ἀθ[η]ναίων accipi potest. Immo nuper ad me missa est vasis inscriptio Beneventi effossi, quae his verbis concepta est: τῶν Ἀθ[η]νηθεν ἄθλων, prorsus ut in Byzantio titulo; et vas istud Attico illi (n. 33.) similimum est. Unde iam patet, n. 33. quoque legendum esse: τῶν Ἀθ[η]νηθεν ἄθλων εἰμί, et inter ΝΟ (Θ est Theta, non Omega, ut putabamus) excidisse vocalem Ε, sententiamque esse: *Sum ex praemiis, quae Athenis reportata sunt*. Haud dubie autem id vasculum Beneventi effossum ex Panathenaica victoria reportaverat Graecus quidam Maloentinus. Sed redeo ad epigramma Athenaei. Is igitur, quod superior tituli pars docet, et *Athenaeus* et *Epaphroditus* nominatus est; versus autem docent puerum esse Athenaeum vocatum. Quod nomen retinet etiam in superiore parte: et recte: nam ὁ μνηθεὶς ἀφ' ἐστίας est puer (v. ad n. 393.). At idem erat iam αὐξόμενος, ut in fine dicitur: unde patet non teneros pueros, sed adolescentibus propiores fuisse hos ἀφ' ἐστίας μνηθέντας. In versibus vero παῖς de prima pueritia dictum: unde opponitur ὁ αὐξόμενος. Aliter haec explicari nequeunt. Sed mirum quod, quum alterum eius nomen in superiore parte sit *Epaphroditus*, in versibus is postea διὸς Ἀθ[η]νόφιλος vocatus dicatur. Quam rem vide an ita expedias. *Parentes* Athenaeum, quod omnibus civibus carus esset, Ἀθ[η]νόφιλον vocarunt; sed *cives* vocarunt Ἐπαφρόδειτον, quod gratiosus et venustus esset: ex qua denominatione fluxit altera, qua eum vocarunt parentes.

CAPUT QUINTUM.
VARIORUM VIRORUM.

407.

Athenis in arce. Ed. Chandlerus Inscr. II, 17. p. 52. Ex Gellii schedis misit Rosius.

ΟΔΗΜΟΞΟΧΙΩΝ
ΦΗΞΙΝΟΝΕΚΥΘΙΝΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΠΟΛΙΑΔΙ
ΚΑΙΘΕΟΙΞΡΑΣΙ

Formas Γ ex Chandl. Α, Ο, Ξ ex Gell. dedi;
ex eodem vs. 1. dedi ΧΙΩΝ (Chandl. ΧΙΙΑΝ), et
extra uncōs primam vs. 3. litteram Α et vs. 4. Κ.
Positum litterarum ex Gellii schedis dedi. Ὁ δῆ-
μος ὁ Χίων Φήσινον Σκυθίνου Ἀθηνᾶ Πολιάδι καὶ Θεοῖς
πατρὶ. Aetas tituli fuerit fere Alexandri M. vel suc-
cessorum.

408.

In insula Salamine prope vicum *Ampelaki*, in marmore nigro. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 92. Wheler. Itin. p. 421.ΝΙΚΟΚΛΗΣΗΓΗΣΙΠΡΟΥΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ
ΕΙΚΟΝΑΤΗΝΔΕΑΝΕΘΗΚΕΝ... ΜΩΝΠΑΤΡΟΣΕΑΥΤΟΥ
ΑΘΑΝΑΤΟΙΣΙΘΕΟΙΣΚΟΣΜΩΝΙΕΡΑΝΣΑΛΑΜΙΝΑ

Formam Γ dedi ex Whel. et titulum in tres
lineas divisi, quod fieri oportere ex utroque apo-
grapho patet. Vs. 2. dedi Sponii lectionem: Whel.
ΑΝΕΘΗΚΕΝΝΙ... ΜΩΝ, quod non potest ve-
rum esse. Exempli causa in trium ap. Spon. lit-
terarum spatio colloco litteras ΑΠΗ.

Νικοκλῆς Ἡγησίππου Ἀναγυράσιος.
Εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκεν [Ἀπῆ]μων πατὴρ εἰαυτοῦ
ἀθανάτοισι θεοῖς, κοσμῶν ἱερὰν Σαλαμίνα.
Filius ... *mon* patris imaginem dicavit, *Nicoclis*
Hegesippi f.

409.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣΣΩ
ΑΥΤΟΥΠΑΤΕΡ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΔ
ΚΛΥΜΕΝΩΙΚ

Διονύσιος Σω..... [τὸν] ἐ]αυτοῦ πατέρ[α]
Διονυσίου Δ..... Κλυμένω καὶ Κόρη. Κλύμενον esse in-
ferorum deum ex Pausania aliisque constat, etiam
ex inscriptionibus, iisque Hermionensibus. Cf.
Müller. Dor. T. I. p. 399.

410.

„Athenis prope domum Consuliæ Franciæ”; ex schedis Fourmonti.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΝΔΗΜΗΤΡΙΟΥΠΕ
ΙΡΑΙΕΑ
ΘΕΟΔΩΡΟΣΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥΠ
ΕΙΡΑΙΕΥΣ
5 ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ἀντίπατρον Δημητρίου Πειραιέα Θεόδωρος Ἡρακλείδου
Πειραιεύς ἀνέθηκεν.

411.

Athenis ad viam in arcem, in marmore; ed. Dodwell. Itin. T. I. p. 318.

ΟΔΗΜΟΣ
... ΤΗΣΣΩΚΡΑΤΟΥΣΘΟΡΙΚΙΟΣ
... ΣΕΜΝΗΣΑΝΑΠΟΦΡΕΝΟΣΑΞΙΑΜΟΙΣΑ
... Σ...Ω...ΥΓΙΩΝΥΙΕΣΕΡΙΧΘΟΝΙΔΑΝ
5 ... ΣΟ.....ΑΣΕΔΟΣΑΝΤΕΡΑΣΑΙΓΑΡΑΘ
... ΤΟ...ΟΔΑΝΔΡΙΤΕΚΕΙΝΧΑΡΙΤΑ

Duo primi versus litteris paulo maioribus.
Vs. 1. 2. haec fere sunt:

Ὁ δῆμος.
Σωκράτης? Σωκράτους Θορίκιος.

Ex vs. 4. medici honores fuisse conicio, cui sta-
tua dicata, quae utpote insigni arte elaborata τέχνας

τέρας dici videtur. Exempli causa sic scripsi, vs. 4.
primo Σ in Ε mutato:

Οὐποτε σοι] σεμνᾶς ἀν ἀπὸ φρεν[ὸ]ς ἄξια Μοισᾶ[ν]
δοῖ[ε]ν δ]᾿ ὧ[ρ] ὑγιῶν υἱῆς Ἑργχθονιδᾶν.
τοῦνεκά] σο[ι] τέχ[ν]ας ἔδοσαν τέρας· αἱ γὰρ Ἀθ[ῆ]ναι
σπεύδουσιν] το[ι]ᾷδ' ἀνδρὶ τεκεῖν χάριτα.

Nec multum haec discedent a vero.

412.

Athenis sub arce. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 132.

ΟΔΗΜΟΣ Α....ΝΙΟΝ
 ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΝ.....
 ΕΠΙΦΑΝΗΝ ΕΠΙΓΕΝΟΥ
 ΕΥΩΝΥΜΕΑ
 5 ΔΙΗΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ὁ δῆμος
 στρατιώτην
 Ἐπιφάνην Ἐπιγένου
 Εὐωνυμέα.
 Δῆς (?) ἐποίησεν.

Statua militi Atheniensi posita. Δῆς non arbitror sanum esse.

413.

In vicinia turris ventorum, ubi rudera Romani operis; Dodwell. Itin. T. I. p. 377.

ΟΔΗΜΟΣ
 ΛΕΥΚΙΟΝ
 ΛΕΥΕΙΟΥ
 ΑΤΝ

Ὁ δῆμος Λεύκιον Λευ[κ]ίου Multi hoc nomine Athenienses fuerunt: igitur hoc fragmentum non cap. II. inserui.

414.

Athenis in ecclesia „Agia Conom”; Dodwell. l. c. p. 380.

ΦΙΛΟΓΕΡΑΙ
 ΕΛΕΩΝΙΔΗ
 ΓΩΠΑΤΕΙΤΗΝ
 ΑΜΑΡΑΝΟΥ
 5 ΕΗΑΡΑΨΤΟΚ
 ΥΠΕΙΓΤΙΝΑΝ
 ΖΙΝ

Vs. 1. Φιλογέραιον, 2. Ἐλεωνίδην (sed quid hoc?),
 3. Ἀρεοπαγείτην? etc.

415.

In conventu Capucinatorum Athenis. Male edidit Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 4. n. 2. p. 51. Ego dedi ex schedis D. St-Martin et Fourmonti.

ΗΒΟΥΛΗΗΞ
 ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥΚΑΙ[ΗΒΟΥ
 ΛΗΤΩΝΧΚΑΙΟΔ
 ΗΜΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΝ...
 5 ΟΔΩΙΟΥΑΛΙΜΟΥΣ[ΙΟΝ
 ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ

X diserte esse ap. Fourm. Mart. (Poc. Υ), et vs. 5. post Ω Fourm. et Mart. ductum I habere, quem omittit Poc. Titulus Hadriano antiquior est, sed recentior quam Olymp. 118. Vs. 2. forma ΑΡΕΟΥ non satis certa est; Fourm. Poc. solum ΟΥ habent, omissis praegressis.

Dedi schedas Martinianas, nisi quod vs. 4. ultimum N ex Fourm. est (Poc. Λ, Mart. Υ) et vs. 5. ΔΩ ex Fourm. Pocock. (Mart. ΛΟ): dein ibid. Mart. in fine ΟΣ, Fourm. ΟΥ, Poc. ΟΥΣ; postremo vs. 6. Σ inserui ex Fourm. Praeterea noto vs. 3.

Ἡ Βουλὴ ἡ ἐξ
 Ἀρέου πάγου καὶ [ἡ] Βου-
 λὴ τῶν Χ' καὶ ὁ δ-
 ῆμος Δημήτριον ...
 5 οδῶ[ρ]ου Ἀλιμούσ[ιον],
 ἀρετῆς ἕνεκεν.

416.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

.ΗΚΛΙΟΔΗΜΟΣ
 ..ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΥΦΛΥΕΑ
 ΑΝΤΑΣΤΡΑΤΙΩΤΙΚΩΝ
 ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΑΙΣΑΡΙ
 5 ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΙΣΕΒΑΣΤΩΙ
 ΑΝΕ...ΤΩΙ...ΩΝΣΕΒΑ
 ΣΤΩΝ

Ἡ Βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
 Ἀριστονίκου Φλυέα,
 ταμιεύσαντα? στρατιωτικῶν
 Αὐτοκράτορι Καίσαρι
 5 Γερμανικῷ Σεβαστῷ
 τῶν Σεβα-
 στῶν.

Tot fuerunt Imperatores Germanici, ut qui sit dici nequeat; neque ex litterarum forma et scripturae genere quidquam diiudicare licet: potest tamen Tiberius vel Claudius intelligi.

417.

In ascensu ad arcem, in marmore candido. Ed. Clark. Itin. P. II. S. II. p. 474.

ΗΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥ
ΛΗΤΩΝΕΞΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙ
ΙΟΥΛΙΟΝΝΙΚΑΝΟΡΑ..

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου Βου[λή] καὶ ἡ Βου-
λὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ [ὁ] δῆμος ..
Ἰούλιον Νικάνορα ..

Titulus ante Hadrianum scriptus, sed post
Augusti initium, ut videtur.

418.

Primus versus separatim editus ap. Cyriac. p. xiv. n. 98. „Athenis in Areopago ad aedem Dionysii, in quadam marmorea columna”, item ap. Murat. T. II. p. mxx. 4. ex schedis Cyriaci Barberinis. Nexu orationis duce adiunxi versus 2-4. ex Cyriaco n. 102. „Athenis, ad lapidem ornatum imaginibus viri et puerorum”, quos ex suis et Cyriaci schedis dedit etiam Murat. T. II. p. dcccclxxxvii. 8. et inde Gor. Inscr. Etrur. T. III. Append. p. 240.

ΑΡΧΕΒΙΟΣΠΕΙΡΑΙΕΥΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣΑΝΤΙΟΧΟΣΑΛΕΙΠΤΗΣ
ΠΑΙΔΩΝΚΑΙΣΑΡΟΣΕΠΕΜΕΛΗΘΗΕΥΤΥΧΗΣ
ΚΑΙΠΑΝΤΟΝΕΙΚΟΣΣΥΝΕΞΕΛΕΥΘΕΡΟΙ

Sustuli puncta quae ap. Cyriac. sunt; ceterum hunc secutus sum, nisi quod vs. 4. pro ΣΥΝΕΝ ex Murat. ΣΥΝΕΞ dedi, quamquam non video cur nunc συνεξελεύθεροι dictum sit et vs. 2. ἀπελεύθερος.

Haud dubie hic titulus anaglypho subscriptus est, quod ipsum Archebium, Attica civitate donatum, repraesentabat, et iuxta eum collibertos Eutychem et Pantonicum; curavit imagines Antiochus aliptes puerorum Caesaris, hoc est alimentariorum. Sic in Latinis titulis *pueri puellaeque Ulpiani* etc. Vide Fr. Aug. Wolf. *von einer milden Stiftung*

Traians p. 25 sqq. Καῖσαρ Θεὸς Σεβαστὸς est Augustus post obitum. Ceterum quae post ἐπεμελήθη posita sunt, ea separari debent; ad alia enim illa spectasse videntur, non ad vocem ἐπεμελήθη. Igitur haec sic interpungenda:

Ἀρχέβιος Πειραιεύς, Καίσαρος Θεοῦ Σεβαστοῦ
ἀπελεύθερος,
Ἀντίοχος ἀλείπτης παίδων Καίσαρος ἐπεμελήθη.

Εὐτύχης καὶ Παντόνικος συνεξελεύθεροι.

419.

Athenis in domo. Ed. Chandler. Inscr. II, 37. p. 57.

ΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥΔΙΟΝΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥΔΙΟΤΕΙΜΟΥΥΙΟΝΘΕΟΦΙΛΟΝ
ΒΗΣΑΙΑ

In alio lapide fuisse verba ὁ δῆμος, non male coniecit Chandl.

Τιβέριον Κλαύδιον, Τιβερίου Κλαυδίου Διοτίμου υἱόν,
Θεοφίλον, Βησαῖα.

420.

In basi, cui posthac titulus n. 380. impositus est. Non satis accurate dedit Chandl. Inscr. II, 34. p. 55. Equidem praeter notationem collectionis Choiseulianae n. 233. in qua hic titulus commemoratur ab auctore Dubois, usus sum apographis Fourmonti; Akerbladii (quod misit Münster), Mülleri, quod Parisiis factum est in Museo regio (v. catal. Clarac. n. 543.). Aeri incisus titulus etiam in tabulis Claraci. Litterae sunt egregiae.

Α Γ Α Θ Η Τ Υ Χ Η
ΗΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗ
ΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝΦΚΑΙΟ
ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΣΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
5 ΚΥΙΝΤΟΝΑΔ...ΝΕΠΙΚΤΗΤΟΝ
ΠΟΛΕΙΤΕΥΣΑΝΤΑΚΑΙΠΑΣΑΝΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝ
ΑΡΙΣΤ

B

Vs. 1. addidi ex Mülleri apographo, quod optimum est, et ex Akerbl. Clar. Dub. Vs. 2. Ak. ΑΡΙΟΥ, ceteri ΑΡΕΙΟΥ; litteras ΠΑ diserte habent Ak. Müll. (Fourm. A, Chandl. lacunam, Clar. litteras arrosas praebent). Vs. 4. articulum ὁ ante Ἀθηναίων solus omittit Chandl. Vs. 5. litteras ΑΔ Müll. ha-

INSCR. GR. VOL. I.

bet, et idem quattuor puncta: Clar. ΑΛ....., ceteri lacunam. Vs. 6. Chandl. ΠΟΛΙΤΕΥΣΑΝΤΑ.. ΠΟΛΕΙΤΕΙ[ΑΝ], Fourm. ΠΟΛΕΙ..... ΘΛΕΙΤΕΙ\, Akerbl. ΠΟΛΕΙΤΕΑΣΑΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝ, Müll. quod dedi, sed litteris ΝΤΑΚΑΙ ut incertis notatis; Clar. ut Müllerus, nisi quod ultimum I vocis ΚΑΙ ut

L11

certum habet. Vs. 7. 8. soli Müll. et Clar. habent. τον Ἀδ...[ο]ν Ἐπίκτητον, πολειτευσά[μενον] πᾶσαν πο-
Ceterum vss. 1. 8. maioribus litteris scripti sunt. λειτείαν ἄριστ[α]. Ψ. Β. (ψηφίσματι βουλῆς.) Titulus
Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ Hadriano non antiquior. Πολειτεύσαντα καὶ sensu
βουλὴ τῶν Φ' καὶ ὁ σεμνότατος δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κύιν- cassum est: quod dedi postulat res et usus.

421.

Athenis in magna basi marmorea prope portam occidentalem. Bis editus titulus inter Cyriaci inscriptiones, p. x. n. 75. et p. xiv. n. 101. dein ex suis et Cyriaci schedis ap. Murat. T. II. p. DCXLVII. 4.

ΗΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΚΑΙΗΒΟΥΛΗΤΩΝ
ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝΚΑΙΟΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝ
.....ΤΟΥΑΤΤΑΛΟΥΦΛ.

Dedi alterum Cyriaci exemplum (n. 101.): in altero versus aliter divisi sunt, rursumque aliter ap. Murat. Vs. 1. Cyr. n. 75. Γ, vs. 2. Cyr. ib. et Mur. minus ex usu Attico ΔΗΜΟΣΤΩΝΑΘ etc.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν
πεντακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων
..... Ἀττάλου Φλ.

422.

Athenis; ex schedis Fourmonti.

ΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣΤΗ
ΕΞΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΣΚΟΡΡΗΛΙΟ
ΟΝΟΜΑ

Ψηφισαμένης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, Κορρηλια-
νόν? etc. Cf. n. 394.

423.

Eleusine in parva ecclesia D. Georgii, in columna crassa. Ed. Spon. Itin. T. III. P. II. p. 122. Wheler. Itin. p. 429. Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 6. p. 62. ex Sponio Vandal. Diss. p. 501. Corsin. F. A. T. II. p. 169. (cf. T. IV. p. 176).

ΑΡΞΑΝΤΟΣΤΗΝΕΠΩ.....
ΤΙΒ.ΚΛ.ΣΩΣΠΙΔΟΣΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΤΙΒ.ΚΛ.ΛΥΣΙΑΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
ΤΙΒ.ΚΛ.ΛΕΩΝΙΔΟΥΔΑΔΟΥΧΟΥ
5 ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝΑΝΕΘ.....
ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟ.....
ΔΙΑΒΙΟΥΔΙΠΛΩΤΩΠ.....
ΛΟΓΙΣΤΗΝΚΑΤΑΠΕ.....
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣΧΑΙΡΩ.....
10 ΚΟΡΩΝΕΥΣΙΘΗΒΑ.....
ΤΗΣΤΕΑΛΛΗΣΑΡΕΤΗΣ

Fundus lectionis est Whelerianus, quocum in versuum adornatione mediocriter conspirat Poc. Vs. 2. et 3. ex Spon. addidi ΔΟΥΧΟΥ. Vs. 3. Spon. Whel. ΛΟΥ: dedi ΑΔΟΥ ex Poc. Vs. 4. deest ap. Spon. Vs. 5. ultimum Θ omittit Poc. et vs. 7. ultimum Π Spon. Vs. 11. Poc. Whel. ΤΕ, Spon. ΔΕ.

Ἀρξαντος τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν]
ibi post alios νεανίσκοι commemorantur; quamquam res incerta est; neque *ιατροῦ* mentio col. II. vs. 7. quidquam docet: contra n. 1265. 1270. sine causa gymnici habiti sunt. Sed magistratuum tituli *varii* sunt *generis*. Primum est eorum, qui plurium magistratuum quoque anno muneribus functorum recensum continent, maxime ephorum et nomophylacum simul omnium, qui uno vel pluribus annis magistratum gesserint, ut n. 1237. 1238. 1244. 1245. 1247. 1248. etc. secundum eorum, in quibus perscriptum est, quos hic et ille insignis vir successu annorum magistratus obtinuerit, ut n. 1254. 1255. 1258. 1259. etc. postremo plenissimi et integerrimi tituli ex utroque genere compositi sunt, aut primi generis titulo aliam, secundi generis titulo aliam columnam implente, ut n. 1239. 1240. 1241. 1249. 1256. quod genus *tertium* vocabo, aut in eadem columna utroque genere commisto, ut n. 1241. col. I. n. 1242. 1243. 1250. quod *quartum* genus esto. Ex quibus secundum eo videtur deducere, ut horum titulorum pars honori eorum virorum data sit, quorum magistratus successu annorum gesti enumerantur, additis etiam ceteris collegis et magistratibus, quibus munere fungentibus illi honorati sint, fere ut in Atticis titulis n. 115. 189. 353. Quod confirmaveris titulis class. II. n. 1304. 1320. ubi sub Imperatorum statuis catalogus nomophylacum et senatorum habetur, quemadmodum etiam n. 1247. catalogo magistratuum Imperatoris nomen praemissum reperitur; nec prorsus dissimiles class. III. n. 1341. 1364. a. In tertio vero genere an diversae columnae connexae fuerint, ambiguum est: in quarto, quum fere sola fragmenta teneamus, ac ne primi quidem et secundi generis tituli integri esse soleant, a Fourmontio suspicēris hinc inde aliquid turbatum esse; in nonnullis tamen ratio idonea deprehenditur. Nam n. 1242. enumeratio magistratuum successu annorum ab uno gestorum pertinet ad ultimum nomen catalogi nomophylacum; cui nomini aliqua ex causa illa elogia adscripta sunt: et n. 1241. col. I. init. elogia Agathoclis Stephani f. superesse ex catalogo videntur, qui supra scriptus fuerit, ita ut eadem fuerit ratio quae n. 1242. Praeterea secundi generis catalogos cum tertii quartique iis partibus, quae cum secundo conveniunt, nota ita comparatos esse, ut cuiusque viri magistratus ex ordine annorum, quibus gesti sint, perscribantur; unde simul colligitur, quae magistratuum eponymorum series fuerit, et qui ordo in muneribus capessendis observatus Spartae sit: sed plures passim viri deinceps recensentur, et cautione opus est, ne diversorum virorum elogia et cum his magistratuum seriem confundas. Sic n. 1239. col. III. primo loco collocatus est Eutychus, synephebus cuiusdam patronomi, cum munerum enumeratione: - - - ἐπὶ Κατ. Ἀριστοτέλους, Διὶ μεταγωγὸς ἀπὸ Ἀσίας ἐπὶ Ἀγητορίδα, νομοφύλαξ ἐπὶ Ξεναρχίδα, ἐφορος ἐπὶ Νηδύμου. Additur alius: Γλυκῶν Γλυκῶνος - - - ἐπὶ Τιτιανῶ, νομοφύλαξ ἐπὶ Ἀγητορίδα, ἐφορος ἐπὶ Νηδύμου. Vides duos ephoros eiusdem anni inscriptos esse, et ephoriam ultimum eorum magi-

stratum fuisse: unde coniicio tres priores ephoros initio intercidisse. Similiter alii tituli sunt comparati, ut n. 1254. duo inscripti nomophylaces sunt, deficientibus ut videtur ceteris. Non tamen omnes viros, qui sic deinceps positi sunt, eodem anno ultimum magistratum gessisse, docet n. 1241. col. III. Postremo hoc memorabile, titulos hos, quocunque consilio compositos, simul diis consecrari consuevisse, id quod expressum est n. 1239. col. III. (Θεοῖς), n. 1248. col. I. (Νικίας Φιλέα ἱππαρχήσας Θεοῖς), n. 1261. (Θεοῖς σωτήρησι Διοσκόροις): et huc fortasse referendi etiam n. 1240. 1245. ubi Διὸς βουλαίου videtur mentio latere.

II. Nunc de magistratibus ipsis dicturus accedo primum ad *patronomos*. Nomen Osannus Syll. p. 256. ad iuvenilem disciplinam revocat: sed propria *πατρονομία* et *πατρονομεῖσθαι* de eo dicitur, qui patria imperet potestate; et quum universa respublica Spartana ad familiae modum temperata fuerit, *πατρονόμος* videtur is dictus esse, qui quasi patria potestate universae praeesset reipublicae: principes enim constat patronomos magistratus fuisse a Cleomene III. institutos, et Senatus, summi olim collegii, muneribus, certe in speciem, auctos. Pausan. II, 9, 1. de Cleomene: καὶ τὸ κράτος τῆς γερονσίας καταλύσας πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν: hoc est, vim Senatus resolvit testibus Pausania III, 11, 2. epistola ap. Ioseph. A. I. XIV, 9. et titulis compluribus. Patronomos inter principes magistratus cum gymnasiarchis et ephoris componit Philostratus Vit. Apollon. IV, 32. muneris meminit Plutarchus An seni sit resp. ger. c. 24. ex quo coniiciat aliquis id vel ante Cleomenem obtinuisse: ego non credo. Numerus non constat: plures tamen fuisse praeter Pausaniam docet titulus n. 1356. Nam n. 1341. res ambigua est: vide ibi not. Sed quod maximum est, quum olim ephorum princeps fuerit anni eponymus, hac Imperatorum aetate, et credo inde a Cleomene, patronomorum princeps est eponymus anni: quippe ephoros sustulerat Cleomenes: quibus postea restitutis non tamen hoc videtur redditum esse, ut ex iis anni designarentur. Rem a me ad n. 64. 68. significatam et iam olim ex tenui indicio a Corsino (Nott. Gr. Diss. p. xcvi.) aliquatenus collectam paucis demonstratam dabo adversus Pausaniae auctoritatem, qui III, 11, 2. de sua aetate dicens ait: Ἐφοροὶ δὲ τὰ τε ἄλλα διοικοῦσι τὰ σπουδῆς μάλιστα ἄξια, καὶ παρέχονται τὸν ἐπώνυμον, καδὰ δὲ καὶ Ἀθηναίους τῶν καλουμένων ἐννέα ἐπώνυμός ἐστιν εἰς ἄρχων: nempe hic priorum temporum rationem transtulit ad suam aetatem, nec quid sua aetate Spartae moris esset, diligenter sciscitatus est: id quod ei etiam in bideis accidisse censeo (cf. cap. III.). Nam tituli hi, qui contrarium docent, ipsam Pausaniae aetatem complectuntur haud dubie; certe n. 1241. non ante Hadrianum scriptus est, post quem *ἐπώνυμιαν* Spartae mutatam esse, non videtur probabile; et n. 1247. Antonini Pii mentio fit: in eodem autem titulo latet patronomus eponymus Seidectes.

Gggg

Sed patronomum fuisse eponymum, hac ratione inveni. Quippe ubi magistratus recensentur, qui ἐπὶ τοῦ δαίνα fuerint, manifesto ὁ δαίνα est eponymus civitatis annuus. Iam vero n. 1237. ephori enumerantur et nomophylaces ἐπὶ Γα. Ἰουλίου Φιλοκλείδα; sed C. Iulius Philoclidus non est inter ephoros: atque eodem modo n. 1240. col. II. n. 1241. col. I. n. 1243. 1244. 1245. 1249. Itaque ephorus non est eponymus. Porro ubi magistratus designantur, quos quisque certis temporibus gesserit, ut n. 1239. ἐπὶ Κασ. Ἀριστοτέλους, ἐπὶ Ἀγητορίδα, ἐπὶ Ξεναρχίδα, ἐπὶ Νηδύμου, ἐπὶ Τιτιανού, item n. 1240. 1241. 1249. etc. patet haec nomina esse eponymorum anni cuiusque. Hos autem non alios esse ac patronomos, docent loci aliquot, ubi patronomi appellatio addita est, primum n. 1240. col. III. licet mutilata, deinde n. 1241. col. II. ubi in annis designandis primum omittitur, mox inde a personae mutatione, variante, ut solet in titulis, eandem rem perscribendi ratione additur πατρονόμου: ἐπὶ Ἀριστοκράτους, ἐπὶ Πρατο[λάου], ἐπὶ Διονυσίου, ἐπὶ [Λυσί]ππου, tum ἐπὶ πατρονόμου Λυσίππου [τοῦ Φίλο]χαρείνου, ἐπὶ πατρονόμου Εὐρυκλέ..., ἐπὶ πατρονόμου Σεϊτόμου etc. ἐπὶ πατρονόμου Τιβ. [Κλαυδίου] Ἀριστοβούλου. Cf. praeterea n. 1251. 1258. 1259. 1268. 1365. b. Etiam in eadem persona modo additur πατρονόμου, modo omittitur. Sic n. 1265. habetur: ἐπὶ πατρονόμου Τιβ. Κλαυδίου Ἀριστοβούλου vel Ἀριστοτέλους, n. 1241. col. II. ἐπὶ πατρονόμου Τιβ.

[Κλαυδίου] Ἀριστοβούλου; sed n. 1243. brevius est ἐπὶ Κλαυδίου Ἀριστοβούλου, et n. 1241. col. I. n. 1243. ἐπὶ Ἀριστοβούλου. Item n. 1239. col. III. est ἐπὶ Ξεναρχίδα, quem patronomum celebrat n. 1356. et n. 1259. dicitur ἐπὶ Ἰουλίου Ἀγαθοκλέους, qui patronomus est n. 1360. Ceterum quum patronomi plures fuerint, nisi reperiatur dictio ἐπὶ τοῦ δαίνα, non constat, patronomus qui dicitur, eum esse eponymum: quod ob n. 1365. annoto. Pluries potuisse eundem patronomum creari, docet P. Memmius Pratolaus quartum patronomus n. 1341. Summus autem magistratus quum patronomia fuerit, ultimo loco eam capessivisse videntur: neque unquam in catalogis munerum gestorum aliquis ante ephoriam vel legum custodiam dicitur patronomus fuisse: immo in nullo, qui superest, catalogo inter reliqua munera, quae sub cuiusque nomine perscribuntur, patronomia notata reperitur.

Certus patronomorum eponymorum ordo contexti non potest: tamen plures ob causas utile iudicavi omnes patronomos eponymos quantum fieri potest qualicumque serie disponere: quod feci in tabula addita. In qua ubi alterum ante alterum fuisse notavi, id ipsum nititur titulis his, maxime secundi generis, et titulorum tertii quartique generis partibus iis, quae cum secundo conveniunt (vide cap. I. huius introductionis). Ubi series prorsus abrumptur, lineolam subnotavi.

TABULA PATRONOMORUM EPONYMORUM.

Χαρίππος n. 1260.

Ἀλκιππος n. 1416.

Μενελαΐδας n. 1262.

Γ. Ἰούλιος Φιλοκλείδας n. 1237. bis.

Μενελάης, aetate Nervae Imp. fere a. u. c. 850. Vide n. 1424.

Καλλιμάχης Ρούφου n. 1240. II. Hic n. 1252. est nomophylax et vocatur Ρουαχός, dum Cleodamus Callicratis f. ephorus est. Quodsi ille Cleodamus non differat a patronomo, Callicrates Rufi f. aetate circiter Hadriani vixerit. Hoc patronomo Callicrate ephorus fuit P. Memmius Pratolaus Deximachi f. (n. 1240. II.).

Σειμήδης n. 1261. ante P. Memmium Pratolaum Deximachi f. Vide Introd. cap. vi. Fortasse est C. Iulius Seimedes C. Iulii Polyucti f. (n. 1372.).

Πό. Μέμμιος Πρατόλαος Δεξιμάχου n. 1261. ephorus patronomo Callicrate Rufi f. (n. 1240. II.). Huius pater est a Dioscuris sacerdos XLII. (n. 1340.); igitur secundo post Christum saeculo fere pater et filius vixerint. Alius est P. Memmius Pratolaus, qui et Aristocles, Damaris f. quater patronomus (n. 1341. 1342.).

Πασικράτης n. 1241. I. ante Seidectam.

Σειδέκτας n. 1241. I. ante Iulium Charixenum, Hadriani aetate. Eius synephebi memorantur n. 1244. 1247. nomophylaces Imp. Antonino Pio.

Ἰούλιος Χαρίξενος n. 1241. I. ante Seitimum. Huius filius videtur C. Iulius Lysicrates ephorus n. 1240. patronomo Callicrate Rufi f. (n. 1240. II.).

Κλεόδαμος n. 1265. cf. Introd. cap. vi. circa aetatem Hadriani vivens (vide not. ad n. 1265.), fortasse ephorus n. 1252. ubi Κλεόδαμος Καλλιμάχους.

- - κλῆς n. 1243. ante Flavium Chae - -

Φλάβιος ΧΑΙ - - n. 1245. ante Σ - -, Seitimum credo; quamquam etiam Σ[ηιανού] ibi scribi potest. ΧΑΙ fortasse est

Χαρίξενος: certe Τ. Φλάβιος Χαρίξενος habetur n. 1424. athlota Imp. Nerva: et hic potest idem esse.

Σείτεμος n. 1241. I. ante Aristobulum, Hadriani aetate. n. 1243. ante Lysippum.

Γ. Ἰούλιος Λάκων τὸ Β' n. 1347. Hadriani aetate.

Ἀριστοκράτης n. 1241. II. ante Pratolaum. Ab hoc videtur distinguendus M. Aristocrates Firmi f. de quo infra.

Πρατό[λαος]? an Πρατό[νικος]? n. 1241. II. ante Dionysium. Alius et recentior videtur P. Memmius Pratolaus, qui et Aristocles, Damaris f. (n. 1341.) esse, quem infra posui.

Διονύσιος n. 1241. II. ante Caesa - -. Dionysius homo insignis est n. 1349. 1353. aetate fere Caracallae: sed eundem esse non constat.

Καισα - - n. 1241. II. ante Lysippum.

Λύσιππος Φιλοχαρίνου n. 1241. II. ante Memm. Pium, et n. 1242. item ante Memm. Pium. Idem videtur n. 1241. II. 15. simpliciter Λύσιππος dici, nec non n. 1243. ante Aristobulum. Nomophylax est n. 1240. I. patronomo Memm. Spartiatico.

Μέμμι. Πίος s. Πέιος n. 1241. II. ante Eurycleonem, n. 1242. ante Hermogenem; n. 1251. Μί. vel hic vel Memm. Pratolaus esse potest: in quo titulo bideus est Gorgippus Gorgippi f. quem conieci M. Aurelio et L. Vero Imp. floruisse. Vide ad n. 1357.

Εὐρυκλέ[ων] vel Εὐρυκλ[ῆς] n. 1241. II. ante Seipompum.

Σείτομος Εὐρυκλείωνος n. 1241. II. ante Aristobulum.

Ἀριστοβούλος n. 1241. I. 1243. ante Aphthonetam. Idem haud dubie Τιβ. Κλαυδίου Ἀριστοβούλου n. 1241. II. extr. Hic etiam n. 1265. reponi potest, qui titulus ad Hadriani fere aetatem pertinet: unde tamen non colligitur Aristobulum non potuisse multis post Hadrianum annis patronomum creari. At n. 1265. pro Aristobulo potest etiam Aristoteles inferri. Claudius Aristobulus gymnasiarchus est n. 1358.

Σοίξιτέλης n. 1282. aetate Tisameni.

Τισαμενός n. 1282. hoc circiter loco, si Hermogenes n. 1282. idem est qui n. 1242.

Ἐρμογένης n. 1242. ante Lysippum Mnasonis f.

Λύσιππος Μνάωνος n. 1242. ante Nicephorum, n. 1258. ante Aristonic. Musaei f. Idem a me repositus est n. 1255. Cf. Introd. cap. vi.

Νεμψήφορος n. 1242.

Ἀττικός n. 1241. I. ante Aristonicidam, et n. 1245. Hic est Atticus Herodis f. n. 1256. ubi eius synephebus ut patronomi habetur. Cf. Introd. cap. vi. Haud dubie est Herodis Attici filius.

Ἀριστονεῖς - - Μουσαίου n. 1258. ante Damo - - Philocratis f. Hic videtur Ἀριστονείδας esse n. 1241. I. ante Alcastum.

Δαμο - - Φιλοκράτους n. 1258. ante Claud. Per. Fortasse idem est Δαμόστρατος vel Δαμόκριτος n. 1269.

Κλ. Περ - - n. 1258.

Ἀφρόδιτος n. 1241. I. ante Atticum, n. 1243. ante Claud. Aristotelem. Hoc patronomo Agathocles nomophylax est, qui Hadriani aetate hipparchus et agoranomus fuit.

Πό. Μίμμιος Πρατόλαος, ὁ καὶ Ἀριστοκλῆς, Δαμάρεος, quater patronomus, sed incertum an eponymus, n. 1541. (cf. n. 1342.) Hic non ante M. Aurelium vixit.

Δαμάρεος n. 1243. 16. ante Claud. Aristotelem; vide Introd. cap. vi. Alius videtur ensitus S. Pompeius Damares n. 1242. 27. neque idem me iudice P. Memmius Damares n. 1241. ephorus patronomo Eudamo, post Claudium Aristotelem, nomophylax n. 1250.

Πομπήσιος n. 1267. in mutilato titulo. Possis de S. Pompeio Damare ensito n. 1242. 27. cogitare.

- - νεῖκος n. 1244. 5. cf. Introd. cap. vi. ante Lycurgum.

Ab hoc diversus videtur Πρατόνεϊκος, quem infra posui.

Λουκούργος n. 1244. Antoninorum aetate: quo patronomo ephorus est aliquis Seiectae synephebus patronomi supra positi.

Τιμομένης n. 1248. III, 1. quo tempore senator Tib. Claudius Aristoteles. Idem habetur n. 1248. III, 6. vide Introd. cap. vi.

Φιλοκρατίδας n. 1248. II. eadem aetate qua Timomenes et C. Iulius Eudamus, qui eo patronomo est nomophylax.

Κλαύδιος Ἀριστοκλῆς n. 1243. senator patronomo Timomene n. 1248. ubi Τιβ. Κλαύδιος Ἀριστοκλῆς. Idem restitui potest n. 1265. Sed recentior pro huius aetate, quippe Caracalla Imp. florens, est Tib. Claudius Aristoteles Spartiatice f. n. 1350. 1448. cui origo a Neptuno n. 1349. Nam n. 1349. idem qui n. 1350. intelligendus est, quo ducit mentio Dionysii n. 1349. et 1353. in quo quidem postremo titulo manifesto idem recentior est intelligendus.

Μνάσιων n. 1291. et n. 1241. I, 25. ante Lysimachum; vide Introd. cap. vi. Inter nomophylaces n. 1304. est Mnason Lysippi f. credo eius, qui supra in patronomia habetur, Lysippi Mnasonis f. Rursum Mnason Deximachi f. est n. 1340. Pasicles n. 1424. Lysimachi pater Mnason extat n. 1282.

Λυσίμαχος n. 1241. I, 25. ante Cass. Aristotelem: vide Introd. cap. vi. Idem patronomus est n. 1243. 27. Fortasse ex hoc titulo, in quo vs. 15. Claudii Aristotelis patronomi mentio fit, eum ante hunc putes patronomum fuisse: sed quum utriusque partis nexus non appareat, hoc in ambiguo relinquo.

Φίλερος n. 1242. 11. aetate C. Pomponii Alcasti (vide Introd. cap. vi.); item n. 1288. Idem fortasse ephorus n. 1243. patronomo Claudio Aristotele, C. Jul. Phileros Theoxeni f.

Ἀλκαστος n. 1241. I. ante C. Iul. Eudamum, ut videtur. Hic potest C. Pomponius Alcastus esse, pontifex Angustorum aetate Antoninorum, cuius elogium habes n. 1242. ubi est ephorus inscriptus, et n. 1247. ubi nomophylax est isque princeps, ensitus n. 1253. Sed duos esse Alcastos intelligimus ex n. 1351. alter pater, alter fratris vel sororis filius C. Pomponii Agidis est; igitur prior avus est alterius.

Μίμμι. Σπαρτιατικός n. 1249. III. ante Eudamidam, n. 1240. I. ante Agetoridam. Idem intelligendus n. 1242. 18. Vide Introd. cap. vi.

Εὐδαμίδας n. 1249. III. ante Seianum et Aristocratem (intelligo M. Aristocratem Firmi f. certe aliter me non expedit).

Σηιανός n. 1249. III. ante Characem.

Βιάδας n. 1249. III. ante Characem.

Κοσσαίος n. 1256. ante C. Iulium Panthalem. Hoc Cossaeo patronomo Attici patronomi synephebus olim Corinthas iam fuit Panhellen: unde post Atticum triginta fere annis Cossaeus patronomus fuerit. Vide de synephebis Introd. cap. vi.

Μ. Αὐρήλιος Τειμοκλῆς ὁ καὶ Κλεο - - n. 1268. non ante Aurelios Imp.

Γ. Ἰούλιος Πανθαλῆς n. 1256. ante Longinum, n. 1259. ante Claudium Brasidam; item n. 1272. patronomus est. In postremo titulo meri prope M. Aurelii habentur; unde colligas, diu post M. Aurelium floruisse Panthalem, quo praeterea patronomo Corinthas Attici patronomi synephebus fuerit iam senator (n. 1256.).

Πό. Αἴλιος Δαμοκρατίδας Ἀλκωνίδας n. 1364. b. ubi eius synephebus memoratur Tib. Claudius Sophron. Pater ut videtur huius patronomi Alcandridas vixit ea aetate, qua M. Aurelii nomen iam pervulgatum (n. 1364. a.). De synephebo cf. Introd. cap. vi.

Λογγεῖνος n. 1256. quo patronomo bideus fuit Attici patronomi synephebus Corinthas. Longinus est filius Damaris n. 1359. ubi habes eius synephebum.

Κλαύδιος Βρασιδῆς n. 1259. ante Agathoclem. Brasidas patronomus est etiam n. 1286. cf. Introd. cap. vi. Alius eiusdem familiae fortasse Τιβ. Κλαύδιος Βρασιδῆς Βρασιδίου n. 1329. et manifesto alius Τιβ. Κλαύδιος Πρατόλαος Βρασιδίου n. 1343. 1426.

Ἰούλιος Ἀγαθονκλῆς n. 1259. ante M. Aristocratem; idem patronomus dicitur n. 1360. Hippothalis f.

Μ. Ἀριστοκράτης Φέρμου n. 1259. Idem opinor est M. Aristocrates n. 1250. ante Periclem; n. 1249. III. est Aristocrates patronomus post Eudamidam et ante Characem, quem eundem censeo.

Γ. Ἰούλιος Εὐδαμος n. 1241. I. ante Cassium Aristotelem, nomophylax n. 1248. patronomo Philocratida.

Χάρης n. 1249. III. ante Cassium Aristotelem.

Ἀρέτων n. 1249. III. Aretones patrem et filium, hunc aetate Caracallae, habes n. 1353.

Κάσ. Ἀριστοκλῆς n. 1241. I. 1239. III. ante Agetoridam. Idem est n. 1249. III. simpliciter Aristoteles dictus. Vide ad n. 1241. 1249.

Ἰούλιος Δαμ - - n. 1320. Septimio Severo Imp.

Τιτιανός n. 1239. III. ante Agetoridam.

Ἀγητορίδας n. 1239. I. III. ante Xenarchidam; idem est n. 1240. I. ubi quod statim post Memm. Spartiatum positus est, non inde colligitur, continuos utriusque annos fuisse. Fortasse idem est C. Iulius Agetoridas n. 1354. qui Caracallae aetatis esse videatur.

Ξεναρχίδας n. 1239. III. ante Nelymum. Ξεναρχίδας Δαμύππου patronomus habetur etiam n. 1356.

Νήδυμος n. 1239. III. et n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Vide Introd. cap. vi.

Κλέανδρος n. 1254. ante Dionem. Cf. etiam ad n. 1249. IV. ubi in eadem tabula cum Callicrate Callicratis f. perscriptus olim erat.

Δίων n. 1254. ante Theoclem.

Θεοκλῆς n. 1254. ante Periclem.

Περικλῆς n. 1254. ante Nicippidam, n. 1250. ante Pratonicum.

Π. Πρατόνεϊκος n. 1250. extr. Nomen idem habes n. 1250. 15. Praeterea n. 1276. est ante Damonicidam.

Δαμονικίδας n. 1276. circa aetatem Cass. Aristotelis, Agetoridae et ceterorum, qui n. 1239. habentur, ante Poly - -

Πολυ - - n. 1276.

Νικιππίδας n. 1254. ante Pasicratem minorem, n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Cf. Introd. cap. vi.

Πο. Ἄγης n. 1249. II. ante Callicratem Callicratis f. Cf. Introd. cap. vi. Fortasse idem est n. 1266. Γ. Πομπήσιος Ἄγης nomophylax patronomo Agetorida n. 1240. I. potest et ipse idem videri. Est Alcasti filius n. 1351.

Καλλιμαχῆς Καλλιμάχου τοῦ Ἀριστοκλῆους n. 1249. II. cuius pater magistratum gessit patronomo Claudio Aristotele vel Aristobulo n. 1265.

Σωσικράτης n. 1257. ante Pasicratem minorem.

Πασικράτης νεώτερος n. 1254. 1257.

Πατριδίκος Εὐδαμίου n. 1364. b. quo patronomo syndicus fuit Tib. Claudius Sophron synephebus patronomi P. Aelii Damocratidae. Hic vix ante tertium post Christum saeculum floruit.

Σέκ. Πομ. Σπάταλος patronomus an eponymus sit n. 1365. non constat. Vide ibi not.

III. Post patronomos dico de ephoris, nomophylacibus, bideis.

1. *Ephoros* sustulerat Cleomenes III. restitutos esse non solum Pausanias III, 11, 2. sed etiam hi tituli docent, in quibus ante nomophylaces recen-

seri solent, numero quinque, ut antiquitus: eorum significationem aliquoties ex aliorum titulorum similitudine supplēvi, et ut, diversos eos ab eponymis esse, clarius perspiceretur, hunc illorum catalogum contexui.

TABULA EPHORORUM.

Ἐπὶ Γ. Ἰουλίου Φιλοκλείδα n. 1237. 1238.

Ἀλεξίς Φιλοκράτους πρ.
Πασικλῆς Φιλοκράτους,
Εὐκλείδης Δεινακίως,
Φιλοκράτης Διογένους,
Κ. Οὐβίος Φιλοκλῆς Πατικλέους.

Ἐπὶ Καλλικράτους τοῦ Ῥούφου n. 1240.

Γά. Ἰούλιος Λυσικράτης Χαριζένου πρ.
Πό. Μέ. Πρατόλας Δεξιμάχου,
Ἀνέγκλητος Εὐπορίστου,
Λέων Φιλοθέου,
Εὐτυχὸς Νύμφα.

Ἐπὶ Λυσίππου (Philocharini f. opinor) n. 1241.

--- κης --- κα τοῦ Φιλοκράτους.

Ἐπὶ Τιβ. Κλαυδ. Ἀριστοβούλου n. 1241.

--- ς Εὐκρίνους.

Ἐπὶ Ἀττικῷ n. 1245.

Πωλλίων Ἰσοχρόστου πρ.
Χάρης Χάρητος,
Ἀγαθοκλῆς Στεφάνου (ut n. 1241.),
Πολύξενος Πολυξένου,
Μ. Οὐλπίος Καλλικράτης.

Ἐπὶ Λυκούργου n. 1244.

--- τιμος πρ.
--- Ἀγαθίας,
--- ης,
--- ιππος Εὐμήρου,
--- ατης.

Ἐπὶ Κλαυδίου Ἀριστοτέλους n. 1243.

Γ. Ἰούλιος Φίλεως Θεοξένου πρ.
Νέων Νέωνος,
Γ. Ἰούλιος Νέας,
Ἐλενος Σωστράτου,
--- ρος.

Ἐπὶ Ἰουλ. Ἀγαθοκλείους n. 1259.

--- τύλος --- ονίκου.

Ἐπὶ Χάρητος n. 1249. III.

Γοργίων Κλεοβούλου.

Ἐπὶ Γα. Ἰουλίῳ Εὐδάρῳ n. 1241.

Ἀνδρόνικος Ξενοκράτους πρ.
Ἰούλιος Ἀλεξῆς,
Πό. Μέμμιος Δαμάρης,
Πό. Αἴλιος Ὀνησίφορος,
Τύχιππος Πατικλέους.

Ἐπὶ Δαμωνιδῆ n. 1276.

Ἀγαθοκλῆς Ἀριστοκλείους vel Ἀγαθοκλέος.

Ἐπὶ Κατ. Ἀριστοτέλους n. 1241.

Καλλικράτης Καλλικράτους πρ. (cf. ad n. 1249. III.)
Φιλοκλῆς Φιλοκλέους (ut n. 1249. III.)
Νερίβιος Νόητος (Γάιος, ut n. 1249. III.)

Πό. Αἴλ. Νικανδρίδας (ut n. 1249. III.)

Ἀπολλώνιος Ἐραστου.

Ἐπὶ Ἀγητορίδα n. 1239. I. extr. n. 1240. I. extr.
Φιλοξενίδας Ἀριστοκλείους ὁ ἀγαθός.

Ἐπὶ Νηδύμου n. 1239. III.

Γλύκων Γλύκωνος.

Ἐπὶ Θεοκλείους n. 1254.

Δαμοκρατίδας Ἀγιάδα.

Ἐπὶ Καλλικράτου τοῦ Καλλικράτου τοῦ Ἀριστοκλείους n. 1249.

Τούλ. (Γ. Ἰούλ.) Ὀνησίφορος πρ.

Χρυσόγονος Πηνίου?

Νεϊκανδρος Νεϊκανδρου,

Φίλιππος Νεανίσκου,

Τιμοτέλης Τιμοτέλους.

Ἐπὶ --- n. 1242.

Τελέσφορος Ἀντισφόρου πρ.

Γά. Πομπώνιος Ἀλκαστος,

Φιλοθέος Φιλοκλέους,

Πό. Αἴλιος Δίων,

Δαμακίων Δαμακίονος.

Ἐπὶ --- n. 1244.

Νεϊκ --- λωνίδα.

Ἐπὶ --- n. 1247.

Ἀγιάδας Ἀριστοκράτους πρ.

Μιρκίος Κλαυδίου Ἀγαθακλῆς,

Εὐκλῆτος Νυμφοδότου,

Νεϊκάρων Ζήλου,

Τειμοκράτης Καλλιστράτου.

Ἐπὶ --- n. 1252.

--- φάντης πρ.

Ἐπιτυγχάνων Ὀνησιφάραν,

Ξενοκλῆς Φιλοξενίδα,

Κλεοδαμος Καλλικράτους,

Μητροδώρος Ἀπολλωνία ὁ ἀγαθός.

Ἐπὶ --- n. 1326.

Μ. Αἴλιος Λεοντᾶς πρ.

Ἐπὶ --- *Taenariorum* n. 1321. Caracalla Imp.

Ἀνδρῆλος Ἀριστοτέλης Ἑλλανίκου πρ.

Ἀνδρῆλος Ἄλκι --- Ῥούφου,

Ἀνδρῆλος Καλλικρατίδας Καλλικρατίδα,

--- Κάλ --- πα,

Ἀνδρῆλος Δίκαιος ---

Ἐπὶ --- *Taenariorum* n. 1322. Gordiano III. Imp.

Μ. Ἀνδρῆλος Θαλάρχος Θαλάρχου πρ.

Ἐπὶ --- *Oetylensium* n. 1323. Gordiano III. Imp.

Μ. Ἀνδρῆλος Νεικήφορος Προσθέντου πρ.

Habent autem ephoros suos etiam Eleutherolacones, et horum quoque eos, qui supersunt, in tabulam hanc recepi; memorantur ephori Oetylensium (n. 1323.), Geronthratarum (n. 1334.), Taenariorum seu Καϊνηπολιτῶν (n. 1321. 1322.). Geronthris mandatur his proxenia inscribenda; statuam Caracallae n. 1321. Gordiani n. 1322. 1323. collocandam curant: eponymi Eleutherolaconum an fuerint necne, non liquet.

2. Ephoros in titulis sequuntur *nomophylaces* etiam a Pausania III, 11, 2. memorati; aliquoties,

raro tamen, in Fourmontianis scribitur νομοφύλακες, quod in tanto numero eorum locorum, ubi Y in vocibus νομοφύλαξ et γραμματοφύλαξ scriptum, corruptum censendum est: Numerum nomophylacum nemo tradidit: n. 63. in spurio Fourmonti titulo duo sunt, sed plures in genuinis titulis. Quinque sunt n. 1237. ubi tamen in fine aliquid deest; et n. 1238. ubi iidem viri repetuntur, sunt sex, nisi sextum nomen alius esse dixeris, et aliquid in fine perisse, quo hoc expressum fuerit. Sex numeres etiam n. 1250. Totidem habentur n. 1239. col. I.

extr. n. 1240. col. I. sed si ibi ultimum nomen, ephorum Philoxenidam dempseris, qui alia de causa debet adscriptus videri, erunt tantum quinque. Porro n. 1240. col. I. princ. sex erunt, si nomen Μόλοχος computo addetur: sed illud omnino suspectum et obscurum est: quo dempto erunt quinque. Iam vero, quantum ex his titulis partim mutilis iudicare licet, in plurimis omnino quinque sunt, et n. 1242. qui optime servatus est, n. 1244. 1248. 1249. col. II. quae columna integerrima, et col. IV. quae et ipsa intemerata, n. 1251. 1252. ubi tutum prorsus iudicium, n. 1304. ubi nulla ambiguitas. Et in hoc consistendum est. N. 1245. nomophylaces vs. 13. et n. 1247. vs. 15. terminari videntur, ceterique ministri, ἐνσώτοι, οὐσώτοι vel σπονδοφόροι esse, ut n. 1249. col. II. et IV. ac n. 1252. Et eo n. 1245. videtur vox γερουσία pertinere, e. e. ὑπηρετὴς γερουσίας. Idem iudica de n. 1238. 1250. Mitto n. 1246. Ceterum inter nomophylaces unus est γραμματοφύλαξ, ut n. 1239. col. I. extr. 1240. col. I. extr. 1242. 1247. 1249. col. II. 1251. 1304. idemque in catalogis secundi generis et eorum similibus hinc inde memoratur.

3. His adiungam *bideos*, de quibus quae p. 88 sq. dixi, ea partim repeto, partim suppleo. Duplex nominis scriptura in his titulis extat, *βιδεός* et *βιδυός*, nusquam *βιδιαίος* nec *βειδιαίος*. Prior est n. 1241. col. III. vs. 18. *βιδεός ἐπὶ πατρὸν ἡμῶν Λυσίππου τοῦ Φιλοχαρείνου*, n. 1242. vs. 23. *βιδεός ἐπὶ Λυσίππου τοῦ Μνάσωνος*, n. 1255. extr. *βιδεός [ἐπὶ - - -]*, n. 1256. vs. 15. *βιδεός ἐπὶ Λογγεῖνου*, n. 1258. col. I. extr. *βιδεός ἐπὶ - - -*, n. 1268. *βιδεοὶ οἱ περὶ τὸν ἀξιολογώτατον Μ. Αὐρ. Ἐλεον*, n. 1269. *βιδεοὶ ἐπὶ Δαμο... του*, n. 1364. a. *πρέσβυς βιδεῶν* P. Ael. Alcandridas (non ut p. 89. scriptum, Alexandridas). Altera est n. 1254. *βιδυός ἐπὶ Νικητιππίδα*, n. 1270. *βιδυοὶ ἐπὶ Δ - -*, n. 1271. vs. 13. *βιδυοὶ οἱ περὶ Σοξιτέλη*. Ter igitur quum haec forma redeat, non audeo eam ut olim repudiare, quum hos titulos nondum omnes emendassem. Immo in hac scriptura latet etymon. Grammaticos si audimus, *βειδός* est vel *ἐνδοξός*, ut Suidas (T. I. p. 430.) et Phavorinus exponunt, vel *ἀρχών*, quae Eustathii explicatio est (p. 88. b. Eustathii et Phavorini interpretamenta commutata sunt): sed his auctoritatibus cave te induci patiaris. Bidei teste Pausania ludos epheborum curant: ephebis inter ludos maxime praefecti sunt; ludorum et epheborum sunt *testes et iudices*. Sunt *ιδυοὶ*, et quoniam verbum *εἶδω* digamma habet, dicuntur *βιδυοὶ*, *βιδυοὶ*. De voce *ιδυός* *testis* et *iudicis* vi cf. lexica et maxime Hesych. v. *ιδυός* et *ιδυαί* cum intpp. Quinque bideos fuisse Pausanias III, 11, x. tradit; ex n. 1268. 1269. de numero nihil constituere licet; nec n. 1270. etsi ibi sex esse puto, quidquam evincit: sed n. 1271. et 1364. a. diserte sex sunt, quod vidit etiam Müllerus Dor. T. II. p. 128.

4. In Spartana republica antiquitas tres fuisse tribus (*φυλάς*), easque Doricas, Ἀλλεας, Παμφύλους, Δυμῆνας, primum, nisi me memoria fallit, monuit me Niebuhrius, vir harum rerum longe peritissimus, eandemque sententiam ipse hinc inde profes-

sus sum; sed optime eam explicuit Müllerus Dor. T. II. p. 75 sqq. ubi omnia composita sunt, quae huic rei recte indicandae inserviunt: easdem fuisse Argis et Megaris vel tituli docent (vide ad n. 1123. 1073. cf. ad n. 1052. ubi eas a κώμας distinxiimus), licet etiam aliae additae sint. Spartae alias additas esse nemo eorum, qui vel sex vel decem tribus Spartanas esse statuerunt, recta via docuit. Iste vero antiquis tribubus continebantur Spartae obae triginta, denae singulis, nominibus patronymicis vocatae; ut Agiadarum, Eurypontidarum, quae duae sunt regiae obae; item Aegidarum, quos Herodotus vago vocabuli usu φύλιν vocat. Haec autem populi divisio Atticae ei respondet; quae ante Clisthenem fuit, qua quattuor fuerunt tribus in gentes coeque divisa. Sed huic per tribus et obas civium distributioni non conveniunt numeri ephorum et nomophylaceum ac bideorum; convenit solus senatorum numerus, qui cum regibus fuerunt triginta. Itaque ephorum numerum Müllerus Dor. T. II. p. 116. rectissime iudicavit ex topographica populi divisione ortum esse, ex vicorum (κώμων) numero, quos quinque fuisse statuit. Ex his noti sunt hi quattuor: *Pitana*, *Limnae*, *Meson*, *Cynosura*; quos, ut alia omittam, componit Pausan. III, 16, 6. Quintum putaverim *Δύμη* fuisse. Hesych. *Δύμη, ἐν Σπάρτῃ φυλὴ καὶ τόπος*, ubi τόπος coniungendum esse cum ἐν Σπάρτῃ, nec de urbe Achaiae cogitandum, docet sensus communis. Huius vici cives a Dymanibus, Dorica tribu, poterant diversi esse, ut *Δαιδαλιδῶν* gens Athenis a *Δαιδαλιδῶν* demo etc. Est qui Amyclas addendas censeat; sed Amyclaeos fuisse Spartiatas non ex ulla re patet. Ceterum ut ephorum, ita nomophylaceum aliorumque magistratuum numeris ex eodem vicorum numero quinario originem habet. Contra bideorum numerus non convenit huic divisioni: qua tamen re non refutantur, quae de ephoris et ceteris statuimus: hoc solum moneo, etiam senarium numerum non alienum esse a Spartana republica, in qua etiam *morae sex*. Iam vero horum titulorum aetate antiquae tribus tres manifesto abolitae pridem erant, ut Athenis Ionicae: et quae olim κώμαι fuerunt, eae iam tribus factae sunt, ut Clisthenes vetustae Ionicae divisioni substituit topographicam: manserunt tamen obae (n. 1272. 1273. 1274. 1471.), ut Athenis gentes. Hinc fit, ut grammatici eas κώμας hinc inde φυλάς vocent; quod recte fieri hi tituli docent, idque etiam p. 65. significavi. Ceterum in his titulis quattuor tantum recentiorum tribuum nomina invenio: *Λακεδαιμόνιος Πιτανάτης* n. 1425. coll. n. 1426. *Λιμναίων φυλὴ* n. 1377. *διὰ βέτης Λιμναίων* n. 1241. col. I. n. 1241. col. III. n. 1243. (*Λιμναεῖς* igitur dicitur, non *Λιμναῖται*); *Μεσοάτης* n. 1338. (*Λιμναεῖς Κονοουρέων* n. 1272. *ἀπὸ φυλῆς Κονοουρέων* n. 1347. *Σφαίρεα, Κονοουρέα* n. 1386. De Cynosura locis a Müllerio allatis adde Herodian. *περὶ μὲν λέξ.* in Dindorf. Gramm. Gr. T. I. p. 13. et nota *Κονοουρεῖς* dixisse Spartanos, non *Κυνοουρεῖς*, quod ex n. 1347. 1386. prorsus apertum est. Omissum est Σ, ut in *Μῶα* s. *Μῶα, φύλιξ* (p. φύσιγξ), *Σῶανδρος* (n. 1250.); et pro

est O, quod videtur pro OY esse, ut pro φύσιν est φύξ (cf. Müller. Dor. T. II. p. 518.), et Boeoti pro ipso κύνες dixerunt κύνες. Pro hoc igitur ΚΟΝΕΣ scriptum, ut breve ou a producto distingueretur; sicut ap. Hom. βόλεσθαι p. βούλεσθαι.

IV. 1. Γερουσίαν post Cleomenem perdurasse, monui cap. II. Eam Plutarchi et Philostrati aetate non iam Spartae fuisse ex horum silentio colligit Osannus Syll. p. 255. sed contrarium docent hi tituli. Diu post Hadriani aetatem γερούσιαν habes n. 1241. n. 1256. et Septimio Severo Imp. n. 1320. nec multo antiquiores ceterorum titulorum plurimi, in quibus γερούσια commemoratur. Γερόντων numerus ex his titulis constitui non potest; χχι nomina supersunt n. 1260. xviii n. 1262. nec dissimile vero, fuisse xxx, ut olim cum regibus. Γερούσια in Eleutherolaconum urbe est n. 1395. si recte de illo titulo indicavi. Ceterum senatores hac aetate annui fuerunt, non perpetui: unde hinc inde in titulis hic atque ille certo anno dicitur γερούσιος fuisse et n. 1261. aliquis dicitur quartum γεροντεύσας, n. 1320. tertium. A γερούσιος distinguenda est ἡ βουλή. Nam n. 1241. col. I. simul γερούσια et γραμματεὺς βουλᾶς nominantur: eadem memorata est n. 1541. (ἡ λαμπροτάτη βουλή), n. 1345. (ψηφίσματι βουλῆς), n. 1370. (υἱὸς βουλῆς), n. 1446. (μήτηρ βουλῆς), n. 1375. (βουλευτής), n. 1246. 1253. 1259. 1345. (γραμματεὺς βουλῆς). Etiam apud Taenarios Eleutherolacones βουλὴ fuit (n. 1393. 1394.).

2. Longe aliud ac γέρων est πρέσβυς, Latine princeps, quod ex tenui vestigio bilinguis tituli n. 1299. erui. Quippe unumquodque collegium, sive magistratuum sive sodalium aliorum, habet suum praesidem, qui πρέσβυς vocatur; is primo loco nominatur in ephorum, nomophylacum, bideorum, gerontum recensu, hac formula, quam ex n. 1237. peto: Ἐφοροι ἐπὶ Γα. Ἰουλίῳ Φιλοκλείδᾳ, ὧν πρέσβυς Ἀλέξιος Φιλοκράτους: tum adduntur ceteri collegae. Cf. quae dixi p. 95. 102. Collegium si magistratuum est, dicitur συναρχία, ἧς πρέσβυς ὁ δαῖνα (n. 1347.), vel συναρχία ἡ περὶ τὸν δαῖνα (n. 1320.); ipse princeps vocatur etiam πρέσβυς τῆς συναρχίας (n. 1375.), collegae συνάρχοντες s. σύναρχοι (n. 1341. 1345.): qui πρέσβυς fuit, dicitur πρεσβεύσας (n. 1261.), quocum non confundendus πρεσβευτής n. 1258. 1344. quamquam de hoc quoque πρεσβεύσας dicitur n. 1382. N. 1292. in enumerandis collegii sodalibus in fine primi nominis videtur nota πρ. (πρέσβυς) addita esse: frequentiores sunt dictiones πρέσβυς ἐφόρων, πρέσβυς νομοφυλάκων, βιδέων (ut n. 1326. 1363. 1364. a.). Si dicitur οἱ περὶ τὸν δαῖνα, praepositione περὶ insignitur princeps, sed eiusdem nomen repetitur in enumerandis singulis praemisso ὧν πρέσβυς, ut n. 1251. Νομοφύλακες οἱ περὶ Γ[όργυπ]πον Γοργύππου οἱ ἐπὶ πατρὸν (μου) Με. - - - [ὧν] πρέσβυς [Γόργυπ]πος Γοργύππου etc. Hoc distinctius comparet n. 1268. 1271. Ἐφοροι οἱ περὶ τὸν δαῖνα n. 1322. 1323. habentur solo principe nominato. Collegia vero sunt etiam tribus, obae, sacra sodalitia: igitur haec quoque πρέσβυν habent. Sic πρέσβυς τῆς Διμναίων φυλῆς est n. 1377.

ὠβᾶς πρέσβυς n. 1272. 1273. 1274. Ἀγορηπιαστῶν πρέσβυς n. 1299.

V. Complectar nunc ceteros magistratus et ministros.

1. Agoranomi, quum olim Spartae sint ἐμπειλωροὶ dicti, in his titulis habes ἀγορανόμον n. 1241. col. I. fortasse n. 1277. et αἰώνιον ἀγορανόμον 1363. 1364. 1375. 1379. qui videtur a temporario prorsus diversus esse, fere ut gymnasiarchi perpetuus et temporarius. Glossa Hesychii, πρέσβυς, ἀγορὰ νόμος, manifesto falsa est, quod vidit iam Corsinius Nott. Gr. Diss. V. p. xci. Haud dubie in eo scriptore, apud quem haec legebatur glossa, agebatur de principe agoranomorum (πρέσβει ἀγορανόμων) Spartano: unde colligitur plures fuisse agoranomos. Eodem deducit n. 1375. Etiam apud Taenarios ἀγορὰ νομία occurrit n. 1393. Ταμίης, quaestor, quem in transitu nomina, fortasse est n. 1240. col. III. vs. 21.

2. Haud raro commemorantur spondophori, alia ut videtur significatione atque olim apud Eleos, de quorum spondophoris dixi Explicat. ad Pind. p. 494. Quattuor sunt n. 1240. col. II. post ephoros, duo post nomophylaces et ensitum n. 1249. col. II., tres n. 1253. post scribam et Ἐστία πύλεως, unus n. 1252. post nomophylaces, item unus ut videtur n. 1243. vs. 29. Igitur de numero nihil constitui potest: videntur autem ii fuisse, qui pro collegio aliquo vel pro universa republica libationes offerrent diis. His affines sacerdotes, de quibus non opus est ut enucleatius dicam: memorabilis tamen una, Ἐστία πύλεως n. 1253. 1435. 1439. 1440. 1442. 1446. Sacerdos vel theorus Διὸς μυσταγωγὸς ἀπὸ Ἀσίας videtur esse n. 1239. col. III. N. 1242. vs. 25. est hieromnamon, quem cave ad Amphictyones referas: nam Lacedaemonii tum Amphictyonicae societatis expertes erant, licet vetus Doris eius fuerit particeps (Pausan. X, 8, 2.): igitur hieromnamon potius magistratus fuit in ipsa Spartana republica, ut Megaris et Byzantii (vide Müller. Dor. T. II. p. 168.), item Chalcedone et in Thaso (vide Letronnii Comment. de Mnem. Hieromn. et Promn. in Act. nov. Acad. Inscr. T. VI. p. 221 sqq.). Contra Panhellen n. 1256. pertinet ad concilium Panhellenum (vide ad n. 351.).

3. Varii Spartae fuerunt syndici, Σύνδικος ex vulgari usu est patronus, privatorum et maxime civitatis vel alius universitatis cuiuscunque, qui eius iura tueatur, ut syndicus Atticus apud Amphictyones pro Delii templi possessione, ut alii Attici in lege Hadriani n. 354. Sed aliquando Athenis etiam magistratus syndicorum cum ἡγεμονία δικαστηρίου institutus est. De his rebus vide Meier. et Schömann. Proc. Att. p. 110 seq. p. 708. Spartae qui fuerint syndici, non liquet: attamen magis eo inclino, ut iudices fuerint quam patroni aut praesides iudiciorum, non tamen iudices iurati, ut Athenis, sed magistratus honoratiores; et concilium tale iudicum videtur συνδικία dicta esse. Primum memoratur σύνδικος Θεοῦ Λυκούργου n. 1256. quem Ste-Croix Gouv. fédér. p. 200. interpretatur syndicum societatis initiae

ad cultum dei et templi conservationem: mihi videtur iudex esse ex συνδικία, quae a Lycurgo nomen traxerit. Alia est ἡ μεγάλη συνδικία: hinc σύνδικος ἐπὶ τὴν μεγάλην συνδικίαν n. 1242. vs. 22. Tertii generis est σύνδικος ἐπὶ τὰ ἔδη n. 1242. vs. 21. et quarti συνδικῶν ἐπὶ τοὺς νόμους n. 1241. col. II. vs. 28. Nomen syndici reperitur etiam n. 1258. col. I. vs. 12. et σύνδικος καὶ δημοσιολάστης n. 1364. b. hoc est interprete Corsino Nott. Gr. Diss. V. p. xcii. *publicus inquisitor*; ut Pellenae fuerunt μάστρες et alibi μαστήρες (Harpoer. v. μαστήρες). Hesych. μάστρες παρὰ Ῥοδίοις βουλευτήρες, quod paulo diversum: idem, μαστήραι, αἱ τῶν ἀρχόντων εὐθυναί. Adde nos Oec. civ. Ath. T. I. p. 170. Müller. Dor. T. II. p. 285. Δημοσιολάστηρ scribendum sine causa videtur Corsino. Addo τὸν ἐξηγητὴν τῶν Λυκούργειων n. 1364. b. de quo mire disputat Corsin. l. c. p. xciii sq. Conferendi sunt exegetae ὁσίων καὶ ἱερῶν. et τῶν πατρίων apud Athenienses; recte *Lycurgearum legum et institutorum interpretem* exponit Ruhnkenius ad Tim. p. 111. quamquam magis ad sacras res pertinuerint, ut exegetae Attici. Scriptasne leges interpretati illi exegetae sint necne, non magis quam Müllerus Dor. T. II. p. 221. diiudicari. Nomophylacibus autem cur hoc tribuerit Corsinus, ut de Lycurgeorum institutorum sententia consulerentur, non video.

4. *Gymnasiarum et ludorum varii* Spartae curatores reperiuntur. Primum n. 1353. sunt οἱ προστάντες ἐν τῷ γυμνασίῳ, numero tres; tum classe tertia saepissime memoratur *gymnasiarchus*, qui tamen quum in magistratuum a singulis gestorum recensibus nusquam scriptus sit, videtur non tam magistratus quam liturgus fuisse, ut olim Athenis. Aliquoties occurrunt αἰώνιοι γυμνασίαρχοι n. 1326. 1349. 1379. iique tres n. 1353. (cf. n. 1349. ubi tertius omissus est), diversi a τοῖς προστάταις ἐν τῷ γυμνασίῳ (n. 1353.); et n. 1365. perpetuus gymnasiarchus diserte distinguitur ab eo, qui ad tempus constitutus erat: nam Spatalus dicitur δις γυμνασίαρχος et deinde αἰώνιος γυμνασίαρχος. Pueri in ludis habent ἐπιστάτην (n. 1429.), qui videtur magister esse, qualis haud raro apud Pindarum memoratur; ἀλείπτην athletarum novimus ex n. 1383. 1384. Ludorum *athlotheta* nominatur n. 1397. 1424. Plures *agonothetae* tituli offerunt, ut ἀγωνοθέτης τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος n. 1345. τῶν μεγάλων Εὐρυκλείων, diserte unum n. 1425. (cf. n. 1239. col. I. 1240. col. I. ubi ἀγωνοθέτης Καίσαρσιων καὶ Εὐρυκλείων: adde n. 1378.), sed n. 1427. duos; τῶν μεγάλων Οὐρανίων n. 1240. col. III. 1241. col. II. et τῶν μεγίστων Οὐρανίων Νηρουανιδέων tres n. 1424. Πανηγυρίαρχος videtur n. 1258. latere. Addo militares magistratus λοχαγὸν n. 1255. 1289. ἱππάρχον n. 1241. col. I. 1248. col. I. eumque perpetuum n. 1341. 1345. Prorsus nescimus qui sit διαβέτης (n. 1242. 1273. 1432.), qui plenius ut videtur dicitur διαβέτης Λιμναίων (n. 1241. col. I. III. n. 1243.): alius enim nisi Λιμναίων non reperitur. Qui ubi in recensu magistratuum a singulis gestorum nominatur, primo semper loco ponitur: igitur qui rem publicam capessabant, ab eo munere auspicabantur

honores; et n. 1432. possit eo deducere, ut gymnicus habeatur magistratus; quamquam nimis tenue hoc vestigium. Müllerus Dor. T. II. p. 49. quum unum tantum locum nosset, ubi ille memoratur, corrigendum nomen censebat: quod quum non liceat, etymon quaerendum erit. B quidem in hac voce videtur digamma esse, ut n. 1372. in voce Εὐρυβάνασσα (cf. p. 69.) et in voce Βίδυος (v. supra): igitur quum et ἔτος et ἔτης digamma habeat, potest de alterutro cogitari: neque tamen quidquam inde lucreris.

5. His accedunt variae ἐπιμελειαί. N. 1241. col. I. habetur ἐπιμελητὴς πόλεως, ut Athenis aetate Imperatorum (n. 361. 480.), porro ἐπιμελητὴς Ἀμυκλῶν n. 1338. ubi vide not. ἐπιμελητὴς Κορωνείας n. 1243. 1255. 1258. col. II. unde patet Coronensem Laconicam fuisse: et hi oppidorum curatores eiusmodi sunt, qualis ἐπιμελητὴς Δήλου Atticus. Nempe ut Athenae, in quarum potestate Delus est, suum in Delum mittunt curatorem et praesidem, sic Spartani Amyclis et Coronae imponunt suum curatorem, velut aliquem olim harmosten. Ἐπιμελεια τῆς Δεῦ Ἀλκυόργου vel simile est n. 1341. magnum munus, aliquando simul cum patronomia datam, fortasse septem virorum. Porro peregrini saeculo ut videtur sexto ab urbe Roma condita suos Spartae ἐπιμελητὰς habent (n. 1330.), quod munus olim proxenorum Spartanorum regibus attributorum. Inter ἐπιμελειαί referendum etiam munus σιτώνου n. 1370.

6. *Scribarum* haud rara mentio. Γραμματεὺς βουλῆς est n. 1253. 1259. γραμματεὺς βουλῆς n. 1246. ex certa coniectura restitutus: eundem significat n. 1241. col. I. vs. 15. siglum ΠΡΑ (scribe ΓΡΑ) BOY-ΛΑΣ. Hunc nota prorsus ut Athenis non esse ministrum, sed magistratum satis honoratum: nam n. 1241. col. I. et n. 1259. post summos magistratus gestos scribae munere quidam functi sunt; fortasse etiam n. 1249. col. III. etsi lectio hic incerta: n. 1345. γραμματεὺς τῆς βουλῆς est vir spectatissimus, statua ornatus; postremo eius munus ἀρχὴ diserte dicitur n. 1253. N. 1249. col. I. est quidam γραμματεὺς, sed cuius collegii, incertum; item n. 1260. 1275. 1276. Duo γραμματεῖς et tres ὑπογραμματεῖς sunt n. 1271. Ἀρχίατρος, vir insignis, habetur n. 1309. ἱατρός n. 1275. 1279. et notus de medicis Spartanis Herodoti locus est. Μάγειρον tenes n. 1239. col. II. publicum Spartae ministrum, quod satis notum. Οἰκονόμος comparat n. 1276. Δημόσιος unus est n. 1239. col. II. duo n. 1253. ex quibus unus stipendia meruerat miles. Ὑπηρέτας habes n. 1243. 1256. 1271.

VI. Accedo ad aliquot munera, quae accessoria dixerim, et honores magis quam magistratus.

1. Primum ἀριστοπολιτευτὴς n. 1540 sqq. non alius est nisi λαβὼν τὰς τῆς ἀριστοπολιτείας τιμὰς κατὰ τὸν νόμον, ut n. 1242. etc. dicitur; igitur non magistratus est, sed honor. Quo magis offendit dictio αἰώνιος ἀριστοπολιτευτὴς n. 1349. 1375. ex qua conicerim, aliis honores ἀριστοπολιτείας tantum in constitutum quoddam tempus, quo eius honoris insignibus et ornamentis uterentur, aliis in dies vitae

collatos esse. Omitto varias laudes, quae passim nominibus insignium virorum adduntur, ut *υἱὸς πόλεως, πόλεως καὶ βουλῆς* etc. Etiam *ἐνσῖτοι* non magistratus sunt; n. 1240. col. II. unus est post spondophoros, n. 1242. sunt tres post nomophylaces, n. 1249. col. II. unus inter nomophylaces et spondophoros interpositus, ephori filius, n. 1252. unus post nomophylaces, simul buagus, n. 1253. tres, et in his unus philosophus: post quem sunt duo *δημόσιοι*, qui et ipsi videntur *ἐνσῖτοις* comprehendi, alter etiam militia clarus. Tum *σύσσιτοι* quoque tres post nomophylaces commemorantur n. 1249. col. IV. ut videas, quum in eodem titulo etiam *ἐνσῖτοι* nominentur, interesse aliquid inter utrosque. Et *ἐνσῖτοι* quidem videntur Atticis *αἰσῖτοις* conferendi esse; *σύσσιτοι* magis videntur sodales magistratuum esse, qui fortasse, ut paredri ipsorum, ab ipsis in communionem convivii vocati sint. Sed de hac re suum cuique iudicium esto.

2. Plura sunt de *βουαγῶ* dicenda. Pueri puerisque proximi adolescentuli continebantur *βούαις* s. *ἀγέλαις*, quarum duces *βουαγοί*. Quodsi haec vox antiquitus digamma habuit, quod ob Hesychianum *βαγός* concedendum videtur, in diphthongo *ου* vocis *βουαγός*, licet haec etiam in simplici *βούαι* appareat, simul debet digamma latere (cf. p. 83.): quo neglecto et voce ad vulgarem dialectum transmutata in recentioribus titulis etiam *βαγός* scribitur (n. 1350. 1370. 1426. 1453. 1459.). Partes *βουῶν* sunt *ἴλαι*, quarum singulis *εἰρένων* aliquis praeficiebatur (Xenoph. R. II, 11. et intt.): quo magis consentaneum, *βούαις* non minorem natu quam *εἶρενα* praefuisse: et *εἶρενα* his praefectum esse dicit Plutarchus Lycurg. c. 17. Nihilominus Hesychius: *βουάγορ* (*βουαγός*), *ἀγελάρχης*, *ὁ τῆς ἀγέλης ἀρχὼν παῖς*, quem secutus sum p. 89. ubi *βουαγόν* non magistratum, sed puerum esse dixi. Quodsi puerum propria significatione sumpseris, quatenus ephebo s. *εἶρενι* opponitur, non puer fuit *βουαγός*: sed latiore sensu videntur etiam *εἶρενες* pueris comprehendi posse, quod certe *εἶρενες* Spartaе non viri habiti sunt, licet Athenis ephebi sint viri habiti: et sic Hesychiana glossa non mihi videtur reprehendenda esse. Porro si *βουαγός* fuit ex *εἰρένων* numero, eum sponte patet non esse magistratum: magistratus enim viri gerunt. Contra in titulis *βουαγοί* sunt viri: nihilominus, quod iam p. 89. monui, hi tituli iis, quae dixi, non contrarii sunt, propterea quod quae Xenophon, Plutarchus, Hesychius narrant, ea ad vetustam pertinent disciplinam, hi tituli autem aetatis Imperatorum sunt. Attamen ne in his quidem *βουαγῶ* tale munus est, qualia sunt ephori, nomophylaces, bidei et huius generis plura, quae ex ordine successu annorum conferantur, sed ut plurimum accessorium munus est honoris causa viris alias spectatis collatum, quo quis vel in ephoria fungi possit: quod olim, quum ephorum esset summa potestas negotiis plurimis oneratorum, fieri non potuisse quis non intelligit? Igitur ubi singulorum virorum magistratus ordine temporis gesti enumerantur, in catalogis secundi

generis et similibus, nusquam *βουαγῶ* separatim mentio fit; sed ephorum, nomophylacem, alios simul fuisse *βουαγούς*, passim annotatur, ut n. 1240. col. I. n. 1241. col. I. n. 1245. 1251. 1252. 1258. col. I. (quo loco vs. 6. *βουαγός* comparet; sed cave ibi putes annum, quo quis illo munere functus sit, ut in catalogis secundi generis, additum fuisse), 1274. Nec tamen nego potuisse etiam, qui nullo alio magistratu tum fungeretur, *βουαγόν* esse. Certe n. 1250. *ἐνσῖτος* quidam, qui non magistratus, est *βουαγός*: et passim inter elogia virorum solum *βουαγῶ* munus diserte appellatur, idque in viris spectatissimis, ut n. 1350. *τοῦ ἀξιολογωτάτου Τιβ. Κλ. Ἀριστοτέλους τοῦ Σπαρτιατικοῦ, τοῦ βουαγῶ, n. 1370. Μάρκου Δύρηλιου Φιλίππου, ἀρχιμερέως γενομένου τοῦ Σεβαστοῦ, φιλοκαίσαρος καὶ φιλοπάτριδος, υἱοῦ πόλεως καὶ βουλῆς, τοῦ βουαγῶ: adde n. 1453. 1459. Semel dicitur aliquis certi cuiusdam pueri (ἀγενείου, hoc est pueri provectionis) *βουαγός* fuisse, n. 1426. *τοῦ ἀξιολογωτάτου βουαγῶ αὐτοῦ.**

3. Etiam honores, quibus quis in pueritia vel adolescentia potitus erat, spectatorum virorum nominibus adscribi solebant. Sic Tib. Claud. Sophron primo loco dicitur *βωμονίκης* n. 1364. b. quae laus est a puero parta; deinde adolescentis qui honor fuerit additur, tum vir quae munera gesserit. Adolescentis autem laus haec esse solet, quod fuerit *τοῦ δαῖνα συνέφηβος*. Hoc additur nominibus magistratuum in catalogis primi generis; et in catalogis secundi generis, qui munera a singulis successu annorum gesta enumerant, primo semper loco ponitur (n. 1239. col. III. n. 1255. 1256.), nisi quod n. 1364. b. post *βωμονίκην*, pueri elogium, ponitur; annus vero, quo alicuius ille synephebus fuerit, non designatur. Ne longus sim, quid hoc sibi vellet, collatis omnibus locis intellexi. Quippe is, cuius ille synephebus, est patronomus, isque eponymus: cui systema quoddam ephoborum honoris causa quasi praesidium additum est, qui sunt *συνέφηβοι τοῦ πατρονόμου* dicti. Patronomi illum synephebum esse, docent haec exempla: n. 1244. vs. 16. ephorus + + + *τῆς Σεῖδεκτα συνέφηβος*, n. 1247. duo nomophylaces eiusdem synephebi, n. 1255. ut videtur Lycinus *συνέφηβος* [Λυσίππου τοῦ] Μνάσωνος, n. 1256. Corinthas *συνέφηβος* Ἀττικοῦ τοῦ Ἡρώδου. Nam Seidectas, Lysippus Mnasonis f., Atticus, sunt patronomi eponymi aliunde noti. Porro Longinus est patronomus eponymus (n. 1256.); et huius synephebus memoratur n. 1359. cui statua ponitur ab avo, quippe adolescentulo, qui virtutis et obedientiae causa honoratur, non alicuius in republica gesta meriti. Hinc simul constat etiam P. Aelium Damocratidam, cuius synephebus n. 1364. b. extat, fuisse patronomum eponymum. Iam vero alicuius, qui multo post patronomus creatus sit, hos atque illos synephebos tum fuisse, quum ille ipse ephebus esset, annotari non poterat nisi ab hominibus absurdis: igitur licet usus sermonis *συνέφηβος* suadeat eos esse, qui simul ephebi fuerint, relinquenda haec sententia est, et illud, quod dixi, statuendum.

Atque inde factum est, ut quo anno quisque patronomi synephebus fuerit, non diceretur, quod sponte patebat, eum esse annum intelligendum, quo ille patronomus eponymus fuerit. Postremo plures patronomi synephebos fuisse, docent Seidectae synephebi.

 bus in deversorium παλαιὰς Ἀχαΐας delatae aliquot inscriptiones sunt, et inter has duo fragmina haec a, b, quae ex
 schedis Schinae edidit Dodwellus Itin. T. II. p. 511. ita ut quattuor essent versus, ex quibus duos priores constituit a,
 duos posteriores b. Separata haec fragmina praebet Pouquevill. Itin. P. III. p. 519. Rectius eadem, sed itidem separata
 repraesentant schedae Mustoxydis. Ego coniunxi, sed aliter atque ap. Dodw.

a.
 ΠΟΛΙΞΦΑΡΑΙΕΩ[N] ΕΥΦΡΑΝΟΡΑ - - - - -
 ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΑΞΕΧ.

Situm litterarum in singulis partibus et lectiones dedi ex schedis Must. Dodwellus in *b* vs. 2. male omittit primum I, et in fine pro EX habet IX. Pouq. in *a* omittit ultima KA, et *b* male sic exhibet:

ΕΥΦΡΑΝΟΡΑΚΑΙΚΑΛΟΚΑ
ΓΑΘΙΑΣ

Πόλις Φαραίω[ν] Εὐφράνορα [τοῦ δέῖνα υἱόν] ἀρετᾶς ἔνεκεν καὶ καλοκαγαθίας, ἃς ἔχ[ων] διατελεῖ vel διετέλει etc. plura enim perisse videntur. Cave conicias ἃ πόλις: quod non annotarem, nisi occurrendum critico esset, qui sibi videtur articuli rationem solus tenere. Titulus a *Pharaeensibus* quidem positus est, sed quantum ex loco conicere licet, in urbe *Oleniorum*.

1545.

Patris. Cyriac. p. vii. n. 58. et ex schedis Cyriaci Barberinis sine varietate Murat. T. III. p. mxxiii. 5. atque ex suis schedis T. I. p. cxii. 6.

ΞΕΝΙΣΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΞΑΡΧΙΤΕΛΕΟΣ
ΤΙΜΑΙΟΝΘΕΟΙΣ

Murat. T. I. habet ΣΤΡΑΤΟΚΛΗ ΑΡΧΕΙΤΕΛΕΟΣ.

Ξένις Αἰσχρίωνος,
Στρατοκλή[ς] Ἀρχιτέλεος
Τίμαιον Θεοῖς,

sc. ἀνέθεσαν. Timaeus videtur priorum amicus fuisse:

certe nulla causa est, quare filius priorum habendus sit, ita ut vel vs. 1. Ξένις, vel vs. 2. Στρατοκλή[ς] mulier esse statuatur. Et Ξενίδα mulierem eo minus admiserim, quod virum primo loco poni decebat. Alia res est in epitaphiis, ut n. 1550. et ubivis.

1546.

Patris in columna marmorea in vestibulo ecclesiae D. Constantini. Cyriac. p. vii. n. 52. et ex schedis Cyriaci Barberinis Murat. T. III. p. mxxiii. 12. atque iterum ex suis schedis T. III. p. mxxcxi. 1. Haec exempla differunt omnia, licet ex communi fluxerint fonte, libro Cyriaci scripto. Ego dedi schedas Fourmonti.

Α. ΑΝ. ΜΙΟΥ
ΑΛΥΠΙΑΝΟΥ
Υ Β

a. L. V. F
ΑΛΥΠ.
ΤΣΥΙ
b. L. V. F
VAL. LVP.
ΤΣΥΙ

Vs. 1. post AN ap. Fourm. est species lacunae, non lacuna, et sic saepe: quod ignorant, qui recens in Inscriptiones involarunt. Reliqua exempla omnia ANNIOY, recte opinor. Praeterea ad sinistram in ceteris exemplis haec sunt, *a* ap. Cyr. *b* ap. Mur. secundo loco:

et eadem quae in *a* posui, cum reliquo titulo commista habentur ap. Mur. primo loco. Mitto haec; quae Fourm. habet, ita legenda sunt:

Α. Ἀννίου Ἀλυπιανοῦ. ψήφισματι βουλῆς.

1547.

In deversorio παλαιᾶς Ἀχαΐας, ex rudibus *Oleni* (vide ad n. 1544.); ex schedis Mustoxydis.

ΟΕΥΞΕΝΑ
ΞΕΝΟΦΙΛΟΥ
Θευξένα
Ξενοφίλου.

1548.

Patris, „ad aedem D. Mariae Agalliae”; Cyriac. p. vii. n. 50. Murat. T. III. p. mxxcxi. 6. qui ex suis schedis refert.

ΣΑΤΥΡΟΣ
ΑΙΣΧΙΝΑ
Σάτυρος
Αἰσχίνα.

1549.

Ibidem ubi n. 1547. et ex iisdem rudibus (*Oleni*). Dedi ex Dodwello Itin. T. II. p. 310. et schedis Mustoxydis. Habet etiam Pouquevill. Itin. T. III. p. 521. sine varietate.

ΚΑΛΛΩΤΕΡΜΟΝΙΟΥΧΑΙΡΕ

Καλλώ Τερμονίου χαῖρε.

1550.

Ibidem, ex iisdem rudibus; ex iisdem auctoribus schedisque edo.

ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΑΣΩΤΙΩΝ
ΑΛΕΞΙΚΛΕΟΣΧΑΙΡΕΤΕ

Vs. 2. Dodw. Pouq. ΔΕΞΙΚΛΕΟΣ, Must. ΧΑΙΡΕ omisso ΤΕ; ΑΛΕΞ. dedi ex Must. Uno versu profert Pouq.

Νικοστράτα, Σωτίων
Ἀλεξικλέος, χαίρετε.

1551.

Ibidem, ex iisdem rudibus: damus ex iisdem auctoribus schedisque, et O minutum quidem ex Dodwello ac Pouquevillio, formam litterae Θ ex Must.

ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΑΑΓΑΘΩΝΟΣΧΑΙΡΕ

Στρατονίκα Ἀγάθωνος χαῖρε.

1552.

Paris, ed. Pouqueville: *Inscr. T. III. p. 505.*

ΧΑΡΙΤΟΣΧΑΙΡΕ

1553.

Paris in ecclesia D. Constantini; ed. Pocock. *Inscr. P. I. c. 5. s. 7. p. 64. i. et Anthol. Palat. Append. n. 340.* Sine varietate lectionis praebent schedae Fourmonti, ex quibus versuum et litterarum formas dedi.

ΔΟΜΙΤΙΟΥΦΑΙΔΡΟΥ
ΤΗΝCΗΝΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙ
ΠΙCΤΙΝΦΑΙΔΡΕΚΑΛΟΥ
ΝΤΕCΕΝΒΙΟΤΗCΜΕΤ
5 ΡΟΙCΟΥΠΟΤΕΠΑΥCΟΜ

Δομίτιου Φαίδρου.
Τὴν σὴν εὐνοίαν καὶ πίστιν, Φαῖδρε, καλοῦντες
ἐν ταύτῃ μέτροις οὐποτε πανσόμμεθα.
Iacobsius corrigit λαλοῦντες, i. q. ὁμνῶντες: ne-
tiam Fourm. quæ lid improbo: sed καλοῦντες cum Pocockio habet

Ex schedis Mustoxydis cum hac nota: Παράλληλογραμμος ἡ πλάκα μήκος σπιθαμῶν θ' καὶ πλάτος α' εἰς τὸ Κάστρον τῆς Μωρίας
intelligendum. Videtur Castellum Moreae in promontorio Rhio

ΑΥΡΑΜΑΝΙ
ΤΟCΚΑΙΟΥΛ
ΙΩΠΤΗΝΙΤΗΝ
ΒΑΥΤΩΝΘΥ
ΓΑΤΕΡΑΙΩΤΑ
ΠΗΝΘΕΑΕ
ΛΕΙΘΥΙΑΝΕ
CΤΗΣΑΝ

ΑΥΡ. Αμάνιτος καὶ Ἰουλ. Ἰω[τάπη] τὴν ἐαυτῶν θυ-
γατέρα Ἰωάννην καὶ Εἰλεθυράν ἀνέστησαν ἐκ τῆς
ἐκ regis Commagenes familia cognitum est.

1555.

Paris, ex Pouqueville: *Inscr. T. III. p. 165.*

ΙΡΕΝΑΝ
ΧΙΖΗCΑC
ΕΤΗΛΓ

In statua Philippi, Paris reperta, in basi. Ed. Pouquevillius *Inscr. T. III. p. 507.*

ΥΠΝΟΣΦΙΛΙΠΠΟΥ
Αφ' ὧν φησὶν. Addit Pouquevillius: Cetta sta-
tua, rappelle, dit-on, une particularité de la vie de
Philippe. Le Roi, sédu du costume macédonien, qui
rassemblé à celui des Schypetars et des Eceasais, est
représenté endormi, dans une posture indécente, après
le gain d'une bataille. Réveillé par un des captifs
qu'on avait amenés devant lui, et qui lui cria: Souf-
frez-vous, si qu'on vous a endormi, comme s'il eût un de
ses amis. Philippe, qui lui dit: approuver, ayant ap-
pris de lui l'attitude dans laquelle il se trouvait, et
dont les spectateurs rient, lui accorda la liberté, et
disant, que cet homme-là est de ses amis.

depuis peu. N'est-ce pas là une statue
semblable. Non nego ad hanc historiolum referri
eam statuam posse; attamen Zornianus Philippi non
meminit, qui historiolum narrat, Plutarcheorum
apophthegmatum. Iacobi p. 371 ad T. III. cuius verba
apponit: Αφ' ὧν φησὶν καὶ καλῶν ἀρχαίων ἐπὶ παρασκευῇ
αὐτοὺς ἐκτεταμένον ἄνδρα καὶ καλῶν ἀρχαίων ἐπὶ παρασκευῇ
εἰς οὖν τῶν πωλουμένων ἀνεβόησε· Φεῖσαί μου, Φίλιππε·
παρκαὶ γὰρ εἰμὶ καὶ φέρεται ἐκ τῆς ἀντιθέσεως· ἐκ τῆς ἰδέας
πενταπλάσιον ἢ ἀνδραποῦ γενόμενος ἀπὸ πωλῆ· ὡς γὰρ
φράσαι σοι· βούλομαι προελθεῖν· εἰς οὖν προσήλθον· ἔ-
κρινόν· ἔφη· κατωτέρω τῆς χαλκίδος περὶ σπονδῶν·
γὰρ οὕτω καθεμένος καὶ ἐκτετατός· ἄφροντα φάνηκεν·
πεν· ἀληθῶς γὰρ εὖνους ὦν καὶ φέρεται ἐκ τῆς ἀντιθέσεως.

1557.

„Paris super murum occidentalem castelli”; ex schedis Fourmonti.

CΠΟΝΔΗΕΠΟΛΗCΑ

Σπονδή est nomen proprium.

1558.

Ibidem in columna. Ed. apud Cyriac. p. vii. n. 55. ed. Moron. et ex schedis Cyriaci a Compagnonio missis apud Murat. T. I. p. CCLXIV. 3.

ΤΩΝ ΔΕΣΠΟΤΩΝ ΗΡΩΩΝ
ΦΛ. ΒΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥ ΚΑΙ
ΒΑΛΕΝΤΟΣ

Vs. 1. Murat. Σ pro C. Τῶν δεσποτῶν ἡρώων,

Φλ. Βαλεντινιανοῦ καὶ Βαλεντος, τῶν Αἰγούστων.

ΤΩΝ ΑΥΓΟΥΣΤΩΝ

SECTIO SEXTA

LOCORUM IN PELOPONNESO INCERTORUM

1559. 1560.

1559. lapis ex Peloponneso a. 1705. allatus in Museum Napolitanum, altus palm. Rom. 4, 8. in quo imago Dianae Ilithyiae, ut videtur, veste talari, iniecta desuper tunica, sinistra hastam trifidam, dextera pateram tenens, modio capiti imposito. Aeri incisum dedit Paciaud. Monum. Peloponnes. Vol. I. p. 26. quod exemplum repetitum est in Collect. Antt. Mus. Nan. n. 14. Titulus iuxta caput ad dexteram exaratus est. 1560. est in tabula prorsus simili (nisi quod hasta non trifida est), alta palm. Rom. 2, 7. Collect. Antt. Mus. Nan. n. 15.

1559.

1560.

ΔΑΜΟΚΛΕΙΑ
ΙΚΕΤΙ

ΔΑΜΟΚΛΕΙΑ
ΑΡΕΤΟΙ

In n. 1559. Pac. supplet *ἰκέτης*, quum tamen in lapide nullum cernatur lacunae vestigium. Et altero monumento collato *ἰκέτι* videtur dativus esse pro *ἰκέτιδι* (ut in altero *Ἀρετοί*), a recto *ἰκέτις ἰκέτιος* pro

ἰκέτιδος. Quamquam ne dativi quidem rationem intelligo; cuius quaecunque hic erit vis, videntur tamen dativis illis contineri nomina puellarum recens natarum, ob quas mater vota solverit Ilithyiae. — Quae inscriptio ap. Paciaud. Mon. Pelop. T. I. p. 163. quasi in tabula repraesentatur, ea ab editore ipso confecta est, ut significaret statuam ibi exprimi Dianae venatricis (cf. Paciaud. p. xlvii. et Collect. Antt. Mus. Nan. n. 191. cum Indice): igitur eam omitto.

1561.

Ab ora occidentali Peloponnesi, in columnae fragmine. Aeri incisum, edidit Biagi. Mon. Gr. ex Mus. Nan. in tabulis operi aditis n. 5. Idem exemplum repetitum est in Collect. Antt. Mus. Nan. n. 36. cuius index docet, unde titulus venerit.

ΙΑΜΕΡΙ

— ΑΙΣΑΡΙ —
ΣΕΟΥΡΩΕΥΣΕΒΕΙ
ΣΕΒΑΣΤΩ ΤΟ ΒΑΡΧΙΕΡΙ
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΣΟΥΣΙΑΣ
ΥΠΑΤΩ ΤΟ ΒΚΑΙ

Ἰαμερίωνος ἑξουσίας. [τὸ ..].

5 Ἰαμερίωνος ἑξουσίας. [τὸ ..].
Καίσαρι Μάρκῳ Αὐγούστῳ [Ἀντωνείῳ].
Εὐσεβεῖ, Σεβαστῷ
[Παρδικῷ] μεγίστῳ.

ΚΑΙΣΑΡΙ ΜΑΡΚΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ
ΕΥΣΕΒΕΙ ΣΕΒΑΣΤΩ
ΜΕΓΙΣΤΩ
ΔΟΜΗ ΗΣΙΑΣΤΗΤΩ
ΑΣΤΡΩΝΑΙΩ ΔΟΙΑΡΧΑΙ ΤΙ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΑΛΛΙΟΥ
Titulus videtur valde lacunosus esse, etiam ubi lacuna nulla notata est. Quantum video, missis vs. 9. in quibus tantum verba ἀστρωναι ὀδοι (de his Sanderus memorat) et ἀνδραγαθὸς ἀ[σ]κλίον in- telligi possunt, sic fieri legendum est:

[Αὐτοκράτορι] Καίσαρι
[Α. Σεπτιμίῳ], Σεου[ρή]ῳ, Εὐσεβεῖ,
Σεβαστῷ τὸ β', ἀρχιερεῖ [μεγίστῳ].

Titulus pertinet ad L. Sept. Severum et Caracallam filium, qui Augustus dictus inde ab a. Chr. 198. Severus Cos. II. in hoc titulo dicitur: igitur hic anno Christi 201. non posterior est. Vs. 8. supplevi Παρδικῷ μεγίστῳ, non ἀρχιερεῖ μεγίστῳ: nam Caracalla Pontifex Maximus anno demum 211. esse coepit. Iam vero Caracalla Πατρίκιος Μάξιμος dictus a Chr. 200. Igitur titulus est anni 200. vel 201. Vide de his quas dixi temporum notis Eekhel. D. N. T. VI. p. 178. p. 200 sqq. Vs. 3. obscurum est Σεβαστῷ τὸ β', quum alias dicatur Αὐτοκράτορι τὸ β', τὸ γ' etc. sed longe illud aliud esse debet: nam a 200–201 Severus fuit Αὐτοκράτορι τὸ ἰδ' (Imp. XI), ut constat ex nummis. Igitur Σεβαστῷ τὸ β' videtur inde ab eo tempore dici, quo una cum Caracalla Augusto imperavit.

PARS QUINTA.

INSCRIPTIONES BOEOTICAE.

In harum inscriptionum ordine instituendo quum commodius videretur, quae essent ex eodem genere, eas omnes componere, nolui titulos secundum singulas civitates separare, sed universum numerum per classes disposui, easque septem. *Prima* continet *decreta et acta publica civitatum liberarum*, hoc est ante Romanorum imperium scripta; in iis habes etiam *catalogos publicos*. *Secunda* classe coniunxi *agonistica*, etiam donaria ob victorias oblata; *tertia* *donaria cetera diis oblata*, quibus addidi *donationes vel venditiones servorum*; qui ea donatione vel venditione *hieroduli* fiunt. In *quarta* classe habes *honores Imperatorum*; in *quinta* *honores magistratum, sacerdotum, privatorum, etiam mulierum*, qui tituli maximam partem statuis subscripti Imperatorum aetate sunt; *sexta* classis comprehendit *epitaphia et singula nomina*, *septima* *fragmenta varia*. In classe prima primo loco habes decreta, uno excepto n. 1625. quod ut recentius in quintam distuli; initio posui proxenias, tum cetera decreta et recens ac catalogos, in quibus postremi magna ex parte militares

sunt. In secunda classe priores tituli ad musicos potissimum ludos pertinent, posteriores ad gymnicos: in utraque parte primae sunt donariorum agonisticorum inscriptiones; sequuntur catalogi. In tertia classe quae certis diis dedicata sunt, in principio collocavi, et post donariorum titulos servorum sive venditiones sive dedicationes. Quinta incipit a virorum, quorum aetatem tenemus vel conicere possumus, titulis; quibus ceterorum virorum et mulierum honores addidi. In sexta praemisi ea, quae vel dialecti causa vel scriptura antiqua insigniora sunt (n. 1637-1651.), eaque secundum alphabetum disposita; reliqua, prout forma eorum similis est, eodem ordine composita deinceps sunt. Ne vero in diversorum titulorum interpretatione easdem res uberius explicare identidem cogerer, in ipso statim introitu ea ponere commodum visum est, quae uno tenore contexta facilius perspiciuntur: igitur de *dialecto Boeotica*, de *magistratibus Boeotorum*, postremo de *anno Boeotico*, quantum inscriptionum causa opus est, disputo.

INTRODUCTIO.

CAPUT PRIMUM.

DE DIALECTO BOEOTICA.

1. Aeolismus etsi permultis Graeciae populis communis est, apud quos pro varia caeli temperie et gentium admistione variam traxit indolem, aliam in Peloponneso, aliam in Thessalia, aliam in Boeotia, aliam in Lesbo et Aeolide Asiae, de quo ad n. 11. dixi; tamen ex Thessalia potissimum primitivi Aeoles derivandi sunt: Thessali enim, ut ait Heraclides Ponticus (ap. Athen. XIV. p. 624. C.), εἰσὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ γένους Αἰολεῦσι μεταδόντες, non illi quidem Thessali proprie dicti, qui Ephyra ex Thesprotia profecti in campos Peneios descenderunt, sed qui ante hos eas regiones, quae postea Thessaliae nomen adeptae sunt, et maxime Phthiotidem habitabant, a Thesproticis equitibus partim subacti partim pulsati, Pelasgi Aeoles, quorum dicionem γῆν τὴν Αἰολίδα vocat Herodotus (VII, 176. cf. Müller. Dor. T. I. p. 65 sqq.). Ex qua terra quum sexaginta post Troica annis Aeolenses Boeoti (Αἰολεῖς Βοιωτοί) immigrarint in Boeotiam ab ipsis denominatam, qua de re rectissime egit Müllerus (Orchom. p. 391 sqq.), Boeotica dialectus Thessalicae affinis optimo iure est Aeolica: quamquam ut Thessalicus Aeolismus ex admista Thesprotorum lingua, ita Boeoticus ex prisco

rum Boeotiae incolarum sermone colorem traxisse videtur. Mox e Boeotia potissimum in Lesbum et vicinam Asiae oram plures sunt coloniae deductae e Boeotis et Achaëis, Aeolensibus utrisque, mistae (v. Plehn Lesb. p. 39 sqq.): hinc nata dialectus Aeolica ea, quam Asianam dixeris, conflata, ut opinor, e Boeotica et Achaëica et fortasse vetustorum eius regionis colonorum dialectis: atque haec Asiana a grammaticis potissimum *Aeolica* vocatur, quippe Lesbica poesi celebrata. Quae quum ita sint, *Boeotica* lingua est quidem Aeolicae latiore significato dictae pars, sed differt quum a ceterorum Aeolensium sermone, Thessalorum, Arcadum, Eleorum et aliorum, tum ab Asiana dialecto Aeolica, nisi quod haud pauca his sunt omnibus communia: itaque grammatici alia Aeolica, alia Boeotica, Thessalica, Arcadica vocant, et similiter cetera. Idem Aeolismus, ut Dorismum, Ionismum, Atticismum, distinguunt vetustiore et recentiore: recentioris vero exemplum, quod §. 5. afferam, propinquum est Boeoticae dialecto. Nihilominus Boeotorum lingua vetustissimae Graecorum mihi videtur propior habenda, quam Aeolica Asiana, quae in peregrino

X x x x

remotoque solo post longinquam demum est migrationem exulta: igitur in Boeotiis titulis quaedam supersunt Latinae linguae hucusque propria visa: quippe prisca Aeolica sive Pelasgica lingua, omnium Graecarum dialectorum vetustissima, qui honor antiquitatis falso nuper Doricae tributus est, una cum Germanica et Latina ante rerum memoriam ex communi manavit fonte. Accedit quod Spartana dialectus Boeoticae valde affinis est, cuius rei exempla aliquoties annotabo: quod potest documento esse utramque ex Thessalia prisca genuini Aeolismi patria allatam in posteras utriusque populi sedes esse. Sed antiquissima illa Graecae linguae forma inter paganos antiqui tenaces potuit ipsum cultiorem sermonem diuturnitate superare, ut in Italia rustica lingua multa videtur casca servasse, quae elegans non recipiebat Latinitas, et tamen ipsa ad formandam Italorum noviciam linguam aliquid contulisse. Ut enim Graeci in litteris paulatim desierunt peculiaribus gentium dialectis uti, quod in Boeotia circa Olymp. 130-145. factum videtur (v. ad n. 1583. 1584.); ita in agris non abrogata est vetusta dictio: quare quum obsolescerent litterae, potuerunt Thraciae, Macedoniae, Thessaliae, Boeotiae dialecti admisceri linguae communi, atque ad hanc corrumpendam una cum Latina barbarisque linguis conferre. Certe sicut Graeci nunc diphthongum *ai* pronunciant *ae* vel *e*, *ei* et *oi* vero *i*, ita Boeoti pro *ai* dixerunt *ae* vel *η*, pro *ei* autem *i*, pro *oi* pronunciarunt *υ*, quae littera affinem litterae *i* sonum habet: unde tantum abest, ut vetustos Graecos illas litteras ad noviciorum modum pronunciasse colligatur, ut etiam contrarium inde evincas, propterea quod illa ipsa pronuntiatione ab reliquis dialectis distinguebatur Boeotica: at Boeoticae et hodiernae pronuntiationis similitudo probabile reddit, e rustica vetusta natam esse recentem; in ipsa quin etiam syntaxi quaedam Boeotica videntur ad noviciam accedere linguam, ut *παρ τὰν πόλιν* pro *παρὰ τῆς πόλεως* (v. §. 18.). Hac de re monuiam olim Oec. civ. Ath. T. II. p. 394. Quo magis pretium visum de Boeotica dialecto, utpote et satis antiqua et recentissimae vestigia monstrante, agere paulo distinctius. Eius vero uberrimum fontem aperiant *inscriptions*, quibus utemur potissimum, quod ad has scribimus: harum autem aliae Boeotismum magis, aliae minus perfecte referunt, aliae lingua vel communi vel Doricis tantum formis variata compositae sunt: nos tamen utemur etiam iis, quae tantum singulas offerunt Boeoticas quasdam formas, ut inde illustremus Boeotismum; contra quae ab hoc recedere videntur exceptiones, earum exempla ex iis solis titulis petemus, qui aut vetustate commendabiles sint, aut Boeotica dialecto perfectiore insignes. Neque omittemus fragmenta *Corinnae*, poetriae Tanagraeae: haec enim sola, quantum memini, patria dialecto scripsit carmina, *ὅποια συνήσειν ἐμελλον Αἰολεῖς* (Pausan. IX, 22, 3.): quamquam hoc ad sola rettulerim melica, in quibus ipsis illa non omnes Boeoticae dialecti proprietates videtur admisisse (cf. §. 4. 5. 10.): epica eiusdem fragmenta, quantum ex te-

nuibus reliquiis iudicare licet, commune Dorismum referunt. Tertium autem Boeoticae orationis specimen praebet *Aristophanis* Boeotus in *Acharnensibus* (vs. 868-922. 958. 965.): sed aut sibi temperavit Aristophanes, aut textus magnopere immutatus est: omnia quidem ad Boeoticam formam corrigere, non satis tutum iudico. Postremo ubi occasio fert, etiam e *grammaticorum* notatis aliquid delibabo.

2. At priusquam ea referam, quae ex inscriptionibus potissimum petii, de *accentus* ratione monendum est, quam in signandis vocabulis secutus sum. Nam Aeoles, quorum pars Boeoti, ut Latinos et Germanos constat fuisse *βαρυντάς*: quippe hoc genus accentus collocandi graviori convenit ingenii conformationi: et quo quisque populus est antiquior vel antiquam magis retinuit indolem, eo maior illi inest gravitas, quem *κόμπος* dixit Olympiodorus philosophus, ubi Romanam accentus rationem ex gravitate huius gentis derivat, male ideo reprehensus a Bentleio et Reizio (vide Metr. Pind. I, 9. p. 55.). Ita Romani priscae gravitatis tenaces, ita Aeoles, quibus Heraclides Ponticus de Musica (ap. Athen. XIV. p. 624. E.) τὸ γαῦρον καὶ ὀγκῶδες tribuit, vetustam tenuerunt accentuum ponendorum normam, a communi matre traditam, dum Graecorum plerique oxytona plurima admiscunt barytonis, velocioremque sic et leviolem reddunt prolationem. Eximie hoc perspexit Scholiastes Dionysii Thracis (ap. Bekk. Anecd. T. II. p. 662. male hic quoque reprehensus ab alio): Γινώσκεις δὲ χρῆ ὅτι τῶν Ἑλλήνων οἱ μὲν εἰσι Δωριεῖς, οἱ δ' Αἰολεῖς, οἱ δ' Ἰωνες, οἱ δὲ Ἀττικεῖ. συμβεβηκυῖας δὲ διὰ τούτων δηλοῦμεν ποιότητας. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τρόποις καὶ ἤθεσι διαφέρουσιν ἀλλήλων. δοκεῖ γὰρ τὸ Δωριον ἀνδρωδέστερόν τε εἶναι τοῖς βίοις καὶ μεγαλοπρεπὲς τοῖς φθόγγοις τῶν ὀνομάτων καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ· τὸ Ἰωνικὸν δὲ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνεμνόμενον· χαῖνοι γὰρ οἱ Ἰωνες· τὸ δὲ Ἀττικὸν εἰς τε δαιταν καὶ φωνῆς ἐπιτέχνησιν αἰεὶ διαφέρει· τὸ δὲ Αἰολικὸν τῷ τ' αὐστηρῷ τῆς διαίτης καὶ τῷ τῆς φωνῆς ἀρχαιοτρόπῳ. διὰ τοῦτο καὶ τὴν βαρύτητα τῶν τόνων καὶ τὴν ψιλοτητα τοῦ πνεύματος ἐξηλῶκασιν. Attamen non omnia vocabula apud Aeoles fuisse barytona exceptis solis monosyllabis, rectissime animadvertit Osannus (Syll. p. 183.). Primum enim dubitationem iniiciunt tot nomina propria Boeotica in communi lingua oxytona, quorum accentum a ceteris Graecis mutatum esse non videatur probabile. *Κωπὰς* quidem et *Ἐρχομενόν*, ut propria nomina distinguerent ab iisdem non propriis, etiam Boeoti dixerint; magis haesitaveris in aliis, quae ad vulgarem rationem potuerunt ab Atticis et ceteris Graecis deflecti, ut *Ἰσμηνός*, *Ἀσωπός*, *Ἐλακῶν*, *Κιθαρώων* (sicut *οἰνῶν*, *ἀμπελών*); *Θεσπειὰς* vel *Πλαταιὰς* omnino non attulerim, quum alia etiam forma fuerit *Θέσπεια*, *Πλάταια*, eaque antiquior: *Θέσπειαν* videtur etiam Corinna dixisse (§. 9.). Sed ipsa vox *Βοιωτός* videtur barytona Boeotis fuisse, si in textu Herodiani (l. c. §. 7.) acquiescendum: aequae indigenae opidum Pomeraniae vocant *Stralsund*, ceteri Germani ut plurimum *Stralsind*. Deinde ut nos in compositis vocibus aliquot accentum servamus in ultima,

herbei, hinzu, ita vix arbitror Aeoles Boeotos dixisse *ἐπίδει, οὐδέν*, sed *ἐπιδεί, οὐδέν*. Neque in formis talibus, quales n. 11. reddidimus Aeolensibus, *τοί, ταί*, abiectum ab ultima accentum credideris. Certior res est in praepositionibus et coniunctionibus, quae de re postquam Bekkerus (ad Apollon. de pronom. p. 364. C. not. p. 454.), Osannus (Syll. p. 187.), alii monuerunt, errorem a me olim commissum correxi in commentatione de crisi Pindarica c. 42. (Act. Acad. Boruss. a. 1822. 1823.). Auctoritates grammaticorum maximam partem ab Osanno allatae sunt hae. Apollon. Dysc. de Synt. IV, 2. p. 304. Sylb. postquam de anastrophe et de praepositionibus sua natura oxytonis dixit: *Διὰ τοῦτο καὶ ἐπεκτείνονται συνέλκουσι κατὰ τὸ τέλος τὴν ὀξεῖαν, ὡς ἔχει ἡ ἐνὶ καὶ ἡ προτί. διὰ τοῦτο οὐδ' οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη ἠξίωσαν βαρύνειν τὰ μόρια κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον, ἵνα μὴ τὸ ἴδιον τῆς προθέσεως ἀποστήσῃσι, λέγω τὴν ἀναστροφὴν· εἰ γὰρ καὶ ἐβαρύνθησαν, ἀνδελέγονται ὑπὸ τῆς τοῦ ῥήματος συντάξεως ἢ τοῦ ὀνόματος ἐξήγησαν τὸ ἀμεῖναι τὸν τόνον, καὶ ὥς εἴπομεν αἰτίας.* Ex quo loco non, quod ad solos Aristophaneos provocatur, hos solos ita statuisse colligitur; potius quum illud *οὐδ'*, ut Meierus adversus Hermannum animadvertit, adiectum sit verbis *οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη*, Apollonius notat *ne Aristophaneos quidem, nedum alios*, barytonas fecisse in Aeolica dialecto praepositiones; quodsi aliud voluisset grammaticus, scripsisset: *διὰ τοῦτο οἱ περὶ τὸν Ἀριστοφάνη οὐδὲ κατὰ τὴν Αἰολίδα διάλεκτον* etc. Cur vero *ne Aristophaneos quidem* dixerit, alia est quaestio, nihil ad nos: conieceris tamen Aristophanem, accentuum signandorum auctorem primum, in Aeolicis vocibus ut barytonis signandis longius progressum esse quam posteriores. Ni dices *οὐδ' οἱ π. τ. Α. ἠξίωσαν* nihil esse nisi *καὶ οἱ π. τ. Α. οὐκ ἠξίωσαν*. Sed disertius idem Apollonius ac sine ulla restrictione de pronom. p. 353. B. *καθότι ἀδύνατον πρόθεσιν βαρύνεσθαι, χωρὶς εἰ μὴ ἀναστρέφειτο: οὐδὲ γὰρ Αἰολεῖς τὸν ἐπὶ ταύταις τόνον ἀναβιβάζουσιν.* Herodian. Hort. Adon. p. 413. 20. *Οἱ Αἰολεῖς φεύγουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν: πᾶσαν γὰρ λέξιν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῶν ὀξύτονον αὐτοὶ βαρύνουσι, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων.* Choeroboscus ad Theodos. Canon. Anecd. Bekk. T. III. p. 1203. *πᾶσα γὰρ λέξις ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν παρ' ἡμῶν ὀξυνομένη παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι βαρύνεται, οἷον Ἀτρεὺς Ἀτρεὺς, σφόδς, χωρὶς τῶν προθέσεων καὶ τῶν συνδέσμων· ἐπὶ τούτων γὰρ φυλάττουσι τὴν ὀξεῖαν τάσιν, οἷον ἀνά, κατὰ, διὰ, μετὰ, αὐτάρ, ἀτάρ, πρὸς (scribe προτί).* Priscian. Gramm. XIV, 1. p. 977. Putsch. p. 583. Krehl. „Accentum habent praepositiones acutum in fine tam apud Graecos quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in gravem convertitur, nisi praepostere proferantur; quod Aeoles quoque, quamvis fugiant in fine acutum, in hac parte solent servare; quos in plerisque secuti in hoc quoque sequimur.” Et deinde: „Nec mirum in hac parte orationis Romanos in fine ponere accentus, quamvis disyllabae, nec non Aeoles contra consuetudinem suam idem facere, etc.” Haec praecepta et ipse in accen-

tibus ponendis secutus sum, ideoque etiam *καττό, καττάς* etc. scripsi, quod praepositio sequenti annititur voci. Ceterum in iis titulis, quorum dialectus vulgaria admista habet, etiam in accentu ponendo remisi aliquid ab Aeolica severitate, maxime in nominibus propriis, ut n. 1583. de industria scripsi *Κουζικηνός, Αἰολεύς, Κορωνεύς* etc. alibique dedi *Βοιωτός*, alibi *Βοιωτοῖς*, ut n. 1575. quamquam exigui haec res momenti est in monumentis, quorum sibi dialectus non satis constet. Etiam ubi circumflexus in ultima est ex contractione, ut in *Ἐρμᾶς*, non audeo ab ultima remove accentum; omnino vero nolui a vulgari norma nimium discedere, ideoque ne *Φωκείος* quidem et talia scripsi, sed *Φωκείως* (p. *Φωκείως*), licet priorem accentum ut Aeolicum tradiderint grammatici, ut Choeroboscus l. c. p. 1194. Etym. M. p. 189. 29. Quae inconstantia cui displiceat, poterit eam facile emendare. Equidem inhibui iudicium, quum apud Choeroboscum rursus *Ἀρχιλλῆος* dicatur Boeoticum.

3. Quae Boeoticae dialecto cum Dorica et Aeolica communia sunt, ea non memoro nisi rerum tenore flagitante: ipsas Boeotismi varietates ad simplices refero normas, ut illas inter se convenire et certa analogia comprehendere intelligas, neque admisceo aliena, in quibus comparandis sibi nonnulli placent. Dicam igitur ordine *de spiritu et littera digamma, de mutatione vocalium simplicium et compositarum et de contractione, de mutatione consonarum, de formis aliquot pronominum et praepositionum, de peculiaribus vocabulis et formatione verborum et nominum, de declinatione, coniugatione, syntaxi.* Primum etsi Aeoles fuere *ψιλῶται* (cf. p. 28. a.), tamen Boeoti *asperum spiritum* non videntur prorsus neglexisse: nam vel in his titulis ea aetate, qua spiritus asper scribi solebat, maximam partem recentioribus, supersunt scripti exempla, n. 1637. *ΗΑΓΕΣΑΝΔΡΟΣ*, n. 1642. *Ἰππαρχία*; praeterea ne de n. 1570. dicam, qui titulus hac in re nullius est momenti, n. 1569. siglum *IE* docet *ἐκατον*, non *ἐκατον* pronunciatum esse. Sic Boeoti etiam *ἰών* p. *ἐγώ* (Apollon. de pronom. p. 324. C.), ut alia omittam. *Digamma* omnibus Graecis ab initio commune iure ab Hermanno ad Hymn. Hom. p. 91. Pelasgicum vocatur, idemque censuerunt alii: perperam tamen ille id, si figuram litterae spectes, Aeolicum, si usum et originem, Doricum dixit. Quovis respectu id priscum Graecum est: ut vero apud Aeoles et Diores potissimum haesit, ita Boeotis valde frequentatur tum in nominibus propriis tum in iis vocabulis, quae etiam apud Homerum et Pindarum, et partim in Latina Germanicaque lingua eo sono instructa sunt, et in aliis Graecis titulis eadem littera scripta reperiuntur; ab aliis tamen, ubi id ex Homero usu exspectaveris, abest, ut ab *ἐκατος* n. 1569. a. III. In nummis quoque habetur *FACT* (Eckhel. D. N. T. II. p. 196.), credo a radice *ἄστυ*, et *EYFAPA*, ad quod statim redibo. In titulis quae reperio haec sunt.

Xxxx 2

Φάδων, nomen proprium ex coniectura n. 1574. 6. ἀπὸ τοῦ ἀδεῖν.

Φαναξ, Φαναξίων ex emendatione n. 1574. 4.

Φάρων, viri nomen n. 1569. a. II. ex ἀρῶς, ut ex ovibus Boeoti permulti denominati sunt. Sed n. 1593. est Ἀρνοκλείας.

Φείδω, Duo hinc derivata nomina ex emendatione dedi, Φειδήμων (Boeotice p. Φειδήμων) n. 1574. 21. et Φειδίαο n. 1575. 3.

Φελατία, nomen urbis Phocicae, Φελατή, Φελατήϊ n. 1569. a. III. Φέτος, Φέτια n. 1569. a. III.

Φίκατι, ut in tabulis Heracleensibus etc. apud Lacones Βεΐκατι (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 392.), n. 1569. a. III.

Φίτος, Φισοτελίων n. 1562. 1563. b.

Φοῦ, Φοῖ ex emendatione n. 1565. Sic Apollonius de pronom. p. 396. C. postquam de Aeolico Φός dixit: ὁμοίως καὶ Βοιωτοί. Κόμηννα.

εὐωνυμίας πηδεγον Σελωσα φίλης ἀγκάλης ἐλεσθη.

Cod. εὐωνυμίας Κόριννα, quod Bekkerus transposuit; reliqua postquam idem quaedam praeivit, recte restituit Britannus Diar. class. Vol. II. Fasc. VIII. p. 584. sed praemittendum εὐωνυμίας, ab εὐωνύμιος: unde est εὐωνυμίας in Delphico titulo n. 1711. ut ἐπωνυμίαν χάριν ap. Pind. Olymp. XI, 78. ἐπωνυμίαν πόλιν Pyth. I, 30. ὁμωνυμὴ νῆσος ap. Aristot. Epigr. Anthol. Palat. Jacobs. T. II. p. 750. Sic fragmentum hoc erit:

εὐωνυμίας πῆδα Φέον Σέλωσα φίλης ἀγκάλης ἐλεσθη.

Φέον, non Φέον dedi de industria. Vulgari lingua est hoc: εὐωνύμοις παῖδα ὃν Σέλωσα φίλης ἀγκάλης ἐλεσθαι.

Φουκία s. Φουκία, Φουκίας ex emendatione n. 1566. Φουκίας n. 1562. 1563. a. 1564.

In mediis vocabulis digamma in vocibus ex ἀφείδω derivatis est n. 1583. ἀφάφιδος, ἀφλάφιδος, ἀφθαράφιδος, et tamen ἀφω vel αἰφω n. 1579. 1580. Singulare est n. 1639. Βακύντας, ubi digamma quasi ex priori εὐ repetitum videtur: sed contraria exempla aliquoties reperiuntur, Ἀλεύας (n. 1564. 1580.), Εὐάριος (n. 1583.), cui tamen affine videtur ΕΥΦΑΡΑ, quod supra ex nummo attuli.

4. Pergo ad mutationes vocalium simplicium. Ex his Alpha nullam patitur mutationem: ἐνίκωσαν n. 1583. aut a νικάω, forma singulari, derivatur, aut scribendum ἐνίκασαν, quae forma est in ceteris Boeotiae titulis et apud Corinnam. Epsilon ubi Dorice et Aeolice transit in α, idem patitur apud Boeotos, maxime in κὲ κα n. 1569. a. III. γὲ γά Aristoph. Acharn. 868. 906. 917. ἰώνγα apud Corinnam, τούγα p. σύγς (v. §. 7.); tum potissimum ante μ et ρ (ut τάμνειν, φάργον et talia), Ἄρταμις n. 1595-1597. ἱερὸς ἱαρος (ut Ἰάρων n. 16. etc. cf. intt. Greg. p. 304.): ἱάρυ n. 1568. 10. ἱαρειάδδω n. 1568. coll. 1576. Ἰαρκελίδος, Ἰαρώνυμος, Ἀρχίαρς n. 1563. a. 1579. 1569. a. I. Ἰέρεις tamen est n. 1575. Ante vocalem autem Epsilon in Iota transit, ut Θεὸς Θίος, quod Cretensibus tribuit Hesychius v. ubi Θίος scribitur, Boeotis Apollon. de pronom. p. 395. A. Sic Θίος n. 1564. Θιόδωρος n. 1563. c. 1569. b. Δωρόθιος n. 1562. Θιόμαστος 1593. Τιμάσθιος n. 1575. Διοπροπίων 1593. Lacones σιόρ: et sic Boeoticum est Σιανορίδας n. 1574. νει τῶ σιῶ ap. Aristoph. Acharn. 913. Porro ita χρέος χρίος n. 1569. a. I. Κλέων Κλίων, Κλιώνιος, Κλιώνας 1574. 1575. 1583. Νέων Νιώνιος 1574. Μνασέας Μνασίας 1575. Vidimus tamen Φέος apud Corinnam (§. 3.); eademque scripsit τεοῦς, non τίους, licet in hoc quoque ε in ι transisse doceat Apollonius de pronom. p. 355. C. καὶ ἐτι Κόριννα.

περὶ τεοῦς Ἐρμῆς ποτ' Ἀρηά πουκτεύει.

ἔστι καὶ ἡ ΤΙΟΤΣ, διὰ τοῦ ι, ἣν καὶ ἀναλογώτερον ἡγη-

τέον, ἐπεὶ τὸ ε εἰς ι μεταβάλλουσι φωνήεντος ἐπιφερομένου. Quo loco Corinnae versus ex Valckenarii correctione ad Theocr. p. 302. redditus est; sed cod. rectius ἀρσναπουκτεύι: scribe Ἀρενα πουκτεύι. Nam Ἀρενα apud Corinnam scribere intutum est (§. 5.); et Ἀρενα Aeolicum esse docet Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1340. cf. Maistair. de dial. p. 184. B. Illi τίους addendae formae eiusdem rationis τίος, τίω, τίως Apoll. p. 395. A. p. 356. C. ἀμίων et οὐμίων, hoc ex Corinna, p. 381. C. 382. B. Eodem pertinet ἰών et ἰώνγα pro ἐγὼ et ἐγώγε. Apollon. ib. p. 324. B. Βοιωτοὶ ἰών, ὡς μὲν Τρύφων φησὶν, ὑφέσει εὐλόγῃ τοῦ γ, ἵνα καὶ τὰ τῆς μεταθέσεως τοῦ ε εἰς ι γένηται. ἐπεὶ φωνήεντος ἐπιφερομένου τὸ τοιοῦτον παρακολουθεῖ: deinde duo ex Corinna addit exempla, quorum prius sic scripseris:

μέμφομη δὲ κῆ λυγούραν Μούρτιδ' ἰώνγα,
ὅτι βάνα φοῦς' ἔβα Πινδάρειο ποτ' ἔριν.

De voce Μούρτις cf. §. 7. Ἰώνγα etiam Aristoph. Acharn. 906. ubi corrige spiritum. Simili modo natum ἀνδριαν (§. 17.). Imprimis etiam in iis formis ε mutatur in ι, in quibus id apud Atticos vel evanescit vel cum sequenti syllaba contrahitur; unde nata est species Iota vacantis, quam removi ad n. 1564. et locis ibi citatis. Sic ὦν, ἑών, ἰών Boeotice, ut ἰούσης est ἰώσας n. 1563. a. b. 1564. ἔωσι ἰώνδι 1569. a. III. δοκέει δοκίει n. 1568. ἔττα κέττα 1569. a. III. Δαμοτέλεος Δαμοτέλιος 1569. a. II. Πραξιτέλιος 1593. Καλνιμέλιος 1573. Ἀλκιοθένιος 1579. Ἀσκληπιογένιος 1583. Πολυκράτιος 1579. Σωκράτιος 1583. Φιλοκράτιος 1575. Εὐάριος 1583. etc. item αἰλίαν αἰλίω, ut αἰλίοντος n. 1579. 1580. ἀγώνοθετίοντος 1583. εἰλαρχιόντων 1588. Βοιωταρχιόντων 1565. Διοπροπίοντος 1593. μοραγιόντος 1574. πολεμαρχιόντων 1573. 1574. χοραγιόντες 1580. Sic etiam Lacones μονίωμας, λυχνοφορίοντες etc. ap. Aristophan. Lysistr. 1002. 1003. Vulgatae tamen formae sunt n. 1576. Θεογίτων, εἰλαρχέοντες, Καλλικράτεος etc. et n. 1583. Πουδέας. Non ad Boeotismi proprietatem referendum est πόλιος n. 1569. a. III. Ionibus commune. Ceterum, nisi ante vocalem, ε non mutatur in ι, auctore etiam Apollonio de pronom. p. 385. C. παρὰ Βοιωτοῖς οὐ μετατίθεται συμφώνου ἐπιφερομένου τὸ ε εἰς τὸ ι. Neque ε Boeoti mutant in ει, sed quae pro hac mutatione afferri possint, aliter sunt explicanda (§. 5.).

5. Eta ubi in Dorismo et Aeolismo vulgo litteram Alpha substitutam habet, vel ubi primitiva forma hac littera instructa est, etiam apud Boeotos in α mutatur, ut Καφισός, Ἀθάνα, χοραγῶ, νικάσας, Ἡρακλίδας, τᾶς etc. ubi vero Dorice et Aeoles vulgo, etiamsi non constanter, retinent η, et ubi id ex e natum est, Boeoti id mutant in ει, similiterque Boeotorum parentes Thessali, ut n. 1766. ὀνέθεικε, ἱερμναμονείσας, ἀρχιδανυχαφορείσας. Sic in Boeoticis titulis μῆ μεί n. 1569. a. III. ἐπειδὴ ἐπιδεῖ ib. μῆνος μεῖνος 1569. μῆλον (ovis) μεῖλον, unde Εὐμείλος, Τιμόμελος, Μνασίμελος, Σαύμελος 1569. 1575. Ἡρώδης Εἰρώδας 1574. Εἰρώδας 1583. quod est a nomine ἥρας; εἰδόμενον 1571. Χαριτέισια 1583. Θειβείος 1583. ποίτας, αὐλείτας 1583. Εὐφίλειτος 1575. Χαριτίδας 1578. Ἰσμε-

νίας, Ἰσμενιάταο 1578. 1593. Ξενόκλης 1575. Πασίκειν 1569. Δαμοτέλειν ib. Ἀντιγένης, Μενεκράτης, Ἀντιφάνης, Περργένιος 1569. c. 1574. 1578. (cf. 1601.) 1583. συγχωρήσει συγχωρήσει 1569. a. III. ἀνέδεικα 1571. 1579. 1593. 1601. ἐπόεισε 1582. χοραγεύσαντες 1579. Huc pertinet etiam εἶμεν pro εἶναι constans in his titulis, ut n. 1562 sqq. 1569. a. III. quod est pro ἤμεν: nam si esset pro ipso εἶναι, debebat ἤμεν esse (§. 9.). Similiter n. 1575. Ἰέρεις est pro Aeolico, certe Arcadico Ἰέρης; v. not. Contra Aeolicum μεῖς pro μῆν (Suid. Zonar. Schol. Iliad. τ, 117. etc.), ut alia quae praeter rem admiscuntur, huc non pertinet: hoc est enim e ΜΕΝΞ (mensis), ut θείς ex θένς, θέντος; licet Etym. M. Zonar. etc. Doricam litterae η in ε mutationem in ea voce sibi agnoscere sint visi. Boeolicam proprietatem illam tradunt etiam grammatici. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p. 23, 27. Βοιωτοὶ δὲ τάρβειμι καὶ ποίεμι καὶ φίλεμι. Eustath. ad Odyss. β, p. 1442. 47. ὁ δὲ Ἡρακλείδης ὑποβάλλει Βοιώτια νοεῖν καὶ τὸ εἶμι καὶ τὸ εἶμι, ἐν οἷς λέγει ὅτι οὐδὲν τῶν εἰς μὲν περατουμένων διφθογγῶν ἔχει ἐν τῇ παραληγουσῇ, ὅτι μὴ Βοιωτικὸν καθεστήκειν, ἥγουν εἰ μὴ Βοιώτιον εἶη. ἐπεὶ γὰρ φησι δι' ἑθούς Βοιωτοῖς μηδέποτε τῷ η χρῆσθαι ἐπὶ τῆς οἰκίας δυνάμεως, ἀλλ' ἐκάστοτε εἰς εἰ διφθογγῶν μετατιθέναι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τοῦ εἰ προφέρονται, τίθειμι, κίρνεμι, ἴστειμι (si hoc verum), καὶ πάντ' ὁμοίως. καὶ τὸ εἶμι γοῦν τῆς αὐτῆς ἔχεται διαλέκτου. ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος τοῦ Ἡρακλείδου βοηθεῖ καὶ τοῖς παραδιδούσι Βοιώτιον εἶναι τὸ τέθεικα καὶ τέθειμαι καὶ τεθεῖσθαι καὶ τεθειμένος καὶ τὰ κατ' αὐτά. Etym. M. p. 660. 51. ἐξύνεται καυστήριος· ὅπερ γίνεται κατὰ διάλεκτον Βοιωτῶν, ὡς τὸ τέθεικα τέθεικα. Cf. ἀγείσχα p. 9, 33. et alia. Ap. Aristophanem Acharn. 868 sqq. pauca huius usus supersunt exempla, Θείβαθεν, Θείβαδι, νεί (νή), ἀδικεῖμενος ab ἀδίκειμι; alia videntur reducenda ut neglecta a librariis, ut Ἰσμενίας, Ἰσμενίχος, γενεῖσται p. γενήσται, αὐλεῖται vel αὐλεῖται p. αὐληταί, μεῖ p. μή vs. 908. 911. et ibidem fortasse εἰ pro ἤ. In Corinna haereo: certe nullum ne in melicis quidem huius mutationis apud illam certum vestigium superest. Contra ap. Hephaest. p. 60. extat in illius fragmento προφανής (amovet tamen Herm. El. doct. metr. p. 522.), μεγαλοσθένης est ap. Apollon. de pronom. p. 358. C. Sed ibid. p. 325. A. ἡδ' ἡρώων fortasse corruptum est: certe in promptu esse dixeris εἰρώων scribere. Ap. Apollon. p. 358. C. est etiam ὠνούμηνε, praecedente aoristo: attamen in hoc non η retentum videtur pro Boeotico εἰ: est imperfectum pro ὠνούμαι: nam in aoristo expectes ὠνούμενεν, ut ἔφανα. In titulis vere Boeoticis pauca sunt contraria, ut peregrinum Κουζικηνός. n. 1583. Διογένην 1563. a. Τηλυδωρίων. 1574. et ibidem Φιδήμων, quae per neglectum Boeotismi scripta videntur; contra nomina ab Ἡρακλῆς descendentia, ut Ἡρακλῆδας, Ἡρακλῆτος, excipi ratione videntur, quamquam ab Ἡρα est Εἰρόδοτος n. 1583. ex certa opinor emendatione. Alia ex parte notabilia sunt Κτεισίας n. 1573. et Θειλούθιος n. 1569. a. in quibus pro ε expectaveris α. Sane Doricum est κτῆσις: sed proclivis vox κτάρμαι in temperatiore quidem Dorismo ad η est, et ipse Pindarus dicit κτήσασθαι, non κτῆσασθαι, quippe quod ε in eo vocabulo ali-

quam habuit vim, quam monstrant formae κτάρ, κτάρων (cf. Metr. Pind. p. 291.). Ita et ἐγκτησις est in titulis ad Dorismum attemperatis, ut in Thaumacensibus n. 1771. 1772. 1775. nam Laconicum n. 1334. non huc rettulerim. Θειλούθιος haud dubie descendit a voce θαλύσιος, etiam brevi α: quo magis θαλούθιος expectatur: sed ut in τέθλα, adscitum est η et pro hoc ε; unde vulgaris forma est Θειλούθιος n. 1608. d. 1609.

Diphthongum εἰ non solum vocali η, sed etiam vocali ε et diphthongo αἰ substitui, possit aliquis ex quibusdam formis colligere: sed hae quoque ad hanc vocalis η in ε mutationem pertinent. Pro ε vulgaris linguae est εἰ in casibus vocabulorum in εὖς et κλῆς exeuntium: Κορωνεῖος, Θεσπιδεῖος, Πλαταιεῖος n. 1593. Φωκεῖ n. 1569. (etiam in catalogo navium legebatur Φωκεῖων, vide Wessel. ad Diod. XVI, 23.), Φωκεῖας n. 1569. a. I. II. Χερωνεῖα 1569. a. I. II. Ἡολεῖα 1564. Χαλκιδεῖα 1563. b. c. tum Ἀμυνοκλεῖος 1563. b. Δαμοκλεῖος 1563. a. Ἰαροκλεῖος ib. Ἀρνεκλεῖος, Διοκλεῖος, Νικοκλεῖος 1593. Πολυκλεῖος 1569. a. II. Sed haec formantur sic pro Κορωνῆος, Ἀμυνοκλῆος etc. N. 1569. a. III. Φελατιῆ non retinuit η, quasi sit pro Ἐλατειῆ, sed est potius pro Ἐλατειῆ, prorsus ad Boeoticam analogiam. Communem formationem Λεβαδεῖων a Λεβαδεῖος de industria retinui n. 1588. Mirum vero quod illam in εἰος formationem Boeoticam non agnoscit Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1194. ubi postquam antiquis Ionibus tribuit formam Ἀχιλλῆος, βασιλῆος, pergit: ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις Αἰολεῦσιν, ἀλλ' οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν, Ἀχιλλῆος καὶ βασιλῆος· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις Ἴωσι διὰ τῆς εἰ διφθογγῆος καὶ εἰ, οἷον Ἀχιλλεῖος καὶ βασιλεῖος· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τοῖς νεωτέροις Αἰολεῦσιν, ἀλλὰ πάλιν οἱ Αἰολεῖς προπαροξύνουσιν, Ἀχιλλῆος καὶ βασιλῆος λέγοντες· παρὰ δὲ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ ι καὶ ε, οἷον Ἀχιλλῖος, βασιλῖος. De accentu monui §. 2. extr. Iota hoc, non tamen Boeotis tributum, longum esse pronunciat Eustathius ad Dionys. Perieg. 386. Sed Choerobosci fidem superant hi tituli, in quibus semper est Κορωνεῖος, Ἀμυνοκλεῖος et talia; cum titulis consentit is, quem Choeroboscus Aeolicum dicit, usus; et in hoc cum Choerobosco convenit Scholiastae Nicandri Ther. 764: Περσεῖος Aeolicum genitivum dicenti, male correcto a Sturzio ad Maith. p. 184. B. Iam ut illud εἰος est pro ἦος, sic etiam μαντεῖα est ex μαντήα n. 1593. et eodem modo §. 12. explicō verbum ἰαρεῖάδω. Superest εἰ, quod videatur pro αἰ esse, ut in Ἀθανεῖος n. 1562. 1583. Ταναργεῖος 1562. 1563. a. b. Θειβεῖος 1583. at in hac quoque terminatione εἰ est pro η, duplici Boeotismo. Nempe primum factum est Θειβῆος, Ταναργῆος, quae habemus n. 1593. deinde quasi hoc non esset ipsum Boeoticum, novo molimine dederunt Θειβεῖος, Ταναργεῖος etc. Cf. §. 8.

6. Iota non mutatur; quodsi pro χιλῖος est χελῖος n. 1569. a. III. pro ἰλαρχεῶ εἰλαρχεῶ 1576. 1588. haec non sunt Boeotis propria. Omicron in α transiens, ut ρίκατι, διακάτιοι n. 1569. a. III. Doricum est et Aeolicum. Apud eosdem Aeoles ο et ε commutantur, ut δδόντα ἔδοντα, ὀδῖνας ἔδῖνας, Ἀπόλ-

Corinnae est. Eadem ap. Hephaest. p. 60. accentibus aliter dispositis:

μέγα δ' ἔμης γέγαθε πόλις
 λιγυροκωτῆλης ἐνόπης,

ubi Hermannus dativo opus esse vidit (Elem. doctr. metr. p. 521.), sed proprietatis Boeoticae immemor fuit, quum hos putaret esse genitivos. Vulgo ibi ἔμῃ, Herm. ἔμης. Corruptum est Corinnae δονεῖται ap. Hephaest. ib. excipiendum fortasse δαίμων eiusdem ap. Apollon. de pronom. p. 365. B. Addo locos aliquot grammaticorum. Herodian. π. μονήρ. λέξ. p. 43, 27. ὡς τὸ παῖω πῶω λεγόμενον παρὰ Βοιωτοῖς, παλῶ (παλαῖω). Etym. M. p. 32, 6. ἐπεὶ τὸ παλῶς, ἀρχῶς καὶ Ἀρχῶς Βοιωτιά εἰσι κατὰ τροπὴν τῆς εἰ (αι) διφθόγγου εἰς ἡ, ὡς τὸ ὄρηος καὶ λύκῃος Λακωνικά. Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1215. Ἐτι δὲ προσθεῖναι ἐν τῇ κανόνι τῷ λέγοντι ὅτι φύσει μακρῶς οὔσης τῆς τελευταίας συλλαβῆς οὐδέποτε τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἢ ὀξεῖα, ἥγουν οὐ προπαροξύνεται, „καὶ χωρὶς τοῦ ἡ τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς αἰ διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς.” τούτου γὰρ ἐπὶ τέλους ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἢ ὀξεῖα. τὸ γὰρ τύπτωμαι οἱ Βοιωτοὶ τρέποντες τὴν αἰ διφθόγγον εἰς τὸ ἡ προπαροξύνουσι καὶ λέγουσι τύπτωμῃ. Cf. Heraclid. ap. Eustath. ad Iliad. β. p. 365. 27. et ibi allata e Choerobosco λεγόμενη, ποιούμενη. Choeroboscus ap. Bekk. Anecd. T. III. p. 1187. οἱ Βοιωτοὶ ταῖς εἰς ἡ ληγουσαῖς δοτικαῖς οὐ προσγράφουσι τὸ ἱ. τῇ Ἑλένῃ γὰρ φασὶ καὶ τῇ Πηνελόπῃ χωρὶς τοῦ ἱ. In titulis rara contraria. N. 1592. ubi Ἀθάνᾳ, non videtur Boeotice conceptus fuisse; de fragmento n. 1679. ΧΑΙΠΠΟΝΕΑ satis antiquo iudicare non licet; n. 1639. extat Βακεῖρα, 1573. Ἐρμαῖω, 1583. Φωκαιεύς, Αἰολεύς, 1574. ἐπλίταις. Haec quidem de diphthongis αι et α. Sed etiam pro η eo, quod Dores non in α mutant, η ponitur, ut n. 1569. a. III. πράττη p. πράττη. Quare n. 1568. cave δοκίει putes coniunctivum δοκῆ esse, η mutato in αι, ut Θειβῆος p. Θεβαῖος: potius pro δοκῆ Boeoticum est δοκίη.

9. Diphthongus ει secundum normam Boeoticam transit in ι, etiam ante consonam: ἱράνα n. 1563 sqq. Εὐγίτων, Ἀριστογίτων 1575. Διογίτων 1579. Θεογίτων 1576. Καλλυγίτων 1593. Θεόγιτος, Εὐγίτα n. 1661. 1608. h. Παμπύραο, Διοπίθεις n. 1575. Φιδίας n. 1569. a. III. Ἀμινίας 1584. 1608. in vulgari dialecto, in qua hinc etiam Ἀριστίδης n. 1611. haesisse videtur; Ἀμινόκλεις 1563. b. Δινίας 1593. Καβίργχος n. 1584. inter vulgarem dialectum; Ἀριστοκλίδας 1593. Ἡρακλίδας 1583. Καλλικλίδας 1578. Δαμοκλίδας 1575. Δαρκίος 1571. κίμενος, πλίονα, ἀρχί, ἀπέχί, ἐπιδεί, ἢ (εἰ) 1569. a. ἀσφαλῖαν, ἀτελίαν, ρισοτελίαν 1562 sqq. Ἀργίος 1583. Φελατία 1569. a. III. et in terminatione adiectiva patronymica Ἀπολλοδώριος, Σαμίωνιος etc. (v. ad n. 1574.) Mensis nomen Ἀλαλκομένιος n. 1569. a. est pro Ἀλαλκομένειος 1608. e. quod vero ibid. c. g. in vulgari dialecto est Ἀλαλκομένηου, simili debetur confusione ac Θειβῆος (§. 5.). Nam pro Boeotico Ἀλαλκομένιος quum consuisset iam dici vulgare Ἀλαλκομένειος, hoc ipsum habuere pro Boeotico et dixerunt Ἀλαλκομένηος, ut scilicet communi uterentur forma, in qua est η pro Boeotico ει. Etiam n. 1625.

quod toties est pro αι, ut ει pro εις (veteres Boeoti potius ει dixisse noto §. 13.), μαρτυροῦνται etc. videtur priscae pronuntiationi originem debere. Πόλι, συγχωρεῖσι 1569. a. 1571. alienum ab illa ratione τοῦ εἰ in ἱ mutandi, quippe Ionibus commune aliterque proinde explicandum. Ex grammaticis huc pertinet Boeoticum ὀπίττωμαι seu ὀπίττωμαι (πίττωμῃ), οὐ πείθομαι, ap. Hesych. et Phot. ac Phavorin.; ex Corinna ποικτεῖ (§. 4.); eadem quod Θεσπια pro Θεσπια et producta et correpta paenultima dixit (Steph. Byz. v. et inde Eustath.), vix afferri potest. Apud Hephaest. p. 60. δονεῖται in δονεῖτη mutandum censeo; retento ει, quod hoc est ex ει; in epico eiusdem Corinnae versu ap. Hephaest. p. 9. in voce εὔδης nihil novandum: in melico (cf. §. 7.) Ποτειδάων habetur, quod et ipsum retinendum censeo, licet normae Boeoticae minus congruum. In titulis contraria fere haec sunt: Χαιρίας n. 1575. (nisi est pro Χαιρέας, ut Tαναγρεῖος, quamquam hoc vix crediderim), Κλεινίας 1579. 1580. Ἡράκλειτος 1575. Ἡρακλίδας 1577. μειλίχιος 1568. in cognomento numinis, ἐφείλω, δάνειον 1569. a. III. τεθεῖσας ib. σταθεῖσα 1569. c. δοκίει 1568. hoc non sine ratione; Ἀλεξανδρείας 1564. Φιλοκράτειος et alia adiectiva patronymica (vide ad n. 1574.), ἀσφάλεια 1563. a. Formae a Λεβάδεια factae retento ει n. 1569. c. 1575. 1588. non possunt in certis exemplis contrarii Boeotismo usus referri. Postremo post diphthongus ει in terminatione adiectiva in η transit, ut Καλλίειος Καλλίης (vide ad n. 1574. 19.). Εἰ in ηῖ solum transit in ει, ut μαντεῖαν (§. 5.). In ει non transit ει: nam οὔμεις s. οὔμες pro ὑμεῖς et talia diversae sunt rationis.

10. Pro diphthongo οι et ω, ostendente Tanagraei tituli n. 1599. scriptura ΔΙΟΝΥΣΟΕ, olim fuit ΟΕ, ut κισσαροῶν Romani pronunciant citharoe-dum; estque hoc simile usui τοῦ ΑΕ pro αι et α (§. 8.). Sed vulgo οι vel ω sequente consona et in fine vocabulorum mutatur in υ productum, ut αι et α sine discrimine in η; atque ut in formis η pro αι in terminatione recipientibus, ita etiam in iis, quae in οι desinunt, substituendo υ non afficitur accentus ratio. Sic οἰκία πυκία 1562-1564. Ἀγρυκίχιος 1574. ἀνυδός pro αἰνυδός in compositis n. 1583. κατάλυπον 1569. a. III. Θύναρχος 1569. a. a Θοῖνῃ Θύνα, ut Spartae Θυναρμόστρια (v. ad n. 1435.), τοῖ τυ, τυδε 1568. 1569. a. III. 1583. τυ δάμυ pro τῷ δήμῳ 1562. 1563. a. b. 1564. 1568. τυ ἰάρυ, μειλινῶν 1568. τῶς ἄλλως προξένος 1562-1564. αὐτῷ (αὐτῷ), αὐτὸς 1562 sqq. 1569. a. Εὐβώλῳ, ἵππῳ, προβάτῳ, ἥγῳ, Ἐρχομενίῳ 1569. a. Sic Boeotus est Ἀνεμύτας ap. Dem. de cor. p. 324. ubi vide not. Bekkeri. Apollonius de pronom. p. 364. B. Αἰολεῖς ἔμοι βαρέως, Βοιωτοὶ διὰ τοῦ υ ἔμῳ (ἔμῳ?) συνήθως, καθότι καὶ τὸ καλοὶ καλῷ. Idem p. 366. A. de οἱ pronomine: Αἰολεῖς σὺν τῷ F, et dein addit: Βοιωτοὶ συνήθως εἰς τὸ υ (sic Bekk. pro εἰ) μεταλαμβάνουσι. Eodem pertinet p. 371. C. 2. ubi νῦ et υ scribendum Bekkerus monuit. Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1215. post verba §. 8. allata: Ἐτι δὲ προσθεῖναι „καὶ χωρὶς τοῦ υ τοῦ μακροῦ τοῦ γινομένου ἀπὸ τροπῆς τῆς οἰ διφθόγγου παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς.” τούτου γὰρ ἐπὶ τέ-

λους· ὄντος πολλάκις τρίτη ἀπὸ τέλους πίπτει ἡ ὀξεῖα· τὸ γὰρ Ὅμηροι τρέποντες τὴν οἰ διφθογγον οἱ Βοιωτοὶ εἰς τὸ μακρὸν προπαροξύνουσι καὶ λέγουσιν Ὅμηρον. Excipiuntur quaedam nomina propria, Elatiense Μενόϊτας n. 1569. a. III. Δαμοτοίδας 1568. praeterea οἱ ante vocalem in eadem voce sequentem, ubi in omicron nititur sermo et pro οἱ solet etiam ο dici: ut constanter Βοιώτος in titulis, quippe quod hoc cohaeret cum vocibus βοώτης, βοωτεῖν, βοωτία, unde etiam οἱ breve haud rarum in illo vocabulo (§. 7.); item ποσίτας pro ποιητής 1583. Etiam ωῖ, quod ceteri Graeci in ψ contrahunt, Boeoti non mutant in υ, sed in οἱ. Etym. M. p. 224. 36. οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τὸ ω καὶ ἰ εἰς τὴν οἰ διφθογγον τρέπουσι, τὸ πατρῷος πατροῖος λέγοντες καὶ τὸ ἡρώϊος ἡροῖος. Cf. p. 770. 17. Causa haec est, quod ipsis omnino non ωῖ, sed οῖ fuit illud, quod in οἱ contrahebant: sive ut aliis verbis dicam, litteram longam ante vocalem corripiebant, ut etiam apud poetas ἡρώϊος (ἡροῖος) habetur. In aliquot titulis, ut n. 1579. 1580. 1588. 1595. prorsus non mutatur οἱ. Neque huius mutationis vestigium apud Aristophanem superest; ac ne apud Corinnam quidem in ipsis melicis, apud quam praeter Βοιώτε et Πινδάρειο (§. 7. 4.) aliam habentia excusationem, extat λευκοπέπλοις et βρομούμενοι s. βρεμόμενοι (Hephaest. p. 60.). Postremo diphthongus ου nullam Boeotis propriam patitur mutationem, sed transit in ω, ubi hoc fit ex Dorismo et Aeolismo, οὔσα ἰῶσα 1563. a. b. 1564. Εὐβωλος 1569. a. τοῦ τῷ, πολέμου πολέμω, ἐσγόνους ἐσγόνως. Sic etiam Corinna Θέλωσα (§. 3.), ἱππῖω ex emendatione Hermanni El. doct. metr. p. 522. item Boeotus apud Aristophanem Acharn. ubi ω pro ου partim in libris servatum partim a doctis repositum recte est.

11. *Contractionis* usus rarus. Aw contrahitur in α, si contrahitur, ut τᾶων τᾶν n. 1569. a. III. et hoc τᾶν solum reperitur, non τᾶων, licet dicatur κατοπτᾶων etc. Κορᾶν dixit Aristoph. Acharn. 891. in verbis Boeoti. Ut vulgo εο in ου vel in ευ contrahitur, sic vulgatae contractionis τοῦ αο in ω apud Boeotos vices gerit contractio in αυ: unde Σωκράτειος, Σώμηλος est Σαυκράτειος, Σαύμηλος n. 1588. 1575. licet Σωκράτης sit n. 1583. Ulterius progressi Arcades fecerunt Ἀπολλωνίδαυ pro Ἀπολλωνίδαο (vide ad n. 1513.). Crasis κῆ ex κῆ ἢ (καὶ εἰ, κεῖ) extat n. 1569. a. III.

12. De *consonis* pauca dicenda sunt. Δ ante asperum in Θ transit Aeolico usu in voce οὐθέν n. 1569. a. III. cf. Addenda ad n. 12. Θ in ττ mutatum reperitur, πείδομαι πίττομαι (§. 9.); idem in σ mutari paulo post monebo. T transit in π, πέτταρα, πετταράκοντα 1569. a. III. ut apud Aeoles πέσσυρες, ut etiam vulgatus πίσυρες, apud nos vier. Huc Hemsterhusius ad Polluc. T. II. p. 1059. referebat etiam Latinorum *petorritum*, quod tamen Varrone auctore Gallicae est originis. Pro Sigma et Zeta regnant in Boeotismo τ, Θ, δ. Ut Dores et Aeoles ita Boeoti εἰκατι, διακάτιοι n. 1569. a. III. n. 1571. 32. Ποτειδάων, τοῦ pro σύ (§. 7.), in derivatis τίν etc. (Apollon. de pronom. p. 365. B.). Pro στ dicebant ττ, ut in formula ἴττω Ζεύς Aristoph. Acharn. 919. Plat. Phaedon.

p. 62. A. Epist. VII. p. 345. A. ἴττω Ἡρακλῆς Aristoph. Acharn. 868. Etym. M. Phavorin. v. ἴττω. Pro duplici σσ non solum in Θάλαττα, quod Boeoticum dicit Ael. Dionysius ap. Eustath. ad Il. κ, p. 813. 6. constans est ττ, sed etiam ut apud Atticos in πράττω n. 1569. a. III. si vera lectio, atque adeo in ὀπῶττα n. 1564. Eodem refero n. 1568. κατασκευάττη, quod pro κατασκευάσση esse videtur, non pro κατασκευάζη: neque enim in titulis reperio ττ pro ζ. Apud Aristoph. Acharn. 892. est ἐπυχάριττα, pro ἐπυχάρίζου auctore Etym. M. p. 367. 19. de quo varia commenti sunt interpretes: sed manifesto est aoristus imperativi, ex ἐπυχάρισσαι, estque aut ἐπυχάριττη scribendum, pro αἰ posito η, aut hoc η aliquando rursum est in α mutatum, ut similiter Θειβῆος secunda mutatione in Θειβεῖος: de qua re supra dictum est. Attamen etiam pro ζ duplex τ positum a Corinna esse, sed mutato prius in σσ, tradit Eustath. ad Iliad. κ, 572. p. 824. 27. φασὶν οἱ παλαιοὶ ὡς οἱ Ταραντῖνοι τὰ εἰς ζω λήγοντα ῥήματα βαρύτερα διὰ δύο σσ προφέρουσιν· οἷον σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω, φράζω φράσσω· ὅπερ ἡ Κόριννα φράττω λέγει Βοιωτικῶς. In titulis pro ζ est δδ, prorsus ut apud Aristoph. Acharn. 958. Θερῖδδεν: n. 1573. 1574. γραμματίδδω (γραμματίζω p. γραμματεύω), unde patet ἐπεψάφιδδε n. 1562. 1563. a. b. esse ἐπεψήφιδδε, non quod in Atticis titulis frequentius, ἐπεψήφισε. N. 1568. ἱερειάδδοντος manifesto est pro vulgari ἱερατεύοντος: nempe ut ab ἱερεὺς formaveris ἱεραέζω, sic a Boeotico ἱάρεως, gen. ἱαρεῖος s. ἱάρειος, fit ἱαρειάζω, ἱαρειάδδω. N. 1576. ἱαρειάδδε videtur esse, non assumpto ει: quamquam lectio valde incerta est. Ceterum haec litterae ζ in δδ mutatio conferenda potissimum mutationi τοῦ στ in ττ: primum enim Aeolice videtur γραμματίσσω fieri, tum γραμματίδδω: quamquam ζ etiam in simplex δ mutatur Boeotice, Ζῆσος Δῆσος, ζυγὸς δυγὸς, quae cum Ζεὺς Δεὺς componit Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 1194. Etiam Θ ponitur pro σ. Nam Θεολούθιος manifesto est Θαλύσιος; cur tamen hic non τ, sed Θ assumatur, difficile dictu. Quantum intellico, σ post ν in Θ transit: igitur a Θαλύνω fuerit Θαλύνσιος, Θαλούθιος, absorpto ν, ut fit in ὦν, ὄντα οὔσα. Ac sane σ apud Boeotos in aliis exemplis transit in Θ, ubi ν praepositum habet, non tamen semper, sed ubi Dorice transit in τ. Itaque pro οὔσα, primitive ὄνσα, non dicitur ἰῶσα, sed ἰῶσα, quod Dores dicunt ὦσα, non ὦτα: sed pro ὦσι Doricum est ἔωντι, Boeoticum ἰωνθι n. 1569. a. III. medium inter Doricum ἔωντι et Ionicum ἔωσι. Sic ἔχωνθι p. ἔχωσι, ἔχωντι, n. 1568. Tertium exemplum est ἀποδεδᾶνθι n. 1569. a. III. pro ἀποδεδᾶσι (sicut ἐσταῶς, βεβᾶως, τεθνηῶς, πεποιῶς, quae potissimum Aeolica, Greg. Cor. p. 581.) s. ἀποδεδᾶντι, ut ἐστάναντι etc. (Greg. et intt. p. 324.). Rursum pro Θ ante ι fit σ, sequente vocali, sed raro, n. 1574. Σιανορίδας p. Θεαν., σιώ ap. Aristoph. Acharn. 913. quod etiam Laconicum esse nemo nescit. Huic simile, quod δ ante ι vocalem vocali praepositam cum ipsa littera ι coalescendo fit ζ: unde natum ζα pro δια breve, ut in ζάθεος, ζάκορος, ζάπλουτος, ζαμενής (Maith. p. 251. C.). Hoc vero aliquando etiam factum videtur, ubi in scriptura retine-

tur illud δια. Certe hinc expeditur hexameter Corinnae epicus ap. Hephaest. p. 9.

ἡ διανεκῶς εὐδεις· οὐ μὲν πάρος ἦσθα, Κόριννα, de quo versu dixit Herm. El. doctr. metr. p. 54. secundam in διανεκῶς longam natura et origine esse negans merito. Corinnam pronunciassae ζανεκῶς, vix est quod dubites.

13. Pronominum nunc et praepositionum formas aliquot apponam, etsi Boeotis non proprias, si paucissimas exceperis. Nam licet pronomina apud Boeotos multas habeant singulares formas, quod ex Apollonio satis constat, in titulis solum τῷδε pro αἰδε, ut τὸ pro οἱ, memorabile est. Πρὸς Boeotis usu noto sonat ποτί, 1569. a. apud Corinnam quoque (§. 4.), ex cuius usu etiam apostrophum patitur, quod apud Pindarum non fit nisi certa condicione. Πεδά, cum, sequente genitivo est in eodem titulo, sed μετά, post, cum accusativo, licet etiam pro hoc Pindarus πεδὰ dicat Pyth. V, 44. Fragm. 94. Eis veteribus Boeotis est ἐς, quod patet e composito ἐργονος; de scriptura is monui §. 9. Ἐν pro ἐς ex usu cetera noto dubium tamen est n. 1571. sed idem frequens n. 1569. c. De eodem in compositione cf. §. 14. Ἀποκοπε praepositionum haud rara est, κατάν, κατό, κατὰς n. 1593. 1569. a. καγγῶν καὶ κατὰλατταν n. 1565. (quamquam contraria sunt n. 1562 sqq.), παρ τάν, παρ τὰς n. 1569. a. Addo a περι derivatum περί pro περίξ in titulo vulgari sermone scripto n. 1625. quod ut ἀμφίς formatum est.

14. Multa fuisse Boeotis peculiaribus vocabula potest vel ex Manco Maittarii (p. 269 sqq.) specimine intelligi, cui addo maxime insigne βάνα (γυνή) in Corinnae fragmento supra appposito (cf. Hesych. et Herodian. π. μονήρ. λεξ. p. 18, 25.), θρῆνυξ (θρόνος) ex eadem ap. Choerobosc. Bekk. Anecd. T. III. p. 1381. Euphorioni θρῆνυξ, item τόνδων (Hesych.). In titulis pauca sunt Boeotis prorsus propria, et plurima formatione vel compositione potius quam radice singularia. N. 1571. videtur εἰλοντή, volumen cylindricum, haberi n. 1595. est σουδῖνα Lucina, ex σόος et ὠδίν. Haec sunt plane nova, nec minus verbum ἀφεδριασέω n. 1593. Minime mirum ἐμπρακτος pro εἰσπρακτος n. 1569. a. III. siquidem ἐν pro εἰς satis notum est. Vix dubium n. 1625. ἐμπαντες p. ἀπαντες: quae forma etsi in titulo satis recente reperitur, videtur tamen valde antiqua esse: hinc omnino descendit ἐμπαν, ἐμπας, ἐμπα irregulariter formatum, quod est ὁμῶς, cui significationi affinis notio πάντως: utraque vero vocē in explicando ἐμπαν, ἐμπας seu ἐμπης utuntur grammatici, ut Hesychius. Memorabile etiam ἐππασις seu ἐπασις. Ἐγκτήσις γῆς καὶ οἰκίας s. οἰκίων frequentissime nominatur in proxeniae decretis, hoc est possessio s. ius possidendi fundorum, αὐτὸν domum in alia sive civitate sive civitatis parte atque ea est, in qua censetur possessor: contra κτήσις est vel generatim omnis possessio, vel in specie possessio in ea civitate vel civitatis parte, cui accensetur possessor. Hoc pridem intellexit Vallesius (Emendat. IV, 9. dixitque de ea ne quantum satis Valbenarius ad Herodot. V, 23. nec nisi quo-

rum studia imperfecta sunt, hoc in dubitationem vocant. Idem discrimen κτήματος et ἐγκτήματος. Hinc etiam est in Attica ἐγκτητικόν, vectigal quod pro possessione in alieno pago pendendum erat etiam civi, nisi immunitas data esset (n. 101. cf. Oec. civ. Ath. T. I. p. 319.). Dorice vulgo pro ἐγκτήσι dicitur ἐγκτασις, sed reconditius est a πάσμαι ἐμπασις. Hesychius: ἐμπάσεις, ἐγκτήσεις. Idem Rochettus in Delphico titulo n. 1693. reperire sibi visus est, ubi ἐμπράσεις putat in ἐμπάσεις mutandum esse: sed hoc ferri non posse ibi docebitur. Iam Boeoti longius progressi dixerunt ἐππασιν n. 1563. a. h. et ἐπασιν n. 1564. 1565. (ut etiam n. 1724. b. in Phocico titulo haud ambiguum est ἐππασιν), mire litteram ν assimilantes litterae π, ut fit in τ, κατέπεσον, κάππεσον, deinde etiam simplex π pro duplici ponentes, ut fit in κάπετον. Et illa quidem assimilatio etsi dura est, multoque durior quam ἐς τὸν in ἐτ-τὸν mutatum, tamen non est durior quam ἐκλυσιν Cretica mutatum in ἐλλυσιν (Hesych.). Ex his potissima iam olim docui Oec. civ. Ath. T. II. p. 399. idem vidit Boissonad. ad Herodian. p. 59. et ex prioribus notarunt Rochett. Diss. archaeol. p. 75. Osann. Syll. p. 184. Porro pro ἐκγανος, vel fortasse potius pro ἐγγανος (cf. n. 91. 1335. et alia) in proxeniis dicitur apud Boeotos ἐργονος n. 1562. 1563. a. b. 1564. Notabile n. 1570. b. in vulgari dialecto est τετράχμον. Cf. ibi not.

15. Addo singularia quaedam in formatione verborum et nominum. Munerum notiones in vulgari lingua verbis in εῷ desinentibus significatae Boeotis exprimuntur verbis in ἰζω et ἄζω formatis, γραμματίζω, ιερᾶζω (§. 12.). A verbis in ἰζω substantiva in ἰκτας et ἰγκτας (Aeolico accentu) formantur, ut Dorica φορμικτὰς et φορμικτᾶς, συρικτὰς et συρικτᾶς etc. Sic in titulo Boeotice concepto n. 1583. σαλπικτᾶς, et inter vulgaris dialecti verba n. 1585. σαλπικτᾶς, n. 1586. σαλπικτῆς. Sed σαλπικτῆς etiam in communi est usu (vide Poll. IV, 87. et alios). N. 1588. antiquo usu sunt ἱππόται p. ἱππεῖς. Ut pro substantivis in ξ exeantibus Aeoles φύλακος, ἱέρακος, ἄνακος, γλαυκος, quae ipso nominativo casu olim usitata fuisse docent nomina propria (int. Greg. p. 592.), ita in Boeotico titulo n. 1569. a. III. quasi ab ἡ αἶγος formatur ἡγος s. αἶγος: alius generis est αἶγα, de quo dixit Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 7. Pro συγγραφῇ dicitur ἡ σύγγραφος sc. βιβλος n. 1569. a. ut vulgo τὸ ἀντίγραφον, τὸ χειρόγραφον, sc. σύγγραμμα s. βιβλίον; convenit Plauti masculina forma syngraphus sc. libellus, de quo v. Lexica. In motione per genera n. 1570. a. notabile est ἀρχεῖα feminina. Deminutiva flexio Atticis potissimum usurpatur ἴλος, ὄλος, ἄλλος, ὕλλος, conveniens nostrae lein: Boeotis imprimis frequentatur terminatio ἰχος, nobis chen. Multa huius generis nomina propria ex variis Graeciae populis collegerunt int. Greg. p. 290 sqq. propagata hac forma etiam extra Boeotiae fines, ut Athenis habemus Φρόνιχον, Μήτριχον, n. 120. Ὀλύμπιχον, si is titulus Φρόνιχον, Μήτριχον, n. 120. Ὀλύμπιχον, si is titulus Atticus, ut cognominem Asiae dynasten (Polyb. V, 90, 1.), ut in Peloponneso Σωτήριχον, Ὀνάτριχον 1203. 1295. etc. Chalcide Τύννιχον, in Phocico titulo Πόρριχον, et alia innumera: plurima tamen exempla Yyy

sunt Boeotica. Sic ap. Aristoph. Acharn. 965. Boeotus Ismeniam vocat Ἰσμήνηχον (cf. vs. 869.), ut Amyntam Theocritus VII, 132. coll. 2. Ἀμύντηχον: Boeotici sunt Ἀγρύκνηχος n. 1574. Ἀμφάρεχος 1673. Θερασάνδρηχος 1593. Καράϊχος 1573. 1575. Μελάντηχος 1573. 1577. 1590. Μύρνηχος, Μύρρηχος 1579. Polyb. XXIII, 2, 15. Ἐγχερίχα 1672. Σωσέχα 1608. h. Imprimis celebratae hae formae a locorum ac fluviorum et numinum nominibus: Ἀθάνηχος 1562. Ἀρήχηχος 1575. Ἀσώπιχος 1575. Pind. Olymp. XIV. Διωνούσνηχος n. 1574. ex coniectura, Ἐρμαῖχος 1593. Θείβνηχος 1577. Καβίρηχος 1584. Plutarch. de gen. Socr. c. 30. Ὀλύμπνηχος Polyb. XXVII, 1, 9. Schol. Pind. Pyth. III, 137. Ὀμολώνηχος 1577. 1590. Plutarch. Sull. c. 17. Σάμνηχος 1574. 1590. 1608. b. Et huc fortasse pertinet etiam Καράχηχος, qui a numinis cognomine vocatus videtur eiusdem, ex quo mensis Κάρεϊος, ut Ὀμολώνηος est mensis et deorum cognomentum, unde Ὀμολώνηος. Patronymica terminatio ωνίδης Boeotis est ὠνδας, Παγωνδας, Ἐπαμεινώνδας etc. etsi hoc quoque ad Atticos aliosque propagatum, ut Χαιρώνδας, Χαριώνδας etc. Pro genitivo patris nomen designante Boeoti utuntur adiectivo patronymico in ιος s. εἰος, ut Ἀπελλοδώριος (v. ad n. 1574.): cuius usus vestigium deprehendas etiam in Thessalico titulo n. 1766.

16. In declinatione et coniugatione quae peculiaris sunt, possunt magna ex parte e vocalium mutatione intelligi. Primae declinationis norma haec est: τίμα, τίμας, τίμη, τίμαν, plur. τίμη, τιμάων, τίμης, τίμας vel ultima brevi τίμας. Omisi dualem, quo Aeoles non magis quam Latini usi feruntur; neque eum in declinatione offerunt tituli Boeotici, licet n. 1579. 1580. copia eius fuerit. Sic etiam πολίτας, πολίτας, πολίτη etc. Ex his terminatio in ἄων Aeolibus et Boeotis tribuitur (Sturz. ad Maitt. p. 176. A.); etiam genitivus in αο Aeolicus et Boeoticus dicitur ab Etym. M. p. 11, 11. Boeoticus a Choerobosco ad Theodos. Canon. p. 1224. Δραγμαῶν habes n. 1571. πολιτῶν 1568. κατοπτῶν 1569. a. Frequentiores sunt genitivi in αο, Δαφίτας, Εὐμαρίδας, Δαμοτοῖδας, Ἀντιχαρίδας, Μενόιτας et alia quam plurima n. 1564. 1565. 1568. 1569. a. III. b. 1573. 1574. 1575. 1577. 1578. 1579. 1580. 1583. 1593. neque usquam aliter, nisi n. 1564. Ἀλεία, quod tamen docui corrigendum esse. Secunda declinatio sic procedit: λόγος, λόγῳ, λόγῳ, λόγον, et in plurali λόγῳ, λόγων, λόγους, λόγους; In tertia noto haec: πόλις, πόλιος, πόλι; πέτος, πέτιος; et in plurali πέτια, πέτιών; Πολυκράτης, Πολυκράτιος, accus. Πολυκράτειν, ut n. 1569. a. I. Δαμοτέλειν: et

omnino littera ν in his formis assumitur constanter. Σαμίων, Κλίων, et talia faciunt Σαμίωνος etc. non Σαμιώνιος, quem aliorum errorem removi ad n. 1574. Porro Δαμόκλεις, Δαμοκλείος (vel Δαμόκλειος etc.), Δαμοκλεῖϊ; Ἡόλεως, Ἡολεῖος (vel Ἡόλειος etc.), Ἡολεῖϊ, Ἡολεῖα. Ex Δράκων Aeolicum est Δράκωνος, si vere Choerobosco ad Theodos. p. 1199. ego certe a Φάδων feci Φάδωνος n. 1574. ut Μένων Μένωνος, Μέλλων s. Μέλων Μέλλωνος s. Μέλωνος Thebanum nomen apud Xenoph. H. Gr. et Plutarch. Pelop. In dativo plurali Boeotis ut aliis Aeolensibus (Greg. Cor. p. 610. Schol. Iliad. a, 4. Tzetz. in Hesiod. Opp. et D. 238. et ad Iliad. p. 66.) duplicatur Sigma, ἄνδρεςσι n. 1579-1581. βούεσσι 1569. a. III. Χαρίτεσσι 1593. ut Ταναγρίδεσσι Corinna fragm. 2. ed. Wolf. Non tamen ἰππάδεσσι, sed ἰππάσιν est n. 1588.

17. In coniugatione ex inscriptionibus haec annoto. Praesens sic flectitur: ἔχω, ἔχης, ἔχι, in tertia plurali ἔχοντι; in coniunctivo ἔχω, ἔχης, ἔχη, tert. plur. ἔχωντι. Cetera ad eundem modum. Optativus non reperitur; sed pro ἔχοις, ἔχοι fuit haud dubie ἔχους, ἔχου. In passivo dicebant ὀφείλομη, tert. ὀφείλετη. Solutas formas multas retinebant Boeoti, ut δοκίει p. δοκίει n. 1568. (non δοκίϊ). Perfecti forma ἀποδέδωα, unde ἀποδεδόαντι, notata est §. 12. In aoristo primo, si §. 12. vere conieci, Aeolice duplicato Sigma pro κατασκευάσση dictum κατασκευάστη: ut ἔσσαν Aeoles pro ἔθεσαν. Sed Boeoti pro ἀνέθεσαν dicunt ἀνέθιαν (n. 1588.) eiecto σ ut in τύπτει, deinde ε ante vocalem mutato in ι. Dualem licet Aeolibus non frequentatum in coniugatione tamen habes, ἀνεθέταν n. 1580. Pro εἰν infinitivus terminatur in ἐν, ut Δεριδδεν (Aristoph. Acharn. 958.); pro αι etiam in infinitivis assumitur η, ut δεδόχη, pro ναι autem μεν, ut εἶμεν n. 1562 sqq.

18. In syntaxi fere nihil singulare reperitur, nisi ὀφείλετη παρ τὰν πόλιν, debetur ab urbe, n. 1569. a. III. nisi malis apud urbem vertere: certe non dicitur κεκόμιστη παρ τὰν πόλιν, sed παρ τῆς πόλεως. Minus insolens est κίμενος παρ τινά n. 1569. a. I. II. et in titulo vulgari oratione scripto n. 1570. a. τὰς ἐγδόσεις ποιούμενοι παρὰ κατέπτας. Etiam vulgatus ἀπογράφεισθαι παρὰ τινά n. 1569. a. III. In titulo communi sermone scripto n. 1625. est ἐπὶ τῆς πόλεως pro usitato ἐν τῇ πόλει. Proprium Boeotis et Phocensibus est in epitaphiis uti praepositione ἐπὶ cum dativo: ἐπὶ Δαίδι, ἐπὶ Ζήνωνι n. 1639. 1647. 1657-1662. et in Phocicis titulis n. 1739 sqq. ἐπὶ Ξενοβούλῃ, ἐπὶ Εὐδυδάμῳ, ἐπὶ Μάκῃ, ἐπὶ Καλλῃ etc.

CAPUT SECUNDUM.

DE MAGISTRATIBUS BOEOTORUM.

1. In magistratuum Boeoticorum recensu quum multum intersit nosse, qui foederis, qui singularum civitatum sive liberarum sive subditarum sint, videtur consilii ratio postulare, ut de Boeotico foedere praemoneamus pauca, de quo egerunt Ste Croix (sur les gouv. féd. de la Gr. p. 211-215.), Dru-mannus (Ideen zur Gesch. d. Verfalls der Gr. Staaten

p. 437-440.), Müllerus (Orchom. p. 402. sqq. et in Encyclop. Scient. T. XI. p. 271.), Klützius (de foedere Boeotico, Berol. 1821. 8.), Tittmannus (Darstellung der Gr. Staatsverf. p. 693-707.), Rochettus (sur la forme et l'administration de l'état fédératif des Béotiens), Krusius (Hellad. T. II. p. 546. sq.) Boeotos igitur universos, quod eorum sedes olim,

Aeolum nomine vocatorum, in Thessalia fuerat, constat pro uno corpore censitos concilii Amphictyonum Pylaei fuisse socios (Tittmann. Amphictyon. p. 35 sqq.): quod ius etiam ex Octaviani Augusti instituto ita retinuerunt, ut duo illis competere suffragia (Pausan. X, 8, 3.): eadem Boeotorum gens Panhellenum concilii, quod inde ab Hadriano floruit, etiam M. Aurelio Imp. fuit particeps (n. 1625. 26.). Quae quum ita sint, etiamsi disertis careremus testimoniis, Boeoticum foedus etiam tum qualicunque modo constitutum perdurasse colligeres, propterea quod Boeoti universi, non singulae civitates, illorum fuere conciliorum particeps: sed praeterea n. 1625. M. Aurelii aetate diserte memoratur τὸ κοινὸν Παμβοιωτῶν συνέδριον; Pausanias IX, 34, 1. etiam suo aevo communem Boeotorum agi conventum significat; ac n. 1058. non ante Hadrianum, Boeotarches, qui tum vivebat, memoratur: unde foedus Boeoticum etiam tum superfuisse intelligitur: similiterque in Phocensi titulo n. 1738. M. Ulpium Damasippus dicitur Βοιωτάρχης, πατὴρ Βοιωτάρχου; quem M. Ulpium Hadriano non vetustiore esse ex ipso titulo patet. Contra qui in Dodwelli titulo n. 1626. nominatur Boeotarches, antiquioris est aetatis, licet titulus non ante Aurelios scriptus sit. Sic etiam Phocicum concilium Pausaniae cogeatur aetate (cf. ad n. 1738.). Attamen nec recentiore hac aetate neque olim magna Boeotici foederis fuit vis, quod tum quidem vix species supererat libertatis, olim vero aut plurima ex Thebanorum, quasi dominorum, gerebantur potentia, aut ceteri Boeoti a Thebanis segregati alienas sequi partes solebant. Accedit, quod Olymp. 152, 2. (a. u. c. 583. a. Chr. 171.) distractum a Romanis Boeotorum concilium est (Liv. XLII, 44. 47. Polyb. XXVII, 1.): id tamen rursus coisse censendum est, propterea quod deleta demum Corintho Olymp. 158, 3. Boeotorum concilium cum ceteris Graecorum dissolvitur prorsus (Pausan. VII, 16, 6.). At tum quoque paulo post societas restituta est, docente Pausania (ib. 7.): Ἐπεὶ δὲ οὐ πολλοῖς ὑσπερὶν ἐγράποντο ἐς ἑλεον Ῥωμαῖοι τῆς Ἑλλάδος, καὶ συνέδρια τε κατὰ ἔθνος ἀποδίδασιν ἐκάστοις τὰ ἀρχαῖα καὶ γῆν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτῶσθαι. Communia Boeotici foederis sollemnia acta sunt in campo Coronensi ad templum Minervae Itoniae, in quibus etiam equestres ludi habiti sunt, cursu certantibus inter se Boeoticarum civitatum turmas (n. 1588.).

2. Foederis huius ab initio quattuordecim civitates particeps fuisse non sine causa statuit Müllerus, ut putat *Thebas*, *Orchomenum*, *Lebadeam*, *Coroneam*, *Copas*, *Haliartum*, *Thespias*, *Tanagram*, *Ocaleas*, *Onchestum*, *Anthedonem*, *Chaliam*, *Plataeas*, *Eleutheras*. Ex his Klützius eximit Ocaleas et Tanagram, addit Chaeroneam, et dubitanter Oropum, Plataeis ad Athenas transgressis substituit Larymnam; olim Opuntiam; ceterum etsi haec sunt plures, tantum duodecim censet foederis urbes fuisse: Krusius ex Müllerianis eximit Onchestum, Ocaleas, Eleutheras, substituit Chaeroneam, Oropum, Larymnam.

Et de prisca quidem aetate certi nihil statui potest; si quid tamen video, aetate belli Peloponnesiaci undecim fuerunt Boeotarchae pro totidem civitatibus: qui numerus videtur inde natus esse, quod ex illis quattuordecim tres in alienam cesserant potestatem, idque ita ut nullus pro iis sisteretur Boeotarches; quodsi ex illis undecim Boeotarchis duo sunt Thebani, id ita explico, ut Thebani alterum pro se, alterum pro civitate aliqua olim foederata, tum vero ipsis subdita miserint: nec si id ipsorum potentiae concessum statueris, inde colligitur, idem etiam aliis esse concessum, si qui aliam foederatarum olim urbium subegerant. Iam primum si quaeris, quae illae tres, quae exemptae sint, civitates fuerint, in illis esse *Plataeas* nemo negabit; quibus esse Larymnam substitutam, non credo: accesserat quidem Larymna Boeotis, sed fuisse eam ex iis, quae Boeotarchas mitterent, liberis civitatibus, non constat ex verbis Pausaniae (IX, 23, 4.), ad quae provocatur. *Eleutherae* essentne Boeotiae an Plataeae terrae accensendae, antiquitus dubitatum est; sed potuerunt eae olim, quum florerent necdum ad incitas redactae essent, una ex quattuordecim civitatibus esse; ut hac quoque urbe e foedere sublata minueretur numerus: aut si Eleutheras numquam statues liberam foederis civitatem fuisse, *Oropus* olim libera fuisse censenda, quae aetate belli Peloponnesiaci est Atticae: et hoc magis probo. Tertio loco procedat *Chaeronea*; haec si olim fuit libera, quam aetate belli Peloponnesiaci constat paruisse Orchomeniis, ac si Orchomenii, ex quo hanc tenebant, pro ea nullo praediti erant: singulari suffragio, habebimus iam illas tres civitates ex quattuordecim demendas, *Plataeas*, *Oropum*, *Chaeroneam*. Quae sunt eo magis probabilia, quod postea *Plataeae* et *Oropus* et *Chaeronea* rursus fuerunt liberae foederis civitates; *Eleutherae* contra ita fuerunt debiles, vix ut pagi sustinerent locum, neque unquam posterioribus saeculis inter foederis civitates reperiuntur nominatae. Quaerendum igitur, quae fuerint undecim reliquae. Inter has fuisse Ocaleas cur statuatur non video: neque Onchestum liberam fuisse, sed Haliartiorum dicionis, notavit Krusius: *Oropus* vero ea aetate, de qua dicimus, belli Peloponnesiaci, fuit Attica. At septem foederis civitates ex Thucydide (IV, 93. coll. 91.) novimus has: *Thebas*, *Orchomenum*, *Haliartum*, in cuius terra prisca sunt sollemnia Onchestia s. Hippodromia, *Coroneam*, *Copas*, *Thespias*, *Tanagram*: itaque quattuor quarendae supersunt, tres liberae, una, pro qua suffragium tulerint Thebani, ut supra conieci. Et primum sine cunctatione *Lebadea* addenda, princeps urbs ac rursus ab Olymp. 116. in foederatis; tum *Anthedon*, quae et ipsa ab eodem fere tempore foederis particeps fuisse intelligitur. Tertia fortasse *Chalia* fuit. Alterum Thebanorum suffragium potuit pro *Acraephia* retentum fuisse, oppido Ptoii Apollinis caerimoniis insigni. Nam *Chalia* certe posthac fuit libera; *Acraephia* et olim Thebana fuit (Pausan. IX, 23, 5.) et posthac libera. Hactenus de

Yyy 2

antiquissimis temporibus et aetate belli Peloponnesiaci. Pelopidae vero et Epaminondae aetate et postea septem ut plurimum fuerunt Boeotarchae: quem numerum puto Boeotorum legitimum fuisse (§. 3.): hinc tamen ne colligas, septem tantum foederis urbes fuisse: potius ita tum videtur esse institutum, ut nullus esset certus urbium liberarum numerus, sed certus Boeotarcharum, binaeque vel ternae minores civitates singulos mitterent Boeotarchas per vices, et coniunctim uno gauderent suffragio; quod in Amphictyónico concilio pervulgatum, ut plurimum civitatum societas uno praedita esset suffragio. Videntur autem septem quovis anno civitates misisse singulos Boeotarchas, octava scribam; una ex his, et sola credo semper Thebanorum urbs, praebat archontem (§. 3.). Ita expeditur, quod octonarius numerus civitatum regnat in rebus Boeotiae publicis, nec tamen eadem semper illae octo civitates sunt, idque temporibus non multum diversis. Primum enim quae post restitutas a Cassandro Thebas (Olymp. 116, 1.) communi foedere coniunctae esse dicuntur, hae sunt: *Thebae*, *Orchomenus*, *Lebadea* (quae etiam n. 1588. in Pamboeotiis celebrandis insignem locum tenebat), *Plataeae*, *Coronea*, *Thespieae*, *Chaeronea*, *Tanagra*: quae in magnis Daedalis Plataicis sortiebantur inter se quattuordecim simulacra, minoribus civitatibus in συντέλειαν assumptis (Pausan. IX, 3, 4.). Hae igitur octo illud ius in Daedalis magnis videntur proprium habuisse; in aliis rebus aliquando pro Lebadea et Chaeronea videntur *Anthedon* et *Oropus* stetisse: n. 1593. enim praeter Thebas, Orchomenum, Coroneam, Thespias, Tanagram, Plataeas, communes foederis magistratus mittunt Anthedonii et Oropii, non multo post Olymp. 116. Rursum n. 1542. inter Olymp. 125-152. Achaeis dati obsides Boeotorum octo reperiuntur, Plataeensis, Tanagraeus, Oropius, Coronensis, Thebanus, Haliartius, Orchomenius, Thespiensis: ubi desunt Lebadea, Chaeronea, Anthedon, quae in prioribus rebus commemorantur, sed reperitur *Haliartus*, cuius in prioribus non fit mentio: quod ex illa, quam significavi, ratione unice explicari potest. Et profecto Haliartum, donec deleretur, foederis civitatem liberam fuisse, patet etiam hinc, quod Haliartii in bello cum Romanis haud secus ac Thebani, Thespienses, Chaeronenses, Coronenses, ut sui iuris agunt (Liv. XLII, 43. 44. Polyb. XXVII, 1.). Porro *Copae* suam habent militiam et militares magistratus (n. 1574.): igitur has quoque illa aetate (post Olymp. 116. haud dubie) liberas fuisse censeo. Chaliensia decreta n. 1567. 1607. quod res actae ad Aegienses Achaeos et Amphissenses Locros simul pertinent, una cum Chaliensi archonte Aegensem et Amphissensem praescriptum habent: quod si *Chalia* tum non fuisset sui iuris, haud dubie praeter Chaliensem archontem archon eius civitatis, cui Chalia pareret, esset adscriptus: itaque etiam Chalam iudico liberam fuisse a ceteris Boeotiae civitatibus. Accedit *Thisbe*, olim Thespiis subdita: ex qua quum memoretur Boeotarches Nicias (n. 1626.),

haec quoque libera et foederi addita censenda. Iam *Acraephiae* civis Epaminondas Antoninorum aetate pro foedere Boeotico legationem obit (n. 1625.): quod non convenit in civitatis subditae civem. Postremo per aliquod tempus foederi Boeotico adiunxerunt sese *Megareses* aetate Cleomenis III. Spartanorum regis, et circa Olymp. 146. vel paulo post rursum ab illo discesserunt (Polyb. XX, 6, 7 sqq.): at post Hadrianum fere debent illi foederi iterum esse accensiti, quod Megarensis vir qua talis tum fuit Boeotarches (Βοιωταρχίας ἀπὸ τῆς πατρίδος τὸ β', n. 1058.). Difficilius est, quod M. Ulpus Damasippus Phocensis ex urbe Amphiclea, qui etiam Phocarches fuit, Boeotarchae munere functus est, atque ante illum etiam ipsius pater (v. inscr. Phoc. n. 1738.): quod aliter explicari nequit, nisi ut illi et Boeotiae et Phocidis cives fuerint, quod Graeco iure licet. Ceterum quae oppida et vici Boeotiae foederi non erant adscripti, aut in κωμῶν, qui Atheniensibus δῆμοι, numero censentur ac partem civitatis constituunt, ad quam pertinent, ut Cynoscephalae Thebarum (cf. nos ad Pind. T. II. P. II. p. 13.), aut cleruchis obtinentur, quod de Orchomeno a Thebanis aliquod per tempus possessa dicendum, aut sunt subditi et vectigales (συντελεῖς, σύμμοροι), de quibus vide nos Oec. civ. Ath. T. II. p. 370. et maxime Müller. Orchom. p. 403. Subdita tamen oppida, quantum ex aliarum civitatum comparatione iudicare licet, ne ipsa quidem suis destituta magistratibus, conciliis, concionibus erant, exceptis credo militaribus ducibus magistratibusque; eadem consentaneum est de rebus suis interioribus et minoribus potuisse decernere. Verum in titulis non reperiuntur alii quam foederis et civitatum tum liberarum magistratus: de quibus deinceps dicturus sum.

3. In *Boeotico foedere* (τῇ κοινῇ τῶν Βοιωτῶν) summae rerum praefuerunt olim *quattuor concilia* (τέτταρες βουλαι Thucyd. V, 38.), quae in unum si non concilium certe locum contracta sint necesse est: ad haec de rebus gravioribus referebant Boeotarchae: ceterum de iis accuratius nihil tenemus. Postea δῆμος (n. 1565.) et βουλὴ καὶ δῆμος (n. 1570. a) foederis memorantur, hoc est *concio* (ἐκκλησία) et *concilium* et *concio*: quippe concionem populi foederis uniuscuiusque constituiebant cives, qui confluxerant, foederatarum urbium, ut apud Achaeos, ut apud Amphictyones, ubi concionem utpote sacram ii Graecorum constituunt, qui simul sacrificant cum Amphictyonibus vel sacrarum rerum et oraculorum petendorum causa advenerunt (Aeschin. c. Ctesiph. p. 515. Reisk.). Pro βουλῇ dicitur etiam συνέδριον, ut in singulis civitatibus (§. 4.), nisi quod βουλὴ magistratus quoque comprehendere videtur. Ita intellige n. 1625. τὸ κοινὸν Παμβοιωτῶν συνέδριον. In his vero conciliis et populi conventibus communes Boeotorum res constituuntur: sic n. 1565. populus communem nominat proxenum, n. 1625. concilium Epaminondae Acraephiensi honores decernit, n. 1570. a. concilium et populus res Amphiarao sa-

cras ordinant. Summus foederis certe in speciem magistratus est *archon eponymus*, ἄρχων ἐν κοινῷ Βοιωτῶν n. 1570. ἄρχων Βοιωτοῖς alibi, fortasse semper Thebanus; n. 1593. certe Thebanus est *Samias*; praeter hunc novimus *Clesiam* n. 1573. *Charopinum* n. 1573. *Stratonem* n. 1570. Hunc docti partim cum primo Boeotarcha, partim cum Boeotarcha certae cuiusdam civitatis, ut n. 1570. cum Boeotarcha Tanagraeo, postremo cum archonte singularum civitatum confuderunt; immo tantum erratur, ut Boeotarchae a singulis civitatibus missi et archontes earum civitatum habeantur pro iisdem, quum tamen pateat Boeotarchas esse foederis magistratus, non singularum civitatum. Sed ut redeam ad archontem foederis, is diserte distinguitur ab archontibus singularum civitatum n. 1573. 1575. Κλεισίαρχωντος Βοιωτός, Ἐρχομένης δὲ Καραρχῶ; Χαροπίνω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Λεβαδεύου δὲ Κα -- ὅτιος, ubi non, quod visum, de Lebadensium Boeotarcha cogitandum. Rursum foederis archon a Boeotarchis diserte distinguitur n. 1565. ubi initio archon eponymus foederis scriptus erat, in fine Boeotarchae; atque etiam n. 1593. si οἱ ἀφεδριатеύοντες sunt Boeotarchae, de quo non licet dubitare, distinguitur ab his archon foederis. Praeter archontem, qui fortasse antiquioribus temporibus nondum exstabat, Boeotarchae (Βοιωτάρχαι, non Βοιωτάρχαι) foederis fuerunt principes magistratus et copiarum socialium duces. Hos aetate belli Peloponnesiaci fuisse duodecim, ex Thucydide IV, 91. collectum est non sine quadam veri specie; nam unum ex illis nominatus auctor praemittit: τῶν ἄλλων Βοιωτάρχων, ὃ εἰσιν ἕνδεκα. Sed si reliquos praeter illum fuisse undecim voluisset Thucydides, dixisset ἦσαν, quod referretur ad τῶν ἄλλων Βοιωτάρχων: nunc quum dixerit εἰσιν, refertur hoc ad solum Βοιωτάρχων. Itaque undecim tum fuerunt Boeotarchae, quot statuit Schol. Thucyd. II, 2. qui numerus sane mirus quomodo videretur ortus esse, dixi §. 2. Ex his vero duos tum misisse Thebanos, patet ex Thucydide. Ad illum autem numerum accommodati Olymp. 152, 1. convenisse duodecimviri videntur (Liv. XLII, 43.); quos Boeotarchas, etsi fortasse non optimo iure, fuisse Livii monstrat contextus: duodecimum intellige scribam fuisse, de quo infra monebo. Ceterum si Boeotarchae creabantur (non enim creabantur semper, ut debebant), inde a Leuctrica pugna vel paulo prius fuerunt septem. Tot manifesto sunt n. 1565. tot οἱ ἀφεδριатеύοντες n. 1593. tot aetate pugnae Leuctricae fuisse docet Müllerus (Orchom. p. 404.) ex locis Diodori XV, 53. coll. 52. Pausaniae IX, 13, 3. neve numerum apud Diodorum falso computes, ex Pausania nota Epaminondam ipsum in his septem fuisse: neu censeas potuisse etiam plures esse, sed non nominatos, adverte septimum dici τὸν ἔβδομον. ut solet, ubi tantum septem omnino sunt, non ἔβδομον. Contra Pausanias X, 20, 3. ubi quattuor Boeotarchas nominat, dixit tantum eos, qui illi affuerunt expeditioni. At ille septenarius numerus non videtur e numero foederatarum civitatum pen-

dere, sed antiquitus apud Boeotos sanctitatem quandam habuisse. Igitur ut Iones, Achaei, Amphictyones Pylaei duodecim habebant foederatas civitates, sancto apud illos duodenario numero, sic Boeoti ab initio his septem videntur civitates constituisse; septem olim Calauriae Amphictyones, inter quos Boeotica Orchomenus (Oec. civ. Ath. T. II. p. 368.); septem Thespiis demuchi (Diod. IV, 29.); septem Thebarum portae. Iam hi septem Boeotarchae quomodo a civitatibus plus quam septem constituti viderentur, probabili fortasse coniectura docui §. 2. Pugnae Leuctricae aetate tamen Thebae miserunt duos (Tittmann. p. 699.): apud Plutarchum Pelop. 13. tres Thebani sunt Boeotarchae, sed eorum alia ac vulgo ratio est. Nempe tum foedus Lacedaemoniorum potentia dissolutum erat; Thebani vero rebellantes soli et ex arbitrio, non convocato concilio, sibi et Boeotis, qui ipsis accessuri sint, constituunt duces ex sua civitate lectos: unde nata est suspicio haud dubie falsa, Boeotarchas illos urbanos fuisse Thebanorum magistratus, quod statuere nullo modo licet. Post Olymp. 116. in titulo n. 1593. septem Boeotarchae, qui ibi sunt ἀφεδριатеύοντες, ex septem sunt civitatibus missi; Thebani vero praeter unum Boeotarcham sistunt archontem concilii; ut nomine magis quam re mutata vetus Thebarum praerogativa esse videatur. Contra apud Polybium (XXVII, 1.) Olymp. 152, 1. duos memorari Thebanorum Boeotarchas, Neonem et Hippiam, narratur falso; hi enim sunt partium duces, non magistratus foederis. Tantum de numero, Horum vero Boeotarcharum si non vis certe nomen ad ultima perduravit tempora: Thisbensis vir Boeotarches n. 1626. in titulo Antoninorum aetate vel paulo post scripto est quidem antiquior quam ipsum monumentum: sed n. 1058. est Boeotarches non ante Hadrianum, item in Phocico titulo n. 1738. Magistratus autem annuus est; muneris initium ab anni civilis principio (Plutarch. Pelop. 24.). Communem porro foederis scribam novimus ex n. 1593. ibi Plataeensem, isque haud dubie magistratus est, ut scriba foederis Achaici, ut Athenis scribae Senatus et Populi, non minister: praeterea novimus *theorum* (τὸν μὲντερόμενον) indidem. Alios foederis magistratus non reperimus; certe nulla supersunt de iis idonea documenta: quae a communibus foederis magistratibus geri non possent negotia, mandata praesidentis civitatis, hoc est Thebarum magistratibus esse, conieci ad n. 1570. a.

4. In unaquaque Boeotiae civitate, qualiscunque fuit imperii forma, sive oligarchica sive popularis, *concilium et populus* (βουλὴ καὶ δῆμος) locum habuerunt: sic βουλὴ καὶ δῆμος Θηβαίων in Philippi epistola ap. Dem. de cor. p. 283. extr. plura praebet Tittmannus p. 377. In titulis vel simpliciter ὁ δῆμος nominatur, n. 1562 sqq. qui mos videtur antiquior, vel ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ut Thebarum 1632. 1634. 1636. Thespiarum 1630. 1633. Coroneae 1615. 1616. Chaeroneae 1620. 1635. Thisbae 1626. Acraephaeae 1625. 84. In titulo n. 1608. Chae-

roneae habetur *synedrium*; in Acraephiensi n. 1626. nominantur archontes et *synedri* vs. 41. 71. quos coniunctos patet eosdem esse ac vs. 85. *βουλὴν*: igitur puto *βουλὴν* et *συνέδριον* fere idem esse, nisi quod *βουλὴ* etiam archontes comprehendit, qui distinguuntur a *synedris*. *Concionem* Thebanorum Herodotus (V, 79.) vocat *ἀλίαν*, Demosthenes (de cor. p. 299. 1.), Plutarchus (Pelopid. 12.) *ἐκκλησίαν*: Chaliensium *ἐκκλησία ἔννομος* est n. 1567. In comitiis ut Athenis populum in suffragium mittebat magistratus (*ἐπεψήφισε* n. 1562. 1563. a. b. qui tituli Tanagraei sunt); igitur *proedri* quidam ut Athenis constituti erant: sententiam dicunt alii (n. 1562 sqq.). Anni designantur ex *archonte eponymo*, primo in speciem magistratu uniuscuiusque urbis, qui et a Boeotarcha, quem miserit ea urbs, et a foederis archonte distinguendus est: quod nescio quomodo fugit Rochettum p. 19 sqq. Sic *Thebis* est archon sortitione creatus (*καταμυστὸς ἀρχῶν* Plutarch. de gen. Socr. c. 30.), prorsus ut Athenis inde a Clisthene, nomine *Cabirichus*, alius *Callicrates* n. 1576.; *Orchomeni Aleuas* 1564. *Damotodas* 1568. *Thynarchus* 1569. a. *Caraichus* 1573. *Timon* 1579. *Athanas* 1580. *Mnasinus* 1583.; *Lebadeae* 1575.; *Tanagrae* 1562. 1563. a. b. hic *Ami-noeles*; *Thespiis Metrodorus* 1585. *Aur. Museros* 1586.; *Copis Melantichus* 1574.; *Chaeroneae Zoilus, Diocles, Euander, Patron, Antigon, Philoxenus, Caphisias* 1608. *Empedon* 1609.; *Plataeis* (Plutarch. Aristid. 21.); *Chaliae Xenon* 1567., *Alexinus* 1607.; *Acraephiae Antias* 1587.

5. Ut Athenis ita in Boeotia, licet eponymi archontis summus fuerit honos, tamen aliorum magistratuum maior fuit potestas in civitatibus singulis: omninoque principes fuisse videntur *polemarchi* (*πολέμαρχοι* n. 1569. a. non *πολεμάρχαι*), qui ubicunque cum aliis coniunguntur, primum occupant locum, si archontem eponymum exceperis. Eos omnibus Boeotiae liberis urbibus communes fuisse patet; novimus *Thebanos* (Xenoph. Plutarch. II. cc. infra), qui etiam n. 1570. a. intelligendi videntur, *Thespienses* (Plutarch. Demetr. 39.), *Orchomenios* n. 1569. a. 1573. *Copaeos* n. 1574. Etsi vero a bello sunt denominati et Atticis possunt strategis comparari, tamen domi magnam habuerunt vim; Thebis quidem aliquamdiu hominumprehendendi et in carcerem coniiciendi potestate praediti erant, quod docent Xenophon Hist. Gr. V, 4, 8. ed. Schneid. Plutarchus de gen. Socr. c. 32. quam rerum Thebanarum partem narrans Nepos personatus Pelop. 2. 3. pro *polemarchis maximum magistratum* dicit. Expeditionum vulgo non erant duces: hoc est enim Boeotarchae, certe ubi foederatorum convenerat exercitus: neque ut Spartae morarum fuerunt praefecti, quum moragus cum ipsis commemoretur n. 1574. Nam quod ad Xenoph. Hist. Gr. V, 4, 51. hac in re provocatur, nihil est: ibi enim Laconici *polemarchi* morarum duces sunt, non Boeotici. Sed domi certe rebus militaribus, etiam delectui praefuerunt; quapropter n. 1574. hoplitarum praescribuntur catalogo. Nec dissimile veri, ut Athenis

polemarchum, ut Romae Praetorem peregrinum, ius eos peregrinis dixisse: unde paulatim potuerunt eo potentiae accedere, utprehendere maleficos iis liceret, sicuti Athenis undecimviris. Postremo etiam rebus pecuniariis immixti sunt: nam n. 1570. a. cum *polemarchis* et *catoptis* hierarchae templi aurum et argentum factum tradere iubentur iis, qui vasis reficiendis constituti erant, triumviris; cum iisdem *polemarchis* et cum *synegoris* hierarchisque illi triumviri debent de conficiendis vasis deliberare, et vas aureum, postquam factum fuerit, hierarchis appendere una cum *polemarchis* et *catoptis*: n. 1569. a. I. II. *Orchomeni* quaestor cum *polemarchis* et *catoptis* solvit debita et delet *syngraphas*. Quodsi apud Xenophontem (Hist. Gr. V, 4, 5. ubi cf. Schneider.) in historiola, quae varie narratur, vera est lectio τὸ προταμείον τοῦ πολεμαρχείου, habuerint etiam aerarium, ut Athenis ὁ ταμίης τῶν στρατιωτικῶν et qui ante hunc bellicos sumptus potissimum erogabant *Hellenotamiae*. *Polemarchorum* numerus ex scriptoribus definiri nequit, nec satisfacit Schneiderus ad Xenoph. Hist. Gr. V, 4, 2. qui *polemarchos* confudit cum *Boeotarchis*. Ni fallor, fuerunt sex, quot numero in titulis *Orchomenio* n. 1573. et *Copaeo* n. 1574. Nam in utroque titulo singula nomina iudico singulorum esse hominum, ut n. 1565. in *Boeotarchis*; neque inde, quod scribae nomini patris additum nomen est, idem colligas ad *polemarchos* in illis esse titulis transferendum. Scriba *polemarchorum* in rerum civilium et bellica administratione necessarius habetur *Orchomeni* n. 1573. *Copis* 1574. *Thebis* ap. Xenoph. l. c. 2. Plutarch. Pelopid. 7. de gen. Socr. 4. ex quorum narratione patet non magistratum eum esse sed ministrum. Hunc clavem aerarii *polemarchorum* servasse ex Xenophonte falso collectum est. Militarium copiarum duces in singulis civitatibus reperio hos. Gravis armaturae peditibus praeest *moragus* *Copis* n. 1574. unus, credo quod una tantum *Copaeorum* mora fuit; ubi plures morae, plures fuerunt *moragi*. Equitatum, quo pollebant Boeoti, ut apud Athenienses ducebant *hipparchi*; unus *hipparchus* est *Lebadeae* (n. 1575. extr. 1588.). Sub his sunt *ilarchi* tot quot *ilai*, qui Atheniensibus *phylarchi*; *Lebadeae* sunt duo (II. cc.), *Thebis* quattuor ut videtur (n. 1576.).

6. Peculiares Boeotis magistratus sunt *κατόπται*. Hi cum *polemarchis*, quibus omnibus locis ponuntur, *Orchomeni* adsunt quaestoribus in debitis solvendis et tollendis *syngraphis* (n. 1569. a. I. II.); *Thebani* ut videtur *catoptae* in decreto foederis n. 1570. a. intelligendi sunt, ex cuius mandato cum *polemarchis* et *catoptis* hierarchae debent vasa templi tradere, et traditorum apud *catoptas*, et apud hos solos, rationem reddere (*ἀπολογίσασθαι τὰ παραδόντα πρὸς κατόπτας*); qui ea vasa reficienda curant triumviri deliberare deinceps de refectione cum *polemarchis* et aliis iubentur, non tamen cum *catoptis*: at opus faciendum triumviri locant apud solos *catoptas* (τὰς ἐγδόσεις ποιοῦμενοι τῆς τε ἐργασίας καὶ τῆς ἐπισκευῆς παρὰ κατόπτας), et aureum vas, ubi

factum fuerit, debent una cum polemarchis et catoptis appendere hierarchis; postremo impensarum in opus faciendum erogatarum quaestor rationem reddit apud solos catoptas (ἀπολογισάσθω πρὸς κατόπτας). Iam κατόπτης vulgo est *explorator*, ut apud Herodotum et Dionysium Halicarnassensem; unde glossae Hesychii, Suidae etc. qui utuntur interpretamento κατὰσκοπος, ἐπιτηρητής: sed in magistratus nomine verteris *inspectorem et revisorem*. Itaque vox similis est atque apud Spartanos ἔφορος, quacum eam contulit Rochettus Diss. archaeol. p. 98. vis tamen muneris sane diversa fuit. Nam videmus catoptas in rebus polissimum pecuniariis adesse magistratibus eosque observare (ἐπιτηρῆσαι), ne quid ini- que agatur, ut in auro et argento tradendo, in loca- tione operum, in debitis solvendis: simul soli ac- ci- piunt rationes. Quapropter eos logistis Atticis com- paravit Osannus Syll. p. 185. 215 sq. quod omnino probo; simul tamen euthynorum obibant munera, hoc est *revisorum*: quod ut certius facere possent, in tradendis et solvendis pecuniis et in locationibus operum adsunt magistratibus. Aerario reipublicae praefecti sunt *quaestores* (ταμίαι), quales Orchomeni habemus n. 1569. a. I. II. Plures eodem anno fuisse monui ad n. 1569. a. I. qui videntur ut Athenis ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων collegium constituisse, et ne- gotia inter se esse partiti: qui quoque tempore prae- est, n. 1570. a. dicitur ταμίης ὁ προάρχων, hoc est Attica dictione ὁ πρῦτανις τῶν ταμιῶν. Ab his distin- gue n. 1570. a. τὸν συλλογέα, non reipublicae magi- stratum sed templi officialem, de quo vide §. 7. Addo ex eadem inscriptione συνηγόρους τῆς πόλεως, Thebanae ut videtur; hi de vasis reficiendis deli- berant cum triumviris ei negotio constitutis ac pole- marchis et hierarchis, nec possunt alii esse nisi syn- dici quidam civitatis, quales Athenis fuerunt par- tim sorte partim manuum sublatione creati (Schö- mann. de comitt. p. 108 sq.). Alios reipublicae magi- stratus non reperio memoratos, nisi sacrorum lu- dorumque praesides, de quibus dicam §. 7. et The- spiensium demuchos (§. 3.). Demiurgos removi ad n. 1567. Demarchum Thebanum ex n. 1576. per er- rorem attulit Tittmannus p. 377.

7. *Sacerdotes* (ἱερεῖς) etsi Boeotis non sunt civi- tatum eponymi, tamen in actis publicis hinc inde annuus sacerdos vel post archontem vel simpliciter inscriptus est, ea sola de causa, quod res, quae agitur, cum sacris iis coniuncta est, quae ille ad- ministrat sacerdos. Sic n. 1568. Orchomeni habe- tur Iovis Milichii sacerdos, qui simul legem ro- gat; n. 1570. a. sacerdos Amphiarai prope Oropum; n. 1576. Thebanus dei cuiusdam; n. 1587. Iovis Ser- vatoris Acraephae; n. 1593. Gratiarum Orchomeni; n. 1603. mulier sacerdos Iunonis Reginae Lebadeae. Praeter hos memorantur sacerdotes viri pentaeteri- dis Basiliorum Lebadeae n. 1603. et Isidis et Anu- bidis apud Thespienses n. 1633. mulieres Dianae Chaeroneae sacerdos n. 1635. et ὑποζάνορος nescio cuius numinis Thebis n. 1634. *pyrphorus* Museorum Thespiensium, quantum intelligo, n. 1586. et Θεο-

πόρος, interpres ut videtur oraculorum Orchomeni n. 1593. Ab his sacerdotalibus muneribus distin- guendi sunt *hierarchae* n. 1570. a. ubi de Amphia- raio Oropio agitur. Hi templi donaria hinc inde sparsa in aede servant ἐν παραδοσίμοις: itaque tem- pli officiales sunt et funguntur eo munere, quod Athenis est ταμιῶν τῶν ἱερῶν χρημάτων; sed nomen ipsum docet latius eorum patuisse negotia et fuisse eos simul ἐπιστάτας τοῦ νεώ, quales sunt apud Athe- nienses (cf. ad n. 76. cf. n. 151. §. 1.). Thesauro dei custodiendo, aperiendo, claudendo, pecuniisque in illum cogendis et ex eo dispensandis praest *coactor* (συλλογείς): is igitur et ipse est ταμίης τῶν ἱερῶν χρη- μάτων, et fortasse unus ex hierarchis huic negotio est speciatim praefectus. Postremo agonistici magi- stratus sunt *agonothetae*, singuli Charitesiorum Or- chomeni n. 1583. Museorum Thespiensium n. 1585. 1586. Σωτηρίων τῆς πόλεως Acraephae n. 1587. Ptoi- orum ibidem n. 1625. *Scriba* n. 1586. aut reipu- blicae Thespiensis est aut in solis ludis agendis mu- nere fungitur; et hoc praefero. Ad ludos musicos, qui choro praeberent sumptus, *choregi* constituti etiam in Boeotia ut Athenis sunt; Orchomenios habes n. 1579. 1580.

8. Postremo pauca addo de *proxenis* Boeoto- rum, licet non sint magistratus, propterea quod de proxenis non omnes video recte iudicare: quam- quam in rebus plerisque possum ad ea provocare, quae iam alibi exposui. Spartaе fuerunt magi- stratus quidam vel certe magistratibus similes cura- tores proxeni, a regibus nominati, iique cives Spar- tani, qui reciperent peregrinos, ob ipsam ξενηλασίαν intentius et fovendos et custodiendos (cf. ad n. 4. ex Herodot. VI, 57.): talis est qui postea dicitur ἐπιμελητής ξένου τινός, ut n. 1330. Ῥωμαίου, longe di- stans ab ἐπιμελητῇ oppidi alicuius, ut Ἀμικλῶν, Κε- ρῶνης, qui est rector sive curator eius oppidi ut subditi, sicuti Atticus ἐπιμελητής Δήλου: quae paucis docui ad titulorum Spartanorum Class. I. Introd. III, 5. Ex eodem genere sunt proxeni Petilienses n. 4. ubi p. 11. concessi, antiquitus fortasse etiam in aliis rebus publicis hunc esse magistratum insti- tutum. Et certe ap. Thucyd. III, 70. Pithias Cor- cyraeus dicitur Atheniensium fuisse Corcyrae ἐξελ- πρόξενος, hoc est non a Corcyraeis constitutus: unde coniicias Corcyrae alios quoque fuisse proxenos a Corcyraeis ipsis nominatos; ut curarent peregrinos: qui proinde fuerint Corcyraeorum quodammodo magistratus; atque hoc significat Schol. οἱ γὰρ πρό- ξενοι κελεύόμενοι ἐκ τῆς ἑαυτῶν πόλεως ἐγίγνοντο. Nam quod Rochettus Diss. archaeol. p. 65. corrigit καλού- μενοι, vix poterit probari. Attamen rari sunt hi proxeni magistratuum speciem habentes; nec de Cor- cyraeis ex iis, quae dixi, satis liquere arbitror: tantumque abest, ut Paciaudus Mon. Pelop. T. II. p. 138. adversus quem Rochettus (l. c. p. 64 sqq.) bene disputat, proxenos, de quorum nominatione tot supersunt tituli, recte dixerit earum civitatum, a quibus nominantur, esse magistratus, ut hoc negan- dum de omnibus proxenis sit, quibus nominandis

illa decreta scripta sunt. Potius hi proxeni numquam non peregrini sunt in ea civitate, quae illis decernit proxeniam, civesque sunt eius reipublicae, in qua prior illa civitas voluit eos sibi proxenos esse: in neutra vero magistratuum auctoritate gaudent. Hoc alterum proxenorum genus longe frequentissimum commune est Graecis omnibus institutum: nominarunt etiam tales Spartani (cf. ad n. 4. ubi allata exempla augeri aliis possunt, e. c. Thucyd. V, 43. VI, 89.), nominavit etiam commune Lacedaemoniorum concilium; quo pertinent decreta n. 1331-1335. Et sunt hi fere, quos nos vocamus *consules mercatorios* vel *agentes*; curarunt res eius civitatis, cuius erant proxeni, in ea civitate, cuius erant cives (Oec. civ. Ath. T. I. p. 55.); receperunt in sua civitate advenas cives illius, cuius erant proxeni. Pro quibus beneficiis ut esset ipsis remuneratio, privilegiis aucti sunt a republica, cuius providebant commodis: quae privilegia sunt tanti habita, ut proxenia, cui *εὐεργεσίας* titulus solebat coniunctus esse, pro honore censeretur haud exiguo. Itaque si quis peregrinus necdum proxenus bene meruerat de republica, proxenus ab hac civitate creatus est, ut plurimum cum posteris, et iis, quae proxenis competunt, praerogativis auctus et ornatus. Manet tamen certe in Graeciae Europaeae civitatibus peregrinus (de Asia alibi videbimus); quapropter Athenis proxeni iurisdictioni polemarchi parent (Polluc. VIII, 91.). Igitur ut hi ad civium condicionem accederent proxime, quum peregrini inquilini exceptis *ισοτελέσιν* essent *μετοικίω* aliisque oneribus obnoxii (cf. de Atticis Oec. civ. Ath. T. II. p. 74 sqq.), neque iis liceret fundos et domos possidere (ib. T. I. p. 154 sq.), proxenis ea data est praerogativa, ut ab inquilinorum oneribus essent liberi, et possent domos agrosque comparare, omninoque essent vel *ισοτελείς* vel

ἀτελείς, ut cives secure commearent et navigarent, et praeterea honoribus certis fruerentur, qui in decretis vulgo comprehenduntur verbis: *καὶ τὰλλα πάντα ὅσα περ καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις*. In his fuisse *προεδρίαν* alibi videbimus: etiam plures praerogativas sacras Delphicum templum suis concessit proxenis. Talem ergo proxeniam etiam Boeotorum urbes conferunt una cum *εὐεργεσία* decretis, quae n. 1562-1564. 1566. 1567. supersunt: eandem ipsum commune Boeotorum concilium decernit n. 1565. ubi cf. not. Iura vero in iis tributa proxeno sunt haec. Primum *γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησις* est, ius videlicet agros et domos possidendi, n. 1562-1567. cf. cap. I. §. 14. Singulare est beneficium, quod Corcyraei quibusdam proxenis peregrinis fundos donarunt publico aere emptos (vide Inscr. Corcyr.), quum vulgo sola possidendi concessio daretur. Adduntur *ἀσφάλεια καὶ ἀστυλία καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης οὐσίας*, n. 1562-1567. nisi quod n. 1565. *ἀσφάλεια* non diserte nominatur; sed hoc nullius est momenti. Adicitur in Tanagraeis titulis n. 1562. 1563. *ισοτέλεια*, de qua uberius dixi Oec. civ. Ath. T. II. p. 77 sqq. Haec abest n. 1566. in Oropio titulo, sive quod non dabatur, sive comprehensa verbis *καὶ τὰλλα πάντα ὅσα περ* etc. Sed n. 1564. 1565. in titulis Orchomenio et altero Boeotici concilii pro *ισοτελείᾳ* datur *ἀτέλεια*, etiam maius beneficium; postremo n. 1567. in Chaliensi pro *ισοτελείᾳ* habetur *ισοπολιτεία*, cuius alias frequens in his rebus mentio. Haec quidem ab *ισοτελείᾳ* aut nihil aut non multum differt, nec confundenda est cum *πολιτεία*, sed eam habet vim, ut peregrinus pari fere cum civibus fruatur iure, non tamen civis sit. *Ἰσοπολίτῃ* enim non magis quam *ισοτελεῖ* ius suffragii, multoque minus magistratuum capessendorum fuit.

CAPUT TERTIUM.

DE ANNO BOEOTICO.

1. De anno Boeotico et mensibus, quorum nomina universis Boeotis communia fuisse docet consensus omnium, ubi memorantur, locorum, paucis nunc dici potest, postquam haec res a Dodwello (de cycl. Diss. V.), Corsino (F. A. T. II. p. 410.), Müllero (Orchom. p. 473.), Rochetto (Diss. archaeol. p. 98.), Idelero (Enchir. Chronol. T. I. p. 364. T. II. p. 609.) et a me quoque olim (Comm. de Dionysiis in Act. Acad. Boruss. 1817. cap. 2.) tractata est. Boeotici igitur civilis anni cardo est novilunium solstitio hiberno proxime succedens, primusque mensis idem fuit, qui priscis temporibus apud Atticos, his Gamelion, Boeotis Bucatius vocatus: si tamen alium Boeoti atque Athenienses cyclum intercalationum sequebantur, non omnibus annis in Atticum Gamelionem incidebat Bucatius, sed aliis in Gamelionem, aliis aut in Anthesterionem aut in Posideonem, ita ut aliquando Gamelioni respondere posset secundus mensis Boeoticus Hermaeus: quod etiam sunt qui tradant (vide Comm. de Dionys.); et sic tum varia-

bant etiam ceteri deinceps menses. Nihilominus norma est haec, ut Gamelion et Bucatius aequivalentur: quam secuti hanc damus Atticorum et Boeoticorum mensium comparisonem:

Attici	Boeotici
VII. Γαμηλιών	I. Βουκάτιος
VIII. Ἀνθεστηριών	II. Ἑρμαῖος
IX. Ἐλαφβολιών	III. Προστατήριος
X. Μουνυχιών	IV.
XI. Θαργηλιών	V. Θειλούδιος
XII. ΣκIROφοριών	VI.
I. Ἑκατομβαιών	VII. Ἴπποδρόμιος
II. Μεταγειτηνιών	VIII. Πάναμος
III. Βοηδρομιών	IX.
IV. Πυανεψιών	X. Δαμάτριος
V. Μαιμακτηριών	XI. Ἀλαλκομένιος
VI. Ποσειδεών	XII.

Huius comparisonis plurima nituntur disertis veterum testimoniis a Dodwello et Corsino allatis, nisi quod Theluthium ipsi addidimus, de quo dicitur §. 2. et quod Prostaterium Elaphebolioni respon-

dere non demonstratum sed idonea coniectura collectum est. Traditur autem Maemacterioni Alalcomenium, Pyanepioni Damatrium respondere: igitur quod nunc constat Pyanepsionem esse Maemacterione priorem, Damatrium praeposui Alalcomenio (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 376. et Comm. de Dionys.). Ceterum omnes hos menses a sollemnibus denominatos statuo. Βουκάτιος haud dubie est ἀπὸ τοῦ καίνεσθαι βοῦς, non aëris intemperie, quod putare veteres interpretes ad Hesiod. Opp. 502 videntur, sed immolandis hostiis, ut Athenis Ἐκατομβαιῶν, ut ibidem celebrantur Βουφώνια. Sollemnia igitur fuisse Βουκάτια; a quibus etiam Delphis nominatus mensis Bucatius censendus. Tum Ἐρμαιο vocatur ab Ἐρμαίῳ, quae etiam Athenis celebrata sunt; προστατήρια fortasse Apollini προστατήριον acta. De Theluthio vide §. 2. Hippodromia sunt Onchestia Neptunia sacra, Boeotis sanctissima: unde ipse Neptunus dicitur Boeotus ap. Corinn. (cap. I. §. 7. huius Introd.): cf. Müller. Orchom. p. 474. 84. 207. Panamus (Πάναμος, Πάνημος, Πάνεμος) Macedonibus, Boeotis, Corinthiis, aliis communis unde vocatus sit non satis liquet: conieci tamen olim, licet a sive η in ea voce usitatius sit, nomen a Nemeis non alienum esse. Damatria Cereri Achaeae celebrabantur tempore arationis (ἀρότου), quae est ab occasu Vergiliarum matutino, exeunte nostro Octobri (Plutarch. de Is. et Osir. c. 69. cf. Ideler. Enchir. Chronol. T. I. p. 242.). Postremo Alalcomenius denominatus est a sollemnibus Ἀλαλκομενήδος Ἀθηνᾶς, cuius cultus in Boeotia insignis (Pausan. IX. 23. Steph. Byz. v. Ἀλαλκομένιον). In titulis praeter Theluthium ex his mensibus commemorantur Βουκάτιος n. 1608. h. Ἐρμαιο 1573. Προστατήριος 1608. f. Ἱπποδρόμιος 1562. Ἀλαλκομένιος s. Ἀλαλκομένειος s. Ἀλαλκομένης 1563. c. 1569. a. II. III. 1608. c. e. g.

2. E Chaeronensi titulo n. 1608. mensem Synelium tanquam Delphicum dederat olim Corsinus F. A. T. II. p. 443. qui si extaret ibi, deberet Boeoticus haberi: de eo nomine dubitarat iam Müllerus Orch. p. 475. nunc id post Rochettum expulimus. Nec postquam titulo n. 1608. restituto falsa ibi vocabula sublata sunt, alii in inscriptionibus novi menses Boeotici reperiuntur nisi Θειλούσιος, Ὀμολωῖος, Κάρειος, qui tres explent locos quinque mensium Atticorum, Munychionis, Thargelionis, Sciophorionis, Boedromionis, Posideonis: et ex his unum §. 1. dedi Theluthio (Θειλούσιον, Θελούσιον), quippe locum Thargelionis. Hic quoque mensis ex titulo Chaeronensi n. 1609. quem male tribuebat Aegostheniae, Delphicis insertus a Corsino est: nunc eum satis patet esse Boeoticum; nominatur enim praeterea Chaeroneae n. 1608. d. ante Alalcomenium (e), neque aliter Orchomeni n. 1569. a. I. III. Quapropter quum proximus ante Alalcomenium sit mensis Damatrius, cuius nominis significationi convenire videbatur Θειλούσιος s. Θαλύσιος (cf. cap. I. §. 5.), non tam meo quam amici cuiusdam obsecutus iudicio putabam, utrumque mensem esse eundem, Damatriique nomen esse commune Boeoticum, Theluthii

Orchomeniis proprium; de Chaeronensibus enim titulis nondum constabat: ac ne hi quidem contrarium suadere poterant, quod Chaeronenses olim parebant Orchomeniis. At ne dicam Damatrii et Theluthii nomina non modo inter se non convenire, sed quodammodo sibi opposita esse, Müllerus recte notavit, Orchomeniorum et Chaeronensium menses non differre a Boeoticis: sic Orchomenii vel Chaeronenses menses sunt Alalcomenius, Bucatius, Prostaterius, Hermaeus (n. 1569. a. 1608. 1573.), et iidem Boeotis omnino communes. Igitur Theluthius est ante Damatrium ponendus: et Sciophorioni quidem eum comparavit Müllerus, Boedromioni vero Idelerus l. c. T. II. p. 610. ex quibus prior ad verum propius videtur accessisse. Omnis res pendet a Thalysiorum, unde mensis nomen, tempestate definienda: de quibus quae narrabo, possunt nonnullis mira videri, sed sunt nihilominus vera. Quippe Thalysia sunt Cereri acta, ut ei grates agerentur pro messe, frugibus in aream comportatis; vide Theocriti Id. VII. 34. ubi Schol. ad vs. 3. Θαλύσια, ἐαγῆ ἦν ἐτέλουν τῇ Δήμητρι μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. Ὀμηροῦ. Θαλύσια γυνὴ Ἀλώς, Iliad. I. 534. (cf. ibi Eustath. et Schol. item lexicorum auctores, Etym. M. Suid. Hesych. etc. fere eadem tradentes). Iam messis auctore Hesiodo definitur ortu Vergiliarum matutino, qui in nostrum fere incidebat Maium medium (vide Ideler. l. c. T. I. p. 243.). Quapropter Theluthius nec cum Damatrio, arationis mense, confundi potest, neque comparari Attico Boedromioni, sed debet aut quintus aut sextus Boeotorum mensis esse, Atticus vel Thargelion vel Sciophorion. Ego vero concedo in Thargelionem. Nam primum n. 1569. I. II. de duabus agitur debiti solutionibus, quarum prior mense Theluthio, altera Alalcomenio facta: eas probabilius est sex quam quinque mensium spatio distare: distabunt autem sex mensium intervallo, si Theluthius est Thargelion. Dein Thargelion Maio potissimum respondet, in quem fere Thalysia incidere debent. Postremo licet Boeotica instituta Atticis non ita respondeant, ut quo quidque die in Attica, eodem in Boeotia fecerint rustici, quemadmodum novum vinum Athenis undecimo Anthesterionis, apud Boeotos sexto Prostaterii gustabatur (Corsin. l. c. p. 411.), integro prope mense interiecto: non negligendum est, quod ἄρτος θάργγηλος et Θαλύσιος idem est, ὁ ἀπὸ τῆς ἄλως πεττόμενος πρῶτος: vide Athen. III. p. 114. A. et quae ibi contulit Schweighaeuserus. Fortasse tamen ut vini gustatio, ita messis in Boeotia aliquantum dilata est; id quod hodie quoque fit: ut si Thargelia Athenis Thargelionis die vi. et vii. celebrata sunt, Thalysia in Boeotia sint exeunte mense Theluthio acta.

3. Prorsus incerta sedes mensium Homoloui et Cari. Ὀμολωῖου mentio fit n. 1563. a. 1608. b. Nomen traxit ab Homoloiis sollemnibus ex Thessalia derivatis, Iovi, Cereri, Minervae, Enyoni actis; de quibus vide Müller. Orchom. p. 233 sqq. Haec sci-mus Thebis acta (Steph. Byz. v. Ὀμόλη et Ὀμόλιον, Suid. v. Ὀμολωῖος Ζεύς, item Hesych. Phot. Phavorin.

Zzzz

ac Schol. Theocrit. VII, 103.), ubi delubrum Homoleium et in eius vicinia portae Homoloides; item Orchomeni (n. 1584.), hoc loco mensis Iadis celebrata. *Kapsiov* mentio extat in Chaliensi titulo n. 1607. isque Locris Amphissensibus dicitur *Αἰπάρων*. Unde denominatus sit nescio.

4. Orchomenius titulus n. 1569. a. III. hoc nobis imponit, ut etiam de *Phocico* anno aliquid dicatur. In quo tractando ne omnia confundas, primum nota Phocicum annum et Delphicum non esse eundem, quod neque annorum initia nec mensium nomina conveniunt: quae res non observata fraudem fecit Corsino ac nuper etiam Rochetto l. c. p. 106. Annorum vero initia apud veteres Graecos aliasque gentes propinquas ex quattuor progrediuntur cardinibus, utroque et solstitio et aequinoctio: ita annus Atticus novus et Olympicus incipit a novilunio post aestivum solstitium primo; Boeoticus et priscus Atticus ab eodem post solstitium hibernum; Laconicus ab eodem post aequinoctium auctumnale, a quo aequinoctio etiam Macedones annum solarem auspicati sunt. Similiter Delphicus annus a novilunio post aequinoctium vernal initium cepisse fertur (Dodwell. de cyclis p. 239 sq. Corsin. F. A. T. II. p. 437.): sed ad n. 1688. cum Attico eum et Olympico concinuisse probabili ratione docebo. Contra Phocici anni initium concinebat cum Laconico, quod statim patebit, ubi primum de mensium numero nominibus. Haec apud Delphos a festis potissimum et sacris rebus petita erant; apud Phocenses numeralibus distinguebantur notis, ut Romanorum menses magna ex parte. Sic in Daulidensi titulo n. 1732. *ἐντὸς εἰκάδος τοῦ δωδεκάτου μηνός*; in alio Daulidensi n. 1725. *ΜΗΝΟΣ ΔΟΜΟΥ*, hoc est *μηνὸς [ἐβ]δόμου*, ubi Rochettus p. 100. non recte *Ὁμολωίου* vel *Δρομαίου* coniiciebat. His exemplis accedit n. 1569. a. III. *μῆνὸς πρῶτω* (πρώτου) de mense Elatiensi. Similiter Argivi mensem olim Hermaeum posthac dixerunt *τέταρτον* (Corsin. l. c. p. 401.): ut taceam alia exempla. Verum primus ille Phocicus mensis n. 1569. comparatur Boeotico Alalcomenio, hoc est undecimo. Quod quum fieri non posse videretur, negavit Rochettus p. 107. *πρῶτον* esse numerale ordinale, contendit esse nomen proprium alius generis. Sed duo reliqua exempla evincunt contrarium. Ne multa, veram rationem significatam a me iam olim (Oec. civ. Ath. T. II. p. 382.) atque etiam a Müllerero Orchom. p. 474. adoptatam accipe. Sane undecimo Boeotico mensi convenire secundum primitivam normam non potest primus Phocicus: qui si sibi respondissent, Phocicus annus debuisset a secundo post aequinoctium auctumnale novilunio incipere, quod absurdum est. Sed res

est haec. Variorum populorum menses qui sibi secundum legitimos annorum cardines respondent, non quovis conveniunt anno, nisi cyclos intercalationum utrique populo idem sit, quod etiam supra (§. 1.) de Boeoticis Atticisque monui mensibus; sed ubi differunt cycli, altero populo prius intercalante mensem, dum non intercalat alter, eorum qui non intercalant mensis certus cedit iam in eum mensem alterorum, qui praecedit illam, cui vulgo respondet certus iste mensis: quod tamen negligere solent chronologi. Sic Panamus Boeoticus, Atticis Metagitnion, haud dubie non diversus est a Corinthiorum et Macedonum Panamo, licet Corinthiorum Panamus a Philippo in epistola ad Peloponnesios (ap. Demosth. de cor.) aequiparetur Macedonico Loo et Attico Boedromioni: quippe hoc illo tantum anno, Olymp. 110, 2. acciderat, et solebat accidere, quoties differant illi cycli: mensem nondum intercalant Macedones et Athenienses, intercalant iam Corinthii; igitur Lous Macedonicus post Panemum Macedonicum proximus et Boedromion Atticus post Metagitnionem proximus concurrit iam cum Corinthio Panamo, cui vulgo respondebat Panamus Macedonicus et Metagitnion Atticus. Vide Appendicem commentationis nostrae de Demosthenis Midiana in Act. Acad. Boruss. a. 1818. ubi quae proposui sequitur nunc etiam Idelerus l. c. T. II. p. 610. Iam quoniam Phocici anni primus mensis non potest Boeotici anni mensi undecimo concinuisse secundum legitimos annorum cardines, quod hi certe trimestri spatio distent necesse est; patet hanc utriusque illius mensis comparisonem ex cyclorum esse diversitate explicandam, ita quidem ut Phocensis annus coeptus sit a novilunio post aequinoctium auctumnale proximo, prorsus ut Laconicus e vicina Doride allatus, et primus Phocensium mensis legitime responderit decimo Boeotico. Sed quum Phocenses nuperrime intercalassent mensem, necdum intercalassent Bocoti, n. 1569. a. III. Boeoticus mensis undecimus non incidit in secundum Phocicum, sed rediit in primum.

4. *Dierum per decades descriptionem* etsi novit iam Hesiodus Ascræus (cf. Ideler. l. c. T. I. p. 257.), tamen hanc Boeotis non usitatam fuisse ex titulis n. 1608. b. 1609. collegit Dorvillius Misc. Obs. nov. T. III. p. 158. Ac sane numquam in his inscriptionibus secundum decades definiuntur dies, sed ab initio ad finem mensis numerantur. Qui reperiuntur dies, hi sunt: *τρεῖς καὶ δέκα* n. 1563. a. *πεντεκαὶ δέκα* n. 1608. b. d. e. f. g. 1609. *εἰκάς* n. 1625. *τριανκὰς* n. 1562. ubi vide not. *τριανκὰς* n. 1608. a. c. h. 1625. ex quibus tamen soli xiii. et xv. id demonstrant quod voluit Dorvillius.

CLASSIS PRIMA.

DECRETA ET ACTA PUBLICA CIVITATUM LIBERARUM.

1562.

In pariete ecclesiae prope rudera *Tanagrae*, in eodem lapide in quo titulus Phorystae agonisticus n. 1582. et quidem infra hunc. Edidit Leakius Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 570. cf. p. 574. 581 sqq. et ex hoc Rosius Inscr. p. 308. (tab. XLV.): sed in posteriori apographo in fine versuum puncta addita sunt, quae non habet Leakius.

...ΡΩΡΑΧΟΝΤΟΣ ΜΕΙΝΟΣΙ ΠΡΟΔΡΟΜΙΩ ΠΡΟΤΡΙΑΚΑΔΙ ΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ
...ΟΣ ΜΝΑΣΩΝΟΣ ΑΘΑΝΙΧΟΣ ΔΩΡΟΘΙΩ ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΟΗΤΥΔΑΜΥ
...ΟΝΕΙΜΕΝΚΗ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ ΤΑΝΑΓΡΕΙΩΝ ΔΙΟΥΣΚΟΡΙΔΑ
...ΩΑΘ. ΝΕΙΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΗΕΣΓΟΝΩΣ ΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣ ΓΑΣΚΗΦΥ
5 ...ΣΙΝΚΗΦΙΣΟΤΕΛΙΑΝΚΗΑΣΦΑΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩ
...ΣΑΣΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΗΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑ
...ΣΑΛΛΥΣ ΠΡΟΞΕΝΥ.

...ρω ἄρχοντος, μείνος Ἰπποδρομίῳ προτριάδι, ἐπεψαφίδδε -- ος Μνάσωνος, Ἀθάνιχος Δωροθίῳ ἐλεξε-
δεδοχθῆναι τῷ δάμῳ [πρόξεν]όν εἶμεν καὶ εὐεργέταν τὰς πό-
λιος Ταναγρείων Διουςκορίδα[ν] -- - ω Ἀθ[α]νείον, αὐτόν
καὶ ἐσγόνως, καὶ εἶμεν αὐτὸς γὰρ καὶ φυ[κίας] ἐππα[σιν] καὶ
εὐτοπέλιαν, καὶ ἀσφαλῖαν καὶ ἀσουλῖαν καὶ πολέμῳ [καὶ ἰσά-
νας ἰώ]σας, καὶ κατὰ γὰν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ τὰλλα
πάντα [ἐπὶ] τῷ ἄλλῳ πρόξεν[ι].

Προτριάς est d. XXIX. ut in Hemerologio ce-
lebrari, quod post Audrichium et Van der Hagen edi-
dit Ste-Croix Act. Acad. Inscr. T. XLVII. et il-

lustravit Ideler Enchir. Chronol. T. I. p. 414 sqq.
in quo siglum ΠΡΟΤΞ προτριάς, non πρὸ τριά-
δος legendum esse, ex hac iam inscriptione patet.
Pro Διουςκ. expectabas Διουςκορίδα vel Διουςκουρίδα, no-
tante etiam Leakio. Supplementum ἐπὶ τῷ καὶ tan-
tum ad sensum factum est; variant enim tituli in
hac formula. In fine Leakius ΠΡΟΞΕΝΥ, unius
tantum litterae lacuna notata; igitur cave addas καὶ
εὐεργέτης. Ros. ΠΡΟΞΕΝΥΣ... Sed Σ non esse in
primitivo apographo docet eius textus minusculis
redditus.

1563.

In uno lapide *Tanagraeo* tres habentur inscriptiones, quarum primam primus edidit Radulphus Rochettus Diss. archaeol.
p. 62 sqq. cum doctis explicationibus, repetito textu p. 108. Reppererat vero Pouquevillius in loco *Calamo*. Et Rochet-
tus quidem inscriptionem in tria fragmenta disceptam accepit, quas recte composuit, si sententiam spectes: sed primitiva
forma titulum hunc cum duobus reliquis edidit Leakius Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 571. II. cum notis a C. I. B.
additis. Iteravit Rosius Inscr. p. 303. 306. 307. tab. XLII-XLIV. et primum quidem titulum e Leakii et Tupperi, alterum
et tertium ex Cockerelli et Leakii schedis dedit. Primae inscriptionis vs. 1-4. attulerunt etiam schedae Köhlerianae.

...ΣΑΡΧΟΝΤΟΣ ΜΟΛΩΙΩ ΤΡΙΣΚΗΔΕΚΑΤΗ ΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ
...ΟΥΡΡΑΝΔΡΟΣ ΔΑΜΟΚΛΕΙΟΣ ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΟΗΤΥΔΑΜΥ ΠΡΟΞΕ
...ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ ΤΑΝΑΓΡΕΙΩΝ ΔΙΟΓΕΝΗΝ ΗΝΙΑΡΟΚΛΕΙΟΣ
...ΤΟΝ ΚΗΕΣΓΟΝΩΣ ΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΣ ΓΑΣΚΗΦΥΚΙΑΣ ΕΠΠΑ
5 ...ΛΙΑΝΚΗΑΣΦΑΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗΙΡΑΝΑΣ
...ΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΑΤΤΑΝΚΑΘΑΠΕΡΚΗΤΥΣΑΛΛΥΣ ΠΡΟ
...ΕΡΓΕΤΗΣ

δ. Α Γ Α Θ Α Ρ Χ Ο ...
ΑΜΙΝΟΚΛΕΙΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ...
ΕΠΕΨΑΦΙΔΔΕ ΟΡΣΙΜ...
ΕΛΕΞΕΔΕΔΟΧΟΗΤΥΔ...
5 ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ ΤΑΝΑΓΡΕ...
ΧΑΛΚΙΔΕΙΑ ΑΥΤΟΝ ΚΗΕΣ
ΚΙΑΣ ΕΠΠΑΣΙΝ ΚΗΦΙΣΟ
ΚΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘ...
ΙΩΣΑΣ ΚΗΤΑΛΛΑ
10 ΝΥΣΚΗΕΥΕΡ

ε. ...ΤΩ ΠΡΟΞΕΝΙΑ ΑΛΛΑΛΚΟ
...ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΟΙΟΔΩΡΟ
...ΗΜΕΝΑΥΤΥΠΟ
...ΑΛΚΙΔΕΙ
5 ...ΕΥΕΡ

Zzzz 2

Dedi in plurimis apographum in Museo Cantabrigiensi expressum. In *a* vs. 1. Rosius .. Σ. AP etc. Tum Mus. crit. ΟΜΩ, quod ex ceteris correxi. Vs. 2. Roch. Köhl. .. ΥΡΡΑΝΔΡΟΣ, Tupp. ΙΡΡΑΝΔΡΟΣ. Vs. 3. Tupp. Ταναγραίον: Leakii lectionem, quae est etiam in Köhl. firmat Roch. ΤΑΝΑΓΕΙΩΝ. Vs. 4. primum Τ omittit, Rosii apographum Leakianum cum Roch. et Köhl. Vs. 4. extr. Roch. Köhl. ΕΤΠΑ. Vs. 5. in voce ΑΣΟΥΛΙΑΝ habet Roch. ΛΕΙΑΝ. Vs. 6. Roch. ΚΑΘΑΛΛΑΤΤΑΝ. Ceterum omisi vitia apographi Pouquevilliani minus memorabilia. In *b* vox ΑΓΑΘΑΡΧΟ maioribus litteris. Ibidem puncta omnia in dextera addidi ex Ros. In *c* vs. 2. primum Ε ex Ros. addidi, et dedi ΘΙΟΔΩΡΟ omisso Σ, quod addit Leak. Vs. 3. Ros. omittit Η et Ο. Vs. 4. ex hoc addidi ultimum Ι.

a.

--- ε ἄρχοντας, Ὁμολωῖω τρικηδεκάτη, ἐπεφάφιδδε [ὁ δαῖνα τοῦ δαῖνα, Π]οῦρρανδρος Δαμοκλείος ἐλεξε· δεδόχθῃ τῷ δάμυ πρόξενον εἶμεν κῆ] εὐεργέταν τὰς πόλιος Ταναγραίων Διογένην Ἰαροκλείος ---, [αὐ]τον κῆ ἐσγόνως, κῆ εἶμεν αὐτὸς γὰς κῆ φυκίας ἐππα[σιν κῆ ρισοτε]λίαν κῆ ἀσφάλειαν κῆ ἀσουλίαν κῆ πολέμω κῆ ἱράνας [ἰώσας, κῆ κατ]ὰ γὰν κῆ κατὰ θάλατταν, καθάπερ κῆ τὺς ἄλλους προ[ξένους κῆ εὐεργέτης.

b.

Ἀγαθάρχ[ω προξενία.] Ἀμνοκλείος ἄρχοντας, [mensis incerti die incerto,] ἐπεφάφιδδε Ὀρσίμ[αχος τοῦ δαῖνα, ὁ δαῖνα τοῦ δαῖνα] ἐλεξε· δεδόχθῃ τῷ δ[άμυ πρόξενον εἶμεν κῆ εὐεργέταν] τὰς πόλιος Ταναγραίων Ἀγαθάρχον τοῦ δαῖνα] Χαλκιδεῖα, αὐτον κῆ ἐσγόνως, κῆ εἶμεν αὐτὸς γὰς κῆ φυκίας ἐππασιν κῆ ρισοτελίαν κῆ ἀσφάλειαν κῆ ἀσουλίαν] κῆ κατὰ γὰν κῆ κατὰ θάλατταν, κῆ πολέμω κῆ ἱράνας] ἰώσας, κῆ τὰλλα [πάντα ὁπόττα κῆ τὺς ἄλλους προξένους κῆ εὐεργέτης.

c.

--- τω προξενία. Ἀλακκο[μενίω die incerto] ---
 --- Ἐρμογένης Θιοδώρω ---
 --- εἶ]μεν αὐτῷ ---
 --- Χ]αλκιδεῖ ---
 --- εὐεργέτης.

In *a* vs. 2. Britannus in Museo critico volebat Θούρρανδρος, nomen ignotum, Rochettus Πύμανδρος p. Ποίμανδρος, quia Tanagrae conditor Poemander, unde illa olim Poemandria dicta, et terra Tanagraea Poemandris (Strab. IX. p. 404. Cas. Pausan. IX, 20, 2. Steph. Byz. v. Τάναγρα, Lycophr. Cass. vs. 326. cum Schol.). Sed in promptu est sine ulla mutatione legi Πούρρανδρος. Post Ἰαροκλείος excidit nomen patriae Diogenis: proxeni enim hi peregrini sunt: vide Introd. cap. II, extr. Mox malim ἀσφάλειαν ut in ceteris titulis. Ceterum quum initio mutila sit inscriptio, Rochettus perisse putat formulam praefixam Θίος τούχων s. τούχαν, quae in aliis habetur: sed in his rebus usus inconstans est. Quodsi quid praescriptum fuerit, commodius hoc ex ceteris, qui in eadem tabula scripti sunt, titulis iudicabitur. Et in titulo *c* quidem intelligitur ipsi decreto indicem argumenti praemissum fuisse: τοῦ δαῖνα προξενία, ut in Atticis n. 9979. Simile habebatur in titulo *b*, unde superest, Ἀγαθάρχ[ω]. Itaque hic dedi Ἀγαθάρχ[ω προξενία, et hinc mox nomen Ἀγαθάρχον reposui: hoc tamen non ut certum do, sed quum duplex possit illa, priore loco vocis, Ἀγαθάρχω ratio esse, elegi alteram, satisque habeo alteram in nota ponere. Nempe Ἀγαθάρχος potest aut ipsius, qui proxeniā augetur, viri nomen esse, aut patris eiusdem. Cetera titulorum *a* et *b* aperta sunt. Titulus *c* restitui nequit. Differt hic a prioribus eatenus, quod archontis nomen omittitur: id fortasse ideo factum est, quod archon idem erat qui in *b*, Aminocles, ut n. 1698. d. factum est. Sequitur mensis. Tum Hermogenes Theodori f. videtur esse aut qui ἐπεφάφισεν, aut qui ἐλεξε. Sed vs. 3. discrepat formula ab ea, quae in proxenia conferenda usitata est: si vera lectio ΠΟ, coniecieris πολιτείαν s. πολιτίαν, quamquam hoc non convenit primo versui, ubi de proxenia dicitur. Nam in Graecia certe qui proxenus fit, non simul fit civis; nec contrarium ex n. 1773. adstruere licet: quid extra Graeciam moris faerit, hoc loco non curamus. Vs. 4. de Chalcidensi agi ut in titulo *b*, apertum est.

1564.

Orchomeni in lapide muri monasterii. Primus edidit Leakius Diar. class. T. XIII. p. 332, ex hoc Boissonadus in commentatione epigraphica addita Lucae Holstenii epistolis p. 441. cum notis; tum ipse dedi Oec. civ. Ath. T. II. p. 398. mox Oscanus Syll. p. 183. Correctius deinde Leakii apographum editum est Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 572. cum notis p. 584 sq. Leakianum apographum dedit Rosius Inscr. p. 276. tab. XL. cum notis. Nos paucis locis exceptis damus exemplum in Mus. crit. editum, ubi simul aliquot Cockerelliani exempli varietates annotantur: plures praebet Rosius.

[Textum vide in pag. seq.]

Vs. 1. maioribus litteris. Hunc versum omittit Cockerellus (vide Mus. crit.). Vs. 6. Cock. ΠΡΟΞΕΝΟΝ; quod recepi: ceteri ΠΡΟΞΕΝΙΟΝ. Vs. 7. Diar. class. et Ros. ΤΑΣΠΟΛΙΟΣ: sed prius Σ deesse diserte annotatur in Mus. crit. addicentibus Cockerelli schedis. Vs. 9. init. Diar. class. ΓΟΝΩΣ: accuratius videtur apographum Musei critici, etsi etiam Ros. litteras ΟΝΩΣ unius litterae spatio in dextram reductas habet, lacuna hic, non vs. 8. statuta: ut omnino in litterarum positu paulo differt a nostro exemplo. Vs. 13. init. Α ex Cock. addidi.

Ibidem extr. Diar. class. et Ros. ΚΑΤΑΣΙΩ (et deinde Diar. class. ΠΑΣ): Museum criticumΑΣΙΩ, Cock. ..Α.ΣΙΩ, unde solitarium Α interieci. Ceterae varietates nullae sunt; non enim operae pretium est annotari, unam et alteram litteram ab hoc illove omitti vel male legi.

Θίος τούχαν Ἀγαθάν. Ἀλεύα[ο] ἄ[ρ]χοντας ἔδοξε τῷ δάμυ Ἐ[ρ]χομενίων, Ἀγέδικον Δαφίταις Ὁλεῖα ἀπ' Ἀλεξανδρείας πρόξενον εἶμεν [κῆ] εὐεργέταν τὰ[ς] πόλιος Ἐ[ρ]χομενίων κῆ αὐτον κῆ ἐσγόνως, κῆ εἶμεν αὐτὸς γὰς [κῆ] φυκίας ἐπασιν, κῆ ἀσφαλ[αν] κῆ ἀτελίαν κῆ ἀσουλ[αν] κῆ

Θ Ι Ο Σ

ΤΙΟΥΧΑΝΑΓΑΘΑΝΑΛΕΥΑΡΑ
 ΧΟΝΤΟΣΕΔΟΣΕΤΥΔΑΜΥΕ.
 ΧΟΜΕΝΙΩΝΑΓΕΔΙΚΟΝΔΑ
 5 ΦΙΤΑΘΗΟΛΕΙΑΑΠΑΛΕΞΑΝ
 ΔΡΕΙΑΣΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΜΕΝ.
 ΗΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΠΟΛΙΟΣΕ.
 ΧΟΜΕΝΙΩΝΚΗΑΥΤΟΝΚΗΣ.
 ΟΝΩΣΚΗΕΙΜΕΝΑΥΤΥΓΑΣ
 10 ..ΦΥΚΙΑΣΕΠΑΣΙΝΚΗΑΣΦΑΛΙ
 ..ΚΗΑΤΕΛΙΑΝΚΗΑΣΟΥΛΙΑ.
 ΗΚΑΤΑΓΑΝΚΗΚΑΤΑΘΑΛΛΑΤ
 .ΑΝΚΗΠΟΛΕΜΩΚΗ..Α.ΑΣΙΩ
 .ΑΣΚΗΤΑΑΛΛΑΟΠΟΤΤΑ
 15 ΤΥΣΑΛΛΥΣΠΡΟΞΕΝΥΣ..
 ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ

κατὰ γὰν κῆ κατὰ θάλατ[τ]αν κῆ πολέμω κῆ [ἰρ]ά[ν]ας
 ἰω[σ]ας, κῆ τὰ ἄλλα ὁπόττα τῆς ἄλλυς προξένυς [κῆ] εὐ-
 εργέτης.

Titulus post Alexandrum Magnum Alexandriae
 Aeolensis conditorem scriptus est. Nam quod Strabo
 Antigoni Asiae regem primum Alexandriam Troa-
 dem condidisse tradidit, merito rejicere videtur Osan-
 nus Syll. p. 184. fretus praeter Chronicon Paschale
 Iulio Valerio, qui ex Aesopo Graeco Alexandrum
 M. urbis conditorem refert (lib. III. extr. ed. Mai.
 Mediol. 1817. 8.): cf. Berkel. ad Steph. Byz. p. 94.
 De formula Θεὸς τῶχαν ἰγαθάν dixi ad n. 4. p. 10. a.
 ubi τῶχαν correxi, ut prius in Oec. civ. Ath. Sed
 τῶχαν fere omnes Boeoticum esse censent, ut Wal-
 pol. Travels p. 568. Rochett. Diss. archaeol. p. 72.
 ceterique interpretes plurimi; nec tamen recte; quae
 enim afferunt prorsus aliena sunt. Nam Iota ante
 vocalem a Boeotis iniici demonstrant forma προξέ-
 νιον in hoc ipso decreto, quam vulgatae προξένου ce-
 dere iubet Cockerelli fides: vitium lapidis et in hac
 voce et in vocabulo ΤΙΟΥΧΑΝ falsam litterae Iota
 speciem obiecit legentibus. In Corinthis fragmento
 Wolf. p. 51. Πινδαρίοιο non dubito etiam nunc cum
 aliis mutare in Πινδαρίοιο, ut olim in ed. Pind. T. II.
 P. II. p. 17. In formis autem Boeoticis, quas tituli
 praebent, ἀγωνοθετίοντος, Βοιωταρχιόντων; πολεμαρχιόν-
 των, εἰλαρχιόντων, I non vacat, sed ex more est pro
 vocali E, ἀγωνοθετέοντος etc. ut Δίος p. Θεός etc. Vide
 Introd. I, 4. Neque huc pertinent ἄσσιον; μάλλον p.
 ἄσσον, μάλλον, quae Doribus tribuit Eustathius ad
 Odyss. I, p. 1643, 32. Rom.: haec enim ad analogiam
 comparativarum formarum κάλλιον, αἰσχίον etc. de-
 flexa sunt. Rursum ex alio genere sunt Doricae
 formae βοαθησιῶ, προλειψῶ, ἐμμενῶ, πραξίμεν, χαρι-

ξίμεθα, quae sunt pro βοαθησιῶ, προλειψῶ formis
 dissolutis ex βοαθησιῶ, προλειψῶ, ut ἐμμενῶ pro ἐμ-
 μενῶ, ex ἐμμενῶ; unde etiam βοαθησιῶ, προλειψῶ etc.
 scribendum videtur. Mitto alia, de quibus dixi ad
 n. 1573, 1595. Aleuae nomen Orchomeni reddit in
 Agonisticis n. 1580. celebratum illud in Thessalia.
 P. post ΑΛΕΥΑ mutavi in O, postulante dialecto:
 vide Introd. I, 16. Noli igitur PA in AP mutandum
 censere. De scriptura Ἐρχομενίων vide Introd. Δα-
 φίτας est nomen Asianum; cf. de Daphita gramma-
 tico Jacobs. Anthol. T. XIII. p. 881. Pro ἐργόνως
 Leakius et ego olim tacite dedimus ἐργόνως; nunc
 post alios titulos editos in promptu est tueri lectio-
 nem ἐργόνως: cf. Introd. I, 14. Verum vidit etiam
 Osannus Syll. p. 183. Mox ἐπασιν non mutandum:
 vide n. 1565. et Introd. ubi simul quid esset ἐμ-
 πασις seu ἐγκησις dixi: quod moneo ob nuperum
 interpretem. Vs. 13 sq. olim cum Leakio putabam esse
 κατὰ σιωπας, idemque n. 1565. agnoscebam: utrum-
 que probat Osann. Auctar. Lex. Gr. p. 91. eatenus,
 ut tamen una voce κατασιώπας scribendum censeat.
 Schneiderus Lex. v. σιωπή retinebat nobiscum κατὰ
 σιωπας. Contra Rochettus Diss. archaeol. p. 90. ἰρά-
 νας vult. Et recte. Nunc enim post melius allatum
 apographum apertum est legendum esse [ἰρ]ά[ν]ας
 ἰω[σ]ας; idemque restituo n. 1565. ipsis, quos Po-
 cockius servavit, ductibus eo deducuntibus. Idem
 offert titulus n. 1562. item n. 1563. b. Viderunt haec
 etiam Britanni. Ceterum ἀτελίαν hic aut negligenter
 interpositum est inter ἀσφαλίαν et ἀσουλίαν, aut
 designatur de industria, etiam maritima vectigalia
 ab illo nulla exigenda esse nec belli nec pacis tem-
 pestate. Haud dispar trajectio constanter tenetur in
 titulis Thaumacensibus n. 1771 sqq.

1565.

Thebis transcripsit Pocockius et edidit Inscr. ant. P.I. c. 5. s. 3. p. 50. n. 13. Primus, sed exiguo cum successu tractavit I. M. Gesnerus Comm. Gotting. (Antiqq.) T. V. p. 63 sqq. (a. 1782.). Deinde emendavi Oec. civ. Ath. T. II. p. 399 sq. Postea ediderunt et tractarunt, ex Pocockio omnes, Rochettus Diss. archaeol. p. 75. et p. 109. Leakeus Mus. crit. Cantabr. Vol. II. Fasc. VIII. p. 572 sq. Rosius Inscr. Gr. p. 310. tab. XLVI.

ΕΟΣΤΥΧΑ. . ΟΤΕΑ
 ΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΕΔΟΞΕ
 ΤΟΙΔΑΜΟΙΠΡΟΞΕΝΟΝ
 ΕΙΜΕΝΒΟΙΩΤΩΝΚΑΙΕΥΕ
 5 ΡΓΕΤΑΝΝΩΒΑΝΑΞΙ
 ΟΥΒΩΚΑΡΧΑΔΟΝΙΟΝΚΑΙ
 ΕΙΜΕΝΝΟΙΓΑΣΚΑΙΕΟΙΚΙΑ
 ΣΕΠΑΣΙΝΚΑΙΤΕΛΙΑΝ
 10 ΚΑΙΚΑΤΟΑΛΛΑΤΕΑΝΚΑΙΠΟ
 ΛΕΜΩΚΑΙΡΑΕΚΣΙΟΣΑΣ
 ΟΙΩΤΑΡΧΙΟΝΙΩΝΤΙΜΟΜ
 >ΑΙΤΩΝΑΟ.ΟΙΩΝΟΣΠΕ
 ΟΝΟΣΙΠΠΙΔΟΣΥΜΑΡΙ.ΑΟ
 15 ΠΛΕΡΟΝΟΣ

Θ[ε]ός τύχα[ν] . . στέ[λ]ος ἄρχοντος ἔδοξε τῷ δάμῳ
 πρόξενον εἶμεν Βοιωτῶν καὶ εὐεργέταν Νώβαν Ἀξιούβω Καρ-
 χαδόνιον, καὶ εἶμεν [Ρ]οί γὰς καὶ [Ρ]οικίας ἔπασιν καὶ Ἀτε-
 λῖαν καὶ Ἀσουλίαν καὶ κα[γγυ]ᾶ[ν] καὶ κατ[Θ]άλατ[τ]αν καὶ
 πολέμῳ καὶ [ἱ]ρά[να]ς ἱ[ώ]σας. [Β]οιωταρχιόν[τ]ων Τιμομ-
 Αἰτῶναο, .οἰώνος, Πε - - ονος, Ἰππίδος, [Ε]ὑμαρίδαο, Π[α]-
 σίωνος?

Τύχαν dedi ob n. 1564. ceterum de formula hac
 vide ad n. 4. Decretum est non Thebanorum, sed
 concilii Boeotorum communis: diserte enim dicitur
 πρόξενος Βοιωτῶν: igitur etiam archon non Thebanus
 intelligendus videtur, sed communis Boeotorum; qui
 tamen potuit patria Thebanus esse, ut in titulo Orcho-
 menio n. 1593. Is distinguendus et hic et in altero illo

titulo a Boeotarchis, qui utroque loco septem sunt.
 Vide de archonte Boeotici concilii et Boeotarchis
 etiam Introd. et de tituli ratione cf. Tittmann. Gr.
 Staatsverf. p. 700. Δῆμος est Βοιωτῶν: neque offendit
 quod δῆμος τοῦ κοινοῦ memoratur: vide Introd. II, 3.
 nec magis quod Boeoticum concilium proxeniam
 dat: sic commune Lacedaemoniorum nominat pro-
 xenum (n. 1535.); sic Amphictyones (n. 1689. b.);
 sic iidem Polygnoto gratuita hospitia decreverunt
 (Plin. H. N. XXXV, 9, 35.); sic Achaei universi ci-
 vitatem donant notante Tittmanno; neque aliter Cei,
 licet in plures urbes divisi (v. Inscr. Ceorum). Ti-
 tulus quum in beneficium viri Carthaginien-
 scriptus sit, antiquior est anno a. Chr. 146. quo
 anno Carthago deleta: arbitror autem illum Nobam
 a Carthaginensibus in Graeciam missum legatum
 esse, ut de communibus adversus Romanos con-
 siliis ageret. Ἰράνας ἰώσας legendum esse dixi ad
 n. 1564. quod olim in schedis a me coniectum non
 debebam deinde ob tituli n. 1564. falsum apogra-
 phum repudiare. Rochettus volebat καὶ ἰράνας καὶ
 ὄσα: sed καὶ ὄσα nullum hic locum habet. Sequun-
 tur enim nomina Boeotarcharum, sed partim mutila
 partim corrupta. Αἰτῶναο posui, ut haec ap. Poc.
 habentur: sed nomen depravatum censeo. ΠΛΕ
 ΡΟΝΟΣ videtur ex ΠΑΣΙΩΝΟΣ corruptum, ut
 n. 1575. pro Πασίωνος Wheelerus legerat ΠΛΕΙΩΝΟΣ.
 In scripturae genere, nota ΤΟΙΔΑΜΟΙ, hoc est τῷ
 δάμῳ more Attico, etiam post Euclidem frequente.

1566.

Oropi olim; nuperrime Museo Britannico donavit Io. P. Gandy. Est ibi Spat. XV. n. 106.* Ex schedis Mülleri.

ΠΑΙ. ΑΓΕΝΔΕΔΟΧΘΑΙ
 ΤΩΙΔ. ΙΩΙΟΙΝΟΦΙΛΟΝΦΙΛΙΣΩΝΟΣ
 .ΡΗΤΑΠΡΟΞΕΝΟΝ. ΚΑΙΕΥΕ
 .ΕΤΗΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΩΡΩΠΙΩΝΚΑ.
 5 .ΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΚΑΙΕΙΝΑΙΑ.
 .ΩΙΓΗΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΕΓΚΤΗΣΙΝΚΑΙΑΣΦΑ
 ΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥ.
 ΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΚΑΤΑΓΗΝΚΑΙΚΑΤΑ.
 ΑΛΑΤΤΑΝΚΑΙΤΑΛΛΑΠΑΝΤΑ
 10 ΟΣΑΠΕΡΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟ
 ΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ
 ΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟΨΗ
 ΦΙΣΜΑΕΝΣΤΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΚΑΙΣΤΗ
 ΣΑΙΕΝΤΩΙΕΡΩΤΟΥΑΜΦΙΑΡΑΟΥ

Παι. [εἰ]πεν· δεδόχθαι τῷ δ[ήμ]ῳ Οἰνό-
 φιλον Φιλίσωνος [Κ]ρήτα πρόξενον [εἶναι] καὶ εὐε[ργ]έτην
 τῆς πόλεως Ὠρωπίων, κα[ὶ] αὐτόν καὶ ἐκγόνους, καὶ εἶναι
 αὐτῷ γῆς καὶ οἰκίας ἐγκτησιν καὶ ἀσφάλ[ε]ϊαν καὶ ἀσυ-
 λῖαν καὶ πολέμου [καὶ] εἰρήνης καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ
 [Θ]άλατταν, καὶ τᾶλλα πάντα ὅσαπερ καὶ τοῖς ἄλλοις

προξένοις καὶ εὐεργέταις. ἀναγράφαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα
 ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στήσαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀμφιαράου.

Vs. 3. arbitror Ξ fuisse ut vs. 11. Oropia haec
 inscriptio Attica vel si mavis vulgari dialecto scripta
 est ob veterem Oropiorum cum Atheniensibus com-
 munionem. Titulus est Oropi liberae: igitur certe

multo ante Olymp. 125, 2. scriptus esse non potest, tempus ab Atheniensibus Oropii sunt. Igitur potest quo tempore Oropiis libertatem, quam habebant, hic titulus etiam ei aetati tribui, quae ab Olymp. confirmavit Polyparchon (Diod. XVIII, 56). Olymp. 156. proxima est. Imperatorum quidem aetate Aetiae reipublicae passus fuit Oropus.

1567.

Chaliensium hoc decretum Dawkinsius haud longe a Basilico prope Asopum repperit et Oxonium detulit. Edidit Chandlerus *Mar. Oxon.* II, xxxi. 1. Lapis est tribus in lateribus perscriptus: duorum reliquorum laterum titulos habes in *Classica* tertia, p. 594. 1607. Scriptura dicitur lecta difficillima esse.

Α Γ Α Θ Α Ι Τ Υ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΞΕΝΩΝΟΣ Ε
ΜΙΟΡΓΕΟΝΤΟΣ ΜΙΚΚΩΝΟΣ ΕΠ
ΚΛΕΟΓΕΝΗΣ ΑΛΚΙΘΟΥ ΑΙΤΙΕΥ
5 ΕΥΝΟΥΣ ΩΝ ΚΑΙ ΕΥΧΡΗΣΤΟΣ ΔΙΑΤΕ
ΤΑΙ ΠΟΛΕΙ ΤΩΝ ΧΑΛΕΙΩΝ ΕΩΝΕ ΔΟΞΕΤΑΙ ΠΟ
ΛΕΙ ΕΝ ΕΝΝΟΜΩ ΙΕΚΚΛΗΣΙΑΙ ΠΡΟΞΕΝ
ΟΝΕΙ ΜΕΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟ
ΤΩΝ ΧΑΛΕΙΩΝ ΚΛΕΟΓΕΝΗ ΑΛΚΙΘΟΥ ΑΙΤ
10 ΚΑΙ ΕΚΓΟΝΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΜΕΝΑ. Ω ΠΙΣΟ
ΛΙΤΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΣΥΛΙΑΝ ΚΑΙ
ΜΟΥ ΚΑΙ ΕΙΡΑΝΑΣ ΚΑΙ ΓΑΣΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΝ ΚΤΗΣ
ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΑΥΤΩ ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ
ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤ
15 ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΥΣ ΥΠΑΡΧΕΙ

Ἀγαθὴ τύχη. ἄρχοντας Ξένωνος, ἐν Ἀργίῳ δὲ δαμιοργέοντος Μίκκωνος. ἐπ[ειδὴ] Κλεογένης Ἀλκιδόου Ἀλκιδόου εὐνους ὧν καὶ εὐχρηστος διατε[λεί] τῇ πόλει τῶν Χαλειῶν, ἔδοξε τῇ πόλει ἐν ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ, πρόξενον εἶμεν καὶ εὐεργέταν τῆς πόλει[ς] τῶν Χαλειῶν Κλεογένη Ἀλκιδόου Ἀλκιδόου καὶ ἐκγόνους αὐτοῦ, καὶ εἶμεν αὐτῷ ἰσο[πο]λιτείαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ [πολε]μου καὶ εἰρήνης, καὶ γῆς καὶ οἰκίας ἐν κτησ[ὶ], καὶ τὰ ἄλλα ὑπάρχειν αὐτῷ πάντα, ὅσα τοῖς ἄλλοις πρόξενοις καὶ εὐεργέταις τῆς πόλιος ὑπάρχει.

De Chalia (Χαλία) vide Steph. Byz. v. qui ex Theopompo ethnicum dicit esse Χάλιος: sed hic et n. 1607. dicuntur Χαλειῆς (vs. 6.): unde mox (vs. 9.) aut Χαλειῶν (pro Χαλειῶν, ut Πειραιῶς et talia) esse videtur, aut corrigendum est Χαλειέων. In singulis praeter demiurgum *Micconem* fere nihil est memo-

rabile. Illo vero loco, ubi hic memoratur, Chandlerus coniiciebat: ἐπ[ὶ] δαμιοργέοντος. Sed quum non dictum esset ἐπ' ἄρχοντας, dici multo minus poterat ἐπὶ δαμιοργέοντος. Igitur ἐπ[ὶ] δαμιοργέοντος scripseris, de ἐπιδημιουργῷ (vide ad n. 4.). At omnino demiurgi et proinde epidemiurgi in Boeotia nulli unquam reperiuntur; et ipsa duplicis magistratus Chaliensis mentio suspecta est. Honoratur Aegiensis Achaeus: itaque vero non dissimile, Achaicum additum magistratum esse: Achaici autem sunt demiurgi. Hoc eo deducit, ut scriptum fuerit ἐν Ἀργίῳ δὲ δαμιοργέοντος, omisso, ut consentaneum est, post ἄρχοντας Ξένωνος superfluo additamento ἐν Χαλείᾳ seu Χαλειῶν: quamquam hoc habetur n. 1607. ubi similis dictio in eiusdem lapidis titulo. Cf. n. 1569. a. III. 1570. a. 1575. et alia. De scriptura δαμιοργέος cf. ad n. 1542.

1568.

Orchomeni in rudibus aediculae ex lapidibus vetustis olim constructae. Ed. Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 169. (in altera editione T. VII. p. 25.). Hinc dedi Oec. civ. Athen. T. II. p. 398. Habet ex Clarkio etiam Rosius Inscr. p. 304 sq. hic ex altera Clarkii editione.

ΔΑΜΟΤΟΙΔΑΟ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΙΑΡΕΙΑΔΔΟΝΤΟΣ
ΑΝΤΙΧΑΡΙΔΑΟΑ. . . ΑΝΟ
ΔΩΡΩΔΡΙΟΛΙΣ ΔΗΜΕΙΛΙΑ
5 ΑΝΤΙΧΑΡΙΔΑΣ ΑΘΑΝΟΔΩΡΩΕΛ
ΞΕΔΕΔΟΧΘΗΤΥ ΔΑΜΥΟΓΩ. ΕΧΩΡ
ΘΙΤΩΝ ΠΟΛΙΤΑΩΝ ΤΥΟΥΘΝΙΕΣ
ΧΥΜΕΙΛΙΧΙΟΥ ΧΛΑΤΙΧΡΕΙΕΙΣ ΟΗΓ
ΤΙΜΥΚΑΤΑΣΚΕΥΑΤΤΗΚΕ
10 ΕΝ ΤΥΙΑΡΥΕΙ ΠΑΡΤΟΛΛΡ. . .
ΔΟΚΙΕΙΚΑΛΛΙΣΤΟ.

Δαμοτοίδαο ἄρχοντας,
ιαρειάδδοντος
Ἀντιχαρίδαο Ἀ[θ]ανο-
δώρω Δί[μ]ειλιχίω,
5 Ἀντιχαρίδας Ἀθανοδώρω ἑλ[ε]-
ξε· δεδόχθῃ τῷ δάμνῳ, ὅπως ἔχων-
θι τῶν πολιτῶν τῷ [θ]ού[σ]τ[ε]ς τῷ Δί[μ]
τῷ μειλίχῳ - - - - -
τῷ κατασκευάτῃ - - - - -
10 ἐν τῇ ἱέρῳ παρ το- - - - -
δοκίει κάλλιστον - - - - -

Fragmentum pessime habitum. Archontis nomen est *Δαμοτοίδας*, quod iam non audeo mutare: olim conieci *Δαμοκτάδας*: Rosius habet *ΔΑΜΟΙΤΟ ΔΑΟ*: in priore certe Clarkii editione est quod supra dedi. Sequitur sacerdos, qui ideo nominatus est, quod decretum hoc ad sacra pertinet. De forma *ιαγειάδδοντος* vide Introd. I, 12. Vs. 4. *ΔΡΙΟΛΙΣ* corruptum est. Coniicitur *Διπύλια*; sed festi nomen omnino non exspectatur. Nam *ιαγειάδδοντος* non est *ρέζοντος*, ut dicitur, sed est pro vulgari *ιερατεύοντος*, in quo verbo primum deus addi poterat, qui deinceps additus est, et si quid praeterea additum fuerit, locum expectes, ubi templum fuerit; et locus latere in litteris *ΔΡΙΟΛΙΣ* videtur, ut *Σ* supersit ex terminatione dativi pluralis. Osanni (Syll. p. 188.) correctio *α πόλις* ferri non potest. Deus est *Ζεύς μελίχμος*, si versui octavo confidere licet: quod et ipse in Oec. civ. Ath. conieci, et repetiit praeter Rosium Osann. l. c. Putabam tamen etiam de Iove *μηλία* (*μελίφα*) cogitari posse, ut in Naxo cultus est *Ζεύς μελιώσιος*: et hoc amplexus est Müllerus Orchom.

p. 160. Qui decretum tulit, est iam idem ille Iovis sacerdos. Quod decernitur, videtur fere hoc fuisse, ut in edrum, qui sacrificia offerrent, usum certae quaedam res publice compararentur. Apertum est *ὅπως ἔχωνθι* (*ἔχωνσι*, v. Introd.) *τῶν πολιτῶν* ὑπὸ *Θούοντες*. *Θούοντες* dedi ex more: Ros. (qui a Dobraeo habere videtur) et Osann. l. c. *Θύοντες*. Mox *ΕΧΥ* in *ΔΙΙ* mutarunt iidem: paulo audacius: praestat opinor *τῷ* scribere et supplere praegressum *τῷ Διί*. In ceteris caecutimus. Ros. coniicit *ἡκα τι χρεῖα ἦ*, quod non intelligo. Audax est coniectura, sed tamen fortasse audenda, *χρεῖσθῃ* pro *χρησθῇ*: expectabas tamen solum *χρεῖσθῃ*: et fortasse *ΕΙ* casu duplicatum est. Mox *τιμυ* est, pro *τιμοι* vel *τιμῶ*, *κατασκευάτη* pro *κατασκευάσῃ* vel *κατασκευάσσαι*, non pro *κατασκευάζῃ* (v. Introd. I, 12.). Vs. 11. *δοκίει* est *δοκίει* (v. Introd. I, 8.). In fine Ros. *ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ*. Fortasse de collocanda decreti tabula dicebatur, ut n. 1570. a. extr. *ἀναγραφάτωσαν καὶ τὸ ψήφισμα τὸ κυρωθὲν περὶ τούτων εἰς τὴν στήλην, καὶ ἀναδέτωσαν οὐ ἀνδοκῇ ἐν καλλίστῃ εἶναι*.

1569.

Marmor candidum oblongum, altitudine fere tripedali; latitudo ad dodrantem, crassitudo ad trientem accedit: sed olim crassius fuit et sectione attenuatum est. Potissimum latus sive frons ductus satis distinctos et profunde incisos offert; ima tamen pars deest. Hoc latus nobis est *a*. In dextero latere contiguo pauca supersunt nomina prope exesa (*b*). Lapidem muro ecclesiae D. Mariae oppidi Skripu prope *Orchomenum* olim insertum primus minusculis edidit Meletius Geogr. vet. et nov. p. 542. ed. Venet. a. 1728. ex quo repetiit Byronus ad calcem libri: *Childe Harolds Pilgrimage* p. 290 sqq. Tum ab Elgino in Britanniam delatus est; vide Visconti Catalogum Elginianorum p. 155. n. 44. Nunc est in Museo Britannico Synops. n. 177. Post Meletii apographum Clarkius novum confecit et edidit Itin. P. II. S. III. p. 152 sq. cum notulis Walpohii. In altera Clarkiani operis editione, quam non habeo, est T. VII. p. 190. Interim quum a Viscontio accepissem apographum ab ipso cum cura confectum, in Oec. civ. Athen. T. II. p. 355 sqq. titulum emendavi et interpretatus sum, additis tab. IX. exemplis Meletii, quod in maiusculas transposui, Visconti, Clarkii: Viscontius simul notulas misit, quibus raro nec nisi nominato auctore usus sum. Tum vss. 1-48. dedit Walpolius *Mém.* p. 469 sqq. cum notis; hinc varietatem lectionis enotavit Müllerus Orch. p. 471. Idem ille tertiam tituli partem inde a vs. 25. iterum cum notis et restitutione Dobraei aliisque annotationibus dedit *Travels* p. 598 sqq. Ex priore Walpolii editione duas particulas deprompsit et notis illustravit Rochettus Diss. archaeol. p. 91 sqq. Ex lapide tertiam partem inde a vs. 25. minusculis repetitam habes in Diar. class. T. XVI. p. 392 sq. Postremo ediderunt Osann. Syll. I, 66. p. 179 sqq. Rosius Inscr. p. 265 sqq. qui tab. xxxix. ut nos olim, Meletii, Visconti, Clarkii textum exhibet. Cf. eundem Prolegg. p. LIII. Unversum titulum *a* habent schedae Köhlerianae: sed quum sero missae essent, nec viderem nova multa praeter vitia inesse, ex iis annotavi tantum, quae ex prioribus exemplis nondum constabant. Ceterum *b*, quam partem olim de industria omisi, exhibent schedae Visconti cum Osanno et Rosio: ceteri eam non habent.

[Textum vide pag. seq. interpositum.]

Varietas lectionis. Fundus textus nostri est apographum Clarkianum in parte *a*; sed quum hoc, notante iam Viscontio, haud satis certum sit, correxi ex ceteris quae debebant. Walpolianum, ubi nihil notabitur, consentit cum Clarkiano: numerorum notae in illo deficiunt. Dedi omnibus locis *Γ* cum Os. Clarkius variat; Visc. semper *Π*. Vs. 1. Visc. *.YNAPX.AP* etc. et in fine *OE*: Os. *.YNAPXΩ*, et in fine *MEINOΣ*. Initio vs. 2. 1, quod Clarkius vs. 1. extr. habet, e Visc. dedi: Os. id omittit utroque loco. Ibidem Visc. Clark. *ΑΓΧΙ*, Walp. *ΑΡΧΙ* cum Os. et Mel. qui cetera hoc versu omittit. Tum Os. *ΑΡΟΥ*. Lectionem *Ἀρχίαρος* probat etiam Boissonadus Diar. class. Vol. XX. p. 304. Est autem pro *Ἀρχίερος*. Uno verbo addo ob alios ap. Walpol. non *ΑΡΧΙΑΡΟΝ* legi, sed *ΑΡΧΙΑΡΟΣ*. Ibid. extr. ultimum *Ι* omittit Visc. Osannus pro *ΕΥΜΕΙΑΩΤΑΜΙ* habet *Ι.Ν* et nihil praeterea. Clark. *ΕΥΜΕΙΑΩ*; Visc. *ΕΥΜΕΙΑΩ*. Hae sunt vs. 1. 2. varietates apo-

graphorum omnes exempli causa a me positae: posthac omittam, quae prorsus imperfecta in uno alterove apographo sunt, neque afferam nisi potiora: quamquam ne haec quidem omnia relatu digna. Ubi varietas annotatur tantum ex uno et altero, ceteri consentiunt cum Clarkiano. Vs. 3. extr. Clark. *ΦΩΚΕΙΧΗ*, Melet. *Φωκεια*, Os. *ΦΩΚΕ*, Visc. *ΦΩΚΕΙΙΧ*. At *ΧΡΙΟΣ* in lapide esse videri recte notatur apud Walp. Trav. p. 598. Vs. 4. extr. Os. *ΓΡΑΦ*, Visc. *ΓΡΑ*. Vs. 7. solus Clarkius *ΚΕΙΜΕΝΑΣ*, ceteri quod dedi. Vs. 8. pro *Γ* Visc. lacunam habet, et pro seq. A Osannus. Clark. *ΓΑΣΙΚΛΕΙΝΟΝ*, quod correxi ex ceteris. Mel. post *Πασικλειν* lacunam signat, ubi nulla est. Vs. 9. Melet. *Τιμεριδον*. Clark. in fine *ΗΔΑΜΟ* pro *ΚΗΔΑΜΟ*, quod ex ceteris (etiam Walpol.) correxi. Vs. 10. Visc. *ΔΙΟΝΥΣΙΟΝ*, Melet. *Διονυσον*. Vs. 12. Clark. *ΜΦΥΓΕΤΔΙΙΙ*, Visc. *ΜΨΥΓΕΡΔΙΙΙ*, Mel. *ΜΩΝΓΕΤΔΙΙΙ*, Os. *ΜΨΥΓΕΤΔΙΙΙ*. Dedi Meletianum, uno ductu ex Visc. assumpto.

[Continatur pag. 742.]

a.

I. ΟΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕ
 ΙΛΟΥΘΙΩΑΡΧΙΑΡΟΣΕΥΜΕΙΛΩΤΑΜΙ
 ΑΣΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕΔΑΜΩΦΩΚΕΙΙΧΡΙ
 ΟΣΑΡΕΔΩΚΑΑΡΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑΦΩ
 5 ΠΕΔΑΤΩΝΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝ
 ΚΑΤΟΡΤΑΩΝΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣ
 ΣΟΥΓΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΠΑΡΕΥ
 ΦΡΟΝΑΚΗΦΙΔΙΑΝΚΗΡΑΣΙΚΛΕΙΝ
 ΚΗΤΙΜΟΜΕΙΛΟΝΦΩΚΕΙΑΣΚΗΔΑΜΟ
 10 ΤΕΛΕΙΝΛΥΣΙΔΑΜΩΚΗΔΙΩΝΥΣΙΟΝ
 ΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙΑΚΑΤΤΟΥΑ
 ΦΙΣΜΑΤΩΔΑΜΩ Μ Π Ν Γ Ε Ρ Δ Ι Ι Ι

II. ΟΥΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΑΛΑΛ
 ΚΟΜΕΝΙΩΦΑΡΝΩΝΠΟΛΥΚΛΕΙΟΣ
 15 ΤΑΜΙΑΣΑΡΕΔΩΚΕΕΥΒΩΛΥΑΡΧΕ
 ΔΑΜΩΦΩΚΕΙΑΑΡΟΤΑΣΣΟΥΓΓΡΑ
 ΦΩΤΟΚΑΤΑΛΥΡΟΝΚΑΤΤΟΥΑΦΙΣΜΑ
 ΤΩΔΑΜΩΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣΤΑΣΣΟΥΓ
 ΓΡΑΦΩΣΤΑΣΚΙΜΕΝΑΣΠΑΡΣΩΦΙ
 20 ΛΟΝΚΗΕΥΦΡΟΝΑΦΩΚΕΙΑΣΚΗΠΑΡ
 ΔΙΩΝΥΣΙΟΝΚΑΦΙΣΟΔΩΡΩΧΗΡΩΝΕΙ
 ΑΚΗΛΥΣΙΔΑΜΟΝΔΑΜΟΤΕΛΙΟΣΡΕ
 ΔΑΤΩΝΠΟΛΕΜΑΡΧΩΝΚΗΤΩΝΚΑΤΟ
 ΡΤΑΩΝ Π Π Ε Η Ε Η Ε Δ Δ Ι Ι Ο Η

III. 25 ΑΡΧΟΝΤΟΣΕΝΕΡΧΟΜΕΝΥΟΥΝΑΡΧΩΜΕΙ
 ΝΟΣΑΛΑΛΚΟΜΕΝΙΩΕΝΔΕΦΕΛΑΤΙΗΜΕ
 ΝΟΙΤΑΘΑΡΧΕΛΑΩΜΕΙΝΟΣΡΑΤΩΟΜΟ
 ΛΟΓΑΕΥΒΩΛΥΦΕΛΑΤΙΗΥΚΗΤΗΡΟΛΙΕΡ
 ΧΟΜΕΝΙΩΝΕΡΙΔΕΙΚΕΚΟΜΙΣΤΗΕΥΒΩ
 30 ΛΟΣΠΑΡΤΑΣΡΟΛΙΟΣΤΟΔΑΝΕΙΟΝΑΡΑΝ
 ΚΑΤΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΤΑΣΤΕΘΕΙΣΑΣΟΥ
 ΝΑΡΧΩΑΡΧΟΝΤΟΣΜΕΙΝΟΣΘΕΙΛΟΥΘΙΩ
 ΚΗΟΥΤΟΦΕΙΛΕΤΗΑΥΤΥΕΤΙΟΥΘΕΝΠΑΡΤΑΝ
 ΡΟΛΙΝΑΛΛΑΡΕΧΙΡΑΝΤΑΡΕΡΙΡΑΝΤΟΣ
 35 ΚΗΑΡΟΔΕΔΟΑΝΘΙΤΗΡΟΛΙΤΥΕΧΟΝΤΕΣ
 ΤΑΣΟΜΟΛΟΓΙΑΣΕΙΜΕΝΡΟΤΙΔΕΔΟΜΕ
 ΝΟΝΧΡΟΝΟΝΕΥΒΩΛΥΕΡΙΝΟΜΙΑΣΦΕΤΙΑ
 ΡΕΤΤΑΡΑΒΟΥΕΣΣΙΣΟΥΝΙΡΡΥΣΔΙΑΚΑ
 ΤΙΗΣΦΙΚΑΤΙΡΡΟΒΑΤΥΣΣΟΥΝΗΓΥΣΧΕΙ
 40 ΛΙΗΣΑΡΧΙΤΩΧΡΟΝΩΟΕΝΙΑΥΤΟΣΟΜΕΤΑ
 ΟΥΝΑΡΧΟΝΑΡΧΟΝΤΑΕΡΧΟΜΕΝΙΥΣΑΓΟ
 ΓΡΑΦΕΣΘΗΔΕΕΥΒΩΛΟΝΚΑΤΕΝΙΑΥΤΟΝ
 ΕΚΑΣΤΟΝΠΑΡΤΟΝΤΑΜΙΑΝΚΗΤΟΝΝΟΜΩ
 ΝΑΝΤΑΤΕΚΑΥΜΑΤΑΤΩΝΡΡΟΒΑΤΩΝΚΗ
 45 ΤΑΝΗΓΩΝΚΗΤΑΝΒΟΥΩΝΚΗΤΑΝΙΡΡΩΝΚΗ
 ΚΑΤΙΝΑΑΣΑΜΑΙΩΝΘΙΚΗΤΟΠΛΕΙΘΟΣΜΕΙ
 ΑΡΟΓΡΑΦΕΣΘΩΔΕΠΛΙΟΝΑΤΩΝΓΕΓΡΑΜ
 ΜΕΝΩΝΕΝΤΗΣΟΥΓΧΩΡΕΙΣΙΗΔΕΚΑΤΙΣ
 ΤΗΤΟΕΝΝΟΜΙΟΝΕΥΒΩΛΟΝΟΦΕΙΛΕΙ
 50 ΛΙΣΤΩΝΕΡΧΟΜΕΝΙΩΝΑΡΓΟΥΡΙΩ
 ΡΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑΕΥΒΩΛΥΚΑΘΕΚΑΣ
 ΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝΚΗΤΟΚΟΝΦΕΡΕΤΩΔΡΑ . .
 ΤΑΣΜΝΑΣΕΚΑΣΤΑΣΚΑΤΑΜΕΙΝΑ
 ΤΟΝΚΗΜΡΑΚΤΟΣΕΣΤΩΕΥΒΩ . .
 55 ΤΟΝΕΡΧΟΜΕΝΙΟΝ

b.

ΑΝΙΣΙΩΝ
 ΛΑΦΟΒΟΛΙ
 ΙΑΟ
 ΑΡΙΣΤΑΝΔΡΟ
 5 ΣΤΕΑΟ
 ΣΩΝΛΟΥΣΙ
 ΑΤΙΟΣ
 ΑΝΘΙΠΠΟΣ
 ΟΣΟΤΟ
 10 ΘΙΟΔΩΡΟ
 ΞΕΝΟΣ
 ΟΝΟΣ

Ultimas vs. 16. litteras ΓΡΑ Visc. in seq. vs. traiecit. Vs. 19. solus Visc. ΣΟΦΙ, non male: sed plurium auctoritatum causa praetuli alterum. Vs. 20. Mel. Φωκίας. Vs. 21. solus Visc. ΔΙΟ etc. Vs. 21. 22. Mel. Χηρωνεία. Vs. 24. dedi ex schedis Köhlerianis: Clark, ΠΠΕΗΕΗΕΓΕΔΔΗΙΟΗ, Visc. idem nisi initio Π: Mel. ΠΠΕΗΕΗΕΓΕΔΔΗΙΟΗ, Os. ΠΠΕΗΕΗΕΗΕΓΕΔΔΗΙΟΗ. Omnibus hic collatis patet Osannum unum ΗΕ falso addidisse, unum Meletium omisisse; Clarkianum excepto ΓΕ, quod alii quoque habent, intemeratum est, nisi quod primi sigli forma ap. Mel. rectius expressa videtur, quippe magis conveniens prisco ductui Ψ (X). Vs. 25. Mel. Ερχομενο. Vs. 26. extr. Clark. ΜΙ. Vs. 28. Mel. φελατιο. Vs. 29. Mel. επειδη. Vs. 31. Mel. τεδισας. Vs. 32. Clark. ΘΕΙΛΟΥΙΩ, Visc. ΘΕΛΟΥΙΩ, ultro monens I omissum esse: tamen Mel. et Os. cum Diar. class. habent ΘΕΙΛΟΥΘΙΩ, quod dedi. Vs. 33. Mel. αυτω. Vs. 43. 44. Clark. Walp. ΝΟΜ.ΑΝ. Vs. 45. extr. Clark. Walp. et Diar. class. solum Κ, ceteri ΚΗ. Vs. 46. Clark. ΙΩΝΟΝΚΗΤΩΝΓΛΕΙΘΟΣΜΕ, Walp. idem, sed in fine ΜΕΙ.; Melet. quod dedi, item Diar. class. Os. et Visc. nisi quod Os. ΜΕ, Diar. class. με., Visc. Μ.. habent. Vs. 47. Clark. ΓΛΕΙΟΝΑ, et vs. 48. ΣΟΥΓΧΩΡΕΙΣΙΔΕ etc. ceteri, etiam Walp. quod dedi. Vs. 49. primum Τ ex Os. et ultimum ΕΙ ex Mel. addidi: pro Τ schedae Köhlerianae Γ; eadem in fine ΟΦΕΙΑ. Vs. 50. primum Λ apud solum Clark. deest. Vs. 51. Mel. τεττ. etc. Os. Visc. omitunt primum Γ, habent Clark. Walp. In fine Σ addidi ex Walp. Vs. 52. Clark. ΣΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝ ΚΗΤΟ etc. Meletius praebet quod dedi; ceteri ΣΤΟΝΕ omitunt; Os. pro Η lacunam habet, item Diar. class. Vs. 53. ultimum Α solus Os. omittit. Vs. 54. Clark. ΕΣΤΟΕΥΒ, Mel. ΕΣΤΩ omissio ΕΥΒ: Visc. solum ΕΣΤ, Os. solum ΕΣ habet, Diar. class. ΕΣΤΟΕΥΡ. In fine Ω ex schedis Köhlerianis addidi. Vs. 55. Visc. habet ΟΝΕΡΧ, eo loco, ubi in nostro exemplo est; Clark. Os. quae servaverunt, paulo remotiora in dextram praebent. Habet autem Os. ΟΝΕΡ..Μ, Diar. class. ΤΟΝ ΕΡ Μ, Mel. τον Ερχομενιον, idemque Clarkius; sed sex postremas litteras arrosas repraesentat. Dedi Meletianum. In fine ex Meletii fide et apographo Viscontiano puncta addidi. Lapis fractus in hac est parte.

Tituli b reliquias concinnavi ex apographis quae habemus tribus. Vs. 1. est ex Os. ΑΝ omitunt Ros. Visc. Vs. 2. item ex Os. Nam Ros. ΡΟΒΟΝΙ; Visc. hunc omisit. Vs. 3. Os. quod dedi; Rosius solum Ο, Visc. ΑΟ habet. Vs. 4. ex Osanno; Visc. Α, Ros. ΑΡ omitunt. Vs. 5. ex Os. et Ros. Viscontus ... ΣΤΕΛΟ. Vs. 6. Os. ΣΩΝΕΟΥΣΙ, Ros. ΩΝΑ.ΥΣΙ; Visc. ... ΞΩΝΑΟΥ...Ι, ex quo Α accepi, quod Rosio est Α. Vs. 7. ex Ros. et Visc. Osannus habet ΣΤΙΟΣ. Locum litteris designavi ex Visc. ceteri habent in sinistram remotiores. Vs. 8. ex Ros. Osannus ΑΜΦΙΓΓΟΣ, Visc. ΘΙΠΠΟΣ. Locum litteris in sinistram remotiorem dedi ex Visc. Vs. 9. Os. ΣΟΤ, Ros. ΟΙΟΤ, Visc. ΘΕΟΤΟ, quae probabili ratione composui.

Vs. 10. lacuna est ap. Os. Idem vs. 10. habet ΘΙΟΔΩΡΟ; nulla praegressa lacuna Ros. ΘΙΟΔΩΡ, Visc. ΙΟΔΩΡ. Vs. 11. 12. omittit Os. Vs. 11. ex Visc. (Rosius ΕΝΟΣ). Vs. 12. ex Ros. (Viscontus ΑΝΟΣ).

α.

I. Θυνάρχω ἄρχοντας, μέινος Θελουθίω, Ἀρχίαρος Εὐμείλῳ ταμίας Εὐβώλῳ Ἀρχεδάμῳ Φωκείῳ χρίος ἀπέδωκα ἀπὸ τῆς συγγράφῃ πεδὰ τῶν πολεμάρχων καὶ τῶν κατοπτῶν, ἀνελόμενος τὰς συγγράφας τὰς κιμένας παρ' Εὐφρονα καὶ Φιδίαν καὶ Πασίκληιν καὶ Τιμόμειλον Φωκίας καὶ Δαμοτέλειον Λυσιδάμῳ καὶ Διωνύσιον Καφισοδώρῳ Χηρωνείᾳ καττὸ ψάφισμα τῷ δάμῳ.

ΜΙΝ[ΗΡ]ΔΙΙΙ

II. Θυνάρχω ἄρχοντας, μέινος Ἀλαλκομενίῳ, Γάρνων Πολυκλείδῳ ταμίας ἀπέδωκε Εὐβώλῳ Ἀρχεδάμῳ Φωκείῳ ἀπὸ τῆς συγγράφῃ τὸ κατάλυπον καττὸ ψάφισμα τῷ δάμῳ, ἀνελόμενος τὰς συγγράφας τὰς κιμένας παρ' Σώφιλον καὶ Εὐφρονα Φωκίας καὶ παρ' Διωνύσιον Καφισοδώρῳ Χηρωνείᾳ καὶ Λυσίδαμον Δαμοτέλειος πεδὰ τῶν πολεμάρχων καὶ τῶν κατοπτῶν.

ΠΠΕΗΕΗΕΔΔΗΙΟΗ

III. Ἀρχοντας ἐν Ἐρχομενίῳ Θυνάρχω, μέινος Ἀλαλκομενίῳ, ἐν δὲ φελατῇ Μενόϊτῳ Ἀρχελάῳ, μέινος πρῶτω, ὁμολογ[ε]ῖ Εὐβώλῳ φελατῇ καὶ τῇ πόλῃ Ἐρχομενίων. Ἐπειδὴ κεκόμισθη Εὐβώλῳ παρ' τῆς πόλῃς τὸ δάνειον ἅπαν καττὰς ὁμολογίας τὰς τεθεῖσας Θυνάρχῳ ἄρχοντας, μέινος Θελουθίῳ, καὶ οὗτ' ὀφείλεται αὐτῷ ἐτι οὐδὲν παρ' τὴν πόλιν, ἀλλ' ἀπέχει πάντα περὶ πάντες, καὶ ἀποδεῶναι τῇ πόλῃ τὸ ἔχοντες τὰς ὁμολογίας, ἵμην ποτιδεδομένον χρόνον Εὐβώλῳ ἐπινομίας ἑξία πέτταρα βούεσσι σοὺν ἵππῳ διακατῆς εἵκατι, προβάτους σοὺν ἡγῆς χεϊλῆς. ἀρχὴ τῷ χρόνῳ ὁ ἐνίαυτος ὁ μετὰ Θυνάρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίῳ. ἀπογράφου δὲ Εὐβώλῳ κατ' ἐνιαυτον ἕκαστον παρ' τὸν ταμίαν καὶ τὸν νομῶναν τὰ τε καύματα τῶν προβάτων καὶ τῶν ἡγῶν καὶ τῶν βούων καὶ τῶν ἵππων, καὶ καὶ τινὰ ἄσασμα ἰωνδι, καὶ τὸ πλεῖθος. μετ' ἀπογραφῆς δὲ πλῆονα τῶν γεγραμμένων ἐν τῇ συγχωρεῖσι. ἡ δὲ καὶ τις [πρῶτ]ῃ τὸ ἐνόμιον Εὐβώλῳ, ὀφείλετ[ω] ἅ πόλῃς τῶν Ἐρχομενίων ἀργουρίῳ [μνᾶς] πετταράκοντα Εὐβώλῳ κατ' ἕκαστον ἐνιαυτον, καὶ τόκον φερέτω δράχμας δούω τὰς μνᾶς ἕκαστας κατὰ μῆνα [ἐκασ]τον, καὶ ἔμπρακτος ἔστω Εὐβώλῳ ἅ πόλῃς τ[ῶ]ν Ἐρχομενί[ω]ν - - - - -

Inscriptionis aetas definiri non potest; attamen quod haec Boeotica dialecto scripta est, Orchomenia vero n. 1584. vulgari sermone concepta circa Olymp. 145. composita videtur, probabile est aliquanto vetustiorē esse hunc, de quo nunc dico, titulum. Ceterum hic est Orchomeni liberae, quantum video: nec potest in illorum annorum spatio poni, quibus vel Thebanis prorsus subdita Orchomenus fuit vel iacuit deleta. Iacuit vero inde ab Olymp. 105, 2. (Diod. XV, 79. Pausan. IX, 37. et 15. cf. Demosth. adv. Lept. p. 496. 10. p. 203. 4. p. 208. 18.) Mox bello Phocico a Phocensibus occupata est (Olymp. 106, 4.) et hoc finito iterum deleta, sed post pugnam Chaerontensem (post Olymp. 110, 3.) a Philippo, vel post Thebas deletas ab Alexandro restituta (Pausan. IX, 37, 3. IV, 27, 5. Arrian. Exp. Alex. I, 9, 19.). Vide quae pluribus disputavimus in Oec. civ. Ath. et accuratiorē narrationem Mül-

leri Orchom. p. 420 sqq. Etiam Elatea iacuit ab Olymp. 108, 3. nec nisi paulo ante pugnam ad Chaeroneam, fortasse Olymp. 109, 4. circiter, restituta est (Pausan. X, 3, 2. cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 373.). Itaque haec inscriptio aut ante Olymp. 103, 2. aut inter Olymp. 111-145. composita est: nec quidquam impedit, quominus in belli Peloponnesiaci aetatem removeatur, propterea quod non constat, Ω et Η et Ψ, quae Athenis demum ab Euclidis magistratu publice recepta sunt, Orchomeni non prius in scriptura admissa esse: et certe in numeris formae Δ et V satis antiquae sunt. Ceterum si quis cum Osanno, a quo tamen nihil evictum video, post Peloponnesiaca exaratum titulum putet, non obsum. Illud ultro moneo, quo tempore Phocenses Orchomenum tenuerunt, non posse hunc titulum conceptum esse: instituta enim Orchomenia in hoc titulo Boeotica sunt, non Phocica; ut magistratus, ut menses.

Continetur hoc titulo *lex Amphictyonum* in suo genere unica, de Delphicarum maxime rerum administratione; quod Müllerus meus (Dor. T. II. p. 532.) pactum de Delphico delubro dixit: neque hoc dissidium magnum est, propterea quod quas leges decernunt Amphictyones, eae sunt pacti loco, quo socii teneantur. Nec tamen Delphis posita haec, quam Fauvelius ex Aegina misit, tabula erat: nec magis videtur in Aegina posita fuisse. Nam initio archon Atticus scriptus est, isque primo loco, quod tam (Olymp. 100, 1.) Aeginae fieri non poterat, Aeginetis liberis et Atticae reipublicae infensis: neque Amphictyones Delphis Atticum potuerunt archontem praescribere, ne florentibus quidem Atheniensibus, nedum fractis; quod si qua olim Athenienses de Delphico constituerunt templo (cf. Oec. civ. Ath. T. II. p. 146. adde Plutarch. Pericl. 21.), ea sunt ex genere plane diverso. Potius Amphictyones actis suis ea aetate sacerdotem suum epo-

nymum praescripserunt. Ne multa, postquam Amphictyonum concilium hanc tulit legem, est ea in singulorum Amphictyonum terris publice promulgata: Fauvelianum autem exemplum sive ab ipso Fauvelio, sive casu inter saburram nauticam, in Aeginam delatum, olim in Attica erat collocatum; unde simul tot lapideae, utpote Attici nec Dorismo assueti, inconstantiae et errores explicandi sunt: igitur ut Atheniensibus constaret quando lata lex esset, ea, quae vides, praescripta Attica sunt praemissa, fere ut Demosthenes de cor. p. 279. decretis Amphictyoniciis recitatis tempus rerum gestarum postea ex archonte Attico et mense designat: λέγει δὲ καὶ τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ταῦτ' ἐγένετο· εἰς γὰρ καὶ οὗς ἐπυλαγόρησεν οὗτος. λέγει. Χρόνοι. Ἀρχων Μνησι-Θείδης, μηνὸς Ἀνδροστηριῶνος ἑκτη ἐπὶ δεκάτῃ: ubi tamen nota non ut hic decreti scripti diem designari, sed electi Pylagorae, et ex hoc rerum gestarum. Archon Atticus est *Pytheas*, Olymp. 100, 1.

prytania tertia, Hippothontidis; dedi autem Ἰπποθωντίδος, formam olim usitatiorē: solum Köhleri apographum possit eo deducere, ut *ow* inferatur. Pro *πρυτανειούσης* potest etiam *πρυτανείας* suppleri. Quodsi prytaniae priores ut Olymp. 92, 3. habuerunt dies 35 (vide ad n. 147. pryt. viii.), tertia prytania illo anno secundum Metonis canonem ab Idelero descriptum pertinet a d. xii. Boedromionis ad d. xvi. Pyanepsionis, ac proinde auctumni tempestatem refert. Itaque decretum tenemus Πολαίας ὀπωρινῆς, quam in Boedromionem incidere omnino consentaneum est, licet potuerit iam incipi Metagitnionē mense, quo fere incipit ὀπώρα. Vide de ea Tittmann. Amphict. p. 80 sqq. Haec vero Pylaea vulgo putatur Pylis habita esse, et verna Delphis: sed probabilius est Delphis decretum esse de his rebus, quae non potuerunt nisi Delphis in locorum ipsorum, de quibus agitur, conspectu recte decerni. Nec tamen ideo Delphica dialectus hinc iudicari potest, propterea quod lex est non Delphica, sed Amphictyonum: Demosthenis florentis aetate communi iam sermone utuntur Amphictyones, item n. 1689. 1689. b. Ceterum post Atticum archontem conciliās exarata decretorum Amphictyonicorum solita praescripta esse: Ἐπὶ ἱερέως τοῦ δαίνα, ὀπωρινῆς Πολαίας, ἔδοξε τοῖς Πυλαγόροις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τῶ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων (Dem. de cor. p. 278. 279.), sed opinor breviora; uberiora praescripta sunt n. 1689. 1689. b. Vs. 2. possit *no* ex *κοινῷ* superesse: sed talia sciri nequeunt. Ceterum illum in his praescriptis *ἱερεῖα* nec Delphicum sacerdotem esse arbitror neque hieromnemonem Delphorum (utrumque coniungit Letronnius in praestantissima de Mnemonibus, Promnemonibus et Hieromnemonibus commentatione Act. Ac. Inscr. T. VI. 1822.), sed eponymum Amphictyonum ab ipsis creatum, ut supra docui Pamboeotos suum habuisse peculiarem archontem eponymum. Causas huius iudicii nunc de industria omitto; illud tamen patet praesidem concilii hieromnemonem non esse hunc *ἱερεῖα*, sed eponymum, qui accurate distinguendi sunt: quamquam hunc *ἱερεῖα*, sicut praesidem illum, esse ex hieromnemonibus lectum verisimile est. Cf. etiam ad n. 1694. Postea Amphictyones annos secundum Delphicos archontes designarunt (n. 1689. b. 1694.). Decretum ipsum varia complectitur, quae quomodo connexa fuerint, in tanta iactura non potest satis perspicere; sed commode id in quattuor possumus partes dispescere; prima continet potissimum iurairanda vs. 3 - 13. altera officia quaedam magistratuum, et alia et de custodienda terra sacra, vs. 14 - 26. tertia summas certis rebus constitatas vs. 26 - 32. quarta leges et officia magistratuum maxime de festis Pythiis: quamquam quomodo haec pars a secunda diversa sit, non plane intelligimus. Nunc accedo ad singulas.

§. 1, vs. 3 - 13. Formam *δικαζέω* non ignotam dedi, ut postea est *ἐκπραξέω*, *ὀρκίζέω*. Fimis versus 3. inde ab *εἴμεν* est obscurus: sed iusiurandum, quod se qui iurat obstringit, iuste sese iudicaturum, con-

tinetur manifesto. De causis apud Amphictyones iudicatis cf. Tittmann. Amphict. p. 130 sqq. Vs. 4. αὐτοῦ videtur noto usu esse p. *ἐμαυτοῦ*, ut in iurando heliastico statim afferendo. In fine coniecerim καὶ τὰν ἱερὰν βίαν, etsi spatia litteris inserendis angusta sunt. Vs. 5. ἐκπραξέω τὰ καταδικασθέντα ἐν δύνασιν patet: ἐν δύνασιν (ἐν p. *ἐς*, ut *ἐντε* vs. 40.) est *eis δύναν*, pro *viribus*, quae haud rara locutio, p. κατὰ δύναν. Vs. 6. nota Ἀμφικτυονικῶν littera *ι*, ut posthac constanter, excepto fortasse vs. 20. ubi *υ* duorum apographorum causa retinui. Atticos eadem aetate usurpasse *υ*, docent tituli n. 158. 159. neque aliter n. 1058. 1124. 1689. 1689. b. 1712. 1713. 1718. 1738. etc. *υ* tamen etiam in nummis aliquot Amphictyonicis reperitur, inter alios in elegantissimo nummo ap. Bröndsted. Itin. lib. I. tab. I. Etymi ratione *υ* verum est; sed usu invaluit, ut plurimi uterentur littera *υ* in nomine foederis, quasi a quodam Amphictyone repetitum esset: cf. nott. critt. ad Pind. Nem. VI, 40. Vs. 8. 9. habes iam formulam, qua terminatur iusiurandum, quae reedit fere vs. 12. Utroque loco comparato patet fere ita scribendum esse: [ἐμνύω κατὰ] τ[οῦ] Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου καὶ τῆς Λατοῦς καὶ τῆς Ἀργάμιτος, [καὶ εὐορκέοντι μέμ μοι περὶ ταῦτα γένοιτο πάντα τὰ καλὰ καὶ τὰγαδά· αἱ δ' ἐφορκέ[οιμι], τὰ κατὰ ἀκτὶ τῶν ἀγαθῶν. Verba περὶ ταῦτα spatii causa hoc loco inserui: praeterea quod vs. 9. est τὰγαδά, non dedi πολλὰ καὶ sed πάντα τὰ καλὰ καὶ: quamquam pro his non pugno. Post Ἀργάμιτος expectes καὶ Ἀθηνᾶς Προνοίας (Aeschin. c. Ctesiph. p. 499. 502. 512.) sed hanc excludit vs. 12. Tum pro εὐορκέοντι vs. 12. legitur εὐδκέοντι; sed Δι esse incertum, docet varietas lectionis: res postulat εὐορκέοντι, et addicunt exempla statim afferenda atque oppositum priore loco ἐφορκέοιμι. Γένοιτο, non γένοιτο scripsi ex foedere Cretensi. Ἐφορκεῖμοι corruptum est: pro μοι scribendum οἱμι, sive lapicida peccavit, sive falso legerunt docti: optativum et res postulat et exempla, quae proferam. Ἐφορκέειν in foedere Smyrnaeorum et Magnetum reedit bis: in altero Cretensi est ἐφορκέειν: damnat priorem scripturam Phrynichus v. ἐφιόρκους; Hesychius habet ἐφορκήσαντες, ψευδάμενοι. Nunc formulas aliquot, quibus finiuntur iurairanda, addo ex monumentis. Foedus Smyrnaeorum et Magnetum bis, vs. 69. 78. εὐορκούντι μέμ μοι εἴ, ἐφορκούντι δὲ ἐξώλειαν καὶ αὐτῷ καὶ γένοι τῷ ἐξ ἐμοῦ. Foedus Cretense: ὅρκος. ὁμνύω τὰν Ἑστίαν etc. αἱ δὲ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὅμοσα ἢ τῶν συνεθέμεν, τοὺς τε θεοὺς τοὺς ὅμοσα ἐμμέναιας ἡμεν, καὶ ἐξόλλυσθαι κακίστῃ ὀλέθρῳ etc. εὐορκούσι δὲ ὅμιν τοὺς τε θεοὺς ἵλεως ἡμεν καὶ γίνεσθαι πάντα ἀγαθὰ. Aliud iusiurandum Cretense sic finitur: Εὐορκέοντι μὲν ἡμεν πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, ἐφορκέοντι δὲ τὰ ἐναντία. Iusiurandum Heliastarum ap. Dem. c. Timocr. p. 747. ἐπὶ μνημὶ Δία, Ποσειδῶ, Δήμητρα, καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν αὐτῷ καὶ αἰκία τῇ αὐτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνομι, εὐορκούντι δὲ πολλὰ κατὰγαθὰ εἶναι. Quae vs. 10. sequuntur, etsi valde obscura sunt, tamen κατὰ ἀ (κατὰ ἃ) τοὶ ἱερομνήμενοις κελεύσονται vel simile, apertum est, et vs. 11. κατὰν vel κατὰν ἀξίαν: tum agitur de eo,

ne quis dona accipiat; *μηδὲ δῶρα δεξάσθω*, pro quo *δεξάσθω* scriptum est; et adiicitur confirmatio iurandi, de qua antea dixi. Postremo cui hoc secundum iusiurandum praeitur, is promittit, sese etiam hieromnemes et praecones obligaturum, eadem formula, τὸν αὐτὸν ὄρκον: quod ad sola referri verba ὁμνῶν etc. res ipsa docet. At cui utrumque iusiurandum scriptum est? Secundo quidem qui obstringitur, is verba praeit ipsis hieromnemonibus, qui illi etiam in his, κατ' ἃ τὰ ἱερομνάμονες κε - videntur opponi: fortasse igitur de Pylagoris hic agitur; nam de praeside concilii vix haec ceperim, quem ipsum hieromnemonem fuisse post Valesium notavit Letronnius. Prius vero iusiurandum scribitur magistratibus, qui et iudices sunt et de pecuniis Amphictyonicis decernunt; iisdem vs. 5. exactio mularum tribuitur: quod secundum §§. 2. 4. est hieromnemonum. Igitur priore formula obstrictos hieromnemes esse non dubito. Ceterum Pylagorarum nusquam postea mentio fit.

§. 2. vs. 14-26. Magistratus certi, fortasse ipsi hieromnemes, τὸν φάρον καὶ τὰ ἱερῆα ἀδρόα συναγόντων: φάρος videtur partim vectigalia servorum templi (cf. Müller. Dor. T. I. p. 254.), maxime qui agrum colunt, *quæm quidem colisas sit*, partim tributa civitatum complecti. Deinceps est τοὺς ὄνους et τὸν δόκιμα - -, hoc est aliquid e voce δοκιμάζειν. Nam victimas probatas esse etiam impensiore cura quam equos militares constat. De asinis non est quod dubites: non Graeci Hyperboreos fecissent Apollini asinorum hecatomben offerentes, nisi in Graecia quoque asini mactati Apollini essent. Certe τόσον ὅς scribi nequit. Proxima perspicere non possunt: sed dictum erat de eadem qua supra δοκιμασία ab aliquo instituenda. Ὁ[ρ]γον, ut vs. 14. feci, ita hic quoque scribendum esse vidit Sanderus. Tum εἴπερ vix ferri potest. Ad vs. 16 sqq. haec praemoneo. De Cirrhaea agitur terra, quam devictis Cirrhaeis Olymp. 47, 3. consecrarant Amphictyones, qua de re pervulgata omissis Thessali, Strabonis, Pausaniae, aliorum locis pauca ad rem nostram pertinentia delibabo ex Aeschine c. Ctesiph. p. 497 sqq. Quippe hic docet eum agrum dedicatum esse ἐπὶ πάσῃ ἀεργίᾳ, καὶ ταύτην τὴν χώραν μήτ' αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μήτ' ἄλλον εἶναι: et paulo post, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν καθιέρωσαν κατὰ τὴν μαντείαν, καὶ ἐπὶ τούτοις ὄρκον ὤμοσαν ἰσχυρὸν μήτε αὐτοὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἐργάσασθαι μήτ' ἄλλω ἐπιτρέψαι, ἀλλὰ βοηθήσειν τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ ἢ ἱερῇ etc. At Aeschinea aetate colebant hanc terram Locri Amphissenses (ἐπειργάζοντο Aeschin. p. 504.), habebantque in ea figlinas et stabula (κεραμεῖα καὶ αὐλῖα p. 510.), portuque utebantur diris devoto: quapropter archonte Theophrasto Olymp. 110, 1. adversus illos Amphictyones excitavit Aeschines; et decreverunt hieromnemes περιελθεῖν τὴν χώραν, ut ait Demosthenes de cor. p. 277. vel ut in decreto Amphictyonico p. 278. dicitur, ἐπελθεῖν τοὺς Πυλαγόρας καὶ τοὺς συνέδρους καὶ στήλαις διαλαβεῖν τοὺς ὄρκους. Ubi nota dictionem περιελθεῖν, qua iterum postea utitur Demosthenes: περιόντων τοίνυν

τὴν χώραν τῶν Ἀμφικτυόνων. Resistentibus vero Locris bellum adversus illos Amphictyonicum decretum est et post primam expeditionem multa imposita (Aesch. p. 519.): quam quum non solverent, Philippo Macedoni mandatum bellum Amphictyonicum est. Ecce vero in titulo nostro ipsam teneamus Amphictyonum legem, ex qua fere illae res gestae sunt; cuius quidem verba non omnia certa sunt, sed vis et sententia: περιόντων δὲ καὶ τὰ ἱερομνάμονες τοὺς ὄρκους τὰς γῆ[ς], τὰν Ἀμφικτίονες ἰάρωσαν, ἐπεὶ [κ]α ἃ πέροδος γίνηται. ἀποτινέτω δὲ ὅτις κα ληφθῇ ἐπειργαζόμενος] στατήρας Ἀδιναιούς κατ[τ]ὴν πέλεδρον ἑκάστον. τοὶ δὲ ἱερομνάμονες ἐγγραφόντων τὸν ἐπειργαζόμενον καὶ τὰν ζαμίαν], καὶ π[ρ]ασ[σ]όντων τὸν ἐπειργαζόμενον. αἱ δὲ μὴ περιέειν ἢ μὴ π[ρ]ασ[σ]οιεν, ἀποτινόντων ἑκάστας τὰς μνᾶς? ὥς μὴ ἐπραξαν] μὴδὲ . . . ρασσαν, τριάκοντα στατήρας. αἱ δὲ κα μὴ ἀποτίνῃ ὁ [ἐπειργαζόμενος τὰν ἱερὰν γῆν, ἃ πόλις, ἐξ ὧς κα ἦ]. εἰδέσθω τ[ο]ῦ ἱεροῦ, καὶ στρατευόντων ἐπ' αὐτοὺς Ἀμφικτύονες. De circuitione dici, ipsa quae supersunt verba docent: γὰς τὰν incertum est, et ex reliqua tituli dialecto exspectes ἄν, quamquam variatur in talibus: TAAN videtur lapicidae error esse, ut insunt plures (vide supra). Possis etiam χώρας: sed vs. 21. est γὰς. De Cirrhaeo agro dici nemo est quin intelligat; hunc Ἀμφικτίονες ἰάρωσαν, hoc est conciliū foederatorum sive foederati ipsi, non certi quidam magistratus. Circuitio imperatur ἐπεὶ κα (ἐπὶ) ἃ πέροδος γίνηται; intelligitur opinor *periodus Pythica*, *penteteris*: nam singulae quoque penteterides, non solum omnes quattuor *magnae penteterides* coniunctae, sunt *periodoi*. Certe circuitio terrae ἃ πέροδος non videtur esse; neque obest, quod circuitio, de qua Demosthenes dicit, Olymp. 110, 1., non tempore Pythiorum facta est: quippe illa fuit extraordinaria. Si tamen *περίοδον* malis de circuitione terrae sacrae intelligi, quoniam post ἐπεὶ in exigua lacuna vix potest de inseri, erit asyndeton statuendum, ut §. 4. et puncto ante ἐπεὶ posito legendum: ἐπεὶ κα ἃ πέροδος γίνηται, ἀποτινέτω ὅτις κα etc. Πέροδος exstat ap. Pind. Nem. XI, 40. adde nott. ad n. 1064. Multae et pretia in hoc titulo stateribus Aeginaeis designantur, qui passim memorantur in inscriptionibus et apud auctores: cf. Müller. Aegin. p. 89 sqq. nulla vero moneta in communibus rebus Graeci magis usi sunt quam Aeginetica et antiquissima et optima. Stateres hic intellige argenteos: vulgo vero stater argenteus est tetradrachmum (Oec. civ. Ath. T. I. p. 16.); et Aeginetica drachma aequiparatur obolis Atticis decem: igitur si stater Aeginaeus tetradrachmum et ipse fuit, erunt oboli Attici quadraginta. Triginta vero stateres Aeginaei erunt drachmae Aeginaeae viginti et centum, Atticae ducentae. Vs. 17. quae supplevi, valde incerta sunt: ἐγγραφὴν tamen aptam hoc loco esse veterum institutorum periti non dubitabunt: cf. nos Oec. civ. Ath. T. I. p. 417 sqq. Certius fortasse constaret, si vs. 19. p. 417 sqq. PAΞΞAN expleta esset. Sequentium verborum restitutio ex iis, quae supersunt, assumpto vs. 40. satis aperta est, etsi quae supersunt ipsa emen-

datorem desiderabant. Et vs. 18. quidem haud cunctanter dedi π[ρα]σόντων, quod solum commodum est, ut supra vs. 5. ἐκπράξεω. Tum futurum ἐπιεργασόμενον vel ideo falsum est, quod ex tituli dialecto dicendum erat ἐπιεργαζόμενον. Ἐπεργάζεσθαι de Locris Amphissensibus huius ipsius delicti, de quo hic agitur, reis attuli supra ex Aeschine: sed nota scripturam ἐπιεργ. ex prisco ἐπιεργ. reliquam. Περιεῖεν prodit ex collatione variarum lectionum: at περιόειν exspectabant grammatici. Sed E omnia apographa habent. Et sic δεδιεῖν dedit Bekkerus ap. Plat. Phaedr. p. 251. A. cui reluctatur Buttmanus Gr. Gr. ampl. T. II. p. 103. Quantopere in verbo εἶμι flectendo variatum sit, docent etiam epicae formae non prorsus dissimiles εἶη (ἰοί) et κατεῖεν, de quibus vide Buttman. I. c. T. I. p. 563. Vs. 19. μηδὲ ... ρασσαν vel μηδ' ε... ρασσαν mihi quidem prorsus obscurum est: verbum tamen in eo latere haud dubium iudico. Qui vero multam non solverit ob agrum cultum debitam, eius civitas iam arcetor a sacris Delphicis; ad restitutionem cf. vs. 39. 40. et inde maxime haec: εἰλέσθω τοῦ ἱεροῦ ἂ πόλις ἐξ ἧς κ' ἦ. Formula εἰλέσθω τοῦ ἱεροῦ certa fit collatis vs. 20. 40. 48. De voce εἰλω s. ἔλω, unde Attici iuris ἐξούλη, eximie egit Buttmanus Lexil. T. II. p. 141 sqq. (cf. ad Mid. p. 172.) et potissimum p. 153. ubi ἰλλομένην notavit a Simplicio exponi κωλυομένην, et ex Hesychio attulit εἰλλόμενον, εἰργόμενον, ex Athenaeo VII, p. 308. C. ἔλλεσθαι, εἰργεσθαι. In nostro decreto εἰλέσθω τοῦ ἱεροῦ primum vs. 20. civitas eius, qui culta sacra terra multam non solverit, vs. 40. civitas, cuius hieromnemon debitum non solverit, vs. 48. qui indutias violarint. Sic praeco Delphis ap. Aesch. c. Ctesiph. p. 514. pronunciavit τοὺς ἱερομνήμονας καὶ Πυλαγόρας ἤκειν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον βοήθῃσοντας τῷ θεῷ καὶ τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ· ἥτις δ' ἂν μὴ παρῇ πόλις, εἰρξεται τοῦ ἱεροῦ. Ob indutias violatas nec solutam multam ideo debitam Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἡλείων εἰρχθῆσαν ὥστε μὴ θύειν μηδ' ἀγωνίζεσθαι, ut ait Thucyd. V, 49. qui eadem formula εἰργοντο τοῦ ἱεροῦ utitur ibid. 50. Non idem est sed simile τὸ ἀπειργεσθαι τῆς Ἀμφικτυονίας (Plutarch. Themist. 20.). Itaque quod vulgo est εἰργεσθαι τοῦ ἱεροῦ, Dorice est εἰλεσθαι τοῦ ἱεροῦ. Sequitur in titulo nostro alia lex, ne fimus inferatur sacrae terrae, credo quo vicini utantur agris suis stercorandis. Cf. n. 1119. μηδὲ κόπρον ἐσάγειν. Tum dicitur de aedificiis: ad mare videntur οἰκήσεις vel οἰκίαι ἰδαι concedi, unde vs. 22. εἰδίας ἐπὶ θαλάσῃ; his opponuntur stoeae, quae omnibus sint communes. Εἰδίας, ut ἀποτεῖσθαι; nisi malis εἰδίας, ut in tabulis Heracleensibus. Ceterum terra sacra usque ad mare porrigebatur: Pausan. X, 37, 5. ἔπεισεν οὖν ὁ Σόλων καθιερωσάι τῷ θεῷ τὴν Κιβήριαν, ἵνα δὴ τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος γένηται γείτων ἡ θάλασσα. Cf. Polyaen. Stratag. III, 5. Aesch. c. Ctesiph. p. 503. Ibidem est portus diris devotus. Vs. 23. videtur definiri, ne quis antea nominatus propius quam certa mensura a certo loco habitet in sacra terra; deinde ne pistrinum insit neque ὄλμος, in quo quid teri-

tur. Similiter n. 1119. ergastula excluduntur e sacra terra; de figlinis in solo Cirrhaeo conquerentem Aeschinem supra vidimus. Vs. 26. verba καταβάλλοντων etc. fortasse de iis dicta sunt, qui multam ipsis irrogatam debeant apud hieromnemes solvere (καταβάλλειν).

§. 3. vs. 26-32. Lectio ΛΩΤΙΞ quum nulla ratione explicari queat, praetuli δῶτις: quae vox primum indicis loco videtur praemissa esse, ut in foedere Cretensi ad §. 1. allato vox ὄρκος, et similia passim; deinde dictum fuerit: ἂ δῶτις ἂδ' ἔστω vel simile. Quae vero deinceps pretia constituta sunt, non possunt rerum venalium in foro Delphico (de quo Müller. Dor. T. II. p. 399.) haberi; potius quod auctor catalogi Choiseuliani significat, mihi quoque placet, ut certae definitae summae sint, ex pecuniis Amphictyonicis (§. 1.) in ornatum pompae impendendae, quo ducit etiam bovis pretium vs. 32. Hae impensae dicuntur δῶτις (δόσις, de forma cf. δῶτωρ, ἄμπωτις). Sed quis gestaverit illum ornatum, ignoramus: hoc tamen mihi apertum est de uno tantum sive homine sive simulacro ornando dici: et de simulacro potissimum, eoque colosso cogitaverim. Summae pro iis rebus constitutae sunt solito multo maiores. Nam τῷ ἀμπεχόνῳ, certi generis pallio, de quo vide lexica, stateres Aeginaei definiuntur 150, minae ut videtur Atticae decem, fere 230 imperiales: vulgo pallium Athenis constabat drachmis Atticis 16 vel 20, purpura tribus minis Atticis (Oec. civ. Ath. T. I. p. 116.). Mox e vs. 31. discimus iam in prioribus esse de πορρήμασι dictum, plurali numero: itaque non potest περονατρίς, vestis, intelligi, quod singularis desideraretur, sed intelligendae sunt fibulae, quibus munitur pallium. Haec πορρήματα igitur statim post ἀμπεχόνον inserui, et ex genitivo πορραμάτων vs. 28. superest ΤΩΝ: nam ex nominativo in genitivum transitum esse docent sequentia. Πορρήματα debere aurea esse diserte dictum est; iis constituuntur stateres Aeginaei centum, drachmae Atticae 666 $\frac{2}{3}$, quae fere quinquaginta drachmis auri parandis sufficiunt. Ingens haec quoque summa est; sed fortasse fibulae coniunctae aurea catena grandiore fuerunt. Sequitur στεφάνη item aurea et pretii eiusdem, hoc est corona ex lamina aurea (cf. ad n. 150. p. 235.), vulgo προκόσμημα γυναικεῖον, sed hoc loco virile, cuius usus exemplum desiderabam Explicatt. ad Pind. Olymp. II, p. 132. Est quidem στεφάνη etiam galeae species: sed de hac non cogitarim hoc loco. Tum vs. 28. exciderit thorax et res quaedam minor, pro qua decem dantur stateres. Vs. 29. in clypeum tribuuntur stateres Aeginaei ducenti, drachmae Atticae 1333 $\frac{1}{3}$. Tum perierit galea; pro crista (λόφῳ) dantur stateres Aeginaei quindecim, mina Attica. Additur hasta, post quam aliud quiddam perit. Vs. 31. extr. restitutio est incerta: vs. 32. init. ἐνέστω credo pro vulgari ἐξέστω esse. Post haec pretium bovis, τοῦ βοῦς τοῦ ἥρωος, immane scriptum est, stateres Aeginaei centum, 666 $\frac{2}{3}$ drachmae Atticae, fere 154 imperiales: n. 153. pretium bovis

hecatombae idonei est drachmarum Atticarum 77½; alia pretia minora vide. Oec. civ. Ath. T. I. p. 82. Qualis igitur debet hic bos fuisse, qui tanto constaret pretio? Quare non miror hunc bovem esse τὸν βοῦν τὸν ἥρωα dictum; quamquam arbitror esse, qui me derideant, quod non potius τὸν βοῦν τοῦ ἥρωος hic nominari putem. Sed hi fruantur sua sapientia. Quantumvis offendat βοῦς ὁ ἥρωος, magis offendit βοῦς τοῦ ἥρωος, pro quo gente herois nomen expectabas. Ceterum summam illam tantam cave putes simul ad ornatum referri: nam τὴν βοῦν est pretium solius bovis; neque ornatum magna pecunia constituisse potest ex n. 158. colligi. Postremo hunc bovem herodem putandum esse, qui alibi ἥρωα μόν. Xenoph. Hell. VI, 4, 29. De Latone Pythia celebraturo: ἐκέρυξε δὲ καὶ νίκητῆράν ἡρώδην στέφανον ἔσσεσθαι, εἴ τις τῶν πολλῶν βοῶν ἡγεμόνῃ κέλευστον πῶς θῶν θρέψει. Vides quantum attestatur sit ille bos, quem si qua civitas attulerit, aurea illi corona detur.

§. 4. vs. 32-49. Hac in parte singula capita nulla fere solent particula coniunctiva, neca, proponi: quod restitutionum causa moneo. Vs. 32. extr. superest ΤΑΞ, vs. 33. init. ἀφ' ἑλπίων oratio hoc caput tale fuit, quale proxime subsequens hanc fere in modum: τὰς [τῶν] ἀφ' ἑλπίων, καὶ καὶ ῥέχμ. - - - στατήρας Ἀθηνάων] ἀφ' ἑλπίων. Deinde, ὅτι στήριον est victimum. Ἐποδὸν fortasse auspicandae potest ducendae dixeris. Sequitur de sacrificio in hac tit videtur ἐπόδῳ offerendo: θύων ἐν Ἀνακαίῳ, qui videtur locus esse, ut oppidum est Anemoria. Biatum sequitur τρικτεῖαν κτήν, haud dubie pro divinis diis: interpositum est σὺν, post quod lapicida videtur dei nomen omisisse, credo Apellinis; alterum sacrificium fuerit Latonae vel Dianae. V. in κτήν omnia agnoscunt apographa; τρικτεῖαν, si omnia tria apographa utriusque loci computes, quatenus scriptum, et his τρικτεῖαν: possis igitur etiam τρικτεῖαν legere: sed in re dubia plures sequor auctoritates. Ἡ τρικτὺς et ἡ τρικτῦα est sacrificium ex tribus hostiis compositum, apro, hirco, ariete, vel apro, ariete, tauro, vel ut Ister tradidit, ex bobus, capris, suis masculis, triennibus etc. Vide. Schol. Aristoph. Plut. 820. Suid. v. τρικτὺς. Etym. M. p. 768. 17. Phot. p. 445. Eustath. ad Odyss. κ, p. 1676. 37. Pro hoc Dorice dicitur τρικτὺς, τρικτῦα. Hesych. τρικτῦα, τρικτῦα, ἐνίοι θυσία κἀπρου, κριῶν, ταύρων. Idem τρικτεῖρα ἢ τρικτῦα, θυσία Ἐωαλίων. Hoc loco, aut τρικτεῖα aut τρικτῦα est pro τρικτῦα. Κτῦα est καδάρτηριον, παρὰ τὴν καύσιν, unde ὁ Hesych. κτῦα, καδάρματα, item κτῦα, καδάρματα. Conveniunt haec auspicandae pompa, ut καδάρτοις (ponticellis) lustrabantur comitia, theatra, omnes populi conventus. Vide Schömann, de comitt. Ath. lib. I. cap. 8. Vs. 35 sqq. hieromnemes iubentur templa et alia aedificia sarta tecta praestare (ἐφακείσθαι vs. 37. 41. in quo insolens φ). Αὐλάν intellige τέρμενους partem templo proximam, μαοeria clausam. Vs. 36. (cf. vs. 42.) δρόμος non stadium est in urbe, sed hippodromus in campo; statim enim additur

καὶ τὰν κρήναν τὰν ἐν πεδίῳ. De quo fonte mihi nihil constat; neque huc advocaverim alterum fontem, de quo n. 1711. Vs. 36. diserte scripti sunt τοὶ ἱερομνάμονες τοὶ Ἀμφικτυόνες sqq. deinde vs. 39. 40. de multis singulorum hieromnemonum dicitur. Haec aliter componi nequeant, nisi ubi statuas hieromnemes Amphictyonas universos, ut opponi hic hieromnemonibus, quos miserit haec, vel illa urbs, non quasi hi non sint inter illos, sed ut universis opponantur singuli, qui neglecti sunt, adhibeantur, ut pendere nullam debeant. Ad hanc partem igitur supplēvi vs. 37 sqq. αὐτὰ καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν πολλῶν - - - ἐν τῇ Πυθίᾳ, καὶ ἐν τῇ κοσμήσῳ καὶ δυνάμει, ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἱερομνάμων ὁ μὴ ἐπιμαμήσας. - - - ὁ ἀποτίμῃ τοῖς ἱερομνάμοις τὰς ἀμφικτυόνων ἀγορὰς μὴ ὁ ἱερομνάμων, etc. De formula εἰσπείρω σὺν ἱεροῖς vide ad §. 2. His adduntur leges de viis, pontibus, reficiendis, quo pertinere etiam fluminum mentio videtur paulo post injecta. Haec res nobis hieromnemonibus mandantur, sed Amphictyonibus (vs. 41), hoc est αἰνιαιῶν ἀμφικτυόνων: ac mihi fallor his imperatur, ut in sua utraque ditione sancta sacra Delphicam reficiat. Nonnulli autem Pythias memorantur semel nova. Noli constanter credere illa annua, et ipsa, ut penteterica, esta, biennia, biennia, non Delphis propria, namque etc. ut templum et oraculum ex foederibus Laconum et Atheniensium, socorumque. (Thucyd. II, 18. V. 18.), ut liceat γὰρ δὴ μὴ βούλειον ἀδελφὸν καὶ ἀδελφὸν τὸν πατρίους νόμους. Deinde Pythiarum quinquennialium haud dubie, quibus haec nomen proprium, tempus definitur, mensis Bysiae. Delphis, qui redit n. 1702. 1703. Nova haec res antiquaria; noli vero etiam tam nova hoc institutum putare: nam talium sollemniuum tempus non statui ex arbitrio: tantum definit lex, quae observata antiquitus erant, ut certius de re ipsa constet. Omnibus Amphictyonibus, et eorum magistratibus, quorum erat institutum Pythia. Tum noli τὸν δὲ Πύλαιον coniecere, quibus nullus in Pythia sollemnis locus. Dedit Ἡρόδοτος: nam de theoris dici suadet vs. 46. illud αὐτὸ καὶ καὶ μὴ πέμπωνται. Ni fallor, dictum est, theoros debere mense Bysia mitti a civitatibus Amphictyoniciis et accipi a Delphis, quae theoros non miserint, multam danto. Bysium ante Bicaliam esse coniecicio. In fine de violatis sacris, indutiis dicitur: pro ἐκ χειρὸς eius est, ἐκ χειρὸς. Quod, applevi βύωνται, exempli causa dedit, sed non arbitror verum esse. De reliquis formis vide ad §. 2. Quod Pythia mense Bysia Delphico, acta esse ex hoc marmore pressus exitio constat, disputandum nobis, appendicis loco de anno Delphico est, de quo quae dixerunt Dodwellus Cycl. p. 236 sqq. et Corsinus Diss. agon. p. 29 sqq. F. A. T. II. p. 437 sqq. ea hodie sequuntur fere omnes, etiam Idelerus Chron. T. I. p. 367. Et Pythiades quidem quinquennales in annum Olympiadum tertium incidere rectissime demonstravit Corsinus; easdem ab

Olymp. 48, 3. computari, certa ratione docui Explicatt. ad Pind. Olymp. XII. erratque Clintonus Fast. Hell. p. 195 sq. qui ab Olymp. 49, 3. Pythiades computatas censet. Praeterea vero Corsinus Dodwelli fere vestigiis insistens Pythia vere acta contendit, eaque mense Munychione Attico incipiente; sed alia, quae iidem proposuerunt, refellenda sunt. Quippe Pythia Bysio mensi assignant, qui respondeat Attico Munychioni, Delphicique anni sit primus; igitur Delphicum annum incipere a mense Pythiorum et pendere ex aequinoctio verno; postremo Cors. hos proposuit Delphici anni menses:

1. Bysium,
2. Heracleum,
- Theoxenium,
- Ilaeum,
- Bucatum,
- Donum,
- Theluthium,
- Synelium,
- Dionysium.

Consideremus haec singillatim. Primum igitur, ne commoremur in Dodwelli et Corsini iis argumentis, quae falsis prorsus rebus nituntur, exagitatis illis a Clintono p. 197. 198., Pythia quidem eodem fere tempore habita esse quo convenisset Amphictyonum concilium, tum inde patet, quod Amphictyones ludorum Pythiorum praesides sunt, eorumque hieromnemes ante Pythia curare Delphis multa debent (vs. 37.), tum ex Aeschine c. Ctesiph. p. 645. ἡμερῶν μὲν ὀλίγων μέλλει τὰ Πύθια γίνεσθαι καὶ τὸ συνέδριον τὸ τῶν Ἑλλήνων συλλέγεσθαι: adde n. 1689. 1689. b. Itaque Pythia aut auctumno habita sunt, aut vere: sed ver recte ut mihi videtur elegit Corsinus. Olymp. 89, 1. Athenienses et Spartani indutias annuas erant pacti inde a d. xiv. Elaphebolionis (Thucyd. IV, 118.): de quibus Thucyd. V, 1. τοῦ δ' ἐπιγυγνομένου θέρους (Olymp. 89, 2.) αἱ μὲν ἐναύσιοι σπονδαὶ διελέυντο μέχρι Πυθίων. Quae vulgo sic intelliguntur, Olymp. 89, 2. indutias finitas esse Pythiis: itaque vel ex hac interpretatione verna sunt Pythia. At Pythia non Olymp. 89, 2. sed 3. celebrata sunt; itaque locus ille sic exponendus est: *sequente vero aestate indutiae annuae dissolutae erant usque ad Pythia*, hoc est, peractis annuis indutiis, inde ab Elapheb. xiv. Olymp. 89, 2. nullae fuerunt indutiae usque ad Pythia Olymp. 89, 3. Iam Olymp. 89, 3. Elaphebolionis d. xxv. iterum factae indutiae sunt (Thucyd. V, 19.). Unde quidem colligitur Pythia fuisse diei Elapheb. xxv. proxima. Verum hoc argumentum refutare conatur Clintonus p. 199. docens exeunte aestate Olymp. 89, 3. sex fere mensibus antea quam dixi, iam desisse bellum, non Elaphebolione demum Olymp. 89, 3. Sed hanc viri doctissimi rationem vix probes. Nam etiamsi bellum aestate finita, ut solet, cessabat, tamen ideo nondum erant σπονδαὶ repetitae aestatis fine: verba autem, αἱ σπονδαὶ διελέυντο μέχρι χρόνου τινός, non id significant, usque ad id tempus nullum fuisse bellum, sed nullas fuisse σπονδάς. Indutiae igitur quum Elapheb. xxv. demum repetitae sint, illa verba de-

λέλυντο αἱ σπονδαὶ μέχρι Πυθίων docent Elaphebolionis diei illi proxima Pythia fuisse, non exeunte aestate celebrata, quod Clintonus perhibet. Accedit quod Thucydides belli narrationem non cum fine aestatis concludit (V, 12.), quod Clintonus dicit, sed diserte ille narrat, hieme insequenti Spartanas copias ad Pierium progressas esse et deinde redisse (V, 13.); quamquam posthac nihil iam gestum sed de pace cogitatum est (V, 14.), de quo etiam paulo ante cogitarant inde a fine aestatis. Postremo cur potissimum μέχρι Πυθίων dixisset auctor, si tempus belli paulatim omissi tam indefinitum significare volebat? cur non dixit μέχρι τοῦ ἐπιγυγνομένου χειμῶνος? Sed alia Clintonus argumenta haud contemnenda et profecto acuta attulit, quibus Pythia doceret versus auctumnum, Augusto vel Septembri acta esse: quae inverso referam ordine. Iason Pheraeus ἐπιόντων Πυθίων civitatibus imperat hostiarum apparatus, παρήγγειλε δὲ καὶ ὡς στρατευομένοις εἰς τὸν περὶ τὰ Πύθια χρόνον Θετταλοῖς παρασκευάζεσθαι (Xenoph. Hell. VI, 4, 29. 30.). Si vere acta Pythia, ait, Iason hibernum parasset bellum vere terminandum, sin auctumno, aestivum, quod unice consentaneum. Immo contra, opinor; si auctumno acta Pythia, Iason Thessalis hibernam praedixit expeditionem: si vere acta statumimus, vere expediturus *post Pythia* erat. At Demosthenis et Aeschinis de corona certamen Olymp. 112, 3. paulo ante Pythia actum est (Aesch. c. Ctesiph. p. 645.): Darius occisus est eodem anno mense Hecatombaeone (Arrian. Exp. Alex. III, 22.): sed Aeschines de corona (c. Ctesiph. p. 522.) de eo ut vivo loquitur; igitur eius mors nondum comperta Athenis fuit, unde patet non vere, novem mensibus post Hecatombaeonem, acta Pythia esse, sed auctumno. Aeschinis verba haec sunt: Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, ἡ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν, ὁ τολμῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς γράφειν, ὅτι δεσπότης ἐστὶν πάντων ἀνθρώπων ἀφ' ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δυσμέμου, νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἐτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας; Speciosum est quod vivus repraesentari Darius dicitur, sed speciosum tantum. Prioribus temporibus recentia opponit Aeschines; recens acta tempore praesenti extulit, ἀγωνίζεται, non ut adhuc vivum Darium repraesentaret, sed ut nuperrime acta antiquis opponeret. „Olim Persa de imperio universorum contendebat, nunc contendit de eo, vivat an moriatur.” Hoc etiam noto Darii obitu dici potuit; immo si nota iam Darii nex fuit, multo gravior sententia est, qua rem tristissimam nuper compertam proponit Atheniensium animis, et miseratur verbis lenibus. Possunt Aeschinis verba omnia servari, etiamsi aliquid addideris de morte Darii; poterat sic scribere: νῦν οὐ περὶ τοῦ κύριος ἐτέρων εἶναι διαγωνίζεται, ἀλλ' ἤδη περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας· ὃν ἐναγχοῦς ἡκούσατε ἀπεσφάχθαι: sed non addidit hoc, quod omnes norant. Praeterea locus Aeschinis p. 554. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔξω τῆς ἀρκτου (hoc est *ultra septentrionem*, etsi alii id aliter explicant) καὶ τῆς οἰκουμένης ὀλίγου δεῖν πάσης μεθεστήκει

non potest nisi ad septentrionalem Alexandri expeditionem referri, quae post obitum Darii suscepta est: ut videas Darii mortem tum iam notam fuisse Athenis. Igitur Aeschinis verbis certissimum argumentum ex Thucydide ductum non refellitur. Videamus aliud. Bellum Phocicum constat finitum esse Scirophorione Olymp. 108, 2. deinde diruta Phocensium oppida sunt. Quod quum aegerrime ferrent Athenienses, non miserunt theoros et thesmothetas ad Pythia (Demosth. π. παρατρ. p. 380.): quae ut a sese agerentur, Philippus bello finem imposuerat (Demosth. de pace p. 62. quae oratio Olymp. 108, 3. paulo post Phocica composita est). Patet igitur, dixeris, Pythia paulo post initium anni Attici, sub auctumnū acta esse. Sed haec quoque nullius momenti sunt. Nam Pythios theoros Delphos mittere quidni noluerint Athenienses etiam novem mensibus post Phocenses victos, quorum oppida adhuc tum vidissent nuperrime delecta et vacuam terram? Et cave haec ad initium anni referas, quod Demosthenes quae de theoris non missis dicit, componit cum locatione Aeschinis, quae in anni initium incidit: haec enim oratorie composita sunt, ut iuxta posita magis illucescerent, non ut rerum ordo et tempora designarentur. Nec quum Demosthenes orationem de pace meditabatur, acta iam Pythia eius anni statuo. Votebat ea Philippus agere: egisse non dicitur. Postularat, credo, in auctumnali Pylaea paulo post initium anni Olymp. 108, 3. habita, ut ipsi agenda Pythia mandarentur: sed Athenienses noluerunt eum ad Amphictyoniam admittere (Demosth. de pace p. 61. extr. cf. Argum. p. 56. Dionys. Epist. ad Amm. p. 123.): a qua re ut desistant, hortatur eos Demosthenes, et hoc facere videtur ante ea Pythia, quae a sese agi Philippus postularat: ut proinde Pythia possint vere Olymp. 108, 3. subsecuta esse. Haec ut ita constituam, cogit me Thucydidis indutiarum computus, a quo non arbitror discedi posse, quod et verba eius aperta sunt et ille scriptor omnium diligentissimus. Quod nisi videretur, vincere dicerem Clintoni eam rationem, quam de tempore occupatae Cadmeae repetiit. Haec ex Diodori (XV, 20.) calculis, quos cur hoc loco falsos putemus, nulla causa est, Olymp. 99, 3. (archonte Evandro) capta est, et ex Xenophontis (Hell. V, 2, 29.) fide aestate, quum satis arderet sol: Aristides vero Orat. Eleus. T. I. p. 258. Jebb. ut doceat sola Eleusinia sacra non violata esse, ceterorum etiam praestantissima, Πυθίων ὄντων, addit, ἡ Καδμεία κατελήφθη. Mireris tamen Xenophontem, hominem caerimoniarum curiosum, nihil de laesis Pythicis indutiis dicere: mireris maxime, quod Agesilaus dixit ἐξείναι τὰ τοιαῦτα αὐτοσχεδιάζειν (Xenoph. Hell. V, 2, 32.), si Pythiorum tempore, quo vel hostes tuti, sine bello Cadmeam occupasset Phoeidas. Utut est, non possum quin ob Thucydidem fidem denegem Aristidi. Anne hic memoriae vitio Pythia posuit, quum in Thesmophoriis Thebanis occupatam Cadmeam e Xenophonte liqueat? Anne Pythia fortasse duxit e scriptore, qui de sollemnibus

dixerit in Πυλαίᾳ (ἐπωρινῇ, aestate adulta) habitis? Postremo minorem difficultatem puto in Pythiis Olymp. 96, 3. esse, quibus potissimum insistitur. Nam pugnam Coronensem constat hoc anno paucis post d. xiv. Augusti diebus pugnata esse: post quam statim Delphos translatus est Agesilaus pluribus vulneribus affectus, deoque decimam praedae obtulit. Xenoph. Hell. IV, 3, 21. καὶ οὕτω δὴ αἰσέσπονδοι γίνονται, καὶ Ἀγησίλαος μὲν ἐς Δελφούς ἀφικόμενος δεκάτην τῶν ἐκ τῆς λείας τῷ θεῷ ἀπέδυσεν οὐκ ἐλάττω ἑκατὸν τάλαντων. Hoc vero Pythiis tribuit Plutarchus Agesil. c. 19. Καὶ τὴν νίκην οὕτως ἐκβεβαίωσάμενος, εἰς Δελφούς ἀπεκομίσθη, Πυθίων ἀγομένων, καὶ τὴν τε πομπὴν ἐπετέλει τῷ θεῷ, καὶ τὴν δεκάτην ἀπέδυσεν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας λαφύρων, ἑκατὸν τάλαντων γενομένην. Hic quoque locus non una ratione conciliari cum Corsiniana de Pythiis sententia potest. Sane statim post pugnam Delphos profectus est Agesilaus: Pythia tamen statim post celebrata esse Plutarcho, recentiori scriptori, non debet continuo credi: nec credidit ei hoc Manso a Schneidero ad Xenophontem laudatus. Potuit Agesilaus aliam pompam aliquam sollemnem Delphis celebrare, quae facile confundebarum cum Pythiis. Sed ne hoc quidem necessarium. Neque enim e Xenophonte constat dona ab Agesilao statim post adventum oblata deo esse; addit hoc Xenophon obiter, ubi de Agesilai Delphos profectione dicit: ita certe solent scriptores. Nam Agesilaus diutius commoratus Delphis est; Diod. XIV, 84. καὶ αὐτὸς Ἀγησίλαος πολλοῖς περιπεπωκὸς τραύματιν εἰς Δελφούς ἐκομίσθη, κακῇ τῇ ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἐποιεῖτο. Illinc quando abiit, non constat, nisi quod domum navigavit dimisso exercitu, ante ultimos menses anni Olymp. 96, 3. quibus ad Corinthum dimicari coeptum est (Xenoph. Hell. IV, 4, 1.): sed exercitus quando dimissus sit, auctumnone an propinquo vere, nescimus: atque ut statuas auctumno dimissum, sicut solebat, potuit Agesilaus, quem plura vulnera accepisse narrat etiam Xenophon, Delphis restare usque ad verum, et vere deo in Pythiis pompam apparare dona quae offerre; immo potuit ibi ob hoc ipsum tamdiu manere, ut hoc faceret. Sic Plutarchi fidem non relinquimus, nisi quod eum dicemus per errorem facile obrepentem Pythia statim post adventum Agesilai collocare. Ceterum, ut hoc addam, ex Pylaeae tempore Pythiorum tempus colligi nequit: nam Delphis Pylaea sine Pythiis modo vere habita est, quod ex Demosthene constat, modo auctumno, quod ex hoc decreto colligo: sed de Pylaeae tempore cum Pythiis coniunctae nihil tenemus. Itaque nobis quidem Corsiniana ratio non refutata videtur, Pythiaque adhuc putamus secundum Thucydidem proxima fuisse Elaphebolionis diei xxv. Nec vero probabile est exeunte mense celebrata Pythia Apollinea esse, sed ineunte, quod Apollini sacri sunt mensium dies i. et vii. (de septimo v. imprimis Cors. F. A. T. II. p. 329.): itaque diem Elaphebolionis xxv. non diem Pythiorum esse statuimus, sed incidere solum in tempus ἐκ χειρὸς Pythicae, quae certe xv diebus

Kkkkk

ante Pythia incipere debebat: quod si statuas, Thucydidis locutio integra est, etiamsi Pythia paulo post accidebant. Consentaneum igitur proxime post Elaphebolionem, Munychionem incipiente acta esse Pythia diebus Apollineis, et quum septimo die (mensis intellige) Apollo musicum de Pythone devicto certamen celebravit (Schol. Pind. Argum. Pýth.), septimo mensis die acta Pythia iudico. Neque obest, quod ap. Demosth. de cor. p. 279. Anthesterionis d. xvi. memoratur in definiendo tempore, quo Pythagoras Aeschines fuerit: ibi enim tempus electionis designari mihi non est dubium; igitur poterant nihilominus mense Elaphebolione convenire Amphictyones et agi Pythia paulo post: quamquam illo, de quo Demosthenes dicit, anno Pythia quinquennialia omnino non celebrata sunt. Iam quum ex nostro titulo liqueat, non Bysio, sed Bucatio mense acta esse Pythia, Bucatius potissimum erit Munychioni Attico comparandus. Alia est Boeotici Bucatii tempestas: quippe Bucatium alii alium mensem dixerunt, a bobus immolandis, prout magna sacrificia hoc vel illo offerebant mense: quod Boeoti et Attici fecerunt primo anni mense Bucatio et Hecatombaeone, Delphi in Pythiis.

Bysium mensem esse vernalem, docet Plutarchus Qu. Gr. 9. *ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τῆνικαὶ καὶ διαβλαστάνει*. Igitur quoniam propriis eruditus usu loquendi ver incipit ab aequinoctio, Munychioni comparatus est Bysius a Dodwello et Corsino: sed Plutarchum non ita ibi loqui manifestum est. Veris initium dicit eum mensem, ubi germinant et proveniunt herbae; quod in Graecia certe ante Munychionem fieri solet. Itaque Bysius erit potius Atticus vel Anthesterion vel Elaphebolion. Et ex titulo nostro mihi quidem fit probabile, Bysium esse mensem ante Bucatium proximum; quamquam id morosis iudiciis demonstrari nequit. Itaque donec certiora argumenta reperiantur, Bysium comparemus Elaphebolioni. Sed Bysium Delphici anni esse primum mensem, Delphicumque annum coeptum esse a Pythiorum mense, etsi alterum hoc ex Olympicæ periodi comparatione probabile dixeris, tamen est falsum; id quod Delphicorum mensium ordine accuratius examinando paucis nunc docebo. Primum vero ex novem Corsinianis mensibus efficiendi quattuor sunt. Nam quem ille *Domum* dicit, is est Phocensium *μὴν ἑβδόμος*, non Delphicus; *Synelius* nullus unquam nec Delphis neque usquam alibi mensis fuit; *Theluthius* est Boeoticus, non Delphicus (vide Introd. titulorum Boeot. c. III.). Postremo *Dionysium* Corsinus p. 444. ex Naupactio petiit titulo n. 1756. et quod Naupactus in Locride sita est, Locrique Amphissenses sunt Delphis vicini, Locros censuit Delphicus usos esse mensibus. At Naupactus illa aetate Aetolicos menses habuit, quippe ab Aetolis habitata: et neque Aetolorum neque Amphissensium Locrorum menses sunt Delphici. Nam Delphicus Bucatius *Aetolis* est *Pananus* (n. 1702.); *Amphissensibus* autem *Pocius* dicitur, qui Delphis Heracleus (n. 1707.);

alium eorundem mensem *Aerastyonem* vidimus supra (Introd. Boeot. III, 3.). Sed Delphicus omnino mensis est *Heracleus*, de quo inscriptiones n. 1699. 1707. isque respondet Attico Thargelioni, post Munychionem proximo (Cors. F. A. T. II. p. 458.). At vero hic est secundi semestris Delphici (n. 1699.): igitur nec Bucatius nec Bysius, si vernus interque, primus Delphis mensis est, neque annus Delphicus ab aequinoctio verno pendet æque incipit a mense Pythiorum. Praeterea novimus tres prioris semestris menses, *Ἀπελλήιον* n. 1705. cuius nomen Macedonibus commune est (apud quos *Ἀπελλαῖος*), hoc est *Ἀπολλώνιον*; *Ἀπόλλων* enim Dorice *Ἀπέλλων*; *Ἡράπιον* vel *Ἡράπιον* n. 1706. quod nomen etsi fortasse non sanum tamen non est ex *Ἡρακλείω* corruptum; *Ἀποτρόπιον* n. 1709. Secundi semestris est *Θεοξένιος* n. 1700. a Delphicis Theoxeniis dictus, cf. Expl. ad Pind. p. 194. incerti semestris *Ἰλαῖος* seu *Εἰλαῖος* n. 1708. 1710. ab *Ἰλαῖς* s. *εἰλαῖς* dictus, quarum in sacris mentio fit apud Pindarum. Post haec de novo redeo ad Bysium mensem. Nam n. 1704. in secundo semestri ex Chandleri scriptura legitur *ΜΗΝΟΣΣΥΒΥΣΙΟΥ*. Non sane probabile est Delphis talem fuisse mensem, qui vulgari lingua sonaret *Θυτυδίου* vel *Συτυδίου*: sed *ΣΥ* videtur in illo titulo ex priorē *Σ* et sequenti *ΒΥ* conflatum esse: titulus est enim unus ex iis, quos Chandlerus *lectu difficiles* dicit et *cum nonnullis erratis* in lapide imposito exaratos (v. ad n. 1699.), Fauvelianae autem schedae prorsus non legibiles esse contendunt. Immo in Fauvelianis schedis, in quibus prima huius ipsius tituli verba sunt, non *ΣΥΒΥΣΙΟΥ* est, sed *ΒΗΣΕΟΥ*. Itaque *μηνὸς Βυσίου* legendum, et Bysius est secundi semestris. Quantum igitur assequi rem intricatam possumus, hi sunt menses Delphici probabiliter dispositi.

Πρώτης εξαμήνου.
Ἀπελλήιος.
Ἀποτρόπιος.
Ἡράπιος vel Ἡράπιος.
Δευτέρας εξαμήνου.
Βύσιος, Elaphebolion.
Βουκάτιος, Munychion.
Ἡρακλείος, Thargelion.
Θεοξένιος.

Sedis prorsus incertae:
Ἰλαῖος s. Εἰλαῖος.

Quod superest, quoniam Elaphebolion et Thargelion menses in tertium et quartum anni Attici quadrantem incidunt, iisque respondentes Delphici menses secundi omnino Delphici semestris sunt, nihil est probabilius quam Delphici anni initium concinuisse cum initio Attici ac proinde Olympici anni: quod manebit integrum, etiamsi Bysium in Anthesterionem, et Bucatium in Elaphebolionem removeris, aut adeo cum Clinto Pythia in Bucatium incidentia aestate exeunte acta putes eoque transtuleris Bucatium, qui tamen tum primo erit Delphico semestri tribuendus. Illam igitur de anni Delphici initio sententiam etiam in Introd. titulorum Boeot. c. III. professus sum.

1689.

Delphis; ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 508. Habeo etiam ex schedis Köhlerianis.

ΙΟΥΛΑΜΕΟΣΣΙΜΑΡΟΥ
 ΑΠΡΟΣΧΕΙΟΥΠΟΛΥΞΕΝΟΥΛΙΜΝΑΙΟΥ
 ΛΑΙΕΟΣΜΝΑΣΙΛΑΙΔΑΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ
 ΣΤΑΝΟΥΔΕΛΦΩΝΤΕΛΕΑΑΜΟΥΕΜΜΕΝΙΔΑ
 5 ΘΑΥΜΑΚΟΥΠΥΘΙΟΙΣΕΠΕΙΔΗΠΑΡΑ
 ΕΚΑΛΕΣΕΝΤΟΥΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣΟΠΙΟΣ
 ΑΝΤΡΙΕΤΗΡΙΔΩΝΚΑΙΓΕΝΗΤΑΙΕΝ
 ΑΓΝΑΝΑΓΡΑΦΑΙΤΑΔΟΓΜΑΤΑΤΑ
 ΕΝΔΕΛΥΤΑΚΑΙΕΝΠΑΡΑΔΟΣΕΙΚΑΘΟ
 10 ΠΟΣΙΝΟΠΟΣΑΝΗΟΥΣΙΑΤΟΙΔΙΝΥΣΟΙ
 ΙΝΟΝΤΟΝΤΕΧΝΙΤΟΝΤΩΝΕΙΣΙΣΜ.Ν
 ΥΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΑΣΟΙΑΝΟΣΙΝΕΝΤΟ
 ΑΜΕΙΟΙΕΝΘΗΒΑΙΣΥΠΕΡΤΟΥ
 ΟΙΝΟΝΤΟΝΤΕ.ΙΤΟΝ

Ο dedi ex Köhl. (Dodw. ut solet Θ). Vs. 1. Dodwelliana potissimum retinui; Köhl. ΙΟΥΜΙΣΟΣΣΙΜΑΓΟΥ, unde solum primum et ultimum I et ultimum O Dodwellianis addidi, O hoc in lacunae loco. Vs. 2. ΑΠ ex Köhl. addidi; in fine Dodw. ΑΙΜΝΑΙΟΥ, Köhl. ΑΙΜΝΑΙΟΥ. Vs. 3. primum Λ ex Köhl. addidi. Vs. 4. init. Köhl. perperam ΤΡΑΙΑΝΟΥ: tum Dodw. ΔΕΛΦΩΝ, Köhl. quod dedi. Ibidem extr. Köhl. ΤΕΛΕΑΑΜΟΥΝΕΙΝΙΤΟ; dedi Dodwellianum, nisi quod ΤΕΛΕΑΑΜΟΥ scripsi ex Köhl. ubi Dodw. ΤΕΛΕΜΜΟΥ. Vs. 6. ex Köhl. nam Dodw. sic inde ab initio: ΜΕΣΕΝ.Ο..ΣΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑΣ, omissis reliquis. Vs. 7. ΤΡΙ ex Köhl. (Dodw. lacunam habet); ibid. Köhl. ΔΩΝ, Dodw. Δ.Ν; pro ΙΓ, quod Köhl. schedae praebent, Dodw. Η. Vs. 8. init. Dodw. ΑΓΝΑΙΑ..ΓΡΑΦΑΙ, Köhl. ΔΟΝΑΝΑΓΡΑΦΑΙ. Vs. 9. Dodw. ΝΑ.ΛΥ.ΑΓΛΙΕΝΠΑΡΑΔΟΣΒΙΚΔΘΟ; Köhl. ut dedi, nisi quod pro ultimo Θ habet Ρ (Θ dedi ex Dodw.). Vs. 10. primum Π ex Köhl.; tum ΟΠΟΣ ex eodem; Dodw. ΟΓΟΣ; ΤΟΙ ex Köhl. nam Dodw. Τ.Ι. Vs. 11. Dodw. ΝΟΝΤ...ΤΕΧΝΙΤ.Ν, Köhl. ut dedi. Vs. 13. primum Α ex Köhl. Vs. 14. ultimum Ν indidem.

Fragmentum decretorum Amphictyonicorum, quae restitui nequeunt. Vs. 1-4. ex praescriptis sola supersunt nomina, quae esse hieromnemoum a civitatibus missorum docet n. 1689. b. Hinc vs. 1. --ίου [Λα]μ[ι]έος, Σιμάρου etc. vs. 2. --α Προσχείου, Πολυξένου, Αιμαίου, vs. 3. --λαίος, Μνασιλαΐδα, Αμβρακιωτάν, vs. 4. --στάνου Δελφών, Τελε[δ]αμου, Έμμενίδα ----, vs. 5. του δεινα] Θαυμακού. Singula nomina singulorum hominum sunt, ut n. 1689. b.

et 1694. Προσχείου Sanderο monente p. Προσχίος, ex Proschio Aetoliae; quamquam antiquitus Aetoli non sunt inter Amphictyones (cf. ad n. 1694.). Αιμαίος, ex Limnaea Thessaliae vel Acarnaniae, si Acarnanes tum foederis participes. Αμβρακιώται ut Dores foederis Amphictyonici participes sunt. Θαυμακού, ex Thaumacia Thessaliae: v. Steph. Byz. v. Θανμακία. Tum vs. 5. ut n. 1689. b. additur decreti tempus Πυθίαις, quibus convenisse Amphictyones vidimus ad n. 1688. Iam incipiunt verba decreti ipsius: ἐπειδή παρα --- ἐκάλεσεν τοὺς Ἀμφικτύονας, ὅπως? Vs. 7. --αν τριετηρίδων, καὶ γένηται ἐν --- [τὸν δὲ γραμμ]α[τέα] ἀναγράψαι τὰ δόγματα τὰδε vel ταῦτα. Sic scribendum docet n. 1689. b. Vs. 9. --ἐν δὲ [α]ὐτὰ καὶ ἐν παραδόσει, καὶ ὡς: ultima vox debetur Niebuhrjo nostro. Possis etiam καὶ δ. Sequuntur decreta, quae inscribenda esse in prioribus dicuntur.

Vs. 10. Ἐδοξε τοῖς Ἀμφικτυόνσιν. ὅπως ἂν ἡ [Θ]υσία τ[ῶ] Δι[ὸ]νύσω -- [ο]ῖνον, τ[ῶ]ν τεχνιτ[ῶ]ν τῶν εἰς Ἰσμ[ή]ν[ιον] + -- [το]ὺς ἱερομνήμονας, οἱ ἂν [ῶ]σιν ἐν το -- -- [τ]αμεί[ω]ν ἐν Θήβαις ὑπὲρ τοῦ -- -- ρίνον, τὸν τε [σ]το[ν] -- -- Ultimam vocem hic quoque dedit Niebuhrjus. Periit decreti pars cum ceteris decretis. Hoc quod ex parte superest, pertinet ad Bacchi sacra Thebana constituenda; etiam τεχνῖται sunt Dionysiacy Thebis (n. 1600.). Ismenii Thebani praeterea mentio fit: Bacchi matrem Semelam Ismenio coniunctam habes ap. Pind. Pyth. XI. Dialectus est vulgaris, ut in decretis Amphictyonicis apud Demosthenem de cor. p. 278. 279. nisi quod in nominibus propriis quaedam videntur Dorica retenta, ut Αμβρακιωτάν etc.

1689. b.

*Delphis; ex schedis Köhlerianis.**[Textum vide in pag. seq.]*

Archon est Delphicus, idem qui n. 1705. cf. n. 1694. et ad n. 1688. (paulo ante §. 1.): sequuntur qui tum a variis civitatibus hieromnemones missi erant, in quibus quattuor sunt nescio quorum, alii Delphorum, duo Boeotorum. De his praescriptis cf. n. 1689. 1694. Vs. 4. ΠΥΛΑΙΑ ferri non potest; debebat Iota additum esse subscribendum, quod in hoc titulo non omittitur. Ἀγορατρός est idem quod πύλαγος (ut ἡτρός et ἡτήρ, sic ἀγορατρός et ἀγορατήρ). Πυθίαις tempus designatur ut n. 1689. Γραμματεὺς est Amphictyonum.

Kkk kk 2

... ΝΙΚΟΔΑΜΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΙΕΡΟΝΗΜΟΝΟΥΝΤΩ ΑΡΕ.....
 ... ΓΕΛΩΝΟΣ ΔΙΚΑΤΑΡΧΟΥ ΣΤΡΑΤΑΓΟΥ ΚΡΩΒΟΥΛΟΑΝΔ.....
 ΤΟΥΣ ΔΕΛΦΩΝΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΝΔΡΩΝΟΣ ΒΟΙΩΤΟΝ ΦΛΕ....
 ΑΣΥΓΗΡΕΤΩΝ ΤΟΙΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙ ΕΝ ΠΥΛΑΙΑΚΑΙ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΚΑΙ....
 5 ΝΟΣΧΡΟΝΟΝ ΠΟΛΥΝΤΩΙΚΟΙΝΩΙΣΥΝΕΔΡΙΩΙΤΩΝ ΑΜΦΙΚΤΟΥΝΩΝ ΚΛΗΤ...
 ΕΔΟΞΕ ΤΟΙΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΓΟΡΑΤΡΟΙΣ ΓΥΘΙΟΙΣ ΕΡΑΙΝΕΣΑΙ ΤΕΙΒΕ... ΑΙΣ ΚΡΑ
 ΛΑΜΙΗΟΙΚΟΥΝΤΑ ΕΝ ΗΡΑΚΛΕΙΑΚΑΙ ΣΤΙΣ ΦΑΝΟΣΑΙ ΔΑΦΝΗΙΣΤΕ ΦΑΝΩΙ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΣΙΝ
 ΤΩΙ ΠΡΟΔΙΚΙΣ ΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΑΣΥΛ. ΑΝ ΠΡΟΕΔΡΙΑΝ ΑΤΕΛΕΙΑΝ ΠΑΝΔΟΝΤΩΝ ΔΕ ΓΡΑΜΜ...
 ΑΝΑΓΡΑΚΑΙΤΑ ΔΕ ΔΟΓΜΕΝΑΣ ΤΟΙΣ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΣΙΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΓΟΡΑΤΡΟΙΣ ΕΝ ΤΩΝ ΙΕΡΟ...
 10 ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ

Ἐπὶ Νικοδάμου ἀρχόντος, ἱερο[μ]νημονούντων - - - - -
 ... Γέλωνος, Δικα[ι]άρχου, Στρατάγου, Κρωβύλο[υ] - - - - -
 τοὺς Δελφῶν, Ἀριστοκράτους, Ἀνδρῶνος Βοιωτ[ῶ]ν, Φλε - - - - - [ἐπειδὴ ὁ δεῖνα]
 ας ὑπηρετῶν τοῖς ἱερομνήμοσι ἐν Πύλαι[ς] καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ - - - - -
 5 νος χρόνον πολὺν τῷ κοινῷ συνεδρίῳ τῶν Ἀμφικτ[υ]όνων - - - - -
 ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγορατροῖς Πυθίοις ἐπαινεῖσαι Τεμβε - - - - -
 λαμῆν? οἰκούντα ἐν Ἡρακλείᾳ καὶ στ[ε]φαν[ῶ]ν δάφνη[ς] στεφάνῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ [ε]ν[α]ὶ αὐ -
 τῷ προδικί[α]ν, ἀσφάλειαν, ἀσὺλ[ί]αν, προεδρίαν, ἀτέλειαν πάν[τ]ων, τ[ῶ]ν δὲ γραμμ[α]τέα
 ἀναγρά[ψ]αι τὰ δεδογμένα τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγορατροῖς ἐν τῷ ἱερ[ῶ]
 10 τοῦ Ἀπόλλωνος.

1690.

tae sunt, eae sunt ὅσαι ποτὲ ἀπολείπονται. Quid vero fit his reliquis? Πάσας δίδομεν τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, ait Quinctius, hoc non est restituimus pristinis possessoribus, sed *donamus civitati*. Publicaverat illa bona populus Romanus in suum commodum; nunc donatur civitati Cyretiensium, quae reliqua sunt, ut omnem avaritiae suspicionem a sese removeant Romanis, gloriae tantum et gratiae cupidi (ὅτι τελὲς ἐν οὐδενὶ φιλαργυρήσαι βέλβουλήμεθα, περὶ πλείστου ποιούμενοι χάριτα καὶ φιλοδοξίαν). Vides tantum de munificentia dici, non de lenitate nec de venia reis data. Similiter Neronianorum bona publicarat Galba, sed non sunt omnia statim in fiscum conversa; itaque *Neronianorum sectionum reliquias* postea Galba donavit aliis quibusdam, revocatis ab exilio (Tac. Hist. I, 90.). Postremo Quinctius addit in fine: *si quid tamen (μέντοι), quod privatis competat ex illis bonis iure ullo* (exempli causa ex hypotheca vel quod iniuria aliquid inter bona publicata coniectum erat); *nondum ab iis esset receptum, id iis esse reddendum (ἀποκαδίστασθαι)*; qua de re iudicium perimit Cyretiensibus, sed ita, ut eam rem aestiment ex ipsius iudiciis prioribus, quibus quidem; quid cuique competeret, constituerat. Sic tandem omnia inter se et cum verbis epistolae conveniunt.

1771.

Thaumacis (Dhomoko). Ed. Dodwell. Itin. T. II. p. 124. Leak. in Walp. Trav. p. 507.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΩΝ
ΕΔΩΚΕΑΓΕΣΤΩΙΑΓΡΟΛΕΩΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΕΙΠΡΟΞΕΝΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙ
ΑΝΑΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗ
75 ΣΙΝΑΤΕΛΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕ
ΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΕΠΙΤΟΝΑΠΑΝΤΑ
ΧΡΟΝΟΝΚΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΚΑΙ
ΟΣΑΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΠΑΝ
ΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΣΦΟΔΡΙΑΛΕΩΣΠΑΝ
10 ΦΑΝΑΕΝΓΥΟΣΤΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΣ
ΠΟΛΥΜΝΙΑΣΤΟΙΣ

Vs. 3. Leak. ΚΑΛΛΙΕΙ, Dodw. ΕΑΜΙΕΙ, ex quo cave exsculpas Λαμει. Vs. 6. Dodw. ΕΠΙ, Leak. ΕΝ: eadem varietas redit n. 1772. sed retinui Dodwellianum ob n. 1773. licet Leakio plurimum tribuam. Vs. 7. ΕΚΓΟΝΟΙΣ in litura scriptum est, et ΚΑΙ (sequens ut videtur) in margine additum notante Leakio. Vs. 9. extr. Dodw. ΛΕΩΣΠΑΛ, Leak. ΛΕ. — ΔΑ; composui utrumque. Vs. 10. Dodw. ΠΡΟΞΕΝΕΙΑΣ, Leak. quod dedi. Vs. 11. Leak. notat diserte ΤΟΙΣ esse in lapide.

Ἀγαθὰ τύχα, πόλις Θαυμακῶν ἔδωκε Ἀγέστῳ Ἀγρολέωνος Καλλιῇ προξενίαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἔγκτησιν, ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ αὐτῇ καὶ ἐκγόνοις, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προξενίοις πάντα. ἀρχόντων Σφοδρία, Λεω[νί]δα, Φάνα? ἐγγυὸς τῆς προξενίας Πολυμνίας — — —

Callium est vicinum oppidum Aetoliae. De ἐπινομία cf. ad n. 1569. a. III. De dialecto vocis ἔγκτησις v. Introd. Boeot. I, 5. et de ordine vocabulorum cf. n. 1564. extr. Archontes debent tres statui, ut n. 1772. 1773. In fine *praes proxeniae* scriptus est, quod novum: intelligendus is, qui privatim proxeno ipsi obligatus sit, si proxenia non servetur a civitate; nam quum civitas det proxeniam, eius est praedem dare, non proxeni. Hic praes ex suo et patris nomine vocatur, ut n. 1772. 1773. itaque nomen non est ut putatur Πολυμνίαστος, quae forma omnino nulla est (Iota vacans etiam ex Boeoticis titulis sustulimus), sed ΤΟΙΣ debet ex patris nomine superstes iudicari: quamquam nomen Πολυμνίας paulo insolentius.

1772.

Ibidem, in eodem lapide; ediderunt *idem*.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΩΝΕΔΩΚΕΝΠΥΡΡΑ
 ΤΙΜΑΓΟΡΟΙΗΡΑΧΛΕΙΩΤΑΙΟΝΤΙΕΥΕΡΓΕΤΑΥΤ
 ΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝΙΣΟΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙΑΝΑ
 ΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗΣΙΝΑΤΕΛΕΙΑΝ
 5 ΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΚΑΙΥΤΩΚΑΙ
 ΕΚΓΟΝΟΙΣΕΠΙΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΚΑΙΟΣΑ
 ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΠΑΝΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝ
 ΑΙΕΙΡΑΚΟΥΝΙΚΟΜΑΧΟΥΕΝΓΥΟΣΤΑΣ
 ΠΡΟΞΕΝΙΑΣΝΕΟΠΤΟΛΕΜΟΣΕΥΗΘΙΔΟΥ

Vs. 1. Dodw. ΕΔΩΚΕΣΥΡΡ, Leak. ΕΔΩΚΕΝ
 ΠΥΡΡΑ; vs. 2. Dodw. ΟΜΑΙΓΡΩΙΗΡΑΧΛΕΙΩΤΑΙ,
 Leak. ΤΙΜΑΓΟΡΟ --- Ρ --- ΕΙΩΤΑΙ: composui
 utrumque. Vs. 2. extr. pro ΑΥΤ Leak. lacunam
 signat. Vs. 3. init. Dodw. ut dedi, Leak. - - Σ.
 Quantum video; Dodw. coniectura usus est, debet-
 que ΕΥΕΡΓΕΤΑ[Ι]ΑΥΤΑΣ scribi. Litteras ΙΣ
 in lacuna omittit Leakius. Idem ΠΟΛΙΤ etc. Dodw.
 ΠΟΛΗΤ. Ultimam Α ex Dodw. retinui; Leak. id
 initio versus quarti habet. Vs. 5. extr. ΤΩΚΑΙ ex
 Dodw. nam Leak. lacunam habet. Scribe ΑΥΤΩ[Ι].
 Vs. 6. Dodw. ΕΠΙ, Leak. - Ν. v. var. lect. n. 1771.
 Vs. 8. Dodw. post vacuum spatium ΑΙΕΙΡΑΚΟΥ,
 Leak. ----- ΑΙΣΙΡΑΚΟ-; in fine Dodw. ΤΑΣ.
 Vs. 9. extr. pro ΟΥ Leak. lacunam habet.

Ἀγαθὰ τύχῃ, πόλιν Θάυμανῶν ἔδωκεν Πύρρῃ Τιμα-
 γόρῳ[ι] Ἡρα[κ]λειώτῃ, ὄντι εὐεργέτῃ αὐτῆς, προξενίᾳ
 ἰσοπολιτείαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἐγκτησίαν
 ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης, καὶ αὐτῷ καὶ
 ἐκγόνοις, ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ὅσα πᾶσι ἄλλοις προ-
 ξένοις πάντα ἀρχόντων --- α, Ἱερᾶκου, Νικο-
 μάχου. ἐγγυὸς τῆς προξενίας Νεοπτόλεμος Εὐηθίδου.

Heracleam intellige *Trachinem*. Vs. 8. primum
 nomen littera Α terminari non dubito; alterum pro-
 babiliter est Ἱερᾶκου, Aeolice p. Ἱερᾶκος, ut φυλάκει
 etc. Sed expectes Εἰράκου, ut εἰρεῖς; (sic etiam
 Lesbii; Boeoti Ἱαρος dicunt, ut alii Aeolēs et Do-
 res): nec tamen audeo alterum omittere Iota. De
 ceteris cf. ad n. 1771.

1773.

Ibidem in alio lapide; ed. Dodwell. l. c.

ΑΓΑΘΑΙΤΥΧΑΙΠΟΛΙΣΘΑΥΜΑΚΩΝΕΔΩΚΕΜΑ
 ΚΟΝΙΟΙΦΑΛΙΟΝΟΣΛΑΡΙΣΑΙΩΙΟΝΤΙΕΥΕΡΓΕΤ
 ΑΑΥΤΑΣΠΡΟΞΕΝΙΑΝΚΑΙΠΟΛΙΤΕΙΑΝΕΠΙΝΟΜΙ
 ΑΝΑΣΥΛΙΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΕΝΚΤΗΣΙΝΑΤΕΛ
 5 ΕΙΑΝΠΑΝΤΩΝΚΑΙΠΟΛΕΜΟΥΚΑΙΕΙΡΑΝΑΣΕΠΙ
 ΤΟΝΑΠΑΝΤΑΧΡΟΝΟΝΚΑΙΑΥΤΟΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣ
 ΚΑΙΟΣΑΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΠΡΟΞΕΝΟΙΣΚΑΙΕΥΕΡΓ
 ΕΤΑΙΣΔΙΔΩΣΑΠΑΝΤΑΑΡΧΟΝΤΩΝΝΕΠΙΜΕΝΕ
 ΟΣΑΛΙΟΤΑΝΙΚΟΜΑΧΟΥΕΝΓΥΟΣΤΑΣΠΡΟΞΕ
 10 ΝΙΑΣΦΙΛΗΜΟΝΑΝΤΙΠΟΝΟΥ

Vs. 3. primum Α videtur coniecturae deberi:
 expectamus ΑΙ. Omnino hic titulus non bene
 transcriptus est. Vs. 8. post ἀρχόντων dele Ν.

Ἀγαθὰ τύχῃ, πόλιν Θάυμακ[ω]ν ἔδωκε Μαν[ω]-
 νίῳ Φα...νος Λαρισαίῳ, ὄντι εὐεργέτῃ αὐτῆς, προξενίᾳ,
 [ἰσο]πολιτείαν, ἐπινομίαν, ἀσυλίαν, ἀσφάλειαν, ἐγκτησιν,
 ἀτέλειαν πάντων, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, ἐπὶ τὸν ἅπαντα
 χρόνον, καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις, καὶ ὅσα τοῖς ἄλλοις προ-

ξένοις καὶ εὐεργέταις δίδ[ονται] πάντα. ἀρχόντων Ἐπιμέ-
 νος, Ἀλι[ώ]τα?, Νικομάχου. ἐγγυὸς τῆς προξενίας Φιλί-
 μ[ω]ν Ἀντι[γ]όνου.

Vs. 3. manifesto falsum est ΚΑΙ incommode in-
 trusum, haud dubie ex coniectura; ut quaedam
 n. 1772. Quo titulo solo, ne longius discedam,
 comparato, patet ἰσοπολιτείαν scribendum esse. Cf.
 ad n. 1565. et Introd. Boeot. II. extr.

1774.

Hydrata oppidum hodie est Neopatra, Νεῖα Πάτρας s. Πατρατζίνι, quod demonstrant haec inscriptionum frustula ap. Melet. Geogr.
 vet. et nov. p. 385. Εἶναι ἐπιγραφή ἐν τινὶ λῶθῳ.

Αὐτοκράτορα ... Θεὸν Θεοῦ υἱὸν Σεβαστὸν
 εὐεργέτην, καὶ τοὺς υἱούς, Γάϊον, Οὐάρον, καὶ
 δα..... Ἰούλιον Καίσαρα ἢ Πόλιν Ὑπάτα,
 καὶ ἄλλαι.

Hic titulus a me quidem non intelligitur, quum
 nec qui Augustus sit nec qui Caesares pateat. De
 Octaviano Augusto et Caio Lucioque Caesaribus co-
 gites: sed Θεὸν si de defuncto est, vix poterit de il-
 lis intelligi titulus. Vari mentio etiam obscurior est.

1775.

[illegible]

De forma *scriptura* cf. ad n. 1603. Iulia, hoc
Livia Augusti, hic sacerdotem habet et *Iuno*
igitur titulus non antiquior et Claudio Impe-
re. V. Epist. ad Tac. Ann. V, 27 ubi de Livia
one; cf. n. 313.

1874

1776.

Lamiæ (Zeitun, Zeitun, Zeituni); ed. Paul. Lucas. Itin. Gr. As. mss. etc. T. IV. p. 318, n. 52. Et ex illo, mittente Bimardo, Murat. Tell. ap. p. 3. in izir. . . .

Dedi Muratorii exemplum, etsi emendatum a

Bimardo - ut videtur. Luc. vs 13

Ἡ πόλις Σεβαστηνῶν Λαμίων Μνασιλαῶν Παρ-
μόνου, ἰφύσει δὲ Σενοφάντου, ἐρετῇ ἔσκεν καὶ εὐχίας τῆς
ἐκείνης. Σεβαστηνὴ dicuntur cives urbis Augustae co-
gnominatae.

1777

ΘΥΜΑΡΗΣ ΔΑΜΟΣΘΕΝΕΟΣ
ΔΑΜΟΣΘΕΝΗΣ ΦΡΟΝΙΚΟΥ

Lucas vs. 1. extr. ΟΕΝΕΟΣ, vs. 2. extr. ΦΡ< Τ
ΚΟΥ. Dedi Muratorianum.

Θυμάρης Δαμοσθένης.

Δαμρσ. Γένης Φρανκοῦ? in

Videtur filii et patris epitaphium.

1778.

Tricca (Tricala); ed. Pouquevill. Itin. T. III. p. 32. ex quo litterarum formam repraesento; sed quum ipse titulum continua serie praebeat scriptum et versus distinxerit duobus punctis, ego eum in versus distribui. Minusculis dedit Hughes Itin. T. I. p. 451. qui acceperat a Graeco Psalida: ex hoc quaedam correxii. E Pouquevillio apposuit Osann. Syll. p. 227.

ΦΩΤΑΘΕΟΙΣΙΚΕΛΟΝCΤΥΓΕΡΩΝΗΤΟΡΑΝΟΥCΩΝ
ΜΟΙΡΗΥΠΑΤΡΕΠΤΩΚΙΜΒΕΡΑΤΥΜΒΟCΕΧΕΙ
ΟΝΠΙΝΥΤΗΠΑΡΑΚΟΙΤΙCΑΝΗΡΟΝΠΟΟΙΡΑ
ΘΑΨΕΝΑΚΟΙΜΗΤΟΙCΔΑΚΡΥCΙΝΑΝΔΡΟΜΑΧΗ

In Psalidae exemplo nonnulla correxit Hugh.
sed ea, utpote ex conjectura profecta, non recepi, nisi
a Pouq. firmata. Vs. 1. Psal. *συγερών*, Pouq. quod
dedi; ibidem extr. Pouq. *ΙΗΠΟΡΑΙΟΥCΙΝ*, Psal.
quod dedi. Vs. 2. Psal. *Κίμβρα*, Pouq. quod dedi;
tum. Pouq. *ΑΤΡΕΠΠΩ*, Psal. quod dedi. Vs. 3.
Pouq. *ΠΙΝΥΤΕ*, Psal. quod dedi. In fine Pouq.
ΠΟΟΙΡΑ, Psal. pro hoc *ὀδῖτα*, quod Hugh. explet
scribendo *φίλ' ὀδῖτα*: possis etiam *παροδῖτα*. Sed lo-
cus videtur aliter sanandus; nam *ἀνθρώγ*, quod vix

θάψεν ἀκοιμήτοις δάκρυσιν· Ἀνδρομάχη.

YAYO - 171 ANO 171
3910X1 - 171 ANO 171

1779.

Larissae Pelasgiotidis, ad Peneum, in Turcarum coemeterio; ex D. Giraud praebet Spon. Misc. erud. antiq. X, 28. n. 8. p. 331.

ΑΓΑΘΟΚΛΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΤΗ ΣΤΡΑΧΗΑΣ
ΕΤΕΛ. ΕΤΩΝ... ΕΠΟΙΗ
ΣΑΝΟΙΑ ΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ

Ἀγαθοκλ[ης]? Μενάνδρου Ἀφροδισι(εύς) τῆς Τραχίας
(Ciliciae), ἐτελ(εύτησεν) ἐτῶν ... ἐποίησαν οἱ ἀπελευ-
θεροί.

1780.

Ibidem in eodem coemeterio; ex eodem Spon. l. c. n. 4. Hinc habet Astorius de Alcmanis monum. p. 9. et ex hoc Murat. T. II. p. XLII. 6.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΓΛΑΩΦΩΝ
ΤΟΣΚΥΖΙΚΗΝΟΣ ΧΑΙΡΕ

Ἀπολλόδωρος. Ἀγλα[ω]φ[ω]ντος Κυζικηνός, χαῖρε.

1781.

Qua via *Tricced* itur ad oppidum Moscoluri s. Mascoluri, secundum Meletium duabus, secundum Pouquevillium tribus a Tricca horis vicus est *Μισδάνι* s. *Meisdani*, ubi ecclesia est ἁγίων Ἀποστόλων cum monasterio. In hac ecclesia in cippo expressus equus conspicitur, et super hac imagine est inscriptio, minusculis edita a Meletio Geogr. p. 388. indiscretis versibus; maiusculis, sed versibus aequae indiscretis a Pouquevillio Itin. T. III. p. 86. Divisi in versus arbitrarios non multum discedentes a Pouq.

ΚΟΙΝΤΑ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΝ ΤΟΝ ΕΑΥΤΗΣ ἄνδρα ΠΑΝΜΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Fundus lectionis est Meletii apographum prorsus intemeratum; Pouq. vs. 1. ΑΦΡΟΔΙ. ΙΝ, vs. 2. post ἀνέθηκε lacunam habet, cui locum reliqui, etsi nihil deest. *Ibidem* Pouq. ΗΡΟΣ.

Κοῖντα Ἀφροδεῖσιν τὸν εαυτῆς ἄνδρα πνήμης χάριν ἀνέ-
θηκε. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

Sic haec legenda sunt; quod ex consensu Meletii et Pouquevillii concedet etiam Letronnius, licet in egregio libro *Recherch. sur l'Ég.* p. 471. alia proposuerit. Ἀφροδεῖσιν est Ἀφροδείσιον, quem

posuit uxor Quinta: de forma Ἀφροδεῖσιν vide ad n. 265. 269. 942. et Addenda ad n. 511. Ἄνδρα manifestum in lapide est, vitione quadratarii an residuum ex prisca dialecto Thessalica, quis diiudicet? Τὴν μητέρα habes in epistola hominis plebei Aegyptii barbare scripta, quae Parisiis in Museo Aegyptiaco asservatur (Peyron. Pap. Gr. P. I. p. 22.). Παναῖκαν, θυγατέρα est in lapide Olbiae ad Bory-

1782.

Larissae ad Peneum in eodem coemeterio, in quo n. 1779. 1780. Edidit Clarkius Itin. P. II. S. III. p. 276. n. 2.

ΑΥΓΗΓΑΙΟΝ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ἄνδρα
ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ
ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Ἀύγη Γαῖον τὸν ἴδιον ἄνδρα μνείας χάριν. ἥρως χρη-
στὲ χαῖρε.

1783.

Ibidem in eodem coemeterio. Ed. Clarkius l. c. n. 1.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΕΡΜΟΓΕΝΗΝ ΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣ ἄνδρα ΠΑΝΜΗΝΙΑΣ
ΧΑΡΙΝ ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Διονυσία Ἑρμογένην τὸν εαυτῆς ἄνδρα μνίας χάριν.
ἥρως χρηστὲ χέριν? Χέριν barbare pro χαίρειν: nisi
fuit χέρε.

1784.

Ibidem in eodem coemeterio. Ed. Spon. Misc. erud. antiq. X, 28. p. 331. n. 9. ex D. Giraud.

ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ Ἑλπίδα τὴν αὐτοῦ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ
ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Ἀβάσκαντος Ἑλπίδα τὴν αὐτοῦ θυγατέρα μνείας
χάριν. ἥρως χρηστὲ χαῖρε (p. ἥρως χρηστὴ χαῖρε, nisi
certe χρηστὴ scribendum, ut n. 1789. At retinet
me n. 1786.).

1785.

Ibidem in eodem coemeterio; edidit idem l. c. n. 3. ex eodem. Habet etiam Pocock. Inscr. ant. P. I. c. 5. s. 5. p. 61. cum lemma „Larissae Zeitoun”. At Zeitoun est Lamia.

ΕΥΒΟΥΛΟΣ ΕΥΒΟΥΛΟΥ
ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Ρος. ΗΡΟΣ.
Εὐβούλος Εὐβούλου. ἥρως χρηστὲ χαῖρε.

1786.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. Spon. l. c. n. 11. ex D. Giraud.

ΑΝΤΙΚΡΑΤΗΣ ΕΥΚΛΕΙΑΣ ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ
 ΓΥΝΑΙΚΙΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ
 ΕΝΕΧΟΜΑΙ ΜΗ ΔΕΝ ΑΕΤΕΡΟΝ ΤΕΘΗΝΑΙ ΧΩΡΙΣ
 ΕΜΟΥ ΗΓΩΝΕΥΣ ΛΟΝΓΙΝΟΣ ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ
 5 ΕΤΕΡΟΣ ΤΟΛΜΗΣΗ ΔΩΣΕΙ ΕΙΣ ΤΟΤΑ ΜΕΙΟΝ ΧΑΒΦ

Ἡ ἀντικράτης Εὐκλεία τῇ αὐτοῦ γυναικὶ μνείας χάριν.
 ἥρως χρηστὴ χαίρει. ἐνέχομαι μὴ δὲνα ἑτερον τεθῆναι, χω-
 ρὶς ἐμοῦ. ἡ γ[ω]νὺς Λονγίνος. εἰάν δὲ τις ἕτερος τολμήσῃ,
 δώσει εἰς τὸ ταμεῖον δηναρίον βφ.

Cf. ad n. 1784. Non intelligo istud ἐνέχομαι;
 hoc enim est: *teneor*; sed desideratur ἀπαγορεύω vel

simile. Ἡ γονὺς Λονγίνος soloecè constructum. Vs. 5.
 ultimum A nihili est; fuit Z, siglum numeris prae-
 mitti solitum, ut in Smyrnaeo titulo sepulchrali Ale-
 xandri Alexandri f. ΧΖΒΦ. Denarii $\mu\mu\mu$ solita est
 multa in hac re; vide Smyrnaea.

1787.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 5. ex eodem. Inde habet Astorius de Alcm. monum. p. 9. et hinc Murat.
 T. III. p. $\mu\beta\sigma\sigma\chi\upsilon\iota$. 10.

ΝΙΚΗΦΩΡΟΣ
 ΕΙΣΑΓΟΡΟΥ
 ΗΡΩΣ ΧΑΙΡΕ

Astor. ΝΙΚΗΦΩΡΟΣ, ex coniectura. Mur.
 falso ΗΕΡΩΣ. Νικήφ[ω]ρος Εἰσαγόρου, ἥρως χαίρει. Fuit
 credo φ.

1788.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 1. ex eodem. Inde habet Astorius l. c. p. 8. et ex hoc Murat. T. II. p. $\sigma\mu\lambda\chi\upsilon\mu$. 5.

ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ
 ΙΑΤΡΟΥ ΧΡΗΣΤΕ
 ΧΑΙΡΕ

Male Astor. ΧΡΙΣΤΕ; Mur. recte.

Ὀνήσιμος Ὀνησίμου ἱατροῦ νίος, χρηστὴ χαίρει.

1789.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 6. ex eodem. Hinc habent Astorius de Alcm. monum. p. 9. Fleetwood Syll.
 p. 203. 1. Ex Astorio Murat. T. III. p. $\mu\beta\sigma\sigma\chi\upsilon\iota$. 15.

ΠΑΡΑΜΟΝΗ ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ
 ΓΥΝΗ ΔΕΘΡΑΣΩΝΟΣ
 ΗΡΩΣ ΧΡΗΣΤΗ ΧΑΙΡΕ

Astor. Mur. ΠΑΡΜΟΝΗ. Παραμόνη Παρμενίσκου,
 γυνὴ δὲ Θράσωνος, ἥρως χρηστὴ χαίρει. Cf. ad n. 1784.

1790.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 10. ex eodem Giraud.

ΛΑΙΝΑΜΕΜΜΙΟΝ
 ΣΥΜΦΩΡΟΝΤΟΝ
 ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΑ
 ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

Λαίνα Μέμμιον Σύμφωρον τὸν αὐτῆς ἀνδρα μνείας χάριν.

1791.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 7. ex eodem.

ΣΩΤΙΑΣ ΣΩΣΘΕΝΗ
 ΤΟΝ ΓΛΥΚΥΤΑΤΟΝ
 ΜΟΥ ΑΝΔΡΑ ΕΚ ΤΩΝ
 ΕΑΥΤΟΥ ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

Sponius ἐκ τῶν αὐτοῦ vertit *ex mea pecunia*;
 id reprehendens Leichius in Mencken. Misc. Lips.
 nov. T. I. p. 477. vult *ex ipsius (viri) pecunia*. Sed
 ita debebat αὐτοῦ esse; ac ne hoc quidem commo-
 dum est. Potius αὐτοῦ licentius est pro αὐτῆς, et
 hoc noto usu pro ἐμαυτῆς, i. q. ἐκ τῶν ἰδίων.

Σωτίας Σωσθένη τὸν γλυκύτατόν μου ἄνδρα, ἐκ τῶν
 αὐτοῦ, μνείας χάριν.

1792.

Ibidem in eodem coemeterio; ed. idem l. c. n. 2. ex eodem. Ex Sponio dederunt Fleetwood Syll. p. 202. 5. Astorius de
 Alcm. monum. p. 8. Ex Astorio Murat. T. II. p. $\mu\lambda\iota\iota$. 7.

ΥΑΚΙΝΘΕΛΑΡΙΣΑΙΩΝ
 ΔΗΜΟΣΙΕ ΗΡΩΣ
 ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Astor. ΧΡΙΣΤΕ; sed Mur. recte.
 Ὑάκινθε, ἡλρισαίων δημόσιε, ἥρως χρηστὴ χαίρει.
 Δημόσιος est *servus publicus*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Praeter operarum vitia complector hoc loco quae ipse mutanda intellexi et quae schedae doctorum vel libri post impressas plagulas oblata attulerunt, ita tamen ut si quid iam in progressu operis correxerim, eo remittam lectorem; postremo ex peritorum censuris potissima refero. Et in schedis quidem principem locum tenent variorum virorum collectanea, quae mihi Köhlerus Petropolitanus, vir eximius, sero misit: has schedas ut plurimum Köhlerianas dico, quod a quo quaeque scriptae sint, nescio: pars tamen est a Fauvelio profecta, manumque eadem scripta, qua schedae a St-Martino missae. Et Fauvelio quidem deberi apographum omnibus locis annotavi, ubi de ea re constabat: ceterum etiam reliqua prope omnia videntur ab eodem esse, qui fere solus hanc inscriptionum molem partim reconditissimarum sibi comparare potuit: sunt autem haec apographa ex parte multo vetustiora quam quae prius habuimus. In ipso opere condendo hae copiae mihi praesto fuerunt inde a n. 1538. iis vero, quae ad prius excusa pertinent, ita usus sum, ut si quid novi afferrent, annotarem, et integras, quas nondum habueram, inscriptiones, in his aliquot summi pretii, iis locis adderem, ubi addidissem, si oblatae maturius essent: ubi nihil novi praestiterunt illae chartae, eas omnino non nominavi; id quod maxime in iis inscriptionibus evenit, quae ex schedis St-Martini editae sunt, ut n. 108. Inter libros imprimis memoro tabulas *Claraci*, quibus titulos Musei Parisini complexus est Comes illustrissimus: his quod a n. 245. demum in ipso opere uti licuit, ad priores inscriptiones annotavi, quidquid in illis scitu dignum vel memorabile repperi. *Osanni* vero Sylloges eam partem, quae est inde a p. 273. accepi, quum opus circiter ad n. 580. perductum esset; *Rosii* librum, cui index „Inscriptiones Graecae vetustissimae” (Cantabr. 1825. 8.) inde a n. 1102. tractare licuit: ex utroque addidi ad priores inscriptiones ea, quae recepissem in opus ipsum, si libri tum iam editi fuissent; qui autem tituli ab illis post impressas nostras plagulas editi sint, ubi nihil ex illorum operibus addendum videtur, non refero. Tomo primo autem iamiam ad exitum perducto *Carolus Vidua*, Comes illustrissimus, per Alexandrum Humboldtum misit mihi „Inscriptiones antiquas in Turcico itinere collectas” (Paris. 1826. 8.): ex quo libro Atticis quaedam addidi. E censoribus *Koppius*, vir rei palaeographicae peritissimus, aliquot inscriptiones etiam in aliis libris praeter eos, quos citavi, excusas esse docuit: quorum quos de industria omisi, eos ne nunc quidem annoto; unus ex iis me latuerat invitum, quo usus ad n. 26. sum. De *God. Hermann*o vide Praef. §. V.

Praeterea et in Praefatione et in his Addendis conscribendis grato animo usus sum et aliorum monitis et imprimis *Maur. Meieri*, *Odofr. Mülleri*, *Schömanni*; qui quum in censuris suis optime docuerint, et quomodo ego in titulis tractandis versatus sim, et quomodo tractari haec materia debeat, aliquoties illorum verba mea facere non dubitavi. Alias censuras sero vidi; ut *Lennepi* et *C. Fr. Hermann*i, iuvenis docti, illam in nova bibliotheca critica, hanc in *Annalibus Heidelbergensibus*: itaque his raro usus sum, ut *C. Fr. Hermann*i mentionem feci ad n. 32. et 72. Ceteris locis ubi *Hermann*i nomen posui, dico litteratorem Lipsiensem celeberrimum.

N. 1. p. 2. Huius tituli interpretationem uberius defendi Praef. §. IX. Initio explicationis, ne quis pro *Ἀγροῦς* *νιέ* expectaret *Ἀγροῦς* καὶ *Διὸς* *νιέ*, monui *Ἀγροῦς* *νιέ* esse idem quod vulgo apud poetas „*Ἀγροῖδος* s. *Λαροῖδας*”: unde adversarius p. 86. me Doricum *Λαροῖδας* vulgato *Ἀγροῖδος* explicuisse finxit.

N. 3. p. 6. a. Dubitationem de fide columnae *Nanianae*, postquam ipsam Venetiis lustravit, candidè retractavit *Thierschius* Gr. Gr. Hom. ed. III. p. 19. (cf. ibid. p. 51.) et in *Itin. Ital. T. I.* p. 268. Nulla inscriptio certioris est fidei; nec merito eam suspectam habet etiam *Rosius* p. 329.

N. 4. p. 11. a. 10. scribe *Atticam*. Ibid. quae de *demiurgis* dixi, iis adde n. 1193. 1542. et nott. Mox b. 19. lege 57. (pro 57.), et b. 14. a. fin. scribe: „addendum certe pretium pactum erat”. Disputationi de proxenia adde dicta in *Introd. Boeot. cap. I.* extr. Ad interpretationem tituli (p. 11. b.) *Meierus* bene monet „donationem legitime apud magistratus fieri; δῶσιν enim grammaticis auctoribus esse ὄραν τις τὰ αὐτοῦ διδῶν τι διὰ τῶν ἀρχόντων”. Idem *Saotin* censet *virum* fuisse, quod *testamenti factio* prisca aetate ne *Romae* quidem competierit mulieri, licet *Ciceronis* saeculo competierit mulieri sui iuris. Credo tamen meam sententiam p. 12. a. explicatam stare posse.

N. 5. p. 12. Viri, qui hominem inter eos constitutum invadunt, sinistra tenent vaginas gladio- rum; ut hos ex illis modo exsertos esse putes: ceterum *gladii iam exserti sunt*, quos *exseri* in lemmate dixi, propterea quod actionem eam respexi, cuius eventum repraesentat imago: prope nihil interest, utrum illud an hoc dicas, nec quidquam alterutrum ad interpretationem tituli pertinet, quippe qui explicari omnino nequit. Multum tamen interesse putat *Hermannus*, qui praeterea illum, qui gladiis petitur, non *supplicem*, sed *exterritum* esse dicit; ego cum *Hirtio* *supplicem* dico eum, qui alteram

manum versus sinistrum, alteram versus dextrum aggressorem protendat: simul eum exterritum esse quis neget? Porro in vase hoc Dolonem repraesentari, quem invadant Diomedes et Ulysses, Hermannus negat; mediam enim figuram, contra quam apud Homerum, esse inermem (hoc monueram ipse), nec pelle lupina sed pallio tectam: deesse Ulyssis et Phrygis notas; nullum haberi scenae Homericæ vestigium; nec figurarum positum eo referri posse. Hirtius noster etiam post Hermannum in eo perstat, quod in opere Hamiltoniano dictum est; ac sane figurarum positus convenit in duos illos heroes Dolonem aggredientes, exploratorem vero inermem repraesentari omnino consentaneum est; nec quod ab Homericæ narratione quaedam discrepant, mirari potest qui artificum norit licentiam. Equidem de hac interpretatione modeste dubitavi; hypothetice tamen tentavi explicationem inscriptionis, eamque ipse reieci. At Hermannus confidenter pronunciat Orestis et Pyladis in Aegisthum impetum repraesentari; nec tamen illi haec sententia minime demonstrata profuit quidquam ad titulum interpretandum; nihil quidquam potuit huc referendum extricare, sed ut ego titulum ex alio vase male transcriptum dixit. Totus incubuit in hoc, ut in meis praeter ea, quae ipse reprehenderam, reprehenderet etiam alia; sed falso omnia. Primum enim πεπτομῆως a Buttmanno perperam formatum esse dicit contra ipsius grammaticam ampliorem T. I. p. 342. idque eum videri passive accepisse pro ἐπτομῆνως, ad Dolonem relatum. His respondet Buttmannus his verbis: „Formam πεπτομῆως in obscuriori aliqua dialecto usurpatam suspicabar eadem et forma et sensus ratione, qua eiusdem stirpis verbum πεπτῆως in Homericæ; de quo tamen nihil monebam, certus mentem meam neminem fugere posse, de indigno viris ioco securus”. Dein adversarius non intelligit, quid sibi velint verba mea: „Nec tamen aptum illud dis videtur: certe si Homerum contuleris, etiam melius poterat τῆς dici, vel etiam τετράνης”. Quippe dis πεπτομῆως ex Buttmanni sententia est bis perterritus; id mihi non placuit, quod in continua actione terrores numerari videbatur ludibundum: sin numeres Dolonis terrores, videtur saepius quam bis perterritus ex Homericæ narratione Iliad. κ, 341-455. semel quando ἔσση δούπον ἀκούσας vs. 354. tum fugiens vs. 357. tum ubi de eius tremore refertur vs. 374. 390. Sed me his rebus nihil tribuere sponte patet. Porro pro ἐπάσσο Hermannus postulat πάσσαις, male: nam qui Dolonem in eo esse videbat, ut occideretur, non nacturum illum mercedem, sed nactum intelli- gebat: iam enim pro nullo censendus est. Praeterea πεπτομῆως passivo sensu recentioris usus esse dicitur: vere: sed quidni id antiquitus iam in aliqua dialecto extiterit? Ita censet etiam Buttmannus. Postremo ne de caesura κατὰ τετράπρον ἑξαχάρων dicam, quam ne adversarius quidem mihi obicere ausus est, reprehenditur hiatus vs. ἐπάσσο. Hiatus me aegre ferre ipse satis scit Hermannus: neque ille

INSCR. GR. VOL. I.

me latuerat; sed paenitebat in ignoti hominis versiculo de hiatu admisso dicere vel verbulo, multoque magis eum cavere. Cf. Praef. §. XI. Denique quod profecit Hermannus, hoc est: τοῖον (vel τοῖων) vs. ἐπάσσο, quod tantum quantum nihil.

N. 6. p. 13. Sigillum Polycratis adhuc manere in Nanianis, docet Thiersch. Itin. Ital. T. I. p. 266. Hirtius tamen monet quo tempore Naniana monumenta ipse viderit, non id in illis affuisse.

N. 8. p. 14 sqq. Epistolae Bentleianae, quae in lemma affertur, exemplum Britannicum in Burney collectione epistolarum Bentley extat, unde repetierunt et alii et Friedemannus, apud quem est p. 212 sqq. Sigeensem inscriptionem quod dixi recentioris aetatis fetum esse, probavi Buttmanno, Maur. Meiero, Odofr. Müllero, Schömanno, Welckero; ex quibus viris duo historiae artium, ex qua argumenta petii, sunt peritissimi. At magno conatu mea impugnavit Hermannus non modo p. 37. sed prolixā commentatione p. 190-219. quam eadem fere rerum serie servata sed brevius percensere coactus sum: etenim me et quaedam omisisse contendit ab aliis collata, et male disposuisse argumenta, nec demonstrasse id quod volebam; nec recte verba inscriptionis explicuisse. Omisi igitur Dawesium Misc. crit. p. 121 sq. cum notis Burgessii p. 423 sq. Toupiū Em. ad Suid. T. II. p. 367 sq. cum notis Porsoni T. IV. p. 481. Quae mihi cognita fuisse, p. 21. a. certe ex parte docet, ubi attuli Theoph. Schneideri libellum de dial. Sophocli p. 47. qui disputat contra Dawesianā: quin in ipso lemma dixi me alios omittere. Cur vero tantorum virorum omisi nomina? Nempe Dawesius pauca et hodie trita ad exemplum male fidum notavit: Toupius similiter pravo usus apographo falsam protulit coniecturam, quam Porsonus ex lapidis scriptura tribus verbis refutat; haec tacui, quod ipsa lapidis scriptura supervacuam Toupiū et Porsoni mentionem reddebat. Burgessii vero notulam non putabam cuiquam fraudem facturam: nunc tandem Hermannī causa de ea disputandum infra erit. Insignem autem in ordine disputationis meae reprehendendo importunitatem reprimet brevissima huius ordinis adumbratio ab Hermannō parum perspecti. Primum externa et ad universum monumentum pertinentia considerans quaero, cur idem in eodem lapide bis scriptum sit, et quod huic rei coniunctum est, uter titulus sit vetustior: quae expositio me p. 17. a. media eo iam deducit, ut tituli antiquitatem affectatam habeam; alterum argumentum promitto me ad §. 1. allaturam: tum de palaeographicis et dialecti ratione dico. Mox ad singula accedens, per quattuor §§. diviso titulo, in unaquaque parte interpretationi addo ea, quae possint ex ea parte ad iudicium de tituli aetate ferendum peti. Et §. 1. quidem quod supra promiseram, hoc non primum, sed affero, simul significans esse hoc non primum, sed alterum, ubi p. 19. sub fin. titulum ipsa repetitione suspectum dico; id quod ad primum refertur argumentum: ut videas iniuriōse fingi, prioris me ar-

Rrrrr

gumenti ibi oblitum esse. Similiter §. 2. extr. post explicata verba e delectu vocabulorum nimis diligenti et grammaticum redolente meum confirmo iudicium; §. 3. verba tituli affectatae simplicitati prorsus congruere noto; postremo §. 4. quod hic primum artifices nominantur, de Proconnesia horum origine coniecturam propono et ex artis et artificum historia meae sententiae quaero patrocinium. Appendicis loco de Bentleiana ratione dixi. Sic unice ordinanda materia erat, ne lectori iudicium meum obtruderem, antequam ad ea pervenisset, unde petitum iudicium est: sed ut conferret lector ea, quae simul considerata essent, neve eadem his dicerem, ubi opus erat ad alias disputationis partes remisi; quod nemini non conceditur me excepto. Sed pergo ad ea, quae de ipso titulo et interpretando et iudicando prolata sunt.

Primum quæ p. 16. a. de Chishullo et Bentleio dixi, impugnantur; in qua disputationis parte ex Bentleii verbis rettuli, noluisse illum *inferiorem* titulum *antiquiorem* et primitivum esse; nam *neminem tam inepte facere potuisse, ut immenso superiori spatio relicto primitivam inscriptionem infimo prope loco poneret.* At Hermannus ex me refert, *Bentleium non intellexisse, cur tantum inter utramque inscriptionem spatium relictum esset, nec quemquam tam stultum futurum fuisse, ut potiore inscriptionem infimo loco apponeret.* Sic statim in introitu commentationis nescit, quae agatur res: longe aliud ego dixi, longe aliud ex me rettulit; non de *potiore* titulo dicitur, sed de *antiquiore*; non de *spatio inter utramque relicto*, sed de *spatio lapidis superiori universo relicto* h. e. *eo, qui inferiorem titulum*; ubi hic antiquior habeatur, *infimo loco apposuerit.* Accedit quod inter utramque inscriptionem non est magnum spatium relictum. Sed quae mihi obiiciuntur in hoc disquisitionis loco, duo sunt. Alterum est, quod Phanodici protomen lapidi impositam fuisse sumam sine demonstratione posse: enim etiam *ἀντίφρα* sive *ἀντίφρα* ad *Φανόδικον* *εἶναι* intelligi, non solum *εἶναι*, contra quam dixerim adversus Bentleium (p. 22. b.): ut in epigrammate ap. Pausan. V, 8. *Ἀντίφρα δὲ πένδος*, et ap. Herodot. I, 51. *Ἀλκιδάμου τινος* immo proprie nihil suppleri oportere. Concedo hunc genitivum ad dedicantem relatum, ubi nulla sit ambiguitas: nihilominus *nexus orationis*, quamdiu quid impositum fuerit nescimus, sponte eo deducit, ut ille genitivus ad imaginem referatur, quae fuerit imposita. Neque vero hoc argumento usus imaginem fuisse impositam statui, sed quod foramen superest inserendae protomae inserviens (vide lemma p. 14. et p. 18. a. extr.). At hoc ipsum falso oblectum est; verba *Φανόδικον* *εἶναι* possunt vel hoc solum significare, esse hoc *sepulchrum Phanodici*; potuit illi foramini alius tantum lapis insertus esse, cui insisteret aliquid, sigillum numinis, vel ille crater cum colo et hypobathro; quae omnia quum pro una recensentur, potuit singulari numero *εἶναι* dici. Minime vero. Nam ut taceam, quam hoc absonum sit talem lapidem et titulum

habere pro sepulcralibus: lapis ubi lapidi inseritur per commissuram (*ἀγμὸν*), commissura elaboratur angularis, non rotunda, quale illud foramen est; ac si alius esset lapis impositus, non poterat is quidquam esse nisi cymatium: cymatio vero si pilam ornare voluisset artifex, non elegisset alium lapidem, sed in ipsa id pila expressisset. Itaque rotundum quiddam insertum pilae erat; huic rotundo autem nec crateris hypobathrum apte imponi potuit nec sigillum numinis; nisi forte aereum dices sigillum fuisse, cuius basis inserta foramini esset: sed quantulum fuisse hoc sigillum basi insistentium digitorum diametrum habenti, idque in lapide tam amplo positum? Quare protomen per cylindrum infixam lapidi iudicavi, ut vulgo fit. Eadem docet Müllerus his verbis: „Quicumque inscriptionem infra scriptam legerit, *Ego sum Phanodici, et ego Sigeensibus craterem dedi*, sponte intelligit, Phanodici personam repraesentari. Hanc vero imaginem fuisse protomen, quae ope rotundi foraminis adhuc conspicui infixata erat, apertum est: protome cum pila formabat Hermam, cuius generis plurimi extabant. Quin latitudo lapidis (1' 6") et crassitudo (supra 10") tales sunt, ut thorax humanus solitae mensurae insidere potuerit; quapropter lapis supra non habet cymatium, quod ex eodem saxo caesum fuisset, si adesse id voluissent. Unaquaeque alia ratio imaginem collocandi solidus fuerit Soloecismus vel potius Alabandismus artificis." Alterum autem, quo petor, telum est illud, quod Chishullus ministravit: qui superest lapidem alii fuisse impositum; nisi enim hoc statueretur, inferiorem inscriptionem ut primitivam male infimo esse loco positam; ceterum ob tenuitatem lapidis hunc Hermannus ad parietem putat collocatum fuisse. At sive in pariete positus lapis fuit sive secus, protome, quam impositam fuisse docuimus, cum lapide constituit Hermam; Herma vero non imposita basi, nimisque alte posita imago fuisset; si magnus ille lapis alii fuisset lapidi ita impositus, ut inferior inscriptio ori legentium admoveretur propius. Quare erratum a lapicida statui in inferioris tituli loco eligendo; dein proportionis causa additum esse superiorem titulum, et ut tamen aliquid inesset discriminis, hominem grammaticae studiosum formas litterarum, dialectum et verba aliquot variasse; alia omissa esse, quod ceteris repetitis esset iam consilio satisfactum. Coniectura haec est, fateor; sed si eam non demonstratam logice esse Hermannus docet, non videtur aestimare, quid intersit inter demonstrationem et coniecturam; quae excogitatur, ut ea concilies, quae demonstrata prius sint. Neque enim expediri res sine coniectura potest, nec coniectura non est probabilis. Nam errant haud raro vulgares operae, quibus utuntur etiam artifices; atque ut concedamus, ut nos rem propositimus, vitium esse vitio correctum: tam lauditer est universas Sigeensis titulus, ut illius auctori etiam ille lusus sine temeritate possit tribui. Anne vero huiusmodi lusus sine exemplo est? Nemo ya-

riis litteris lūsit Archedamius (n. 456.)? Nonne Herodes illūsit marmoribus suis? Nonne n. 4759. nihil potest nisi antiquarii lusus esse? Quod superest, quoniam in spatio ratione magna huius quaestionis pars versatur, id quoque quaesitum est, quomodo factum esset, ut apud Chandlerum inscriptiones eo essent loco collocatae, ubi apud nos, Chishullus, autem super titulo superiore nullum, sub inferiore maius reliquisset spatium. Nempe quod Chishullus monumentum falso delineatum praebuit, ideo id ex Revetti pictoris tabula iterum repraesentavit Chandlerus; pictoris vero in tali re summa est auctoritas, ut quod non licet nobis necedere, illi credimus. Superiorem inscriptionem post Phanodici obitum posse additam esse negavi p. 17. id. quod non tantum iuris, cuiquam in alieno esset monumento, ut quod libet adderet. At monumentum in potestate Sigeensium fuit, inquit; si certa post Phanodici fata potuerunt inscriptionem addere, ut potuerunt prorsus delere, si causa fuerit delendi. Equidem illi argumentis, quo sublato non mutatur mea sententia, non multum tribui, neque eam firmabo sanctitate monumentorum exponenda, etiam diris subinde acta: sed si monumenti colloca-tionem Sigeenses concesserunt, Phanodico potuerunt quidem id tollere revocata concessione, nec tamen ideo in eo ex arbitrio quae vellent mutare. Verum probabilius est, inferiorem inscriptionem in prytaneo obiectam structura aliqua esse: itaque eius argumentum in superiore parte repetitum postea est, tertia persona pro prima §. 2. assumpta, omis-sis iis, quae iam non convenirent, usurpatis litteris novis, quae tum usitatae erant, dialecto recepta Ionica, ab uno fortasse ex Phanodici posteris ut-pote Ionico. Quasi vero haec sententia eas tollat difficultates, quae me ab illa probanda deterrue-runt. Nam si quis inferiorem titulum in conspi-cuum transferre locum voluisset, non fuisset causa quidquam mutandi, ne primam quidem personam in tertiam (§. 2.); verba §. 3. tum tandem omitti poterant, si ad Phanodici personam, non ad ima-ginem referebantur: sed ea ad imaginem referri in fra demonstrabitur; postremo cur Aesopi et fratrum memoria neglecta fuerit, quum praesertim spatium universo titulo repetendo suppeteret? Quae quum me offenderent, et quum et lusum grammaticam deprehendere in his titulis comparatis mihi viderer, et cum progressu artium non conciliare hoc mo-numentum possem, si id praeae tribueretur aetati: utramque inscriptionem fere simul exaratam ea ae-tate putabam, quae prisca scriptura Attica pri-dem exoleverat, et Simonidea dudum recepta erat. Haec aetas fere Alexandrina est; nam prisca Attica scriptura exolevit demum Olymp. 94. Alexandrina vero aetate doctos induluisse lusibus litterariis, et grammaticis, num demonstrandum demum est? num non satis id testantur alae, arae, secures? Tamen etiam adversus hoc disputatur, quod Phanodicum ipsum dixerim utraque dialecto, et Ionica et At-tica, in his duabus inscriptionibus usum esse: sed

ex illis, quae de hac re notantur, ob id ipsum, quod eam lusui et affectationi tribuo, nihil quidquam meam disputationem tangit, nisi hoc: Si talis lu-sus in titulo diversa et dialecto et scriptura repe-tendo non conveniat aetati septem Sapientum, quod is stultus sit, non magis eum convenire ulli aetati: neque illam aetatem adeo posse sapientem haberi, quae septem tantum Sapientes numerati sint. Quod delect a viro clarissimo scriptum esse. Nam pri-mum ea aetate, quam paulo liberior usque ad Si-monideas litteras probatas computavi, non potuit in dialecto varianda ludere, quod tum grammaticen non exercebant docti, neque illis dialectorum varietas doctrinae ostentandae materiam praeberebat. At Alexandrinis saeculo, florentibus grammaticorum studiis, maioris momenti fuit dialectorum ratio iamiam ex-olēcentium, et potuit aliquis in hac re peritiam antiqui usus monstrare. Quis vero sine summa ar-rogantia spernere aetatem septem Sapientum possit, virorum prudentia civilis et simplici sapientia in-signium fecundissimam? Quis, qui sciat, quo casu septem Sapientum nomen inclaruisse feratur, inob-plures quam septem tum prudentes et sapientes tri-ginta numerari potuisse contendat? Quis, si non hoc ob id negat, subijciat, accedo ad palaeographicas, quae in meo non obstare, quominus uterque titulus putetur recentiore esse aetate scriptus, immo superior-rem certe titulum sola affectatione esse. *Βοιωτογενῶν* exaratum, quo enim tempore Ionica litteratura reu-cepta fuerit, non constat, fuisse hoc scripturae genus. Igitur non quidquam promissa de universo monumento sententia collegi ex his palaeographi-eis; nec refello, quae adversus aliquid dicuntur, quod ego non dixi: sed in ea luce litterarum, quae Simonideam, Pandarum, Ionicos scriptores et philo-sophos viderit, quam multi iam extiterint scripti li-bri, antiquata saltem scripturae rudimenta fue-rint, secundum quae versus ducebantur *Βοιωτογενῶν*. Hoc qui negat, eum argumentis tui oportet, vel potius exemplis. *Βοιωτογενῶν* illud non est. Ad §. 1. male dicor collegisse, lapidi esse ima-ginem impositam. Sane interpretationem ita propo-sui, ut ea conveniret sententiae de imposita ima-gine; unde posthac dico: *imposita igitur imago fuit*; nec paenitet me huius rationis iactae, in qua omnia prorsus congruunt; ceterum imaginem impositam fuisse patebat iam ex ipsius lapidis condicione, ut statim in lepmate dixeram: idque paulo ante satis defensum est. Diutius singulis quibusdam rebus prorsus putidis immorari cogor. Nam p. 18. h. va-riis opinionibus pertractatis hoc dico *superesse*, ut Phanodicus ipse suam imaginem dicat, vel id po-suerint defuncto propinqui; sed statuo prius, quod stili monumenti non sepulchralis sit. Stili hic docetur pro argumento me dixisse; quod mihi non in mentem venit. Stili enim praeter alia in for-mulis cernitur, ut curiali, quem vecant, stilo cer-tae formulae propriae habentur: sic sepulchralia mo-numenta aliis, donaria aliis formulis insignia sunt. At in Sigeensi lapide non reperio epitaphiorum for-

mulas; igitur *stibum* dixi non sepulcralem: et hinc colligo titulum non esse sepulcralem, sive non esse sepulcrale argumentum. „At non hoc *superest*, ut Phanodicus suam dicarit imaginem; hoc debebat primum esse, *quum hoc diserte in lapide scriptum sit*“. Lego relogoque titulum; neque id invenio in lapide. Scilicet post verba *θεωδίκου αὐτὸ τοῦ Ἐπιμενεύου τοῦ Ἡγωνιστοῦ* additur: *καὶ ἡ κρῆττα καὶ πιστάτων καὶ ἡδυνήτων πρὸς τὸν ἀντικείμενον ἔδωκε μνημα Σίγελῶσι*: et ex hoc additamento a viro acutissimo collectum est, quod scriptum in lapide dicit, Phanodicum ipsum hoc monumentum posuisse. Sed ego, quomodo id inde colligatur, non percipio. Nam his verbis is, cuius imago cernebatur, sua de Sigeensibus merita proponit: num tamen ideo ipse haec scripsisset, ipse monumentum hoc condidisse censendum est? Nonne alius eum prima persona loquentem facere potest? Evolve titulos; haud rara reperies exempla, ubi *defunctus* suas praedicet virtutes prima loquens persona: anne igitur *defunctus* sibi posuit monumentum, sibi epigramma, quo praedicatur, inscripsit? Anne Thesmophanes puer scripsit et posuit versus n. 956. Iconius versus n. 942? Sed quid exempla congeram rei notissimae?

Impugnatur deinceps altera causa, ob quam de tanti vetustate dubitavi: et primum vapulo, quod non dixerim hanc esse alteram; quam iniuriam supra repuli. At deseruerat me Hermannō iudice illa mea antiquitatis cognitio, quum scribebam haec: „Simplici illa aetate nulla civitas immodicam hapolatura arrogantiam erat, ut, quod hodie reges faciunt, privatus imaginem suam publico donaret, vel ea publice ponenda vanam sibi gloriolam quaereret“. Amasis enim *multas* imagines ipsum repraesentantes *hunc in usum* donavit (Herodot. II. 182.). Quae quidem Amasidis dona mihi probe nota (v. Explicat. ad Pind. p. 172.) in Sigeensis lapidis translatione omisi sciens. Tres Amasis ipsum repraesentantes imagines in Graecis civitatibus collocavit; nam Lindi posita Minervae fuerunt simulacra: Cyrenis, unde eius uxor, posuit Minervae imaginem et in tabula expressam suam, quam tabulam, ut illud Minervae simulacrum, et prope hoc, in templo positam esse, sponte patet; Sami in Iunonis duas ipsius imagines posuit, ut hospitis sui Polycratis deam veneraretur. Non igitur in publico Amasis statuas proposuit Graecis in civitatibus, sed religionis causa in templis dicavit. Nec quid rex Aegyptius fecerit, quid huic licuerit, ad Phanodicum pertinet; de Graecis et privatis dicendum fuit. Itaque dixi de Themistocle: sed hic quoque suam imaginem in templo dicavit, nec sine invidia; quae etiam Phidiam et Periclem invasit (Plutarch. Pericl. 31. non 32. ut p. 19. b. 14. excusum est). Memoratis deinceps Bupalō et Anthermo (vel potius Athenide, ut nunc rectius eum vocant) Theodorum Samium concessi sese ex aere fudisse: cuius imago quod Plinio auctore tribus laevae manus digitis quadrigulam tenuerit tantae parvitas, ut totam eam cum curru et auriga aliis tegeret musca simul facta,

hinc ab Hermannō colligitur tanta illa aetate statuarum perfectio fuisse, ut quae de artium progressu dixerim, falsa sint habenda. At primum a me non de solo agitur artificio: nego tum iam moris fuisse, ut exigui meriti causa imago viri in publico collocaretur. Cum hoc non pugnat sigillum Theodori, quod hic vel *domi habuerit* vel *dicarit in templo*; etiam alienius vero a nostra re sigillum Polycratis est. (n. 6.), quod nemo pro Polycratis potest imagine habere: quamquam huius quoque mentio facta nescio quamobrem. Deinde, ut etiam de artis perfectione, quae illa aetate esse potuerit, dicam, harum rerum periti ab eadem quia ego sententia stant, neque istam muscam et quadrigulam patiuntur sibi fraudem facere: quam quadrigulam non potuisse a Theodoro elaboratam esse, apertum iudicabam; quare ne verbo quidem de ea re dixi: immo recte Meyerus Hist. art. T. II. p. 25. et Müllerus Aeginet. p. 99. universam illam imaginem abiudicant Theodoro. Neque ego aliter censeo aut censui, licet Theodorum sese ex aere fudisse concesserim et adhuc concedam: rudis enim Theodori ars fuit, certo auctore Pausania X. 38, 3. ubi de eius loquutus opere; nec quod Polycratis ille anulum scalpsit, ideo is opus adeo subtile fecisse putandus est. Sed nunc mea de ista imagine sententia, quam texi donec provocarer, uberius explicanda est. Antiqua, credo, imago extiterat Theodori ab ipso ex aere fusa; at haec non fuit illa, quam dicit Plinius his verbis: *Theodorus, qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex aere fudit, praeter similitudinem mirabilem fama magnae subtilitatis celebratus. Dextra limam tenet, laeva tribus digitis quadrigulam tenuit, translata Praeneste, tantae parvitas, ut totam eam currumque et aurigam integeret aliis simul facta musca*. Quid enim si haec imago Theodorum quidem referebat, utpote os eius ex antiquo sigillo expressum praebens exacte, sed recentius facta erat, quod artifex quidam muscam et quadrigulam potissimum a sese elaboratam repraesentare vellet? Quod si volebat, non potuit aptius facere: finxit statuarium inventis clarum Theodorum, cuius imaginem ex sigillo antiquo norat, limam tenentem, et altera manu illam quadrigulam, quam ostentare artifex volebat. Ipse vero artifex qui fuerit, probabiliter ostendetur. Nempe Plinium constat ex variis fontibus sua corrasisse sine iudicio: qui quum Praeneste sciret quadrigulam illam et muscam esse, quum praeterea ex Theodori imagine eam desumptam esse nosset legissetque Theodorum sese ex aere fudisse, temere colligit, eam imaginem Theodori, ex qua deprompta illa quadrigula erat, ab ipso Theodoro una cum musca et quadrigula factam esse. At rursum aliis locis servavit nobis artificem illius quadrigulae. H. N. XXXVI, 4. extr. *Sunt et in parvis marmoreis famam consecuti, Myrmecides, cuius quadrigam cum agitatore cooperuit aliis musca, et Callicrates, cuius fornicarum pedes atque alia membra pervidere non est: ubi quod Plinius opus marmoreum dicit,*

Theodorici musca, et quadrigula. Post Theodororum
 vero memini Chirisophi. Is mihi non valde anti-
 quus videtur: quis vero docuit esse antiquum?
 Sane Pausanias ubi de Chirisopho dixit, etiam Da-
 dali meminit: at, qui Pausaniam norit, non ideo
 putabit Chirisophum priscum esse artificem. Sed
 duo alia oblitus decore! Quippe in Amyclaei Apol-
 liniae solio ἀνίστατο, ἡχοὺς ἐπὶ τῷ θρόνῳ κειμέναι, Μο-
 ῖρῃτες αἱ στυγερὰ λέγουσι Βαδυνῆϊ τὸν Θέρον (Pausan.
 II, 18, 8), et Croesus in Delphicum templum pi-
 stricem suam dicavit aurea statua expressam (He-
 rodot. Plutarch.). Quid vero haec ad nostram rem?
 Plurimum enim interest inter Phanodicii imaginem
 ab ipso in prytaneo positam, et pistricem auream
 a rege barbaro in templo dicatam, accepiatissimam
 et pretiosissimam in illa aui infrequentia cimetium.
 Nec Magnetum artificum, quos iconice expressos
 esse necentum quidem est, chorus Apollinem sal-
 tatione venerans, ab ingeniosis et piis sculptoribus
 in sella Apollinis nativa simplicitate representatos,
 cum Phandicii imaginē in prytaneo collocata potest
 vel e longinquo conferri ab eo, qui de qua re age-
 tam cogitet. Denique, ut Mulleri verbis utar, qui-
 cunque chronologiae artis aliquam dederit operam,
 non ignorat, imagines honorarias privatorum, qui
 non sacros ludos vicissent, ante bellum Pelopon-
 nesiacum fuisse parissimas, sed illas statuendi mo-
 debat iam admodum usitatus esse, quando spem
 imaginem publice proponendam dicare licuit ei, qui
 nullo alio merito esset insignis, quam quod in pry-
 taneum (ad convivia prytanum) craterem cum hy-
 pobathro et colo dicasset. Nec de solis hōc Athē-
 nis contendimus: quamquam quidni Sigeenses tum
 Atticos, quorum dialecto etiam concepta inferior
 inscriptio est, ex Atticis potissimum moribus iudi-
 cemus? Verum Phandicus non meritorum suo-
 rum causa imaginem suam collocavit, sed amicitiae
 causa in memoriam sui donavit, quod diserte de
 eum est in titulo. Ita iterum fingitur aliquid in
 titulo dictum esse, quod non dictum est. Legitur
 in titulo hoc: *Ego sum Phandici, craterem verò
 et hypobathrum cum colo in prytaneum dedi memo-
 riae causa Sigeensibus.* Craterem igitur, et quae ad
 craterem pertinent, memoriae causa dedit, non ima-
 ginem, quae a donatis diserte distinguitur. Denique
 statulam sibi vel imaginem in prytaneo collocare, quod
 ne meritis viris conceditur, nonne est
 paulo arrogantius amicitiae documentum? Igitur his
 omnibus rebus nihil quidquam effecit Hermannus;
 qui si etiam Euripidem (Alcest. 349 sqq.) et Aeschy-
 lum (Agam. 425 sq.), Pericleae aetatis poetas, advo-
 cat, ut doceat ne Athenis quidem simulacra amoris
 monumenta offensionem praebuisse, qui evolverit
 illos locos, nihil reperiet aliud, nisi Admetum velle
 uxoris defunctae simulacrum, quod amplectatur,
 collocare in lecto, et in regis domibus ex Aeschyli
 sententia fuisse reginarum statuas: quae a Phano-
 dici imagine in prytaneo Sigeensi posita plane aliena
 sunt. Simul illam imaginem, quantum assequi con-
 iectura licet, fuisse marmoream p. 18. a. praetoneo

ex his, quae posthac addidi: quare difficultatem augeri apertum est. Neque haec, ut dicitur, infirma sunt, quod nondum docuerim imaginem impositam fuisse: de hac enim re inde ab initio non potuit dubitari nisi quadam artes dialecticas ostentandi cupidine.

P. 19. a. extr. quem ex Vossio falso citavi Ser. vii librum, non est VII. sed VI. p. 352. ed. Lion. Fortasse etiam ap. Harpocr. v. *Εκάτης νῆσος*, ubi *Φανόδιμος ἐν πρώτῃ Δελφικῶν*, Phanodius restituentis. Hunc ubi historiam de tripode Delphico in libro de Tripode vel de Septem sapientibus narrasse conieci, non nego eum potuisse eam in Deliacis narrare. *Pium* dixi, quod de sacris rebus scripsit, nam Deliacae maxime sacra sunt, et sacra solent piis potissimum cordi esse: tali pio homini et antiquarum rerum studioso convenire Sigeense monumentum idcirco. At craterem dicare et cetera potuit etiam qui nec pius nec doctus sit. Quis negat? Verum quum craterem prytanum inseriat sacris prytanum, qui ex eo libant, et quum inscriptio me iudice doctrinam sapiat, convenit monumentum donatori pio et docto. Nam quae in titulo reprehendenda sunt, ea quantum ad dictionem pertinent, non tam inscitiae scribentis quam affectationi tribuenda videntur, quae fit, ut aliquid paulo perversius, dum simplicitas quaeritur, ponatur de industria: quae autem in orthographia peccata sunt, lapicidae, non auctori imputo probabiliter. Quodsi dixeris, sed Phanodius affectasset priscum colorem, curaturum eum fuisse, ut titulus perfecte imitaretur antiquitatem, sicut factum sit in columnis Herodis, eumque tituli delinationem exactam fuisse lapicidae tradituram, ne quid hic ex sua admisceret aetate; non dubito quin tradita lapicidae delineatio sit, sed tamen hic non caverit errores: quod non mirabitur, qui operas vulgares experientia rerum norit. Ceterum in litterarum ductibus et scripturae forma titulus antiquitatem aequè refert diligenter ac columnae Herodis, et ex orthographicis vitis in titulo inferiore ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ certo debetur lapicidae, quum rectius compareat §. 3. unde etiam ΕΡΟΙΕΙΣΕΝ §. 4. eidem imputandum erit. Contra ΣΥΚΕΥΕΥΣΙ in superiore titulo ne vitium quidem haberi probabiliter potest. Postremo quod ad columnas Herodis n. 26. provocatur, id ipsum nobis favet. Nam in altera columna, prout ex prioribus apographis edita est, integer desideratur versus: quem etsi ea apographa, quae in Addendis memoro, habent, nondum constat vere in lapide esse. Immo contrarium est verisimilius: atque etiamsi ex his apographis emendaveris illam columnam, residuebit vitium idque antiquam migrans scribendi rationem, ΑΡΡΙΑ pro ΑΡΡΙΑΙ. Utut de hac re iudicabis, facilius errabatur a lapicida, qui recentiore aetate priscam scripturam incidere iubebatur, quam qui incideret verba et formas sua aetate usitatas.

Paucis defungi licet §. 2. Ubi quae de verborum et formarum diligenti in utroque titulo delectu dixi, levi transmissa iudicio, non refutata,

ea quantum valeant, optime notat Müllerus: „In oculos incurrit, ait ille, grammaticum studium Ionicam linguam et Ἰωνικὰ γράμματα Atticae dialecto et Ἀττικαῖς γράμμασιν ex adverso componendi: secunda inscriptio plures offert crases coacervatas (καὶ γὰρ, καὶ πρίστανον, ἀδελφοί, et fortasse Δισωπος), quam genuinorum dialecti huius monumentorum plurima repraesentant. Quae locum tumentur, etiamsi inferior inscriptio concepta erat, antequam auctor de superiore addenda cogitaret. Porro mihi defendendum est, quod ad §. 3. μελεδαινεῖν dixi medica significatione huic verbo propria usurpari: medica enim non propria esse dicitur. Propriam appello non generalem (et in ipso etymo sitam), sed quae usus proprietate invaluerit, restrictionem et ad certas res vel ad certa quaedam negotia vulgo accommodatam. Generatim μελεδαινεῖν de quavis cura est, restrictius de medica. Sic curatio Latinis ad quamvis curam refertur, sed restrictius et proprie ad medicam. Donatus ad Ter. Andr. I. 1. post init. Curatio proprie medicorum est, cura reliquorum; hoc est, si restricta et usus proprietate sancita utaris significatione, de medicis curationis vox usurpatur, curae de ceteris: nam medicis propriam curationem non ita dicit Donatus, ut neget etiam de aliis praedicari curationem posse, si quidem Ciceronem legit, sed vocem ex usu vulgo obtinentem restrictius et proprie usurpatam ad medicos referri vult. His addo verba Quintilianii Inst. Or. VIII. 2. ubi de proprietate sermonis dicit: „Et tertius est huic diversus modus, quum res communis pluribus in quo aliquo habet nomen eximium, ut carmen funebre proprie naenia, et tabernaculum ducis augurale: item quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem, Romam accipimus, et venales, novitios, et Corinthia, aera; quum sint urbes aliae quoque, et venalia multa, et tam aurum et argentum, quam aes Corinthium. Vides restrictionem vocis significatum Latine vocari proprium. Profecto dura mihi necessitas imposita est, qui talia defendere cogar.“

Post §. 4. de artificum origine verisimili et rebus cum ea coniunctis disputans, marmoream iudico Phanodici imaginem fuisse: nam si fusa ex aere esset, quorsum illae tam intentae preces: *Ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαινεῖν με, ὦ Σίγειος?* Sane etiam aes laedi potest, sed difficilior; atque insuper Proconnesii viri mentio manu ducit ad marmorariam. „At universum monumentum cum lapide marmoreo, qui laedi potest, intelligere licet.“ Hoc examino distinctius. Initio dicitur: *Φανόδιον εἰς τοῦ Ἐρμοκράτους τοῦ Προκοννησίου*; pergitur: *καὶ γὰρ κρατῆρα καπρίστατον, καὶ ἡδμὸν ἐς πρυτανεῖον ἔδωκα μνημα*. *Σίγειος*; postremo additur: *Ἐὰν δέ τι πάσχω* etc. In his personam aliquatenus variatam esse, utut interpreter singula, concedendum est: nam media particula ex ipsius est Phanodici persona dicta; prima et tertia possunt varie trahi. Ponamus igitur aut utrasque has aut certe tertiam ab universo monumento, hoc est a magno lapide et imposita natura

lis magnitudinis protoime dici: tum magni lapidis persona exiguu capite instructi commutata cum viro ipso erit. Profecto vir et imago eius confundi possunt; sed qui talis lapidis et viri personam commutarit, stipes fuerit et lapis. Itaque verba *ἐὰν δέ τι πάσχω* etc. si de artis opere intelligenda sunt, tribui debent protomae, quam impositam fuisse docui; et fit ex illis probabile hanc fuisse marmoream. Quodsi marmorea fuit, ex vulgari de titulo Sigeensi sententia *Aesopus et fratres tantum non primi iconicas fecerunt imagines*: unde mirum est nihil de illis et de prisca in Proconneso marmorariorum fictorum officina narrari, quum praesertim Sigeense superesset monumentum. „Nempe marmoris scalpendi ars iam inde ab Olymp. 40. coepta erat; et vulgares Aesopus et fratres opifices fuerunt”. At quid eximium est in artis rudimentis? Nonne tum etiam tennia initia magni erant momenti? Et certe Solonis aetate iconicas imagines ex marmore confici solitas esse non constat. Quapropter omnibus collectis utrumque titulum esse recentiorum iudicavi, superiorem vero casui potius quam consilio originem debere: cuius disputationis nulla pars haec usque labefactata est; immo ne ordinem quidem argumentorum iure vituperavit adversarius acerrimus. Sane in hoc titulo non perficere licet, quod n. 25. perfecimus, ut recentior illius titulus demonstraretur argumentis prorsus certis: sed etiam si omnia, quae dixi, falsa essent, nondum de remotiore constaret tituli aetate: nunc quum argumenta in ea probabilia sint, probabilior est monumenti aetas recentior. Quo deducta re superest, ut ea examinem, quae de tituli explicatione in fine addidit Hermannus.

Equidem titulum iuxta interpretationem complexus non solum singula verba exposui, sed etiam nexum partium paucis docui: §. 1. tituli ad imaginem, §. 2. ad Phanodiceum, §. 3. 4. rursum ad imaginem, ita ut §. 2. imago cum persona Phanodici confundatur; hoc est, omnia loquitur imago, quae sola praesens conspicitur, sed §. 2. imago ipsius viri personam induit. Quam notionem confusionem p. 20. a. init. ex Pausania illustravi; eandem ex n. 747. illustrat Rosius (Inscr. p. 6.). ubi ita dicitur, ut imago pro ipso censeatur viro. Et n. 1582. primum Phorystas dicitur suam posuisse imaginem: *Εἰκόνα τὴνδ' ἀνέθηκε Φορυστάς*; deinde continuo imago induit personam viro: *σὺ δὲν ἀνέρας*. „At primam imaginem de se loqui (§. 1.), dein ut Phanodiceum (§. 2.) rursum ut imaginem loqui et Sigeenses alloqui (§. 3.), postremo pergere ut imaginem, sed alloqui omnes, qui ipsam videant, non iam solos Sigeenses, hoc est nimis malum”. Immo vero nihil inest mali; nisi quod §. 2. imago personam Phanodici induit, quod satis defendimus; quae quod §. 3. alloquitur Sigeenses, non nullam debet offendere; nam quae imago loqui potest, ea potest etiam alloqui Sigeenses, qui adsint: §. 4. autem imago non omnes, qui eam videant, alloquitur, sed neminem; loquitur simpliciter. Nunc vero quae

nam tandem bona pro his, quae mala habentur, sunt allata? Quippe Burgessio auctore (ad Dawes. Misc. p. 424.) formula *ἐὰν δέ τι πάσχω* dicitur testamentaria esse; additur non incognitam mihi illam fuisse formulam testamentariam (vide Corp. Inscr. p. 12.), quae quum aliunde nota sit tum ex testamento Stratonis ap. Diog. L. V, 61. et Argum. Is. de Cleonymi hered. Alibi esse *ἐὰν δέ τι συμβῇ*, docet Burgessius. Omnino haec mihi nota fuerunt; et Sigeensis lapidis verba reddidi ea ipsa formula, qua Romani in testamentis utuntur, ubi dico (p. 21. a. init.): „Quod superest imago ipsa loquitur, sed ita quasi homo sit: *ἐὰν δέ τι πάσχω, si quid mihi acciderit, μελεδαιῶν με, curetis me*”. Pomponius Digest. L. 16, 162. „Siquis ita in testamento scripserit, si quid filio meo acciderit” etc. Plura praebent Lexica. Nihil magis tamen in Sigeensi titulo cogitavi de testamento, propterea quod *ἐὰν δέ τι πάσχω* nihil est nisi ubi moriar, atque aequae extra testamentum quam in testamento dicitur; nec Burgessium attuli, quod is quoque ut ego in vulgari et tradita tituli interpretatione substitit, ex qua haec verba referuntur ad imaginem, adiecta sola testamentariae formulae notitia, qua afferenda nihil proficuit. Nam formula *ἐὰν τι πάσχω* per se aperta est. Rigitur formula; *ἐὰν τι πάσχω, si quid mihi acciderit*, ex omnium priorum hominum mente translatione facili ad imaginem relata esse putabatur, hoc sensu: *Si quid detrimenti patiar*. Nunc autem quid fit? Phanodico ipsi illa verba tribuit Hermannus; Phanodiceus his verbis testamentum scripsit; itaque medicam vocis *μελεδαιῶν* significationem criticus hoc loco reiecit; quae postliminio redibit, quum primum sublatum Phanodici testamentum fuerit. Interim medicandi vi dictum verbum *μελεδαιῶν* cum accusativo construi ab Hermannus additus doctus loco Hippocratis de morbo mul. p. 598. *τὰς δὲ ὑστερας ὠδὲ μελεδαιῶν*, quae ex Foëcio apposuit; et accuso me; quod imas commodos Hippocratis et Herodoti locos forte oblatos in rem meam verti; Foëciumque consulere neglexi; quo me usum esse Hermannus finxit. Attamen si *μελεδαιῶν* passiva vi de medicatione dicitur, quod ex Hippocratis duobus locis, p. 646. et 593. (ita pro 696. scribe p. 2016. a. fin.) a me monstratum est; pluribusque doceri e Foëcio potest; ex transitivi tamen accusativo constructione demonstrata illud ipsum passivum explicandum, et apud Herodotum quoque VIII, 115. ea, quam p. 2006. dixi, ratio sequenda erit. Denique recte attuli Theocriti idcum, in quo *μελεδαιῶν τινά* est de vulgati cura; ut in loco ab Hermannus addito Archilochi apud Orion. v. *ἐπιβόης* ex emendatione Elmsleii (Gaisf. Fragm. 91.): nam *μελεδαιῶν* sive medicam sive aliam vim habet, non potest pro hac vi mutare structuram. Idem est enim in utroque usu significatus; sed in medico restrictus: quae restrictione nullo modo afficitur structura. His interpositis pervenio iam ad Phanodici testamentum. Quod qui excogitavit, eius explicatio fere haec est: „*Εὰν τι πάσχω, μελεδαιῶν με, curetis*

tendum: *si defunctus fuero, curam mei suscipite*. Craterem enim Phanodicus dedit Sigeensibus, ut defuncti susciperent curam, quod nullos Sigei, ubi peregrinus vivebat, habebat propinquos. Vel *ἐάν τι πάσχω* sensu minus stricto etiam de gravi morbo intelligi potest, quo accidente sese curari a Sigeensibus Phanodicus velit. Igitur quum post obitum Phanodici adderetur superior inscriptio, omissae illae preces sunt, quibus iam nullus locus erat". Haud dubie si res ita sese habet, cur §. 3. in superiore desit inscriptione, explicitum est: at cur cetera omissa sint, ne hinc quidem explicari potest, quod supra docui, antequam ad §. 1. accederem. Atque insuper universa haec ratio est eiusmodi, ut mire ris eam potuisse ulli offerri. Primum confusionem personarum, quam minuere volebat, haud mediocriter auxit interpret. Nam *omnia loquitur imago, quae sola adest*; ea ex vulgari explicatione semel §. 2. confunditur cum ipso Phanodico; nunc vero bis, §. 2. et §. 3. Nec prudenter verba §. 3. ita scripsisset auctor, ut e Phanodici dicta essent persona; praestabat ea de imagine ponere, ne quis lepidus homo etiam verba §. 4. quae adduntur continuo, ad Phanodici personam referret: quo facto quid procedat ridiculi, nemo non videt. Deinde ea notionum confusio, ex qua imago personam viri induit, habet suos fines, quos excedere absurdum est: eosdem fines habet personae mutatio, quae fieri nequit nisi per illam confusionem. Absurdum autem est, *imaginem superstitis hominis, quae ponitur, ut superstitionis sit superstes*, viri ipsius persona suscepta ea pronuntiare, quae ad futuram mortem vel gravem morbum huius viri pertineant, et quae ille fieri corpori suo velit: imago enim perdurat etiam post viri mortem vel morbum. Porro anne unquam tale est testamentum scriptum, qualis haec inscriptio est? anne testamenti formula dedicationi monumenti inseritur per saturationem, eaque ex ore sive monumenti sive imaginis pronunciata, quasi viri, et prioribus et sequentibus verbis non ad virum, sed ad monumentum sive imaginem relatis? Et quis credat, cratere donando publicae sepulturae, quam quidem civitas curandam suscipiat, honorem comparari, et a peregrino, et *per testamentum*? Haec profecto nimium absona sunt. Sed remittitur iam aliquid de severitate, et testamentaria illa formula, cuius oblitio mihi exprobratur, iam mittitur universa; nam illud *ἐάν τι πάσχω* non solum de morte, sed de gravi morbo intelligi posse conceditur. Cur igitur tam multum testamentariae formulae tributum erat? Certe in testamentis *ἐάν τι πάσχω* mortem significat, non gravem morbum. Significet tamen gravem morbum, per me licet: ita Phanodicus Sigeensibus donaverit craterem, ut forte aegrotantis susciperent curam, redeunte sic quoque, ut hoc in transcurso addam, vocis *μελεδαινεῖν* vi aut medica aut medicae proxima. Anne igitur Phanodicus voluit medicos et famulos, qui eum foverent, a civitate mitti? anne in nosocomium recipi voluit? Nullumne habuit servulum,

nullam servulam vir apud Sigeenses tam gratus, cui promittere libertatem et bona posset, si ipsum probe foveret; nullum Sigei amicum vel hospitem vel Proconnesium proxenum, qui sive spe hereditatis sive officii causa eum curaret et defuncto iusta faceret; nullum, cui idem mandaret, libertum? Horum est enim, opinor, peregrinos aegrotantes fovere vel defunctorum sepulturae providere, non reipublicae. Itaque verba *ἐάν τι πάσχω, μελεδαινεῖν με, ὃ Σιγείης*, ad imaginem referenda sunt; monumenta enim ne laedantur, curat civitas, quod pervulgatum est; atque id etiam monumentis inscribi, Coo titulo apposito docuit Rosius, ubi habetur: *τοῦ μνημείου τούτου ἡ γερουσία κήδεται*. Quamquam haec res non eget demonstratione. Postremo Silligius in Catal. Artiff. p. 4. Aesopum Sigeensem, ut videtur, narrat cum fratribus vel sociis craterem cum basi et colo fecisse, et provocat de hac re ad Hermanni libellum; quo iure, ipse viderit. Illud nemo intelliget, quomodo primam personam et craterem cum colo et basi et Phanodicus nominari possint simul. Immo Aesopus est sculptor Proconnesius, qui fecit Phanodici imaginem ex marmore Proconnesio.

N. 9. p. 22 sqq. Vide Praefat. §. IX.

N. 11. p. 26 sqq. §. 1. p. 28. b. exemplis Elei pro σ' adde Hesych. *διὰ: τοὺς κριτάς, Ἡλείοι*. P. 29. a. *Ἡρακλῆος* mihi est Aeolicum p. *Ἡρακλῆος*, licet in voce *Φαλῆος* non sit σ' p. 21. Nempe non constat Eleum et Arcadicum Aeolismum prorsus congruere, in publicis autem actis eae solent nominum propriorum formae retineri, quibus utebantur ii, quorum sunt ea nomina, ut in Dorico decreto ap. Dem. de cor. p. 255 sq. non *Ἀθαναίων* dicitur, sed *Ἀθηναίων*. Hermannus vult *Ἡρακλῆος* (ut *Τελῶν*), nec male; modo ne provocetur ad codices Strabonis, qui pro *Ἡρακλῆος* praebent *Ἡρώα*. Qui enim Strabonem versavit, non nescit corruptissimos eius esse codices: et nomen urbis *Ἡρακλῆος* ex Thucydide, Polybio, Livio, Plinio, Pausania, Ptolemaeo, Aeliano, Stephano Byzantio, aliis, ita certum est, ut mentione indigni Strabonis fuerint codices. Ceterum verba *τοῖς Φαλῆσι καὶ τοῖς Ἡρακλῆσι* idem ad sqq. refert et cum *συμμαχία καὶ ἑα* coniungit: quod fieri non potest. Nam a *ῥήτρα* simpliciter dictum nihil significat, nec praecedit quidquam nec praecessit, quo illud relatum esse queat, ut statim docebitur. Neque usui tam congruum est *Ἡλείοις καὶ Ἡρακλῆσι συμμαχία καὶ ἑα*, quam contraria collocatio *ἢ ῥήτρα τοῖς Ἡλείοις* etc. Vulgo enim in principio ponitur foederis notio. Thucyd. V, 47. *σπονδὰς ἐποίησαντο ἑκατὸν Ἀθηναῖοι ἔτη καὶ Ἀργεῖοι* etc. V, 18. *σπονδὰς ἐποίησαντο Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι* etc. VIII, 58. *ἑνὸς ἡμεῖς ἐγένοντο ἐν Μαϊνάρῳ πεδίῳ Λακεδαιμονίων* etc. Alterum rarum est; Thucyd. V, 79. ex alio prorsus est genere. Prioribus exemplis accedit n. 74. ex nostro quidem supplemento, sed certo.

§. 2. p. 29. a. *ἄρχοι δὲ καὶ τοῖς* Hermannus vult *ἄρχοι δὲ καὶ τῶν*, quod unicuique primum in mentem venit, idque explicat *ἄρχοι δὲ καὶ τούτῳ τῶν ἐπὶ αἰσιν*.

μαχία: articulo autem in dictione ἀρχαῖα prodi, praecessisse aliquid huius argumenti: „Hic magistratibus foedus ictum est”, quo referatur vox ἀρχαῖα et illud τούτῳ τῷ ἔρει. Sed articulus ille id non evincit. Nam ne de traditis Demosthenearum orationum indicibus dicam partim articulo instructis, qui non sunt antiqui, articulus nihil significat nisi rem definitam: itaque ἀρχαῖα est certum et definitum foedus. At foedus hoc antequam Olympiae proponeretur, notum et certum fuit; et si dicitur ἀρχαῖα, est hoc idem ac si dicatur: „Hoc est foedus Eleorum etc. quod constat ictum esse”. Deinde si quid praeter ea, quae habemus, de foedere hoc Olympiae proponendum in tabula erat, aut capiebat hoc quae superest tabula aut non capiebat. Si capiebat, esset huic inscriptum; si non capiebat, aut eligebatur maior, aut binae connectebantur, ut connectuntur lapides (vide Acta Quaestorum Atticorum): at haec, quae superest, nulli superius appositae coniuncta fuit, quod ipsa eius forma docet; suspendebatur enim ansis duabus supra apposis, quae, si alia superius ipsi coniuncta fuisset, debebant ad utrumque latus esse, ne spatium separarentur, quae coniungi debebant. Neque alteram tabulam ad sinistram affixam fuisse probabile est: quod tum liceret dicere, si altitudo maior esset latitudine. Sed omnino hoc monumentum, quale habemus, absolutum est, nec quidquam desideratur: de quo ad §. 4. iterum dicendum erit. Tempus decretorum in decretis haud raro non est scriptum; ut n. 76. 86. 89. 101. et saepius: sufficiebat decretum proponere ipsum, quod hic Olympiae fit sanctitatis causa: tempora in actis publicis notata erant, ubi ea cognoscebat, cuius interesset. Quamquam non nego esse ea aliquoties foederum tabulis publice propositis addita; ut n. 74. ut apud Thucyd. V, 19. VIII, 58. His locis Thucydides tempora foederum, licet ex narrationis suae serie iam aperta, tamen definiit, quod ea in publicis repperit tabulis; unde colligas; ubi hoc non facit, ibi eum ea non repperisse adscripta, ut V, 77. 79. V, 47. Atque ita in hac quoque tabula tempus decreti facti omittitur. Lectionem ἀρχαῖα δὲ καὶ τῇ (ἀ) συμμαχία) merito reiecit Thierschius (Gramm. Gr. ed. III, p. 55. cfr. p. 709.). Nam proprietates sermonis etsi a veteribus et maxime a poetis non semper observatae, tamen in foedere sollemni legendo observanda demonstrativum aliud τῷδε postulat, non τῷ s. ταντῷ; quippe praesens annus est τὸδε τὸ ἔτος, quod nostra praebet lectio τῷ, quam moneo Bekkerus ut mihi etiam nunc unice probaret. Praeterea non ἀρχαῖα ἢ συμμαχία, sed ἀρχαῖα dicendum erat at ἔτος τῇ ἀρχαῖα τῇ συμμαχίᾳ. Rectam harum formarum rationem quatenus ad tempus referuntur, magna ex parte intellexit Küsterus de verb. med. p. 16 sq. ed. Wolk. quam paulo aliter divisam propono. „Ἀρχαῖα sive incipiendi sive imperandi potestate est praecire s. primus esse; quod ad tempus relatum initium facere s. incipere est: hoc enim fit praecundo. Ἀρχαῖα is, qui quid ita praecundo incipiat eiusque initium fa-

ciat, ut alius idem continuet, sicut ἀρχαῖα χειρῶν ἀδίκων, quas alius continuat. Sic certus annus ἀρχαῖα τῇ συμμαχίας, alius eam continuat; ut ἤρχε μύθων Calypso Odys. ε, 202. quos alius respondendo continuat. Sic ἀρχαῖα ἢ συμμαχία τινός, ubi societas aliquid incipiat, quod alia res, exempli causa alia societas, deinceps continuat. Ut, ἢ συμμαχία τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν Λακεδαιμονίων ἤρχε τῇ τῶν Περσῶν καταλύσεως, ἢ δὲ τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἑλλήνων συμμαχία ἐτέλεσεν αὐτήν. Itaque ἀρχαῖα est τιθέναι s. καθίστησιν ἀρχήν, initium facit alicuius rei. Ἀρχεται medium autem est praecundo suum sibi initium facit; unde ἀρχεται aliquis, qui sibi praecundo initium rei facit, quam ipse deinceps continuat: ut ἀρχομαι τοῦ λόγου, initium mihi facio orationis, s. in orationis meae initio constitutus sum, oppositum progressui orationis; ut πάντες ἄνθρωποι ἀρχάμενοι ἀπ’ ὑμῶν, omnes homines suo sibi initio sumpto a vobis, ipsi etiam continuantes seriem. Igitur ἀρχεται medium pro re nata est modo ἐν ἀρχῇ ἐστίν, modo ἀρχήν ἔχει s. λαμβάνει (initium capit): nam ἀρχομαι τοῦ λόγου est ἐν ἀρχῇ εἰμι τοῦ λόγου; et πάντες ἄνθρωποι ἀρχάμενοι ἀπ’ ὑμῶν est idem quod πάντες ἄνθρωποι ἀρχήν ἔχοντες ἀπ’ ὑμῶν. His conveniunt loci a me allati. Thucyd. IV, 118. ἀρχαῖα δὲ τήνδε τὴν ἡμέραν, hic dies incipit foedus, quod reliquo continuatur tempore. Pactio Orchomenia n. 1569. a. III. ἀρχαῖα τῷ χρόνῳ ὁ ἐν-αὐτὸς ὁ μετὰ θύναρχον ἀρχοντά, hic annus incipit pacti tempus, sequentes anni continuant eiusdem pacti tempus. Neutro loco ἀρχεται dici potuit. Paulo intricatior est alius locus Inscr. n. 71. (quam exactius citare p. 29. non poteram, quod numeros titulorum Atticorum certos nondum constitueram), ubi singulis collatis patet scribendum esse: ἀρχαῖα δὲ τὸν χρόνον τῶν σπονδῶν τοῦ Μεταγίτινῶνος μηνὸς ἀπὸ ἀρχομένηας. Sed universa difficultas in levi posita est: traiectione verborum: τῶν σπονδῶν non ἐκ χρόνον pendet, sed ex ἀρχαῖα, et τῷ Μεταγίτινῶνος etc. appositio est ad τὸν χρόνον. Τῶν σπονδῶν ἀρχαῖα ὁ χρόνος; ὅς ἐστι τοῦ Μετὰγ. etc. indutias incipit tempus, quod est Μεταγίτινῶνος ab initio, aliud tempus eas continuat. Prorsus gemini sunt duo reliqui loci a me allati, alter excepta illa traiectione, alter ipsam quoque traiectionem referens: χρόνος ἀρχαῖα τῇ μνηστέρῳ Εὐβούλῳ ἀρχαῖα (n. 93.), tempus, quod est archaia Eubulus, incipit locationem; ἀρχαῖα χρόνος τοῦ τοῦ ὑποφίσματος ἢ βουλῆς, tempus, quod est certus hic senatus, incipit huius decreti vim. Postremo in his omnibus tribus locis genitivum ab ἀρχαῖα pendere, non a voce χρόνος, et illud χρόνος notam temporis per appositionem sibi adiunctam habere, demonstrat locus Thucyd. V, 16. ἀρχαῖα δὲ τῶν σπονδῶν ἐφορῶς Πλειστάκῃ etc. ubi χρόνος prorsus omissum est; quod imprimis tenendum, ne de tribus prioribus locis perperam iudices, neve in primo illorum ἀρχαῖα ὁ χρόνος putes esse pro ἀρχήν ἔχει ὁ χρόνος. Unus, qui discedit, locus affertur Eurip. Hippol. 409. ἐκ δὲ γενναίων δόμων τὸδ’ ἤρχε. Δηλείῳ γόνυ-σθαι κακόν, ubi proprietates sermonis postulabat ἤρχετο: nam malum suum sibi fecit initium, ἀρχήν ἔσχετο.

citatis proponitur, maius Iovis in multis ius. Cete-
rum τοι καθ' ἑμὴν σέβειν scribe non opus est, ut rabie-
otum lucri verbis ἀποσίνων: potius Graecorum
usu certo ex praegresso et δὲ μὰ τοῦ ἑοῦ mente repe-
titar οὐ μὴ συνόντες τοῖς ἀλλοῖς.

§. 4. p. 50. b. αὖ δὲ τῷ τὰ γράφει τὰ καθ' ἑμὴν,
ἀλλ' ἑβίας ἀλλ' ἑβίας αὖτε τὰς αἰετὰς αἰετὰς ἐντ', ἐπάρων· κ' ἐν-
χόρῳ τῷ ἑβίας· ἐγχαρμένῳ. Αἱ καὶ σ. αὖ καὶ cum opta-
tivo apud poetas reperiri notum est, et concessi ad
Pindarum: sed hoc loco καθ' ἑμὴν non καθ' ἑμὴν ex usu
et huius tituli et aliorum legendum: in quibus non
memini me reperire αὖ καὶ cum optativo, sed cum
coniunctivo, ut n. 1688, ut in foedere Cretensi
(Marm. Oxon. Chandi. p. 58 sq.) et saepius. Pro
eo, quod simplex ratio postulat, τὰ γράφει τὰ,
Hermannus legit τὰ γράφει τῷ, i. e. ἂ γράφει τῷδε,
quod hic forte scriptum fuerit; optativo enim
hoc respici singulas partes, et quae forte posthac
additae fuerint, et maxime superiorem tabulam, in
qua praeter notam temporis, quo factum foedus,
alia quaedam ad tempus constituta fuerint scripta,
quae iterumque iterumque mutarentur. At nulla
alia tabula huic iuncta omnino fuit, nedum ita,
ut quae in altera scripta essent, potuerint hic (τῷδε)
scripta dici, nec foederum tabulas, sic mutatas esse
ullo potest exemplo demonstrari; postremo prohibe-
re, ne quis laedat ea, quae forte posthac scripta
fuerint, non est moris civilis; immo id ipsum hoc
loco sensu cassum est. Nam quidquid illud sit,
quod posthac scriptum fuerit, id non potest laedi,
priusquam fuerit scriptum; si scriptum fuerit, id
iam praesens est; itaque de illo non potest dici
αὖ γράφει τῷδε, sed ἂ γράφει τῷδε, quod referebatur
ad quaeque prioribus substituta, quum primam
haec in priorum cesserant locum. Aut certe γράφει
τῷδε dicendum erat. Porro, quod tabu-
las laesioni eadem multa constituta a me dicitur,
quae foederis violationi, id tale visum est, quasi
Elei et Heraeenses fuissent Stoici, quibus paria
peccata omnia. Quod ut evitet, Meierus mens id
γράφει vult esse ea, quae his litteris continentur,
additque, non decorum esse, putari foedere dicta-
tar de tabulae laesione, nec si eadem tabula est
mors in Isthmo et Delphis ad Nemeae posita fue-
rit (Thucyd. V, 18.); poenam laesionis petuisse foe-
deratos exigere. At τὰ γράφει, et τὰ γράφει τῷδε litte-
ras designat, non argumentum; nec minorum et
vicinorum populorum foedera arbitror in omnibus
quattuor ludorum sacrorum locis proposita esse,
remotiore praesertim aetate, qua illorum ludorum
nondum tanta erat celebritas, si Olympia exceperis;
et Isthmum certe, a cuius ludis ardebantur Elei
(Pausan. V, 2, 3 sq. VI, 3, 4, 16, 2), omnino non
attulerim. Immo etiam maiorum civitatum foedera
ex parte tantum Olympiae proposita sunt (Thucyd.
V, 47.). Neque vero indecora de tabulae laesione
mentio est neque haerendum in poenae modo.
Nempe ob id ipsum, quod hic foedere de tabulae
laesione dicitur, intelligitur, non adversus petulan-
tiam plebis haec scripta esse, sed caveri, ne delen-

dis foederis exemplis societatis minueretur vis: nec de sola hac tabula dicitur, sed de omnibus huius foederis exemplis; etiam in actis publicis; in omnibus enim idem hoc scriptum erat: *Se quis haec verba laedat*. Atqui quum in centum annos iocetur foedus, nonne id in oblivionem adducere delendis tabulis poterant; quibus id iam non placeret, praesertim illa aetate, ubi rara litterarum monumenta? Nonne eadem multa debet affici, qui tabulam laedat, qua qui foedus? Nam omnino illa tabulae laesio est foederis violatio censenda. „At in democratica civitate”, ait Hermannus, „foedus obliterari actis delendis nequit, quod filius a patre traditam memoriam accipit”. Verum illae civitates non fuerunt democraticae; ea praesertim aetate; Elei ne posthac quidem legitime aut constantes. Ac si deleta monumenta sunt, periit foederis vis, quidquid pater edocuerit filium. Deleta privati commercii syngrapha periit pacti vis, quidquid loquebatur os. Hinc factum, ut Olympiae aliisque locis foederum ponerentur exempla, quo certius constaret de foederibus. Num vero sine exemplo hoc admisi, eandem quam foederis esse tabulae violationi poenam irrogatam? Nonne docuit Deionymio monumento iisdem diris devoveri qui tabulas laedat, quibus devoventur qui leges ibi scriptas violent? Num vero multa talenti magis acerba est quam dirae? Non opinor. „At qui tabulam laederent, consentaneum erat ne habituros quidem talentum argenti?” Tanto magis cavebatur delictum: nati qui multam solvere non posset, acerbior iam circumveniebatur calamitate, certe si ex Attico iure licet iudicare, cui similia necesse est etiam in aliis obtinuerint rebus publicis: et saepe Athenis de industria tantae delictis multae impositae sunt, quantum constabat non posse reum solvere, ut hic puniretur acerbius. Mitto quod Boissonadus contulit in foedere Priansiorum et Hierapythiorum singula foederis capita violentibus irrogari multas decem, quinquaginta, centum staterum, tabulae autem violatoris quinquaginta stateres: nam etsi qui caput foederis laedit, laedit foedus omnino, et ob hanc causam confundi haec a Boissonado potuerunt, tamen longius repetita res est, meliorque Teiarum dirarum collatio. Sed iam quum in foedere non possit de alia tabula laesione dici, nisi quae foederis violandi causa fiat, quoniam inquilini, qui peregrini sunt, non tenentur foedere, *τελέται* non possunt inquilini esse: neque esse inquilinos ulli argumento constet. Quod enim inquilini pendunt *τέλος*, *μετοίκιον* nihil est, nam civium quoque est *τέλος*. Nec quomodo puniendus peregrinus sit, qui Olympiae vel alibi publicum monumentum laeserit, pacto potest inter Eleos et Heraeenses constitui; hoc constitui legibus eorum, qui loci illius rebus praesunt. Non si in foedere de peregrinorum poena nihil dictum est, impune peregrini laedent tabulam, sed punietur reus ex legibus, non ex pacto. Iuris periti concedent. Igitur allatis argumentis satis gr-

vibus *τελέται* pronunciavi magistratum esse. „At quomodo”, inquit, „magistratui hoc imputari potest, laesurum eum tabulam, quod plebs facit?” Imputavi magistratui, foedus eum rescindere velle et artibus dirimere; simile quiddam Atheniensium magistratibus imputavit Philippus Macedo (Demosth. de cor. p. 251. 12.), cuius memor eram. „At ridiculum est magistratum sibi ipsum, ne deleat tabulam, multam talenti imponere”. Non sibi hanc soli irrogat magistratus, cuius forte opera foedus icitur; sed omnibus, qui per centum annos futuri sint, magistratibus irrogat civitas. Altamen etiam sibi irrogat cum civitate magistratus; nam ita sese alterius civitatis magistratus obstringit alteri civitati. „At si *τέται* est civis, *τελέται* magistratus, falsa est distinctio: nam magistratus et ipse civis est.” Sed non difficile est *τέται* de cive privato intelligere, quam praesertim Elide, credo tum etiam Heraeae, magistratus certarum fuerint familiarum; ut facile potuerint vulgares cives voce *τέται* distinguere ab officialibus magistratibus. Contra certo falsa divisio erit, si cum Hermanno *δῆμος* statues hominem de plebe esse et *τελέται* inquilinum: nam homo de vulgo necessario aut civis est aut peregrinus, et inquilini sunt in peregrinis. Etiam si *τελέται* tibi non est inquilinus, sed ut mihi magistratus, civis non potest ab homo de plebe opponi, quod magna pars civium plebs est. Quae quum ita sint, idoneis insuper argumentis additis *δῆμος* dixi pagum esse. Corollarium loco de *ἐπὶ* addo locos, alterum Euripidis, *Πάριον δῆμον φῶτα δ' αὖτε ἐπὶ πρῶτον*, alterum Aeschyli, *Οὗτε δῆμος οὐτ' ἐπὶ ἐνὶ* (Eustath. ad Iliad. 3, 262 p. 641. Rom.): sed ex neutro quidquam conficitur, nec si constaret, qui Aeschylō esset *δῆμος* hoc loco, aptari poetae usus foederis Pollucis interpretationi deberet. Coniuncta verba: *αὐτὲ τέται αὐτὰ τελέται, αὐτὲ δῆμος ἐστὶ*. Supervacaneum dicitur *ἐνὶ* esse, nec supra additum in formula *αὶ δὲ τοῖς θεοῖς αὐτὲ τέται αὐτὲ πάγον*; neque *ἐνὶ* (*ἐν*) sed *ἐπὶ* dicendum fuisse, quod non certum sit laesurum aliquem tabulam. At manifeste inepte dictum esset *αὐτὲ τέται αὐτὲ πάγον ἐνὶ*; igitur *ἐνὶ* ibi omissum est: sed hoc loco additur *ἐνὶ*, quod id addi potest; indicativum feret, qui meminerit, saepe apud Graecos ut apud Latinos in conditionali dictione ut certum potius quod incertum sit, maxime in distinctiva conditione. Statim post, *ἐφ' ἧς* non posse multam sacram esse, non demonstratum est, nec potest demonstrari, vocem, etsi alio significatu, ex Polluce firmavi, apud quem locum tuebatur, neque enim verum est, eam apud Pollucem verborum *τενὸν* non convenire in placentis affertur *ἐφ' ἧς*, sc. *πλάκους*. Quapropter non opus erat, ut novae proponerentur interpretationes huius loci: sunt tamen duae propositae. Prior haec test: *ἐνὶ ἐπ' ἧς καὶ ἐνέχοντο τῷ νταῖ ἐγγραμμένῳ*, sive *ἐνὶ ἐπ' ἧς καὶ ἐνέχοντο τῷ ἐνταῖ ἐγγραμμένῳ*, is hoc *hic* per interdictum dirarum scripto tenetor (*der soll sein das hier mit einem Fluche verpönt geschrieben verankert* mit einem Fluche verpönt geschrieben verankert lich seyn). Mitto, quod *ἐν* pro *ἐν* (*Dorice ἐν*)

durum est et loco incommodissimo positum, et quod ἐπάρω nulla plane est Graeca vox; at quum ἐνέχουσθαι τιμὴ dicatur, qui lege quadam poenam minitante vel poena ipsa teneatur, quam tandem lege vel poena ille tenetur? Nam nulla lex neque poena hic scripta est; ipsae dirae, quam poenam esse dixeris, hic non sunt scriptae, sed foedus. Nescio igitur quomodo dici possit ἐνέχοιτο ἂν ὄντι ἐπάρω τῷ ἐνταῦθα γεγραμμένῳ. Si de diris dicere volebat auctor foederis, debebat dicere: ἐπάρῃ ἂν ἐνέχου, diris tenetur, nec quidquam praeterea. Sed videamus etiam alteram explicationem, ex qua apodosis paulo prius incipit: αἶτε κέτας αἶτε τελέστα αἶτε δαίμων ἐστ', ἐπὶ ἄρῳ κ' ἐνέχοιτο τῷ 'νταῦτ' ἐγγραμμένῳ, sive olvis, sive inquilinus, sive de vulgo homo est, ad opem ferendam teneatur hic scripto (huic tabulae); ἄρος ἄρου enim esse ὄφελος (Hesych. Eustath. p. 1422. 19. Aeschyl. Suppl. 892. c. Schol.); dativum τῷ γεγραμμένῳ regi ab altero ἄρῳ, ut nominativus sit ἄρος τῷ γεγραμμένῳ, auxilium scripto; ἐνέχοιτο esse sine dativo positum. At quis unquam talem legit dictionem in rebus publicis: opem ferre tabulae? Si quis laesit tabulam, denunciandus est, in iudicium sistendus, puniendus aliqua ratione: talia praecipuntur in publicis decretis, non ut auxilium feratur tabulae. Nam quod vulgo dicitur βοηθεῖν τοῖς νόμοις conferri nequit: hic enim non de lege vel foedere ipso, sed de litteris scriptis in tabula, quae non laedendae sint, agitur. Nunc autem etiam singuli et universi cuiuscunque ordinis homines obstringuntur, ut tabulae opem ferant. Quid, malum, hoc monstri est? Anne πάνδημοι καὶ πανστράτις concurrendum Olympiam erat ad opem tabulae ferendam, quam primum praecipites nuntii delictum ab aliquo esse attulissent? Sed vide praeterea quae dura insint in hac interpretatione. Dura mutatio subiecti vocis ἐνέχοιτο, quae in nostra idem quod καλέουτο subiectum habet: id quod omnino expectatur: nam qui deliquit, qua teneatur (ἐνέχοιτο) poena expectatur. Durum, quod dativus τῷ ἐγγραμμένῳ post ἐνέχοιτο continuo positus regitur ab ἄρῳ, a quo seiunctus est, dum in nostra explicatione iungitur verbo ἐνέχοιτο, quod dativum habere solet. Durus alter dativus pendens ab altero tali loco, ubi summa est ambiguitas: nam ubi nulla fuerit ambiguitas, uti ap. Herodot. VII, 16. οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελύσματα πεδόμενοι, facile hoc fertur. Quod vero ἐνέχουσθαι τιμὴ dicatur, teneri ad aliquid, id iam non durum est, sed inauditum. Dicitur enim ἐνέχουσθαι τιμὴ vel ἐν τιμῇ, teneri aliqua re.

N. 12. p. 31 sqq. Ἐν μέσῳ γε Θρήνης τε καὶ ἄσπετος, ἀνερ, 383. Ερμῆς] Malignus fuerit, qui γε hoc loco vertat saltem; non enim hanc solam esse eius significationem, inter alios Hermannus docet ad Soph. Trach. 73. Γς inservit voci supra ceteras extollendae, quod optime exposuit Thierschius Gr. Gr. ed. III. p. 549 sqq. itaque modo saltem, certe, modo quidem vel omnino reddi potest, modo nulla est particula reddendum, sed tonum tantum praegressae voci maiorem addit, sive emphasin sive ethos.

Hoc loco γε vocis μέσῳ ethicum toni augmentum addit. „At ethos in miliario quis expectet?” Nempe Hipparchus, qui Hermas Atticos posuit, vir fuit ἡθικώτατος, qui quum etiam miliariis formare mores civium vellet, de quo ex dialogo de lucro constat, non caverit in miliario ethos orationis. Vim voculae exemplo illustrabo. Iliad. α, 216. χρῆ μὲν σφωῖτερόν γε ἔπος, δαδ, εἰρύσασθαι, i. e. verbum hoc, utpote vestrum. Sic nostro loco: hic, utpote in medio. Intelliges iam cur p. 32. b. 29. γε non incommodum huic loco dixerim. Neque opus est alia, quae praecedat vel subsequatur, sententia, ad quam tale γε referatur: refertur ad id solum cui additur: ἐν μέσῳ γε, hic, utpote in medio. Quare etiam in initio epigrammatum ponitur, ubi ad nihil praegressum referri queat. Agathias Anthol. Palat. T. I. p. 171. T. II. p. 204. p. 299. dixit:

ἦ ῥά γε καὶ σύ, Φίλινα, φέρεῖς πόδον,
μὴ σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ὦνδρωφ', Ἰζοῖο τραπέζης,
ἦ ῥά γε ποῦ τὸ φρύγγμα τὸ τηλικόν;

In epigrammate vetusto ap. Pausan. V, 25. extr. VIII, 42, 2. concedo μὲν γε esse recte expulsam. Ceterum Osannus Syll. p. 241. in ceteris mecum sentiens vult: μέσσοι ἔσθης Θρήνης etc. Favet huic ἔσθης dialogus de lucro; sed μέσσοι nescio an ab epico epigrammate alienum sit: atque ut concedamus rariorem syllabae ante σ correctionem, ut ΗΕΣΤΕΚΕ ductibus lapidis accommodatur, vitiose ΗΕΣΟΕΚΕ scriptum fuisse sumendam est; quod durum videtur. Post illos fluctus, quos in particula minima γε excitavit Hermannus, obicit mihi, quod Θρήνης ut iambum posterem; Θριάσις adiectivum quidem primam habere longam; atque insuper etymon suadere longam. Nempe pagum Θριάσις a Θριάσι vel Nymphis Θριάσις, quae a Θριάσι dictae, denominatum ferunt (Etym. M. Lex. Ség. p. 265. et obscurius Steph. Byz. v.). At etymon non docet syllabarum mensuram, nec verum modum. Sic Θριάσι a grammaticis docetur esse pro Θριάσι; igitur ne ipsi quidem putarunt in etymo explicando syllabarum mensuram servandam esse. Coniectio oborto etymo est a condicendo. Et Iota natura longum baud raro ante vocalem in media voce recipit, ut πῖαινω, apud Pindarum πῖαινω, quod primus recte docuit Hermannus. Denique nullum idem exemplum vocum Θρία et Θριάσις repperi, ex quo pateat, Iota illud longum esse, duobus in quibus breve sit. Horum alterum est exigui momenti, Θριάσις Maximi Planudis figmentum Anthol. Palat. T. I. p. 449. Alterum est Senecae Hippol. 5. in versu anapaestico: subiecta iacent, et quae: Θριάσις. Haec est antiqua lectio: quae Θριάσις (omisso et) coniectura est nullo libro confirmata. Neque est quod dubites de lectione Θριάσις, quam ferri posse iudicat etiam Bothius Nott. p. 398. Quo iura enim dis, exilis (exiliis; Senec. Phoen. 625.), gaudis (Plaut. Capt. IV, 2, 60.), alis (Lucret. IV, 641. VI, 1225.), denaris (Martial. I, 118. IX, 101. bis) dicitur, potest etiam Θριάσις dici, quodsi in iudicatis fertur a

nonnullis haec forma non usitata fuisse, nonne *denarius* (nummus) est adiectivum? Thiriae aliam ob causam non favet Krusius Hellad. T.I. p. 579. et vult ἐν μέσῳ Στειρίας: quod ex traditis litterarum ductibus exsculpere nequeo; et meliore versiculo scriptum a poeta esset μέσσος Στειριέων, si id voluisset. Sane non spernendum Krusius argumentum attulit; locum enim, ubi titulus repertus sit, convenire in Stiriae viciniam (cf. Krus. T. II. p. 256.); quippe Fourmontus titulum tribuit τῇ χωρίῳ τοῦ Κουρσαλας, quod Krusius refert ad locum *Krusalades*, *Krusala*, *Kurtsakadai* dictum. At non constat Fourmontianum χωρίον τοῦ Κουρσαλας esse illum locum; potest alius quoque locus simili nomine vocatus esse: et probabiliter n. 94. eodem loco repertus pertinet ad Meliten, in via Athenis Thriam (v. Add. ad n. 94.), fere ut n. 12. Rectissimeque monere Sanderus videtur, τὸ χωρίον τοῦ Κουρσαλας esse demum, qui ad montem Corydallum est et ipse Κορυδαλλός vocatur: eum quidem Krusius ipse inter Athenas et Thriam posuit fere medium. Postremo ne de loco Fourmontiano fallaris a Rosio Inscr. p. 21., cf. Addenda ad n. 22. Accedo ad tertium opprobrium. Sententiam videbam postulare, ut in fine legeretur ὁδ' Ἐγμῆς, *In medio inter Thriam et Athenas, vir, hic Hermes est*: hoc quemque docet sensus recti et commodi, docent collata dialogi de lucro verba; nec ferri possunt tres, quas proposuit Hermannus, coniecturae:

ἐς μέσον εἰ Θρήν τε καὶ Ἄστεος, ἀνερ, ὁδ' Ἐγμῆς.
ἐν μέσῳ εἰ Θρήν τε καὶ Ἄστεος, ἀνερ, ὁδ' Ἐγμῆς.
ἐμμεσός ἦδε Θρήν τε καὶ Ἄστεος, ἀνερ, ὁδ' Ἐγμῆς.

in mediā es inter Thriam et urbem via, ubi columna (ὁδ' p. 251); vel, hoc trivium, ubi columna, est medium inter Thriam et urbem; haec enim contorta recedunt nimium a formula, quam tradidit scriptor dialogi de lucro, licet sensus idem sit. Itaque ego dixi aut ὁδ' esse corrigendum, aut, quod cum dubitatione proposui, ὁδ' Ἐγμῆς esse pro ὁδ' Ἐγμῆς ex aliqua singulari ratione scriptum, etiam media ante asperum a nonnullis in aspiratam mutata. Sensim enim confirmatus in his rebus orthographicis usus est; potuitque antiquitas variari (v. Praef. §. VIII.). Non pugna magno opere pro hac sententia, quamquam eam prorsus probat Buttmannus Gramm. Gr. ampl. T. II. p. 413. sed quae ad eam illustrandam dixi, sunt verissimae. Fit idem in μηδαίς, αἰδαίς et similibus formis; et asperam huius aspiratae causam esse, eamque non ex tenui esse notam sed ex media, docent formae, in quibus spiritalis asper non fuit: numquam enim dictum est μηδαί, sed μηδαί. Cōtitα μηδαίως; μηδαίφθεν dictum est, non solum μηδαίως etc. nam simplex est ἀμῶς, ἀμῶθεν, ἀμυγίππ etc. quae aspirari in optimis libris testatur Bekkerus. At μηδαίς, αἰδαίς etc. recentiores sunt barbarismi. Nihil potest barbarum vocari, quod frequens sanxit Graecorum usus. Scripserunt ita Aristoteles, Theophrastus, qui ab oris divinitate nomen traxit, Chrysippus et Chrysippei (Phrynich.

p. 182. et ibi Lobeck.), Aristoxenus, vir satis eruditus. ὁδ'εν legitur in fragmento Philolai Pythagorici p. 62. nostr. ed. quamquam nihil hoc exemplo conficitur, quod in aliis eiusdem locis libri praebent contrarium. Pleni harum formarum sunt tituli optime scripti; sic in Boeotico n. 1569. in Laconico n. 1335. in Arcadico n. 1434. in Chaeroneensi n. 1608. in Aetolicis Cei et in Ceis ipsis, in Theraeo Epictetae testamento, in Cyretiensi T. Quintetii Flaminii epistola, etc. Nec recentius tantum id ὁ est, quamquam eo recentiores usos esse notant grammatici. Profecto Zenodotus Odys. σ, 130. ap. Eustath. p. 1841. non scripsisset ὁδ'εν, nisi id antiquitus traditum esset; sustulere talia successores vulgaribus regulis addicti. Aeolicum dicunt Eustathius l. c. Philemon v. οὐδ' ἐν, Phavorinus. Quippe resedit apud Aeoles, qui ad hoc genus aspirationis erant procliviores, unde pro μῆδω μῆθω, pro δάσος δάσος dixerunt: postea latius propagatum in communem linguam est; sed ne Homericæ quidem poesi prorsus id incognitum fuisse, Zenodoti auctoritas evincit. Itaque nihil obstat, quominus Hipparchus, cuius Homericus textus Zenodoto fortasse propior fuit quam Aristarcheo, scripserit ὁδ' Ἐγμῆς. Contuli etiam conjugationem, in qua media ante aspiratam mutatur in aspiratam, „ut ἀμειβω ἀμειφθην“. Respondetur mediam non transire in aspiratam, sed mutari primum in tenuem, tenuem deinde in aspiratam. Quasi vero, quod grammatici, ut iusto systematis ordine proponant formarum analogiam, ἀμειφθην derivant ab ἀμειπται, ideo media β in π mutata sit, priusquam formaretur ἀμειφθην. Has rationes antiquatas putabam. Potius ex ἀμειβ-ω sunt ἀμειβ-ται et ἀμειβ-θην; tum postulante linguae indole ibi β in π, hic β in φ mutatur: et neutrum altero est prius factum. Addam tertium, secundo simile. Nempe ut in conjugatione ante aspiratam media transit in aspiratam, ita ante sibilum aspiratae propinquum eadem media transit in eandem aspiratam, ἀμειβω, ἀμειβ-τω, ἀμειφω (ἀμειφω). Nam hoc, quod vulgo est ψ, non φ fuit; sed φσ; quare Attici ΑΜΕΙΦΩΟ, non ΑΜΕΙΒΩΟ scripserant. Anne hic quoque dicemus, mediam primum in tenuem, deinde in aspiratam mutari? Hanc nostram rationem unice veram esse, docent eae formae, quae π vel φ habent, licet deriventur ab alia, in qua primitivum β iam evanuit. An enim si ἀμειβ-ται, ἀμειπτ-ται, ἀμειφ-θην derivatur ab ἀμειμ-μῳ, β dicemus primum in μ mutari, deinde retro μ (nam β iam evanuit prorsus) in π, et rursum in φ? Non opinor; sed simul sunt ἀμειβ-μαι, ἀμειβ-ται, ἀμειβ-θην, deinde in quovis sit ea litterae β mutatio, quam postulat linguae indoles. Itaque firma est ea, quam posui, comparatio. scribere. N. 13. p. 33. b. in commentario lin. 1. extr. N. 14. p. 33. Sine causa hic titulus metricus putatur. Talia fragmenta ex analogia iudicanda sunt, quam praebet n. 19. qui ut hic Argivus titulus est; addo Peloponnesiacum n. 1513. In his compa-

rent *πεδάφοι*, *μέτοικοι*: hi nostro loco latent in litteris ΠΕΔΑΦΟΦΟΙ, ubi FO in IK mutare non durum est, praesertim in Fourmontiano apographo. Nam vitium lapidis offerre speciem potest, quasi sit F (ut saepe F pro I lectum); O potuit Fourmontus legere pro superstiti L, postquam evanuit verticalis litterae K linea. Nota vero *πεδά* de industria me dedisse, *πὸν πεδά*: causas v. Introd. Boeot. I, 2. *Οἶκον* brevissimis verbis, quae nihilominus ut supervacua reprehensa sunt, notavi digamma habere, et scribi *πὸν πεδά*, ne quis forte, quod in tabulis Heracleensibus hanc litteram frequentantibus digamma in voce *οἶκος* deest et quod etiam *πέδοικος* dicitur (Aeschyl. ap. Hesych. v.), hoc posterius expectaret. Sub finem cur voci *δαμόται* in parenthesis addiderim *δαμόται*, nuper de cavillationis causa exponendum. *δαμόται* enim in hoc titulo ex mea ratione opponuntur *μέτοικος*; at *μέτοικος* vulgo opponuntur *πρόξενος*, ut n. 1515. In simili titulo. Iam Athenis *δῆμος* comprehenduntur soli cives: itaque *δῆμοις* opponi *μέτοικοι* possunt Attico usu. At apud Dorienses *δῆμοι* vulgo sunt *κῶμαι* vocati (Aristot. Poet. 3.); rarumque haud dubie apud hos *δῆμος* vocabulum pro pago, licet id n. 11. non sine causa statuerim. Itaque ut, rariore usu, *δαμόται* significarem hic idem esse quod *πόλεις*, digamma intendi ad Atticam formam *δαμόται*, quasi si dicerem: „*δαμόται*, hoc est idem quod *δαμόται* in Attica republica, cives comprehensi suis pagis, oppositi inquilinis”. Sed accuso brevitate meam, cuius iam saepe dedi poenas. N. 15. p. 34. Ut de formula mystica aut telestica vel oraculo cogitarem, adduxerunt me et cetera, quae legere mihi videbar, et illud *καθαίρειν* et *ὀδωφόρος*: atque ita spectanti nihil inest meis, quod reprehendas; verba et formae sunt probae vel veri similes, ut vs. 1. *ὄν* et *ἐδιδόρε*, quod redire vs. 4. videtur, *ἐδιδόρας ἀναλόν*: sententiae, quantum sententia inest lacero fragmento, conveniunt tali argumento; neque inauditum, prolem comedi ab aliquibus: faciunt hoc bestiae; Tantalique et Thyestae scelera nemo ignorat. Repetita vero edendi mentio confirmare potius coniecturam, quam ei obesse visa est. Porro vocis *ἀγκάλος* (de qua quem locum Aelianus ex Schneidero harum rerum peritissimo citavi, is est VII, 47. non 17. quod sphalma Schneideriani Lexici correxissem, nisi oblitus essem evolvere locum), eius igitur vocis vis me adduxit, ut etiam vs. 3. de bestia cogitarem, *ὅς ἐθηκε με [φ]ῆρα*: *φῆρα* p. *ῆρα* ex selectiore usu Aeolico, qui vulgo remansit in Satyris et Centauris denominandis; unde patet non proprium nomen esse *ῆρα*, sed appellativum. Sententiam quod attinet, memineram hominum in bestias mutatorum quam plurimorum in fabulis. Ceterum singula haec et quamvis mira quomodo inter se componi possent, utpote in fragmento nimis mutilo non quaesivi, satia habens repperisse quaedam, quae essent ex eodem genere petita, vix uno et altero in apographo Fourmonti, qui multa depravare solet, apice mutato. At in tali fragmento

